

SIVE

MANVALE CONFESSARIORVM

ET POENITENTIVM,

*Complectens resolutionem penè omnium dubiorum, que in sacris Confessionibus
occurrere solent, circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras &
irregularitates: iam pridem sermone Hispano compositum.*

AVTORE MARTINO ab AZPILCVETA DOCTORE
NAVARRO,

Tunc Gymnasta primæ functionis in Sacrorum Canonum facultate inclytæ
Academiæ Conymbricensis, qui ante aliquot annos fuerat eiusdem, celeberrimæ
Salmanticensis, & postea Romæ Latinitate donatum, recogni-
tum, decem Præludijs & quamplurimis alijs locupletatum
& reformatum, nunc autem denuò recognitum,
& multis locis emendarum.

EODEM AVTORE ANTE VIGINTI ANNOS R. DE DONATO
*sine inbilato, & in presbiteriam S. D. N. Sacris, ipsius in foro Conscientia
Poenitentiarie obsequij deputato.*

*in usum
de arena*



*Resumptio
de arena*

VENETIIS, Apud Iuntas.

Cum licentia Superiorum.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

1497 16
H. H. H.

ENCHIRIDION, R. 7597
SIVE

MANVALE CONFESSARIORVM

ET POENITENTIVM,

*Complectens resolutionem penè omnium dubiorum, quæ in sacris Confessionibus
occurrere solent, circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras &
irregularitates: iampridem sermone Hispano compositum.*

AVTORE MARTINO ab AZPILCVETA DOCTORE
NAVARRO,

Tunc Gymnasta primæ functionis in Sacrorum Canonum facultate inclytæ
Academix Conymbricensis, qui ante aliquot annos fuerat eiusdem, celeberrimæ
Salmanticensis, & postea Romæ Latinitate donatum, recogni-
tum, decem Præludijs & quamplurimis alijs locupletatum
& reformatum, nunc autem denuò recognitum,
& multis locis emendarum.

EODEM AVTORE ANTE VIGINTI ANNOS RI DE DONATO
*sine inbilato, & in presentiarum S. D. N. Sacris, ipsius in fora Conscientia
Pœnitentiaria obsequijs deputato.*

*1701
de arena
fac-*



*Reimprimé
de l'Imprimerie
de la Cour.*

VENETIIS, Apud Iuntas.

Cum licentia Superiorum.



1994 Materia contentorum hoc in libro.

<i>Prelud. 1. De anima nostræ dignitate.</i>	fol. 1
2 <i>De eius viribus, & potentijs sensitiuis.</i>	fol. 5
3 <i>De eius viribus, & potentijs intellectiuis.</i>	fol. 6
4 <i>De fine ultimo beatitudine, & miseria æterna.</i>	fol. 10
5 <i>De animæ passionibus, & habitibus.</i>	fol. 16
6 <i>De actibus animæ humanis.</i>	fol. 18
7 <i>De meritis & demeritis.</i>	fol. 20
8 <i>De peccato originali, & actuali.</i>	fol. 24
9 <i>De peccato mortali & veniali.</i>	fol. 26
10 <i>De pœnitentiæ sacramento, & eius partibus.</i>	fol. 31
<i>Cap. 1. De contritione, prima parte sacramenti pœnitentiæ.</i>	fol. 32
2 <i>De confessione, secunda parte pœnitentiæ.</i>	fol. 42
3 <i>De satisfactione, tertia parte pœnitentiæ.</i>	fol. 41
4 <i>De potestate, sapientia, & bonitate confessarij.</i>	fol. 50
5 <i>De interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia faciendæ.</i>	fol. 52
6 <i>De peccatorum circumstantia.</i>	fol. 53
7 <i>De conseruanda fama proximi in confessione.</i>	fol. 59
8 <i>De sigillo confessionis.</i>	fol. 60
9 <i>In quibus casibus confessio iteranda.</i>	fol. 64
10 <i>Quomodo confessarius excipiet confitentem.</i>	fol. 68
11 <i>De primo præcepto decalogi, de colendo Deo.</i>	fol. 70
12 <i>De secundo præcepto decalogi, de non vane iurando.</i>	fol. 83
13 <i>De tertio præcepto, seruandi festa.</i>	fol. 107
14 <i>De præcepto honorandi patrem, & matrem.</i>	fol. 112
15 <i>De quinto præcepto, de non occidendo.</i>	fol. 126
16 <i>De sexto præcepto de non machando.</i>	fol. 135
17 <i>De septimo præcepto, de non furando.</i>	fol. 147
18 <i>De octauo præcepto, de non falsè testando.</i>	fol. 221
19 <i>De nono præcepto, de non concupiscendo uxorem proximi.</i>	fol. 234
20 <i>De decimo præcepto, & consilijs euangelicis.</i>	fol. 238
21 <i>De quinque præceptis ecclesiæ.</i>	fol. 239
22 <i>De septem sacramentis ecclesiæ.</i>	fol. 253
23 <i>De superbia, & septem peccatis capitalibus.</i>	fol. 280
24 <i>De operibus misericordiæ, & censibus exterioribus.</i>	fol. 318
25 <i>De peccatis diuersorum statuum.</i>	fol. 326
26 <i>Quomodo se geret confessarius erga confessum.</i>	fol. 363
27 <i>De censuris ecclesiasticis, & casibus, & irregularitatibus, &c.</i>	fol. 372

GREGORIVS P P. XIII.



OTV prop. &c. Dilecto filio Martino ab Azpilcueta D. Na-
 uarro, Cathedræ primæ functionis sacrorum Canonum in-
 clytæ vniuersitatis Conymbricæ, iam pridem rude donato in
 Ro. Cur. nostris, sacræq; nostræ in foro conscientiæ Pœnitenti-
 ariæ obsequijs residenti. Nuper a sœ. re. Pio PP. V. præde-
 cess. nostro, emanarunt literæ tenoris sequentis. Dilecto filio
 Martino ab Azpilcueta, Decretorū doctori, Pius PP. V. Dilecte fili, salutem &
 Apost. Ben. &c. Dudum a sœ. rec. Paulo PP. III. prædecessore nostro, emanarūt
 literæ tenoris subsequenti; Dilecto filio Martino de Azpilcueta Decretorum
 Doctori, primariam cathedram Iuris Canonici in vniuersitate studij Conymbr.
 acto regenti, Paulus PP. III. Dilecte fili, salutem & Apost. ben. &c. Cum (sicut
 nobis exponi fecisti) vt alijs iuxta traditum tibi a Deo talentum prodesse posses,
 nonnullas lecturas super voluminibus Decreti, & Decretalium, non sine maxi-
 mis laboribus & vigilijs, ad laudem diuini nominis, cuius ope literariæ rei, &
 Christianæ Reip. consuluisse & profecisse credis, scribendo composueris, & cõ-
 pilaueris, eaq; de proximo, tuis proprijs expensis, in lucem edere & imprimi
 facere intēdas. Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, vt tibi, quod le-
 cturæ huiusmodi absque tuo consensu imprimi non possint, vt tuarum vigilia-
 rum effectu læteris, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos vo-
 lentes te specialis gratiæ fauore prosequi; huimoi supplicationibus inclinati, ti-
 bi quod ad septennium a die quo tu lecturas prædictas imprimi feceris, compu-
 tandum, nullus alius per vniuersum orbē Christianū constitutus, lecturas ipsas,
 vel earū aliquam partem imprimere aut imprimi facere, vel impressas in sua do-
 mo aut alibi habere & tenere, seu illas vendere, seu mutuo aut ex dono, vel aliàs
 donare possit, authoritate Apostolica, tenore præsentium, de specialis gratia in-
 dulgemus. Distinctius inhihentes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excomuni-
 cationis pœna, eo ipso si contrafactum fuerit incurrenda, omnibus & singulis
 cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quauis etiã
 Apostolica authoritate aut facultate fungentibus, per vniuersum orbem consti-
 tutis, ne lecturas huiusmodi vel earum aliquam partem, absque tuo expresso cõ-
 sensu & licentia, septennio prædicto duntaxat, durante, imprimere seu imprimi
 facere, aut vendere seu donare præsumant. Non obstant. constitutionib. & or-
 dinationib. Apostolicis, ac quarumcunque prouinciarum, & locorum statutis
 & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostol. vel quauis firmi-
 tate alia roboratis: necnon priuilegijs, indultis & literis Apostolicis quibusuis
 Prouincijs, & illarum personis ac vniuersitatibus & collegijs, etiam per nos, &
 Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis
 clausulis & decretis, etiam derogatorijs derogatorijs, vel aliàs quomodolibet
 concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus
 etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiui-

dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importates, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus: cæterisque contrarijs quibuscunq; Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris. Die viij. Ian. M. D. XLIII. Pontificatus nostri Anno nono. L. de Torres. Et deinde.

Cum sicut nobis nuper exponi fecisti: tu, qui (sicut asseris) rogeris a multis, ut opera tua tam prius edita, quam nondum edita, quæ super iure Pontificio, & super pertinentibus ad declarationem illius, habes composita, typis excudi faceres; idque facere proponas (vita comite, & Deo iuuante) impensis tuis, & te presente, quo correctiora, auctiora, & pientiora prodeant. Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos te amplioris gratiæ fauore prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Apostolica auctoritate tenore præsentium, declaramus, intentionem nostram esse, ut dicti Pauli Prædecessoris literæ, quæ de lecturis loquuntur, habeant etiam locum in aliis Commentarijs, libris & tractatibus, quæ tu edideris super his quæ pertinent ad præfati Iuris Pontificij declarationem, non obstantibus omnibus supradictis, quæ idem Paulus prædecessor in dictis præinsertis literis voluit non obstare. Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris Die xvij. Maij. M. D. LXXI. Põt. nostri anno vj. P. Tarus. B. De Castro.

Nos eundem Martinum specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, statuimus, prædictoque Martino concedimus Motu simili, & ex certa nostra scientia, literas scæ. re. Pauli III. & Pij V. prædecessorum nostrorum præinsertas, locum habere, & se extendi in his quæ de lecturis & aliis loquuntur in quibuscunq; Commentarijs & tractatibus quæ idem Martinus ediderit super prædicti iuris Põtificij declaratione & interpretatione, & præsertim super **MANUALE CONFESSARIORVM** ab eo prius lingua Hispana edito, nunc recognito, aucto, Latinitateque donato, non obstantibus omnibus, quæ prædicti prædecessores voluerunt non obstare: præsentisque nostri Motus propriij solâ signaturam sufficere, & vbiq; fidem facere, in iudicio & extra, regula contraria non obstan. volumus & mandamus. Et insuper quia difficile foret præsentem nostrum Motum proprium ad quæcunque loca deferri, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis, etiam in eisdem libris, lecturis, Commentarijs, Manuali, & aliis operibus huiusmodi impressis, plenam & eandem prorsus fidem vbiq; in iudicio. & extra adhiberi, quæ præfati originali adhiberetur.

Placet V.

Datum Romæ, apud Sanct. Petrum Non. Nouemb. Anno I.

Cum Priuilegijs amplissimis Regum Christianiss. Et Catholici Neapoleos. Senatus Veneti. Ducum Mediolani, & Ferraria. Et omnium pene Potentatum Italia.

S. D. N. GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX.

MARTINVS ab AZPILCVETA
DOCTOR NAVARRVS,

In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam perseverantiam.



QUOD ENCHIRIDION, siue MANUALE Confessariorum & pœnitentium, ante annos viginti sermone vulgari edideram, nunc Latinitate donatum editurus, tuæ, quæ secundum diuinam prima est, Maiestati, audeo nuncupare B. Pater: non quidem, quod humilitatem Auctoris, & operis non agnoscam, neque quod istam tuam, sacrosantæq; Sedis, cui præsides, sublimitatem, post Dei maximam (cui nil nisi altum offerri decuit) exploratam non habeam: sed quod in id me moueat primum, vehemens illud desiderium signo aliquo testandi meam erga te obseruantiam & pietatem; conceptum iam inde a quo tempore missus in Hispaniam a latere Legatus, admirabilis prudentiæ, iustitiæ, constantiæq; specimen toti ei edidisti Illustriss. Deinde quod visum est nonnullis, esse muneris, ætatis, & officij mei, ut qui iunior in alijs Regnis, multis Regibus, & principibus officina meæ pauperis munuscula obtulerim, Man. Nau. † 3 iam

dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importates, mentio, seu qua vis alia expressio habenda, aut exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro expressis, & de verbo ad verbum inferentes habentes, illis in suo robore permanfuris, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus: ceterisque contrarijs quibuscunq; Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris. Die viij. Ian. M. D. XLIII. Pontificatus nostri Anno nono. L. de Torres. Et deinde.

Cum sicut nobis nuper exponi fecisti: tu, qui (sicut asseris) rogeris a multis, vt opera tua tam prius edita, quam nondum edita, qua super iure Pontificio, & super pertinentibus ad declarationem illius, habes composita, typis excudi faceres; idque facere proponas (vita comite, & Deo iuuante) impensis tuis, & te presente, quo correctiora, auctiora, & pientiora prodeant. Nobis humiliter supplicari fecisti, vt in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos te amplioris gratiae fauore prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Apostolica auctoritate tenore praesentium, declaramus, intentionem nostram esse, vt dicti Pauli Praedecessoris literae, quae de lecturis loquuntur, habeant etiam locum in alijs Commentarijs, libris & tractatibus, quae tu edideris super his quae pertinent ad praefati Iuris Pontificij declarationem, non obstantibus omnibus supradictis, quae idem Paulus praedecessor in dictis praesentibus literis voluit non obstare. Dat. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris Die xvij. Maij. M. D. LXXI. Pont. nostri anno vj. P. Tarus. B. De Castro.

Nos eundem Martinum specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, statuimus, praedictoque Martino concedimus Motu simili, & ex certa nostra scientia, literas sac. re. Pauli III. & Pij V. praedecessorum nostrorum praesentibus, locum habere, & se extendi in his quae de lecturis & alijs loquuntur in quibuscunq; Commentarijs & tractatibus quae idem Martinus ediderit super praedicti iuris Pontificij declaratione & interpretatione, & praesertim super **MANUALE CONFESSARIORVM** ab eo prius lingua Hispana edito, nunc recognito, aucto, Latinitateque donato, non obstantibus omnibus, quae praedicti praedecessores voluerunt non obstare: praesentisque nostri Motus proprii solae signaturam sufficere, & vbique fidem facere, in iudicio & extra, regula contraria non obstant. volumus & mandamus. Et insuper quia difficile foret praesentem nostrum Motum proprium ad quaecunq; loca deferri, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis, etiam in eisdem libris, lecturis, Commentarijs, Manuali, & alijs operibus huiusmodi impressis, plenam & eandem prorsus fidem vbique in iudicio & extra adhiberi, quae praesenti originali adhiberetur.

Placet V.

Datum Romae, apud Sanct. Petrum Non. Nouemb. Anno I.

Cum Priuilegijs amplissimis Regum Christianiss. Et Catholici Neapoleos. Senatus Veneti. Ducum Mediolani, & Ferrariae. Et omnium pene Potentatum Italiae.

S. D. N. GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX.

MARTINVS ab AZPILCVETA
DOCTOR NAVARRVS,

In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam perseverantiam.




QUOD ENCHIRIDION, siue MANUALE Confessariorum & poenitentium, ante annos viginti sermone vulgari edideram, nunc Latinitate donatum editurus, tua, quae secundum diuinam prima est, Maieitati, audeo nuncupare B. Pater: non quidem, quod humilitatem

Auctoris, & operis non agnoscam, neque quod istam tuam, sacrosanctaeque Sedis, cui praesides, sublimitatem, post Dei maximam (cui nil nisi altum offerri decuit) exploratam non habeam: sed quod in id me moueat primum, vehemens illud desiderium signo aliquo testandi meam erga te obseruantiam & pietatem; conceptum iam inde a quo tempore missus in Hispaniam a latere Legatus, admirabilis prudentiae, iustitiae, constantiaeque; Specimen toti ei edidisti Illustriss. Deinde quod visum est nonnullis, esse muneris, etatis, & officij mei, vt qui iunior in alijs Regnis, multis Regibus, & principibus officinae meae pauperis munuscula obtulerim, Man. Nau.

iam senior, multis annis in tuis moratus, & sacerrimo tuæ Pœnitentiariæ Prætorio adscriptus, offeram istud, humile quidem, sed ad id (ni fallor) perutile, & longè alijs præstantius Sanct. tuæ, a qua, & sic. rec. Pio V. (quem tu tanti facis, tantoque opere præter aliorum consuetudinem, quibus Præcessorum facta displicere solent, imitaris, & qua licet exuperas) maiora beneficia quam unquam ab alijs accepi. Accedit, quòd eisdem ipsis visum est, ut opus in Hispania, hispano sermone, ab homine hispano compositum, Hispaniarum summæ eidemque incomparabili Proreginæ Doñæ Joannæ Austriacæ, Lusitaniæ Principi dicatum, idem in Latio ab homine iam quadamtenus latino, factum latinum, Latinorum Regi, totiusque Christiano populi summo Patri, dicetur: quo ut illud fuit ab omnibus illius subditis maximo cum plausu susceptum, ob Maiestatem tantæ patronæ, quæ tot Augustorum & Augustarum, tot Regum & Reginarum, uxor, mater, filia, nurus, soror, amita, & matertera extitit, & extat, quæque omnium virtutum heroicarum radijs, ceu sydus irradians, earum se toti orbi præstat exemplar: Ita hoc a toto orbe Christiano tibi subdito pari plausu, & eo maiori, quo materies illius spirituum patri, magis quam corporum dominis conueniat, suscipiatur, te patrono, uelut Deo quodam tutelari, qui non solum dignitate, qua Prodeus es, sed etiam meritis longo interuallo omnes superas, quippe, qui per ingenitas, & inditas animi, corporisque dotes, diuini, humanique iuris, præstantissimarumque omnium artium exactam cognitionem tibi comparasti, quique ab ineunte ætate concrecentem prudentiam, iustitiam, fortitudinem, constantiam, modestiam, omneque virtutis decus coluisti, ita ut existimeris alius Fabius Maximus temperantia, Curius frugalitate, Xenocrates constantia, Fabricius magnanimitate, Scipio prudē-

prudentia, Marcellus animo, iustitia Cato, Julius dictator clementia, nisi qua parte eas fide, spe, ac charitate exornando, eos superas, per quas ab imo in summa per omnes munerum gradus progressus, & non per flexaminas ac potentes Cæsarium, Regumque commendationes, non per eblandita suffragia, uiam tibi ad hanc monarchiam muniuisti, aut certè Deus ipse muniuit: & ita quidem, ut dignus fueris, qui prima collatione intra Sacrosanctum Illustrissimum Cardinalium conclauē habita, Spiritu Sancto afflante; omnium unanimi consensu in Max. Pontif. deligereris: cum nunquam fortassis in Summo illo Senatu interregni anterioris, tanto muneri subeundo tot pares fuerint. Quo euenit, ut si ullus unquam huic cæli vicariae urbi, adeoque toti imperio christiano iucundissimus dies illuxit, si ex honore cuiquam delato, ad illos qui eum decreuerunt, immortalis gloria, & ad bonos omnes incredibilis lætitia redundauit, id certe tertius Idus Maias M D LXXII. concordibus omnium sacri Senatus patrum suffragijs, te Pontif. Max. renunciato, obtigit. Quid enim factum est unquam, uel ad commendationem Patrum purpuratorum illustrius, uel ad recreandam Rempublicam Christianam morte Pientissimi Pontificis Pij V. cuius in locum successus es, Summo maxore confectam, opportunius aut sapientius, quam te Dei Vicarium delectum esse? Neque uerò patres purpuratos sua fefellit spes, nec orbem sua expectatio, quandoquidem cerneris tecum te reputare, non tam Regem dominantem, quam pastorem uerè Gregorium super grege tuo vigilare debentem, uocatumque a Deo tanquam Aaron, non ad fastum, non ad voluptates, aut otium, sed ad labores, curas & uigilias, quibus ita te totum dedis, ut nihil à te inferius Solium modeste recteque moderante, nunc supremum moderans, degeneres, & (ut Fabri-

cij verbo utar) difficilins a recto, quam sol a suo cursu, auertaris. Quamobrem B. P. confidenter supplico S. T. ut hoc munus humile, humillimi filij & serui, quod antea sereno animo suscepisses, nunc serenissimo suscipere digneris, simul benedictionem tuam Apostolicam impartiri, ei iam octogenario, quo te praeat in caelum, in aliquo eius recessu locandus, ex quo te olim post multos annos sanctissimè Populo Christiano impensos, videre liceat, maximo dracone victo, amplissima eius sede, vel alia cuiuspiam eiusdem ordinis, donatum. Amen.



Candido,

Candido, pioque Lectori.



DRABMONEMVS te primum pie lector, iusto consilio nos omittere hic aliqua quae late scripsimus ad te in editione prima Lusitana Conymbriae anno MDLII. & breuius in secunda Castellana Salmanticae anno MDLVI. facta, in quibus erat ratio, quare huic ENCHIRIDIO, SIVE MANVALIAME componendo, causam dedit aliud paruum eadem capitula quod hoc continens cuiusdam pij patris, & Confessarij egregij Lusitani, ordinis minorum obseruantiae, quam Capuchinorum vulgus appellat, quod, curante illo, missum fuit mihi censendum ab Illustriss. Card. eodemq; Lusitaniae infante serenissimo, summoq; causarum fidei cognitore, vt incerto Authore sub mea censura imprimeretur, & censuram, correctum, & auctum, typisq; excusum, tanquam alienum opus iusto auctario meo nomine addito, eiusdem Celsitudini dicaui, & quare rursus ex integro oportuit me illud tam Hispano quam Lusitano sermone componere, & Castellano Doñae Ioannae Austriae, Lusitaniae Principi, Lusitanum vero infanti praefato dicere. Ratio item, quare postea Salmanticae religiosissimo patre Ioanne a Zurara praefati Patris sodali instante, suafusq; supremi Consilij Regij, multorumq; rogatu, illud idem recognoui, reformauit, & auxi plurimum, intra domum typographicam vnum circiter annum inclusus, & ab omni aliorum consuetudine, praeterquam praefati a Zurara, & socij eius continuam mecum clausuram seruantium semotus. Ratio item, quare tantum studij, laboris, & tædij, in eo componendo, & toties reformando, & augendo assumpsissem, quum longe magis honori meo prospexissem, recognoscendo, poliendo, & vulgando alia Commentaria super Decreto & Decretalibus, quae temporis ad id faciendum inopia sub lituris habebam, & habeo haud contemnenda: in quibus maiorem ingenij, & eruditionis laudem quarere poteram, eo quod hoc genus summam, & quam maxima breuitate affectate scribendi, sit (ut Mela de lina cosmographia prudenter dixit) opus impeditum & facundiae minime capax: constat enim conclusionibus audis ferè ornatu, argumentis, & rationibus, in quibus inueniendis, formandis, torquendis, & retorquendis, deferendis, confutandis, & disponendis, laus ingenij & eruditionis apparet, & emicat. (Quamquam circumspetus delectus veriorum & apriorum axiomatum & firmiterum autoritarum, & rationum quibus nituntur, vna cum eorum clara resolutione, non obscure apud eruditos iudicium, & eruditionem minimè vulgarem arguat & sapiat) Nonnulla namque axiomata, & resolutiones inuenias in hoc opere media pagina contenta, quae studium ad iustum librum componendum necessarium, sibi vendicent, & multa ad duas, vel tres iustas primariae functionis, praedictiones faciendas necessarium. In eisdem etiam erant gratiae, quas agebamus consulentibus nobis, ne tot Authores praesertim recentiores, allegarem, dicentibus, se sola nostra esse contentos autoritate, simul eos rogantes, vt id boni consulerent, ceu factum, partim ad eos honorandum, partim ad iuste praerendum quaedam lucida, & sapida recentiorum, quibusdam obscuris & rancidis antiquiorum, partim ad fugiendum notam furti, cuius speciem alienae laudis usurpationem esse ait Iurifconsul. in l. Hereditatum, §. si. n. ff. ad leg. Falc. Quamuis enim non damnem raro citantes alios: quod plerisque omnibus theologis familiare est, ingenui tamen pudoris plenum esse cum Plinio iudico, fateri per quos profeceris. Quin & cum allego eos a quibus recedo, non malevolentiae vel notae ergo id facio, sed ne lectori videar fingere hostem, vel non legisse rationes eorum, quibus lectis, me censurum eis fuisse, putet. In eisdem item erat, dici posse quod hoc ENCHIRIDION omnibus est doctrina christiana, & doctus Mnemofanon, & Index conscientiae rerum, Confessionale perfectum Confessarijs, & poenitentibus speculum ad se cernendum lucidum. Quale modo longe iustius dici poterit. Nunc vero redam causas, cur non mireris quod iam octogenarius, tanto studio & labore proprio huic versionis incubuerim, cum multi pro sua in Deum & Remp. pietate, & in me benevolentia, Latine, Hispaneq; callentes, sacraeq; theologia, & vti uisq; iuris professores, id praestare vellent, bonamque iam partem praestitissent, praesertim Gaspar Fernandus vir eruditissimus, Illustrissimèq;

maꝯ Societatis I E S V decus egregium . Non enim id feci gloriæ causa, sed vt plenius satisfacerem Reipub. Christiana. & quamplurimis vniufque Hesperia viris, erudita pietate claris, auctoritate Pontificia Reuerendissi Imò & Cardinalitia dignitate Illustrissi. ad id me vehementer exhortantibus: & in his Tridentino Christophoro Madruccio Principi præcellentissimo, cuius magnanimitas sapientiæ, prudentiæ, magnificentiaque coniuncta, candor animi verè germanus, variarumque linguarum eloquij torrentis, ac in cuiusque gentis virtutis & literarum studiosos propensio, iam pridem non solum Diuum Carolum Quintum, & totam Hispaniam, sed multas alias gentes in sui admirationem traxerunt. Deinde, quia prævidebam quod versio tam succipientæ, tamque affectatæ breuitatis, sacræ Theologiæ, & vniufque iuris reconditis resolutionibus referat, requirebar non solum vniufque prædictæ linguæ cognitionem, sed etiam præfatarum trium facultatum iustam intelligentiam, quæ paucis ante canos conringit. Tertio, quod decebat alios honori suo consulentes, vt phrasi oratori ac verborum varietate, quæ non poterat non obscurare reconditas veritates, quæ etiam nudè propositæ, multis confessariis erunt satis obscuræ. Quarto, quod oportebat multa addere, demere, mutare, & transponere, quæ nemini vt auctori licebant. Quinto, quod decebat memetipsum, qui quadam fortuna, siue providentia diuina occulta, præter opinionem meam & aliorum, & contra salutis ætatisque meæ rationem ob maximam causam in Italiam, vbi versio hæc desiderabatur, appuli, illud scire latinum (admonitum præsertim quod non sine rei Christianæ, nominisque mei iactura, vertebatur ab aliis in sermonem Italem, & ab aliis in latinum) facere, inquam, tanto clarius verbis, apertius sententijs, & rationibus firmiter, quanto latinum communius erit Hispano. Sexto, quod plurimis videbatur expedire, vt in hac versione seiungerentur ab eo Commentarij, quos ad declarationem in eo contentorum ei adiunxeram. Tum vt esset portatilius, & non desineat esse **M A N V A L E**, varijs quæ inserta sunt, adeo locupletatum. Tum quod non tam proderant confessariis & pœnitentibus eos raro consulentibus, quam proderit medulla eorum, opportunis locis eius inserta, quæ nulli interpreti, præterquam Auctori facere licebat. Septimo, quod præmittenda erant ei decem Prælia, ad multorum in eo tactorum intellectum apprime necessaria, simul inserenda opportunis locis omnia quæ sacrosanctum Concilium Tridentinum huc pertinentia, declarauit, & decreuit; & ex prædictis Commentarijs, & nouo additionum eius, cap. 28. & alijs ad variorum varia quæsitæ responsis, quæ etiam nulli interpreti præstare licebat præterquam mihi Auctori, qui, gratia Deo, ea præstare satagi: precatus quam humillimè in primis illam termaximam Virginem Matrem, quæ ante præces etiam nedum obsecrata fauorem donatur, quo de more pia suum filium Theanthropon exorat: et, vt augustissimus ille patris æterni & ipsius Spiritus Sanctus vtriue coæuus, menti moltræ angustæ illapsus, ita eam illustraret, vt seruata quoad eius fieri possit sermonis castitate, clarius loqueretur latinum, quam Hispanum. Deinde submittebat omnia sancta (quæ omnium vna & summa est magistra) ecclesiæ Romanæ, & cuiusvis alius censuræ, in gloriam D. N. I E S V C H R I S T I, cui vti nam seruire, coniuereque liceat æternum. Amen.

GEORGIUS

GEORGIUS CALANDRVS
LVSITANVS. I. C.
Candido Lectori. S.



SPECTABAM, Lector beneuole, aliam maiorem occasionem, qua possem Domino, ac præceptori meo officij mei debitum ex integro persoluere; Sed recens editio aurei Enchiridij, siue Manualis Confessariorum, & operum aliorum eiusdem frequentia non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentem cogunt ut cunque prodire foras, ac illum veluti magnæ summæ creditorem, leui quodam, sed grati animi indice, munusculo præuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciam. Sic frondibus coronantur Dimorum Altaria, & mala litant, qui thura non habent. Quod autem præcipue me ad hoc adiecit, est, quod arbitrer è Republica Christiana esse, vt vel leuis notitia habeatur de magna æstimatione eruditionis eius, quam cum vitæ integritate coniunctam semper habuit, deq; qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, candidè lector, vnum nostri seculi doctrinæ, ac sanctitatis exemplar D. Martinum ab Azpilcueta Doctorem Nauarrum, qui tam præfato Manuali, quam omnibus alijs, vtrumque tibi sartum tectum ostendit, Alterum quidem, dū primum in se, deinde in alijs vitia omnia atque peccata remedijs oportunitis extirpat, & actus hominū ad benè beatèq; viuendum seculò instruit: Alterum dum in ijs ritè peragendis omnia iuris diuini, & humani, & vniufque philosophiæ penetralia referat, & abstrusa quæque recludit, & in medium profert, ea copia, vt nihil addi possit, ea breuitate, vt nihil diminui. Tanto in hac vltima manu suis prioribus superior, quanto suæ priores aliena superarunt. Sic sunt omnia eiusdem auctoris opera nouissima, vel quæ addendo prioribus olim editis locupletat, vel quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorsum conditione corporea, vigor spiritus in sublimiora conscendit, & quasi alter natura cignus, quò morti proximior, ed suauius modulatur. In eo sub tenui carne tenuissimus spiritus enitescit; Imò quasi sine carne totus spiritus. Nil turbidum maneat, nil inspidum: sed omnia pura, ac defæcata, vtroque sale, tam cōscientiæ quam scientiæ benè condita. Fluunt ex ore doctrine, ac sanctitatis flores, Amaltheæ cornu copiam dixeris, sic gratiæ, ac lepores, doctæ ac beatæ animæ circumstant vndique, siue antiquis operibus addit, siue de nouo cudit. Vniufque temporis ego testis oculatus

oculatus sum, qui à quadraginta annis Salmantice, & Conymbrice (Castelle ac Lusitanie literarum Emporijs) cæpi sub eius disciplina operam iuri nauare, & usque ad præsens quo Romæ in almo gymnasio gratia S. D. N. Gregor. P. P. XIII. iam per septennium iuris Pontificij ordinarius interpres, quantumuis minimus existo, eiusdem D. mei præceptoris eximijs scriptis addisco, & quotidie proficio, sicut omnibus multum, sic magis nouissimè. Quanto igitur maiori laude putas, Candide Lector, quod celebrare potuissent hodierna eius opera, insignes illi duo viri (quorum epigrammata subijciuntur edita Conymbricæ) ab hinc annis triginta quinque, quo tempore ille primos suos edebat fœtus, quorum alter heroico, alter elegiaco carmine cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum Nauarrum, tum prælegendo, tum de iure respondendo, in inclytis Hispaniarum Academijs, ea quæ didicerat, simul & docuerat, anrea Iunior in Gallicanis, si vidissent eundem nunc longè seniore & maiori otio, Romæ vetera sua augentem, & noua indies proferentem, & utraque ingenio acutissimo exornantem, industria solertissima elaborantem, doctrina absolutissima perficientem, gratiæque ad quæsitam tanquam alterum iuris Apollinem ex tripode respondentem? Deduxi, Candide Lector, Magni mei præceptoris ac domini primas hæc tantum lineas, depingent alij suos colores; hoc artem oratoriam, in qua non aded versor, desiderat, illi simplex veritas in qua solo versari, sufficit. Bene vale, & frueri.

Roma xx. Martij. M D LXXIX.



DVO EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM,

Quos Regia Maieestas ex Gallia Conymbricam magnis honorariis duxit, primis Authoris operibus ante triginta annos Conymbricæ adiecta.

Alterum illius eruditissimi qui tunc insignis collegij bonarum artium Conymbricensis professor erat Primarius.




AD AVTHOREM.

MACTE animi venerande senex, qui
pectore sancto
Abdita secreti reseras penetralia Iuris:
Et veras recludis opes: vitijq; rebellis
Sape renascentem resecas rationibus herbam.
Non tu Dictæo mendacia callidus antro
Authoremq; fouem fingis lucoue Capeno
Aui nocturna simulas commertia nympha:
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida veri puris de fontibus unda

Pectora

Pectora nostra rigas: moresque in prava fluentes
 Corrigis: & iustis legum compescis habenis,
 Spes nimias: animosque feros moderamine flectis.
 Pontifices tu per sacros dominosque potentis
 Ausonia, regesque doces discrimine certo
 Nosse modum iuris, flexuque obliqua dolo
 Exigis ad Canones interpretes commodus aequos
 Ergo velut dubijs Phœbæa oracula rebus,
 Aut libycas sortes, aut Dodonæa petebant
 Tempia inopes veri, trepidoque instante tumultu:
 Sic cum perplexis mentes ambagibus error
 Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit
 Semita, tu dubios regis, errantesque reducis,
 Confirmas trepidos, revocasque in cæca ruentes,
 Et mala ne serpant rabiosa semina litis,
 Ante caues: & iustitiæ præceptor inermis
 Aurea compositis instauras secula bellis.



ALTE-

ALTERVM IACOBI TEVII
 I. C. ELOQVENTISSIMI
 AD EVNDEM.



Ens, lingua, ingenium, Naturæ dona
 parentis
 Sint licet, artificis munere cuncta nitēt,
 Pura quidem, & minimis mens can-
 dida sordibus ut sit

Natura, arte eadem purior esse potest.
 Lingua itidem sonitum præbet natura suauem,
 Suauior ut fiat, postulat artis opem.
 Quis neget ingenium nostra magis arte iuuari,
 Ut solet a siduo vomere cultus ager?
 Hæc data diuino tria sunt tibi munere dona,
 Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
 Purius illa tamen studijs exculta nitescunt,
 Et rude si quid erat, sedulus arte dolas.
 Sydera ceu claro debent sua lumina Phæbo,
 Sic sua virtutum lumina terra tibi.
 Sermo fuit facilis sapienti è pectore manans,
 In sene doctiloquo Nestore qualis erat.
 Testis erit lingua, & mentis latissimus orbis:
 At quale ingenium sit tibi scripta docent.

ENCHIRIDION,
SIVE
MANUALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM,



*Complectens penè resolutionem omnium dubiorum, quæ in sacris
confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones,
restitutiones, censuras & irregularitates:*

Iam pridem sermone Hispano compositum, & nunc Latinitati
donatum, recognitum, decem Præludijs & quàm plurimis alijs
locupletatum & reformatum ab ipsomet Autore,

MARTINO AB AZPILCVETA DOCTORE NAVARRO,
Sacrae Pœnitentiariæ Decretorum Doctore deputato.

Primum Prælium, de Essentia humanæ animæ.

S V M M A R I V M.



RELVDIORVM decem Manualis summa & scopus. n. 1.
Anima plusquam corpori indulgendum, sed contra fieri. Ad
eam tamen pluri faciendam, moneat illud Bernardi. & quid
illa sit utiliter diffiniunt. nu. 1.

Diffinitio genere ac differentia constare debet. nu. 1.

Animam qui dixere corpoream, aut mortalem, heretici. nu. 2.

Animam unam tantum scilicet rationalem esse in homine, con-

tra gloss. numero 2.

Animam a solo Deo ex nihilo creari, creandòq; infundi, infundendòq; creari. nu. 3.

Animam rationalem veram formam substantialem corporis esse. nu. 4.

Anima rationalis quem in finem creata, per quæ media beandi. nu. 4. & 5.

Gratia & operibus & non sola fide saluari homines. nu. 5.

Iustificatur nullus nisi per merita CHRISTI, neque per ipsa illo vel illo modo,

non communicata nisi lege priuata. nu. 5.

Gratiam primam nemo de condigno meretur, neque illa datur ulli, nisi per merita

CHRISTI, sic vel sic applicata, neque adultis sine aliquo sui liberi arbitrii
actu. nu. 5.



A

CHRI-

Primum Prælium.

- CHRISTI IESU anima benedictissima quando & quomodo iustificata, & beata; quando item & quo anima eius Matris, Iohannis, & Hieremie iustificata. nu. 5.
Animam humanam imaginari paruis membris distinctam, error. nu. 6.
Anima tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, sicut Deus in toto orbe, & Corpus CHRISTI in tota hostia & qualibet eius parte. nu. 6.
Animam rationalem non esse formam essentialem hominis dicere, hæreticum. numero 7.
Intellectus dicti Pauli de interiore & exteriori homine. nu. 7.
Anima sedem esse cor, ut intelligendum. nu. 8.
Animam in sanguine habitare & crescere, ut intelligendum. num. 9.
Animam, Deum & Angelos qui putant corporeos; an peccent & sint hæretici. numero 10.
Peccatur quibus modis circa credenda de anima. nu. 11.



QVONIAM totus hic liber de peccatoris anima per pœnitentiam a peccato liberanda tractat; prælium pauca, quæ considerata & perpensa facile possunt nos peccantes virgere ad agnoscendam nostram erga Deum Opt. Max. ingratitude, & ad verecundandum ob imprudentiam, qua minora maioribus, imò & mala bonis, & pessima optimis præponimus: Simul & docere vias planas & rectas, quibus in finem vltimum, in quem tendimus, quique beatitudo æterna est, perueniamus; & illam, quæ ter horrendissima est, miseriam æternam euadamus. Quæ duxi contrahenda in decem prælia. Quorum

- Primus ob oculos ponet nobis peccantibus animæ nostræ dignitatem.
 - Secundus eius vires & potentias sensitivas.
 - Tertius eius vires & potentias intellectivas.
 - Quartus Finem vltimum & beatitudinem, in quam creati & redempti sumus, & miseriam æternam, quam horrere debemus.
 - Quintus animæ passiones & habitus quibus in merita, vel demerita mouemur.
 - Sextus actus animæ humanos, quibus in æternam beatitudinem, vel miseriam itur.
 - Septimus quæ merita & quæ demerita.
 - Octauus membra demeriti in peccatorum originale & actuale.
 - Nonus peccati actualis varia genera, ac quid mortale, & quid veniale, & de notis quibus mortale à veniali discernitur.
 - Decimus pœnitentiæ sacramentum, & eius partes. In quorum singulorum fine quam breuissime perstringentur modi, quibus circa vnumquodque horum mortaliter peccetur.
- Propositorus igitur primum admoneo, quamplurimos, qui corpori magis quam animæ indulgemus, parum auscultare illud psal. 65. Venite, audite, &

Primum Prælium.

2

anima, & de beneficijs illi a Deo collatis curamus. Simul confirmamus illud Meditationum Bernardi principium. Multi multa sciunt, & se ipsos nesciunt, alios inspiciunt, & se ipsos deserunt, Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus. Quamobrem exosi indignitatem carnis, quæ (vt idem Bernardus ait, in cap. 3. eiusdem libelli) nihil aliud est quam sperma fœtidum, saccus stercoreum, & cibus vermium, summa cura & studio dignitatem animæ contemplari deberemus, dicentes cum eodem: O anima, Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris? II. admoneo, vt diuino implorato auxilio, contemplemur essentiam animæ nostræ, quæ res omnium Philosophorum ingenia vane sine iusto fructu exercuit, neque vnquam vlli sine sacrarum literarum aut fidei Catholicæ iusta cognitione plenè patuit. Et omiſſa definitione Arist. 2. de Anima, quam retulit Thom. I. par. q. 76. art. 5. qua diffinitur esse actus corporis physici organici in potentia vitæ hñtis, diffiniamus eam vtilius, & nostro proposito aptius, sic. Anima rationalis est substantia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo de nihilo, cum infunditur corpori, vt sit tanquam forma substantialis eius, per se, ad beatitudinem per gratiam & bona opera consequendam apta.

Dixi primum, substantia, ne definitio careat genere, ex quo & differentia sufficienti debet constare: quod docuit per theoriam Arist. in Topicis, & per praxim & vsu Iurisconsultus. in l. j. ff. de dolo, & l. j. ff. de testam. vbi Bartho. cum alijs explicauit. Et constat verbum, substantia, esse genus ad animam humanam: Omnis enim anima humana est substantia: non contra, omnis substantia est anima humana.

Dixi, Per se subsistens, per quod differt ab anima vegetatiua platarum, & a sensitua aliorum animantium, quæ nõ possunt per se subsistere, vt probat Tho. I. par. q. 75. art. 3.

Dixi, Incorporea, ad differentiam substantiæ corporalis, & ad damnationem Diogenis, & aliorum Philosophorum, qui dixerunt animam esse ventum, vel aerem, vt ait Isidorus lib. j. Ethymolog. cap. j. & diuus ille Antonin. de anima bene meritis par. 1. ca. 4. in prin. quos appellat hæreticos Tertullianistas Isid. in cap. penul. 24. q. 3. col. 4.

Dixi, Immortalis, Tum ad retundendam hæresim, quæ, vt ait Isidorus in eo. cap. Arabicorum est dicentium, illam cum corpore mori; quod hæreticum esse se declarauit Leo decimus in Concilio Lateranen. ses. 8. & antea probauit esse falsum Th. in j. par. q. 15. art. 3. Tum ad differentiam aliarum animarum, quæ cū suis corporibus moriuntur, vt ibid. Th. & gl. Cle. j. S. Porro verb. intellectuæ, de summa Tri. quæ tñ innuit vnũ falsum, qd et male affirmat Io. Brunus De spõsal. conclus. 14. num. 4. quatenus loquitur de anima vegetatiua, qua viuimus, & sensitua, qua sentimus. Significat enim in nobis esse tres animas, videlicet duas prædictas & rationalem, & morientibus nobis mori duas:

rationalis, vt habetur in lib. de ecclesiast. dogmat. ca. 9. & late probat Tho. in dicta. 1. part. q. 76 ar. 3. & ita ipsamet est vegetatrix, siue vegetatiua, & sensibilis, siue sensitua, & intelligens siue intellectua.

3 Dixi, creata a Deo, ad damnandam hæresim Tertulliani, qui tradidit, animas ab Angelis creari, vt trad. August. lib. de hæres. ad Quouuldeum, c. 86 contra Symbolum Athanasij, & contra. capitu. Firmiter, de summa Trin. quibus docemur, Deum esse creatorem omnium visibilium & inuisibilium.

Dixi, Ex nihilo, ad fugiendam hæresim Gnosticorum, qui, vt ait Isido. in d. c. pen. col. j. ob altitudinē scientiæ, quam sibi arrogabant, illud sibi nomen vsurparunt, & dixerunt, ex natura Dei creatas animas, & non ex nihilo. Quæ hæresis fuit etiam Manichæorū damnata per primum conciliū Bracharense, c. 2. in hæc verba; Si quis animas humanas, vel Angelos, ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Dixi, Cum infunditur corpori, ad fugiendum errorem Origenianorum, qui dicebant, animas hominum iam inde a principio mundi fuisse creatas in cælo, & inde postea mitti in corpora, vt ait Isidorus vbi supra; Contra itē illos, qui dicūt, prius creari animas, quàm in corpora mittantur; Quod videtur sensisse gl. ca. Si quis abiecerit. j. q. 3. dum ait, animam antea viuere quàm sit in corpore; quod tamen esse hæreticum dicit gl. Ioannis in ca. Quod verò non formatum, 3 2. q. 2. in hæc verba memoratu dignissima, quæ decerpere potuit ex Magist. sent. lib. 2. dist. 17. Fides nostra est, quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat, & creando infundit, cui consono Tho. recep. in j. par. q. 90. art. 4.

4 Dixi, vt sit forma substantialis eius per se, ad fugiendum hæresim eorum, qui dixerunt: animam non esse formam substantialem corporis: contra item eos, qui dixerunt non esse talem formam, saltem in quantum est rationalis: quos damnauit conciliū Viennense in cle. j. §. Porro de summa Trin. in hæc verba, Porro doctrinam omnem seu positionem, temere asserentem, aut vertentem in dubium quòd substantia animæ rationalis, seu intellectiua, verè ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati Catholicæ inimicā fidei, prædicto sacro concilio approbante, reprobamus.

Dixi, Ad obtinendam beatitudinem, quò monstrarem; finem illum vltimum, & felicissimum, in quem habendum creatæ sunt animæ nostræ, ac subinde nos ipsi, iuxta illud August. citatum a Magistro in 2. lib. dist. j. Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur.

5 Dixi, Per gratiam, ad excludendū errorē Pelagianorū tradentiū posse nos per solam nostram potentiam naturalem, cum concursu generali Dei, sine vlla ope gratiæ iustificari, & glorificari, quos appellat hæreticos Isidorus, in d. c. pe. col. n. qui damnati fuerunt olim in cōcilio Mileuitano; de quo in tribus capitulis vltimis. de cōse. dist. 4 & nouissimè in cōc. Trid. vt in Præliud. 3. latius dicemus.

Dixi, Et per bona opera, ad significandū, quòd licet primam gratiā, qua per baptismū vel pœnitentiā iustificamur, nemo de cōdigno mereri possit, vt docet

Tho.

Tho. receptus 1. sec. q. 114. art. 5. nullus tamen adultus iudicio rationis fungens, lege communi iustificatur, nisi præuio aliquo actu bono moraliter, libero arbitrio suo producto, etiam si fide præpollat, iuxta illud August. c. Omnis de cōsec. dist. 4. Omnis qui iam uitæ suæ arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum pœniteat ueteris uitæ, nouam non potest inchoare, ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt, nondum enim uti possunt libero arbitrio. Quod ipsum ait in c. Firmissime. 15. q. j. & iuxta ea, quæ idem Tho. tradit. j. sec. q. 113. per totā. Adulti, in quā, rōne utētes; quia infantes, pueri, & adulti, à natiuitate rōne carentes, ob merita CHRISTI per baptismū communicata, eam sub lege gratiæ cōsequuntur, c. Maiores, de baptism. & olim sub lege naturali & scripta, ob eadem merita per circumcisionē, & alia sacrificia, & oblationes in id aptas applicata consequebantur, ca. Quòd autē, c. Ex quò, de consecra. dist. 4. Domini autem nostri IESU CHRISTI anima illa benedictissima, lege priuata, sine ullo eius actu & merito præcedente, in primo suæ cōceptionis instanti, non solum fuit iustificata, sed etiam beatificata, quoad beatitudinē animæ propriā, ut ante & post alios declarat Tho. 3. par. q. j. art. 11. & q. 15. art. 10. & q. 19. ar. 3. Eadem item lege priuata, Virgo mater eius in primo suæ conceptionis instanti, & Io. Baptista & Hieremias, antequam nascerētur, sine ullo sacramento, & sacrificio iustificati fuere, iuxta ea quæ leguntur & notantur Hierem. 1. & Luc. 1.

6 Ex hac diffinitione infertur, errare illos, qui imaginantur animas humanas esse diuisibiles, quales sunt animæ aliorum animalū, habereque capitula, seu parua capita, brachiola, manusculas, & alia membra, quæ respondeant partibus corporis, quas informat, Quoniam anima est res incorporea, & indiuisibilis, neque habet ulla talia membra, imò tota est in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, quoad ipsam animæ substantiam, & essentiā; quod Tho. ab omnibus receptus, docet in prima par. q. 8. ar. 2. ad 3. & q. 76. ar. 8. post Aug. lib. 6. de Trin. quemadmodū Deus est in toto mūdo, & in qualibet eius parte: quia est ubique, iuxta Magistrū & alios, in lib. 1. dist. 37. & Tho. 1. par. q. 8. ar. 2. & sicut sacrosanctissimū corpus CHRISTI in sacrosancta Eucharistia totū est sub tota panis & vini specie, & totū sub qualibet parte, c. Singuli, &c. Vbi pars, de Cōsec. dist. 2. ut conciliū Trident. nuperrimū sess. 13. cap. 3. docuit; declarādo in canone 3. hæreticum eum, qui negaret, non esse in qualibet parte, saltem separata. Secundò infertur, animam non esse hominem; Tum quia anima, ut diximus, est substantia incorporea, & immortalis. c. Firmiter, de Sūma Trin. Tū quia homo duabus partibus constat, anima uidelicet rationali, & corpore, id quod grauissimus author Innocentius 3. in c. In quadam, de celebrat. miss. tradidit in hæc uerba. Ad esse hominis duo principaliter exiguntur, uidelicet corpus, & anima, ex quorum coniunctione uerū homo subsistit; Quod ipsum antea docuit sanctissimus ille pater noster Augustinus in lib. 19. de Ciuit. Dei, & in c. Moyses. 3 2. q. 2. & latius expressit omniscius ille Tho. 1. par. q. 75. art. 4. & q. 76. ar. 1. post Arist. lib. 2. de anima.

Tertiò infertur, cauendum esse, ne quis ex verbis eiusdem Augustini in d. c.

A 3

Moyfes,

Moyſes, videlicet. (Oportebat domum compaginari, & poſtea habitorem induci) colligat id, quod vtinam nemo collegerit, nempe, perinde animã eſſe in corpore, ac motor nauiſt in nauis, & habitator domus in domo, & quod non ſit vera & eſſentialis forma humani corporis; quoniam hoc eſt hæreticum, & damnatum per dictam Clem. 1. §. Porro, de Summa Trinita. & ſid. Catho. vt prædiximus.

Quartò inferitur, quòd Paulus cum in epiſtola 2. ad Corinth. cap. 4. appellat hominem interiorem partem intellectiuam, & hominem exteriorem partem ſenſitiuam: noluit ſignificare, quod illæ partes ſeparatim ſumptæ ſint homines; vt quidam hæreticus Tertullianus inde collegit, authore Thoma ibid. ſed quia ſecundum rei veritatem pars intellectiua eſt principalior pars hominis, & ſecundum aliquorũ falſam æſtimationem, pars ſenſitiua eſt pars principalior eius: & totũ ſolet nominari aliquando a parte principaliori; vt declarat Tho. 1. par. q. 75. ar. 4. ad. 1. & latius in lectione 5. ſuper illud c. 4. ad Corinth.

Quintò inferitur, gloſſam illam c. i. de Sacra vnctio. in principio, quæ ait: cor eſſe animæ ſedem, non ita eſſe intelligendã, quod anima ſoli cordi inſideat, indeque reliquum corpus gubernet, ſed quòd licet per ſe totam immediate omnes partes eius informet, in corde tamen quàm plurima operatur eorum, quæ ad vitam pertinent, quæ non operatur in alijs, iuxta illud Parthenicæ Marianæ de corde Virginis matris.

*Cor prius ex illo quoniam descendit in artus
Vitalis calor, à pleno ceu flumina fonte,
Illic prima domus vitæ, poſtrema per illud
Diſcedens terris, animus veſtigia ponit.*

Neq; tamen ex hoc eleganti elogio colligas, prius tempore cor ipſum animari, quàm cætera omnia membra, nec poſterius tempore, quàm illa. deſtitui ab anima: quoniam vno & eodem tempore creatur a Deo ex nihilo intra corpusculum, iam ad id organicè paratum, & ſimul ei toti, & cuiſlibet parti coniungitur, tanquam forma ſubſtantialis, & eſſentialis, ex qua & illo corpusculo conſtituitur verus homo, vt colligitur ex Tho. recepto in prima parte q. 90. art. 2. 3. & 4. & ex Magiſtro, Scoto & alijs in lib. 2. diſt. 17.

Sextò inferitur, ad eundem modum etiam intelligendum eſſe, id quod ait Aug. in c. Moyſes 3. q. 2. Videlicet, animam in ſanguine habitare. Inferitur item, quod in illo dicto Hieronymi c. Ne tales, de confec. diſt. 5. videlicet, animam viuere non poſſe, niſi creſcendi capax ſit, per verbum animam intelligendum eſſe hominem animatum, vt ibidem gloſſa intellexit per Synecdochem, capiendò partè pro toto, Anima enim humana nec augeri nec diminui poteſt, ſed ſemper manet eadem & incorruptibilis, vt ſupra dictum eſt, & probat Tho. 1. par. q. 75. art. 6. & Scot. Bonau. & alij in 2. lib. ſent. diſt. 17.

Septimò inferitur illud Vergilij. Igneus ollis eſt vigor & cœleſtis origo ſeminibus. quod gloſſa in §. ſin. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. intelligit de hominibus, eſſe quidem verum in eo ſenſu, quòd origo hominum, quoad animam eſt immediate a Deo per creationem ex nihilo intra corpusculum, quod embrio

brío dicitur: non autem in illo, quod de aliqua parte cœleſti ſit illa facta, hoc enim erroneum eſt, vt diximus.

Octauò inferitur, magis è re noſtra eſſe per ſe & ſimpliciter ſcire prædicta, eademq; ruminare, quàm alias ſcientias etiam iuris, catholicæ fidei cognitioni minime neceſſarias. Tum per dictum Bernard. relatum ſupra eod. nu. 1. Tum quia hæc pertinent ad cognitionem fidei catholicæ, cuius ſtudium eſt melius, quàm aliarum ſcientiarum, etiam iuris, etiam laicis, ſingulariter diffiniuit Innoc. receptus in c. Firmiter nu. 6. de ſumma Trinit. Tum quia oportet omnes credere, ſaltem implicite, omnia, quæ ſunt Catholicæ fidei, hoc eſt, credere in genere eſſe vera omnia, quæ credit Eccleſia Catholica, & etiam explicite articulos fidei ſecundum Th. 2. ſec. q. 2. ar. 5. ſaltem eos quos ſolemnizat Eccleſia, ſecundum eundem, quoad hoc ab omnibus receptum ibidem ar. 7.

Nonò inferitur quæſtionis eſſe quotidianæ, an peccent & quantum circa prædicta errantes, imò & an ſint hæretici, adeo vt incurrant cenſuras contra eos latus? Ad quam dicendum videtur, primò quod peccant niſi ſimplicitas, vel ignorantia iuſta excuſet, per ea quæ tradit Tho. 1. ſec. q. 76 ar. 1. & 2. Quin & quòd ſunt hæretici, ſi pertinaciter id teneant, arg. Clem. 1. de ſumma Trinit. §. Porro, iuncta glo. verb. Pertinaciter, de hæret. & Clem. 1. iuncta glo. eod. verb. de Vſur. Secundò, quòd non ſunt hæretici, ſi pertinaciter non errant, hoc eſt, cum præparatione animi actuali vel virtuali reſipiſcendi & credendi contrarium, cum primum nouerint id teneri pro fide ab Eccleſia, quales arbitror innumeros, qui ſimpliciter & bona fide ſine peruicacia imaginantur animas humanas exutas corpore paruulas qualiſ infantibus, eo quod frequenter audiunt vel legunt animam Sancti Pauli primi hæremite, vitam fuiſſe in eiufmodi figura a ſancto Antonio per Angelos in cœlum deferri, vt in vita eius deſcribit Hieronymus, & animam ſanctæ Scolasticæ, a beato Benedicto eius fratre, vt in dialogis ſcribit Gregorius, & alias ab alijs, ſicut & imaginantur Angelos infantulos, & (quod peius eſt) imaginantur etiam ipſum Deum Patrem figuræ cuiuſdam viri grauis, & ſeneſcentis, & ſpiritum ſanctum columbam, eo quod paſſim vident Angelos pictos in puerili figura in tabulis repræſentationis Aſcenſionis Domini, & aſſumpcionis Domine, & alibi ſæpe, & eo quod vident Deum Patrem repræſentatum in figura grauis ſeniorisq; hominis, Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ, quas imaginationes falſas concipiunt, eo quod non ſatis docentur a Parochis, & Concionatoribus animas, & Angelos non eſſe corporeos, & longe minus infinite Deum ipſum Opt. Max. licet per ſpecies corporeas repræſententur, & quod eiufmodi repræſentatio ideo fit, quia incorporea nequeunt oculis corporeis præſentari talia, qualia verè ſunt, & ita repræſentantur in figuris, quæ ſignificent nobis, non quidem ea eſſe talis figuræ, ſed aliquas eorum virtutes & proprietates: figura enim infantilis animæ, quæ in cœlum deferretur, ſignificat eius innocentiam, & quod eiufmodi figura Angeli ornantis CHRISTI aſcenſionem, & eius matris aſſumptionem, ſignificat ſimplicem & promptam deuotionem ad eis miniſtrandum: Senilis vero ætas in Deo Patre ſummam eius authoritatem, & prouidentiam designat.

Columbæ verò, quæ simplex & amans est, figura, summam simplicitatem, & amorem Spiritus sancti, qui est summus & simplex amor patris & filij, eis consubstantialis. Nam si satis hæc docerentur, lubenter deponerent eiusmodi falsas imaginationes, credendo firmiter quòd nec anima, nec Angelus, & longe minus Deus ipse pater, nec filius, qua parte est Deus, nec Spiritus sanctus vllatenus visu corporali cerni possunt. Tertio quòd cum vt plurimum nulli Christiani concipiant præfatas imaginationes, cum credulitate pertinaci, quòd Deus, Angeli, & animæ habeant corpora, siue quòd sunt corporea, non solum non sunt censendi hæretici: Imò nec regulariter peccare, saltem mortaliter, si simpliciter & bona fide id faciunt, per id quod in simili singulariter dixit Innocen. in c. Firmiter, de summa Trinit. num. 7. Cui nemo contradicit, & assistit Panor. in ead. rub. num. 4 & sequen. communiter receptus, videlicet, non esse censendum hæreticum, imò neque peccare eum, qui naturali ratione ductus, crederet patrem in diuinis antiquiorem esse filio, & filium Spiritu sancto, modò paratus sit corrigi ab ecclesia, iux. cap. Dixit apostolus 24. quæst. 3. quod ipsum tenet Castren. libr. 1. contra omnes hæreses cap. 9. de omni alia hæresi, quam quis sine pertinacia credit, vel asserit, nesciens contrarium ab Ecclesia teneri. Quarto, quòd hoc limitandum est primo, ne procedat quoad forum exterius in quo præsumuntur hæretici, licet re vera non sint: & ideo, vt plurimum, aliqua pœna maiore vel minore pro qualitate personarum plectuntur, qui probantur, vel confitentur asseruisse talia, arg. c. accusatus, in prin. & §. 1. & 3. de hæret. lib. 6. Secundò etiam limitandum est, quoad forum conscientie, ne procedat, quoad peccatum in his qui tenentur scire illa esse de fide, licet id sua culpa ignorent, vel non animaduertant & considerent: tales enim & si coram Deo & in foro conscientie non sint censendi hæretici, vt prædicti aiunt, nec consequenter in illo foro incurrunt censuras, & alias pœnas contra hæreticos statutas, censendi sunt tamen grauiter peccare, cum ignorantia iuris, quod quis tenetur scire, non excuset §. Notandum 1. quæst. 4. cum glossa & omnibus alijs scribentibus, & c. Ignorantia, cum glossa & ei annotatis de reg. iur. lib. 6. & trad. Thom. 1. sec. q. 76. arti. 1. & 2. quod satis sentit Innoc. vbi supra, dum sentit differre Clericos a Laicis in materia credendi fidei articulos, & clarius Panor. vbi supra. Quàmuis nec ipsi, nec alij, quòd sciam, hoc satis declarent: sed probatur ratione illa irrefragabili, quòd paria sunt scire, vel debere scire, l. Quod te mihi dare oportet, ff. de reb. cred. cum multis ibi a recentioribus allatis. Et constat grauissime peccare illos, qui scientes contrarium esse de fide, asserunt talia, ergo etiam qui nesciunt, si scire deberent grauiter peccant, licet illa, qualis qualis ignorantia, & incogitantia cum fide implicita, & proposito, saltem virtuali, credendi quicquid nouerit, & aduerterit esse de fide, a pertinacia, censura, & alijs penis excuset, in quod faciunt c. Hæc est fides 24. quæst. 1. & c. Dixit Apostolus ead. caus. quæst. 3. & quæ latius tradit Diuus Antoninus 2. par. tit. 12. ca. 5. §. 1. V. Quòd nullus prædictorum errorum, nec alius, si tantum mentalis fuerit, inducit excommunicationem, nec alias pœnas, licet verè sit hæresis, & peccatum,

catum grauissimum mortale, ut dicitur infra c. 11. nu. 17.

Circa prædicta ergo alij peccant mortaliter & sunt hæretici. Alij peccant mortaliter & non sunt hæretici. Alij non peccant, uel non plus quam uenialiter.

Primi ordinis est, qui sciens, & aduertens contrarium teneri ab ecclesia Romana, credit animam non esse substantiam, quæ per se subsistere possit, differentem a corpore quod informat. supra. nu. 2. & 6.

II. Qui cum eadem scientia credit eam esse corpoream, vel habere figuram humanam in parua membra digestam. nu. 2. & 6.

III. Qui cum eadem scientia credit eam cum corpore mori. n. eodem.

III. Qui cum eadem scientia credit animas creati ab Angelis uel de substantia, uel parte Dei. nu. 3. & 9.

V. Qui cum eadem scientia credit animas creati antequam infundantur corpusculis. nu. 3.

VI. Qui cum eadem scientia credit animam non esse formam substantialem corporis. nu. 4.

VII. Qui cum eadem scientia credit posse nos saluari solis uiribus naturalibus, & nostro libero arbitrio sine gratia speciali supernaturali. nu. 5. Secundi ordinis sunt, qui prædicta credunt ignoranter, uel non aduertentes contrarium teneri ab ecclesia Romana, quod si scirent, & aduerterent, non crederent illa, sed sunt personæ quæ id scire & aduertere debent. Tertij ordinis sunt, qui credunt prædicta nescientes, nec scire debentes, contraria teneri ab ecclesia.

Secundum Prælidium, de animæ potentijs, quatenus est vegetatrix, & sentiens.

S V M M A R I V M.

Potentia animæ quid, nu. 1.

Anima rationalis, omnes potentias & vires tam animæ vegetatiuæ, quam sensitiuæ habet. nu. 1.

Potentia sentiendi, seu sensus exteriores sunt quinque, interiores autem quatuor, & quæ officia eorum, nu. 1.

Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ sensitiuæ. nu. 2.

Sensualitas vocatur vis appetitiua sensitiuæ, quæ in concupiscibilem & irascibilem diuiditur, & quid unaqueque illarum, & quomodo dicantur obedire rationi. nu. 3.

Anima rationalis distinguitur a potentijs sensitiuis. nu. 4.

PROPOSITVS ob oculos secundum, videlicet animæ nostræ potentias sensitiuas, admoneo primo, vt cõtèplati mirabilem animæ nostræ substantiam, & essentiam, cõtèplemur nunc, quas potentias, vires, & facultates naturales indidit ei Deus Opt. Max. considerantes quòd potentia seu virtus, seu vis animæ, de qua hic agimus, est proximè principium operationis

rationis eius, ut satis colligitur ex Tho. 1. par. q. 67. art. 1. & 4. & q. 79. per totā. Secundo, quod diuina bonitas, eam donauit omnibus potentijs, virtutibus & viribus, quas habet anima vegetatrix, siue vegetatiua qua plantæ viuunt; adeo quidem, quod merito anima rationalis possit appellari vegetatrix, siue vegetatiua, ut resolute ait Maior in pri. sent. dist. 16. q. 2. Cum enim anima vna sola sit in homine, ut dictum est supra prælud. 1. & liber de dogmat. Ecclesial. cap. 9 habeat, & irrefragabiliter probet Tho. 1. par. q. 76. art. 3. & videamus hominem nutriri, augeri, & auctum & perfectum similem sibi generare; consequens est, eam habere omnes vegetatiuæ animæ potentias, vires, & facultates; quæ sunt tres: Nutritiua, quæ conseruat corpus, Augmentatiua, quæ auget & perficit illud, & Generatiua, quæ sibi simile producit, iuxta illud Aristot. 2. de anima. Opera animæ vegetatiuæ sunt tria, generare, alimento vti, & augmentum facere, ut Tho. 1. part. q. 78. declarat.

2 Tertio, quod eadem illa bonitas dotauit eam etiam potentijs, uiribus, & facultatibus omnibus animæ sensitiuæ, adeo quidem ut merito anima rationalis appellari possit sensitiua, ut recte dixit Maior ubi supra. Cum enim uideamus hominem mouere sese, consequitur, eum habere potentiam motiuā animæ sensitiuæ. Cum item cernamus eum sentire & cognoscere, consequitur, eum habere potentiam animæ sensitiuæ cognoscitiuam. Quæ diuiditur in exteriorem, & interiorem. Exteriorem exercet per potētias exteriores; quæ sunt quinque, uisus, uidelicet, auditus, odoratus, gustus, & tactus, quas recensuit etiam glo. 1. Quod meo, ff. de acquir. poss. Interiorem autem cognitionem sensitiuam exercet per potentias sensitiuas interiores, quæ sunt quatuor. Prima est sensus communis, cuius officium est recipere interiūs cognitiones omniū, quæ prædicti quinque sensus cognoscunt exteriūs, & de illis iudicare. Secunda est, imaginatiua, seu cogitatiua, cuius officium est seruare omnia quæ recipit sensus communis. Tertia æstinatiua, cuius est recipere intentiones, quas animal percipit naturaliter, sed aliās quàm per sensus exteriores, ut est illa, qua Ouis æstimat lupum esse suū inimicū. Quarta est memoratiua, cuius est seruare, uelut in thesauro, intentiones, quas æstimatiua recipit secundum Tho. 1. par. q. 78. art. 4. qui ait, Auicennam addidisse his quintam, uidelicet phantasiā, sed superflue, cum eius officium efficiat imaginatiua.

3 Quarto, quod hæc eadem anima nostra habet potentiam appetendi, qua pollet anima sensitiua, quia potest appetere ac renuere, quæ per sensus prædictos cognoscit. Hæc potentia appetitiua sensualitas uocatur a Tho. 1. par. q. 81. art. 1. & prius a Io. 2. 2. in præc. Clem. & ab Inno. 3. in c. j. §. In uertice, de Sacra unctio. Quæ uox quamuis non uideatur omnino latina, ea tamen utitur etiam Magister in 2. lib. Sent. dist. 24. cap. 4.

4 Quinto, quod hæc sensualitas siue potentia, siue uis appetitiua sensitiua diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem. Concupiscibilis est illa, per quā potest anima humana, quatenus conuenit cum sensitiua, appetere, siue uelle, uel renuere, siue nolle illa, quæ apprehendit conuenire, uel non conuenire per prædictos sensus, ea ratione quod conueniant, uel non conueniant. Irascibilis uero

uero est illa, per quam audet resistere illis per quæ impugnantur, uel per quæ impediuntur illi ea, quæ sibi conuenientia uidentur. Itaque potentia irascibilis propugnatrix est potētiae concupiscibilis, ut dixit Thom. in dicta q. 81. ar. 2. qui in art. sequenti probat prædictas duas potentias subdi rationi, & ei obedi-re, licet quoad aliquid repugnent & submouere. Quoniam dictante ratione non esse cupiendum aut renuendum illud, aut illud, aut non esse resistendum illi, aut illi, aut omnino obediunt, aut certe refrænantur: quod experientia palam docet, quoties ira, timore, audacia, amore uel odio perciti, aut omnino aut ex parte sedamur, considerando aliqua rationi consentanea à nobis uel ab alijs proposita: Sicuti 1. Reg. 25. Dauidis ardens ira extincta fuit per rationes Abigail iustissimas. Amor item furens Mariæ Magdalenæ extinctus fuit per prædicationem D. N. IESU CHRISTI. rationi diuinæ & humanæ consentaneam, Luc. 7.

4 Sexto, quod satis grauis quæstionis est, an quælibet prædictarum potentiarum vegetatiuæ ac sensitiuæ sint re ipsa idem, quod anima. In qua uidetur uerior, facilius, & commodior esse illa sententia, quæ habet, nullam harum potētiarum, quas habet anima nostra, quatenus est vegetatiua uel sensitiua, cognoscitiua aut appetitiua, esse idem quod ipsamet anima: eo quod omnes potētiae prædictæ constant ex parte corporis, & ipsamet anima. Sicut totus homo constat ex anima, & toto corpore; & ita sicut totus homo non est sola anima ipsius, ut prædictum est in præludio 1. nu. 6. ita partes illæ hominis, quæ sunt potētiae sensitiuæ, & organa sensuum ipsius, non sunt sola anima, ex qua & ali quibus partibus corporis constat. Quia quæ ratio est de toto ad totum, eadem est de parte ad partem, 1. Quæ de tota, ff. de rei uendic. & c. Pastoralis §. Item cum totum, de offi. deleg. quod longè dilucidius quàm alij omnes trad. Maior in dicta dist. 16. lib. 2. sent.

Circa potētias sensitiuas animæ humanæ, nullus ferè peccat, credendo illud aut illud, nisi qui scit, uel debet scire, unam tantum animam scilicet rationalem esse in homine iuxta dicta supra in prælud. 1. nu. 2. & nihilominus credit animam rationalem non sentire, sed solum intelligere: quia consequenter uideatur confiteri plures animas esse in homine, quod est erroneum. An autē id sentiens sit haereticus, uel peccet mortaliter facile colligitur ex prælud. 1. n. io.

Tertium Præludium, de potētijs animæ quatenus est rationalis siue intellectiua.

S V M M A R I V M.

ANIMA humana quatenus est rationalis habet potētiam cognoscendi & uolendi: & an ille sint ipsamet? nu. 1.
Anima, & memoria non differunt re, sicut neque intellectus, & ratio. nu. 2.
S. Iffidorus rerum utilium doctor. nu. 3.

Anima

- Anima qua ratione appellatur intellectus, & qua memoria, intellectus agens, intellectus possibilis, & qua ratio tum superior, tum inferior. nu. 4.*
- Anima ratione potentie appetendi varie appellatur, sicut ratione potentie intelligendi. nu. 5.*
- Appetendi siue volendi potentia, seu vis intellectiua, quomodo differt à potentia, & vi appetendi sensitiua. nu. 6.*
- Intellectus an potior voluntate, vel voluntas intellectu. nu. 7.*
- Appetendi potentia rationalis, diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem, sicut sensuali. nu. 8.*
- Anima rationalis habet liberum arbitrium, non autem irrationalis. nu. 9.*
- Liberum arbitrium non esse homini, hæresis. nu. 10.*
- Arbitrium liberum sufficit ad cadendum, & male agendum, non autem ad bene, saltem meritorie, operandum. nu. 11.*
- Gratiam iustificantem nemo potest solo libero arbitrio, saltem de condigno, mereri. num. 11.*
- Gratiam dei iam quasitam, ad sui usque in finem conseruationem opem specialem requirere. nu. 12.*
- Anima multo plura potest cognoscere, velle, reuereq; per vim intellectiuam, quàm per sensitiuam, nam & Deum cognoscere potest. nu. 13.*
- Anima rationalis quomodo cognoscit se, suos actus, & Angelos & eorum actus. num. 14.*
- Anima, & Angelus non cognoscunt per se ipsos vt Deus. nu. 15.*
- Homo non solum accepit à Deo esse, & viuere, sed etiã intelligere, & est imago eius quoad mentem, & non quoad corpus. nu. 16.*
- Imaginem Dei aq; habet mulier, ac vir. nu. 17.*
- Homo imaginem Dei gerit, non solum quoad animæ naturam, sed etiam quoad potentias eius, imò & quoad actus eius. nu. 18.*
- Homo qua via melius ducitur in cognitionem Dei, & mysterij S. Trinitatis. nu. 19.*
- Generatio, & processio in diuinis spiritualissima. nu. 19.*

CONTEMPLERIAM, vt maiores gratias Deo Opt. Max. agamus, quòd animas nostras non solum præfatis potentijs vegetatiuis ac sensitiuis dotauit, sed etiam alijs duabus lógè nobilioribus decorauit, videlicet, potentia intelligendi, quam scholæ intellectum appellant, & potètia siue vi appetendi, quam eadem voluntatem nominant. De quibus duabus potentijs dicimus primò, quòd S. Tho. cum suis asseclis 1. par. q. 77. ar. 1. & alibi sape ait, illas non esse animam ipsam, sed ab ea, & inter se re ipsa differentes. Ita, quòd anima sit substantia. Intellectus verò & voluntas duo accidentia diuersa inseparabiliter ab ea manantia, Scotus autem contra tenet, in 2. lib. Sent. dist. 16. cum suis sequacibus, & omnibus Parisiënsibus, exceptis Dominicanis, ut testatur ibidem Conterreneus eius Ioannes Maior, qui eam per multas propositiones dilucidius quàm alij omnes ibi explanat; Sicut è contrario Gabriel diffusius alijs obumbrasse uideri potest. Equidem Scoto magis accedo, Tum ob rationes

tionis eius, Tum quia cum parum, imò nihil referat quo: ad salutem animæ de qua tractamus, vtram harum teneamus, per hanc vitam multas difficultates, quæ multum laboris, & parum vtilitatis ingerunt. Tum quòd Thomas ipse ait, memoriam non esse potentiam separatam ab intellectu: prima parte quæstio. 79. articu. septimo: nec intellectum possibilem, ab intellectu agente: eadem quæstio ar. primo tertio & quarto: nec speculatiuum a pratico, ibidem art. 11. Nec rationem ab intellectu; nec rationem superiorem ab inferiori, articu. 8. & 9. Ad quæ omnia dicenda vir Sanctissimus, iuxta ac doctissimus eo mouetur, quòd absq; necessitate non sunt res multiplicandæ, iuxta illud Aristot. primo Physic. Frustra sit per plura, quòd fieri potest per pauciora: id quòd non latuit glossam, in princip. & in fin. Clemen. prima de Summa Trinita. Et æque ferè facile sustineri potest, quòd hæc duæ potentie sint vna & eadem res inter se, & cum anima ipsa, ac quòd memoria & intellectus sunt vna & eadem potentia. Tum denique, quòd clarissimus ille iuxta ac Sanctissimus rerum vtilium doctor Isidorus, quem nemo eorum citat lib. 11. etymolog. capitu primo, in hac opinione fuit, & eam declarauit quàm breuissime, per hæc verba compendiaria, Hæc omnia, videlicet, potentie, ita adiuncta sunt animæ, vt vna res sit. Pro efficientijs causarum diuersa nomina sortita est anima. Nam & memoria mens est. Vnde & immemores dicuntur amentes: dum ergo viuificat corpus, anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recollit, memoria est: dum rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est, hæc ille. Quæ palam sonant, animam pro varietate officiorum varijs nominibus appellari: non quidem eo quòd illæ vires & potentie sint distinctæ ab ea, vel inter se, sed eo quòd effectus diuersos, & distinctos operatur per illas. Quemadmodum Deus ipse cum sit vna res simplicissima, tamen quia infinitas vires habet, & infinita operatur, infinita sortitur nomina. Cum tamen nil sit in eo, quòd non sit ipsiusmet substantia. capitu. Firmiter. de summa Trinitat. Et sicut vnus & idem homo propter varia officia, varia sortitur nomina: dicitur enim pater, quia filium habet: Rex, quia regnum: Comes, quia comitatum, &c.

Secundò dicimus, quòd anima humana, quatenus habet vim intelligendi, variè appellatur. Nam appellatur intellectus ea ratione quòd intelligere potest, & intellectus agens, qua ratione agnoscit, & agit cognitiones & notitias. Intellectus verò possibilis, qua eas recipit. Memoria verò, qua eas recollit, secundum Aristot. lib. 3. de anima. Ratio vero dicitur secundum August. 3. super Genes. ad literam, quatenus aliud ex alio deducit. Quòd pulchrè declarat Thom. ead. quæstio. articu. 8. Pars verò superior rationis secundum eundem August. 12. de Trinit. eo quòd intendit æternis concupiscendis, & considerandis. Pars vero inferior rationis, quatenus intendit temporalibus gubernandis; quòd latius declarat Tho. in dicta quæstio. 79. art. 9. & Magister & alij in 2. dist. 24. Intellectus verò speculatiuus, quatenus id quòd intelligit, non ordinat ad opus, Practicus autem, quatenus id quòd intelligit, ordinat

ordinat ad opus, vt declarat Tho. in d. q. 79. ar. 11. iuxta illud Arist. 3. de anima. intellectus speculatiuus extensione fit practicus.

5 Tertio dicimus quod eadem item anima variè appellatur, quatenus habet vim volendi, vel nolendi rationalem. Appellatur enim propriè animus. ut ait Isidorus, vbi supra. Appellatur item à vulgo voluntas, quamuis à nullo authore linguæ Latinæ idoneo, quem legerim, sic appelletur. Nam ille actus volendi, vel nolendi, qui barbarè dicitur volitio, vel nolitio, est latinè voluntas; vt docet Cicero 4. lib. Tuscu. ibi, appetitionem, quam Græci βούλησιν appellant, nos voluntatem vocamus. Quod ipsum sentit August. §. 1. 15. q. 1. ibi, Voluntas est animi motus, id est, voluntas. Appellatur etiam spiritus, à Paulo ad Galat. 5. ibi, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: vbi spiritus significat concupiscentiam spiritualium, vt colligitur ex Tho. ibidem lect. 4. Appellatur etiam appetitus intellectiuus vulgariter. Quia vero loquendum est vt plures, vim seu potentiam intelligendi, appellabimus intellectum, vim verò seu potentiam volendi, aut nolendi volutatem. vt vtrique tam Scot. quàm Thom. appellant.

6 Ex his infertur primò, quòd voluntas, quæ est vis & potentia volendi & appetendi intellectiua, longè differt à vi seu potentia uolendi seu appetendi sensitiua. Tum quòd illa ad plura extenditur, vt mox dicemus. Tum quòd hæc appellatur sensualitas, vt in prælium præcedenti diximus. iuxta illa quæ ait Arist. 3. de Anima, quæ subtiliter tractat vterque Tho. in 1. par. q. 80. art. 2. Illa verò à vulgo appellatur voluntas seu potentia, vel vis appetitiua, siue rationalis. Tū ob illud Pauli ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vbi per carnem significatur sensualitas, per spiritum autem voluntas superior, Tum quia experimur, nos velle aliqua per sensualitatem, à quibus abhorremus per vim appetitiuam intellectiuam, iuxta illud ad Rom. 7. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, Tū quia potentia appetitiua sensitiua, siue sensualitas, non est ipsa anima, sed partes hominis compositæ ex anima & materia siue corpore, in quibus est vis appetitiua sensitiua. Voluntas autem est secundum opinionem quam sequimur, ipsa anima pura. Secundum verò Tho. est accidens quoddam, inseparabiliter ab essentia animæ fluens, vt dictum est.

7 Secundò infertur, quòd licet intellectus sit potentia sublimior quàm voluntas secundum Tho. 1. par. q. 82. art. 3. & inferior secundum Scotum in 4. dist. 49. quorum vtrumque facillè defendas. Id autem asseritur ab omnibus, quòd alia ratione voluntas siue anima velle potens, mouet intellectum, siue seipsam intelligere potentem, & alia Anima quatenus est intellectus, voluntatem; voluntas enim mouet intellectum veluti volendo, & imperando, vt agat illud, aut illud. Intellectus autem mouet voluntatem præsentando & obiectum & rationem, qua illud velle, aut nolle debeat. vt Tho. declarat. 1. sec. q. 9. ar. 1. Tertio infertur, quòd quemadmodum, vt supra diximus, sensualitas & potentia appetitiua animæ humanæ sensitiua comprehendit vim irascibilem, & concupiscibilem; quæ non re sed tantum ratione differunt; Sic potentia & vis appetitiua animæ

animæ intellectiua, continet sub se irascibilem, & concupiscibilem eiusdem partis intellectiua; per quas non solum potest facere id quod faciunt concupiscibilis & irascibilis sensualitas circa sensilia, sed etiam circa ea, quæ tantum sunt intelligibilia: & ita potest concupiscere ea omnia, quæ cognouit conuenientia, per sensum vel rationem, & renuere contraria: quod est officium partis concupiscibilis. Potest item renuendo resistere omnibus impugnantibus, vel conuenientia impredientibus, quæ cognoscit esse talia siue per sensum, siue per intellectum: quod est officium irascibilis, vt colligitur ex Tho. d. q. 82. ar. 3.

Quartò infertur, quòd licet anima humana ea ratione, qua est sensitiua non habeat liberum arbitrium, habet tamen illud qua ratione est intellectiua. Tū per illud eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, id est, in libertate arbitrij sui, secundum glossam eiusdem. Tum quia liberè eligit & refutat, per potentiam siue vim appetendi ea, quæ sibi re præsentantur à potentia seu vi intelligendi, & iudicandi ratiocinando: quod latissimè docet magister. 2. lib. sent. dist. 24. cum alijs in eum commentantibus & Tho. 1. par. q. 83. per quatuor articulos, Tū quia hoc distat inter inanima, & sola anima vegetatiua tantum animata ex vna parte, & animalia bruta ex altera, & hominem ex tertia, quod prima agunt sine iudicio proprio, altera cum iudicio proprio, sed naturali non libero, homo verò ex iudicio proprio libero potenti diuersa eligere, nec putet quis liberum arbitrium esse actum vel habitum naturalem infusum, vel acquisitum alicuius potentia, quia imò est ipsa potentia animi, vt concludit Thom. 1. par. q. 83. ar. 2. post Magistrum in 2. sent. dist. 24. vbi idem Tho. & alij idem affirmant. & cum per supradicta potentia non distinguantur re ab anima, secundum eos quos in hoc sequimur, sed solum ratione, consequitur liberum arbitrium esse ipsammet animam, ea ratione, quòd cognoscendo aliquid per vim intelligendi, potest libere illud velle, vel nolle per vim appetendi; & ideo non abs re diffinitur a prædictis esse facultas voluntatis & rationis, quia in eius exercitio oportet interuenire actum cognoscendi, & ratiocinandi, seu consultandi, quæ pertinent ad intellectum seu vim intelligendi, & actum eligendi, qui pertinet ad voluntatem, seu vim appetendi. Itaque anima est, & dicitur liberum arbitrium ratione præfata.

Quintò infertur, animaduertendum esse, quòd circa liberum hominis arbitrium duæ sunt hæreses. Altera est Lutherana, vel potius antiqua Albigensium, per Lutherum renouata, quæ negat omnino esse homini liberum arbitrium. Altera Pelagianorum, quæ habet tantum esse illi arbitrij liberi, vt per illud solum sine speciali gratia possit mereri iustificationem. Quarum prior reprobat non solum à Thoma vbi supra, & latissimè a Castrensi. in lib. contra omnes hæreses, verb. libertas, & a quàm plurimis alijs alibi, sed etiam concilium Trident. sess. 6. in tribus canonibus 4. 5. & 6. Quartus sic habet. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiuè se habere, anathema sit. Canon quin

rus sic habet, Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit; aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum denique à Sathana inuentum in ecclesia: anathema sit. Et canon sextus in hæc verba. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, nō permissiuè solum, sed propriè & per se, adeo, vt sit eius proprium opus, non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli: anathema sit.

11 Sextò infertur, quòd valde nobis profuerit ad nos submittedos Deo, & ad eius gratiam petendam, & flagitandam; reputare nobiscum, posse quidem nos mala facere per solum nostrum liberum arbitrium, bona verò, quæ sufficiat ad vitam æternam consequendam, nequaquam. Quemadmodum possumus quidem in foueam profundam nos deicere sine vllius adiutorio, exire autem ab ea sine ope aliena, nequaquam. Contrarium enim est hæresis prædicta Pelagianorum, damnata olim in concil. Meleuita: relato in tribus capitulis vltimis, de consec. dist. 4. præsertim in vltimo. & nuper iterum in concil. Trident. sess. 6. per tres canones. 1. 2. & 3. primus sic habet. Si quis dixerit hominem in suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiunt, absq; diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo: anathema sit. Canon secundus sic. Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Iesum Christum dari, vt facilius homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrunq; , sed ægrè tamen & difficulter possit: anathema sit. Canon tertius verò sic. Si quis dixerit, sine præueniente spiritus sancti inspiratione atq; eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia confertur: anathema sit.

12 Hunc canonem induximus in c. 27. sub fin. infra eodem lib. pro antiquorum sententia contra recentiorum opinionem, quòd non possumus agere opera etiam moraliter tantum bona sine auxilio Dei speciali: vbi nouam inter eas posuimus concordiam. Quibus addendum, quòd etiam ad standum in gratiam quæsita, & ad finem vsque in ea perseuerandum, auxilio Dei speciali egemus, vt Tho. receptus in prima sec. q. 109. art. 10. probat. Imò & conciliū Trident. declarauit contrarium esse hæresim, ses. 6. can. 22. Quare summo studio nitamur eam querere, & quæsitam conseruare: ne Deus noster nō minus iustus, quàm misericors, videns nostram in ea quærenda oscitantiam, & in eadem seruanda negligentiam, obijciat nobis illud Deuteronomij 32. Abscondam faciē meam à vobis, generatio enim peruersa estis, & infideles filij: a qua nos indignatione misericordia eius infinita liberet. Amen. Quæ autem gratia requiratur ad merendum de condigno, & si qua, & quæ, etiam quoad bene operandum moraliter tantum, resolutè dicitur in fine dicti cap. 27.

13 Septimò infertur, longe plura posse animam nostram cognoscere, & appetere quatenus est rationalis, quàm quatenus est sensitua. Nam quatenus est sensitua, nihil aliud cognoscere potest, vel appetere, quàm corporea, & sensilia; vt prædiximus. Quatenus verò est rationalis cognoscere potest, & appetere,

primùm

primùm omnia sensilia; nam ad ea omnia quamlibet materialia, corporalia & singularia, eæ eius potentia se extendunt, per notitias, & appetitus immateriales, secundum oēs: licet de mō, qui parum facit ad conscientias, nō conueniāt, vt videre est per vtrunq; Tho. j. par. q. 86. ar. 1. Pōt deinde cognoscere & appetere vniuersalia insensilia, incorporalia, & spiritualia, puta se ipsam, & actus suos interiores. Angelos item & actus eorum, imò & Deum ipsum aliquo mō atq; in eius simplicissima, indiuiduaq; substantia Trinitatem personarum. iuxta illud collectæ, eius diei festi. Qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare vnitatem, &c. Non tamē dicimus Deum esse primum quod agnoscimus, cum cōmuniter per cognitionem creaturarum, quæ sunt eius vestigia, in illius, qui est causa earum, agnitionem veniamus, iuxta illud Pauli ad Rom. j. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, vel per doctrinam, seu prædicationem magistrorum, aut prædicatorum, &c. ad Ro. 10. c. Cum ex iniuncto. de hæret. quæ omnia latius fundari possunt, per ea, quæ trad. Tho. i. part. q. 88. ar. 1. 2. & 3.

14 Octauò infertur, quòd anima nostra cognoscit se per intellectus sui actum, suam naturam considerando. Quæ consideratio adeo utilis fuerit ea vtentibus, ac contrarium nocuerit eam negligentibus, iuxta sententiam Thom. i. par. q. 87. art. 1. qui in art. 3. & 4. concludit, animam nostram per vim intellectus cognoscere proprium actum intelligendi. iuxta illud Aug. 10. de Trini. Intelligo me intelligere. Imò & proprium actum volēdi, iuxta illud eiusdem ibidem. Intelligo me velle: Per quem modum etiam in statu præsentis possumus intelligere Angelos saltem imperfectè, & per similitudinem aliquid etiam affirmatiuè cognoscere de illis, vt declarat idem Tho. i. par. q. 88. ar. 1.

15 Nonò infertur, quòd inter cognitionem Dei, & cognitionem Angeli, & animæ nostræ plurimum distat. Deus enim sua simplicissima essentia, sine vlla alia qualitate, vel accidente, & sine vllò discursu, se, cunctaq; alia simul intelligit. Angelus verò, & anima nostra nihil cognoscunt per suas ipsas essentias, sed per qualitates sibi inhærentes. Omnis enim intelligentia, notitia, & cognitio tam Angeli quàm animæ est quædam qualitas & accidens reale distinctum ab eis, & eorum potentijs, inhærens illis. quæ colliguntur ex Tho. vbi supra, art. 2. & 4. Inter Angelum autem & animam nostram hoc distat, q; hæc intelligit componendo, & diuidendo ea, quæ actu simplici comprehendit, & ratiocinando, seu aliud ex alio ex eis deducendo. Angelus verò sine vllò discursu simul ac quidditatem rei cognoscit, omnia, quæ illam consequuntur apprehendit.

16 Decimò infertur, causa gratias semper Deo nostro agendi, quòd non solum dederit nobis esse, vt alijs operibus suis inanimis, sed & viuere ac sentire, vt animantibus: & non solum sentire ac viuere, sed etiam sapere & intelligere, & ita efficere imagines sui ipsius, sicut & Angelos, iuxta illud Geneseos. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Imago enim Dei non consistit in corporali figura, neque in eo, quòd habet esse vel viuere, sed in eo, quòd habet esse intellectuale, quo præstat cæteris animantibus secundum

Aug. 6. super Genes. ad litteram, & in eo quod sapit & intelligit, & habet aptitudinem ad cognoscendum & amandum Deū. ut ait Tho. 1. par. q. 93. ar. 2. & 4. Quod beneficium nullis alijs creaturis concessit, præterquam Angelis; qui eorum imaginem eius maiorem quam nos gerunt, quo magis intellectualem naturam habent. Vnde neque nos, quo ad alias partes, quam quo ad mentem prædictam imaginem gerimus, sed solum vestigium Dei, sicut alia creatura. ut declarat ipsemet Thom. ar. 2. Nec obstat, si quis in metallum. C. de pœn. quatenus habet, faciem hominis non esse maculandam aliqua nota pœnæ, eo quod ad imaginem pulchritudinis cœlestis est figurata; Quia non significat, ut aliqui putant, imaginem Dei quæ est in homine esse secundum faciem corporalem, & ideo non esse maculandam; sed solum insinuat, quod corpus hominis erecta facie est longe aptius ad contemplandum cœlum, & ad significandum imaginem Dei in eius mente reconditam, quam cæterorum animalium; & propterea maius vestigiū Dei relucere in eius corpore præsertim facie, quam alijs; ut declarat Tho. in d. q. ar. 6. ad 3. & ideo non esse maculandam.

17 Undecimò infertur, imaginem Dei ita esse in muliere ac in viro, ut post & ante alios concludit Tho. ubi supra ar. 4. Quia uterque habet animam rationalem, & intellectualem naturam. Nec obstat illud ad Corinth. 11. Vir est imago Dei, mulier verò imago viri. Nec illud Aug. in c. Hæc imago. 33. q. 5. Mulier ad imaginem Dei non est facta: non inquam hoc obstat; quia non agunt de imagine Dei principali, quæ est in homine, sed de alia minus principali, videlicet processionis: Nam mulier quia ex homine assumpta est, non est similis Deo, sicut vir, in eo quod sicut ille à nullo est homine, ita & illa, ut sentit Tho. ubi supra.

18 Duodecimò infertur, quod anima nostra non solum est imago Dei secundum suam naturam intellectualem, sed etiam secundum suas potentias & actus, quia non solum quatenus est apta ad cognoscendum & amandum Deum est illi similis, sed etiam quatenus habet vim memorandi, intelligendi, & volendi. Primum, quod sicut Deus ille summus habens in se simplicissimam substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle, sine vlla qualitate; ita & anima nostra, habens immaterialem substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine aliqua materiali qualitate, licet non sine immateriali, uti Deus ipse. Secundò quod sicut in illa summa, vna, diuina, & indiuidua essentia sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; ita & in anima nostra vna, & indiuidua, sunt tres potentia, memoria, intellectus, & voluntas. Tertio quod sicut in illa summa & indiuidua substantia est Pater, qui cognoscendo se generat notitiam ac imaginem sui, quæ est verbum, & filius eius, ei consubstantialis; & rursus Pater & notitia illa & verbum supremum, quod est filius, amando sese producunt summum illum mutuum amorem sui consubstantialem, qui est Spiritus sanctus. Ita in essentia animæ nostræ ipsa sese intelligendo, per suum intellectum generat notitiam sui, quæ imago est eius: & per illam notitiam quæ imago est eius, & voluntatem generat sui amorem. Quarto, quod sicut filius genitus à patre, non est pater, neque Spiritus Sanctus; nec Spiritus Sanctus productus à patre & filio, est pater aut filius aut uterque. Ita neque imago illa quæ est filia quædam

quædam animæ, est ipsa anima siue intellectus: Nec amor sui productus ab ea, & à notitia sui, qui est quidam filius eius, est ipsa, nec intellectus nec voluntas. Est tamen immensa differentia, quia notitia illa, imago, & verbum à patre productum est substantia & consubstantialis eius imago cœterna: amor item ille summus à patre & à filio productus, est substantia, & consubstantialis cœterna utriusque. At verbum & imago, & notitia nostræ animæ intelligendo se genita, est accidens, & accidentaria forma. Similiter ac amor à notitia & voluntate productus est accidentalis & non substantialis, & recentior earum. Quæ omnia sunt ex mente omaium, in primo lib. sent. dist. 2. & Tho. 1. par. quæstio. 93. ar. 7.

Decimotertio infertur, verum & semper memorandum esse, id quod Diuus 19 Aug. in c. 31. Soliloquiorum, & Bernar. in c. j. Meditationum sentiunt. Viam optimam in Dei nostri cognitionem esse, per cognitionem exteriorum vagam introire in cognitionem nostræ animæ stabilem, & per eam satis ruminatam ascendere ad cognitionem eius Maiestatis. Quibus addo, quod omnium excellentissima via perueniendi ad qualem qualem illius Summi Summæ Trinitatis mysterij, & personarum diuinarum emanationis cognitionem, est consideratio eorum quæ proximo coroll. continentur. Per quam stolidi illa & pudenda imaginatio eorum, qui generationem filij Dei, & processionem Spiritus Sancti imaginantur veluti corporalem, exploditur & longè abigitur: Quæ in re multos multum errare noui, & in his quendam gente Iudeum & professione Christianum, qui ab hinc triginta plus minus annis plurimum in hac alma vrbe valuit, & maximis largitionibus, & astutijs, officio Sanctæ Inquisitionis in Lusitanæ Regna introducendo frustra obstitit. Is enim omnes leges & sectas expertus, ad spurcissimam Mahometis sectam tandem transfugit; eam, quæ Iudeorum est, eo exorsus, & diceret, Nullum Iudæum, qui sibi vir bonus videretur, unquam inuenisse. CHRISTIANAM verò, quam dicebat sibi ex omni alia parte placere, eo respuens, quod firmiter doceret, & crederet Deum habere filium, quod ei videbatur impossibile, quale profecto imò impossibile impossibilius videri debet, stolidè, nefandè, ac hereticè, ut ille imaginabatur imaginanti generationem filij Dei esse corporalem, possibile verò imò & infinita Dei omnipotentia dignissimum contemplanti generationem illam esse ter spiritualissimam, ut Sancta mater Ecclesia Romana sanctè contemplatur, contemplanti & quam submississime suspicienti, & adoranti. Scio item multos multum sibi profuturos, si sæpe memoria voluerint generationem illam filij Dei, qua pater æternus, uti memoria fecunda, generat filium, qui est summa notitia & imago eius, & productionem illam, qua Pater & Filius producunt Spiritum Sanctum, summum utriusque amorem, esse spirituales, & quadam tenus similes generationi spirituali, qua in essentia animæ nostræ memoria fecunda generat ipsius notitiam & imaginem; & rursus illa & voluntas eiusdem amorem producunt.

Contra supradicta errat, Primum, qui credit non esse liberum arbitrium homini. num. 9.

Secundò, qui credit arbitrium liberum sufficere ad bene merendum de con-
digno gratiam. nu. 10.

Tertiò, qui credit Angelos vel animas se solis sine accidentibus cognosce-
re. nume. 15.

Quartò, qui credit hominem esse imaginem Dei quoad corpus. nu. 16.

Quintò, qui credit generationem in diuinis esse corporalem. nu. 19.

Quis autem horum peccat mortaliter, & sit hæreticus, & excommunicatus,
& quis tantum peccat mortaliter, & non sit hæreticus, & quis non peccat, saltè
mortaliter, colligitur ex prælium primo. nu. 10.

Quartum Prælium, de Summa hominis beatitudine,
sive vite æterna, & de summa miseria sive
morte æterna, ei contraria.

S V M M A R I V M.

Beatitudinis & miseria perpetua contemplatio magnum ad pœnitentiam cal-
car. nu. 1. & 19.

Anima non vane, sed in finem insignem creata. nu. 2.

Finis quid, & quod diuiditur in vltimum & medium, & quid uterq; illorum. nu. 3.

Finium, alter verus, & alter falsus. nu. 3.

Finium, alter finis cuius, & alter finis quo, & uterq; diffinitus. nu. 4.

Finis vltimus, & beatitudo idem. nu. 4.

Beatitudo essentialis, est actus intellectus Thomæ, & actus voluntatis Scoti. nu. 5.

Beatitudo & Beatitas olim nomina subdura, & quid & quotuplex. nu. 5.

Deus est, quicquid in eo est. nu. 6.

Beatitudo actus est, non habitus, non potentia. nu. 6.

Beatitudo sine cognitione & amore Dei esse non potest. nu. 7.

Beatitudo duplex, perfecta, & imperfecta, & quod perfectam non facit cognitio Dei
confusa, neque demonstrata, neque fidei, sed intuitiua. nu. 8.

Paulus & Moses non fuerunt beati per visionem Dei intuitiuam transitoriam.
numero 9.

Dei visio intuitiua inseparabilis a gaudio, & delectatione, nu. 9.

Beatitudo perfecta securitatem perpetuitatis requirit. nu. 9. & 12.

Beatitudo imperfecta quid. nu. 10.



VONIAM cum his præliis manum extremam adderè, quo-
rundam præcellentium, miraq; in dicèdo ac persuadendo ener-
gia, vitæq; integritate præstantium, in vrbe Concionatorum ora-
tione admonitus sum, quod iam pridem ex sacris literis & pa-
tribus edoctus fueram: nil magis peccantes ad plangenda præ-
terita, & abstinendum a futuris mouere, quam contemplatio summæ beatitu-
dinis

dinis cœlestis, & summæ miseriæ infernalis, earumq; durationis æternæ, nullo
vnquam æuo, plusquam Deus ipse terminandæ: constitui addere hoc præli-
um, quo breuiter mihi & omnibus alijs peccatoribus, ob oculos proponā,
quid, qualis, & quanta sit præfata beatitudo: quid item qualis & quanta præ-
fata miseria. Præsupponendo primò, considerare nos oportere, nobiscūq; fre-
quenter reputare, quòd anima nostra tot & tantis ornata dotibus, nõ est a Deo
frustra & vanè, sed in aliquem finem, & scopum maximum, in quem actiones
nostras dirigamus, condita. Vt non abs re Persius licet ethnicus carpat homi-
nem hoc non considerantem, cum interrogat.

Est ne aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum,

An passim sequeris oeuos, testaq; lutoq;

Securus quo pes ferat, & ex tempore viuus?

Cuius finis & scopi definitio & inquisitio, quam plurimorum philosopho-
rum ingenia frustra exercuit. Nec plene satisfacit operosa illa hac de re Arist.
inquisitio, in lib. j. & 10. Ethic. & longè minus verbosa illa Ciceronis in quinq;
libris de finibus bonorum & malorum: quæ profectò non sunt tanti faciendæ,
quãtã ego ea olim faciebam: imitatus gloripetas illos, qui malunt discere verita-
tem per ambages ex philosophia ethicorum obscura & nubila, quam recta
ex Euangelio claro & sereno a sacris doctoribus exposito.

Secundò, quòd nuper in Commentario de Finibus humanorum actuum su-
per c. Cum minister 23. q. 5. diffinitimus finem ex mente Arist. 2. Physic. & S.
Thomæ, & aliorum in 2. lib. sent. dist. 38. esse bonum verum, vel apparatus, quòd
propter se appetitum facit, vt aliud propter ipsum appetatur. Cuius definitio-
nis declaratione, breuitatis studio hic non repetita, ad memoriam reuocamus,
quod ibi nu. 4. diuisimus finem in vltimum & medium. Vltimus est, qui pro-
pter se ipsum solum amatur, & hic est duplex. Alter est verus vltimus, & om-
nium supremus, & vnus omnium creatorum scopus, qui propter se tantum, &
non propter aliud est amabilis; qualis est solus Deus, vt probat S. Tho. 2. sec.
q. 27. ar. 1. quippe qui super omnia est diligendus. Deut. 6. Matthe. 22. Marc.
12. Alter est falsus; què falsi hoies pro sua falsa imaginatione, impudèntissime,
stolidissimeq; tacitè vel expresse fingunt, & adorant, iuxta illud Apostoli, Quorū
Deus venter est, ad Philip. 3. Qualis est voluptas Epicureo, in quem Cicero
duos libros prædictorum quinq; ferè prodegit. Finis medius est, qui propter se
& propter aliud amatur: qui etiam est duplex, Alter verè medius, ille scilicet
qui verè est propter se, ac propter aliud amabilis, quales sunt virtutes & om-
nia honesta, secundum Ambros. lib. 1. offi. Alter falsè medius, ille scilicet qui
non potest esse amabilis propter se, qualis est pecunia, vel non est amabilis pro-
pter aliud, qualis est Deus.

Tertiò quod etiam ibidem diuisimus finem, in fine cuius, & in finem quo,
licet hæc nomina Ciceronianis parum probentur. Finis cuius est, id in quò est
rò boni. Finis aut quo, adeptio, & possessio, siue vsus, vel fruitio eius; vt auari fi-
nis cuius, est pecunia, in qua est ratio boni. Et finis quo est adeptio, possessio,
& vsus eius. vt declarat. S. Thom. 1. sec. q. 2. ar. 8. & ita finis & scopus cuius

B 3 totius

totius humanæ vitæ ipse Deus est, in quo summa & infinita ratio boni est; & finis quo adeptio eius possessio, siue fruitio: & consequenter alius est finis ultimus noster cuius, & alius finis ultimus noster quo. Et quia ultimus finis noster cuius, & obiectum beatitudinis nostræ, siue beatitudo obiectiua idē sunt, & finis ultimus noster quo, & adeptio finis cuius, siue beatitudo essentialis nostra etiam idem sunt, consequitur aliud esse beatitudinem nostram essentialē, & aliud eiusdem obiectum, secundum omnes Catholicos in locis prædictis, præsertim Tho. 1. sec. q. 3. ar. 1. ubi ait, beatitudinem essentialē esse rem creatam & factam, obiectum autem eius esse Deum ipsum increatum & omnium creatorem.

5 Quartò, quòd, ut aliorum opiniones prætermittam. Tho. cum suis asseclis, & Scotus cum suis, diuersimodè definiunt beatitudinem, siue finem ultimum verum quo nostrum. Quoniam Thom. iudicat eam essentialiter esse actum intellectus speculatiui: Scotus autem, esse actum voluntatis. Vterq; namque ait eam esse actum potentiarum intellectiuarum, maximæ & Tho. eam putat esse intellectum: Scotus autem voluntatem ut 3. prælud. nu. 7. diximus. De qua tamen differentia, quæ solam theoreticam respicit, & non praxim, cui nos animū in hoc opere intendimus, cuiusque nihil refert an hoc vel illud teneamus, parum curandum censentes, sequimur in definiēda beatitudine opinionem, quæ videtur receptior, Thomæ.

Quintò, addimus dictis in prædicto Commentario, quòd beatitudo, siue beatitas tempore Ciceronis, videbatur nomina subdura, sed ea vsus emolliuit, & generaliter sumpta videntur significare, omnem rei volitæ possessionem, iuxta illud vulgo iactatum, Beatus qui possidet: Et quia non solum res verè bonas, sed et malas, quæ aliqua rōne apparēt bonæ, velle solemus, Beatitudo diuidi pot in verā, quæ definiatur esse possessio veri boni, & falsam quæ definiatur esse possessio boni tantū apparētis, iuxta illud Psal. 143. Beatū dixerūt populū cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus Deus eius; Quorum prius ad falsam, posterius ad veram pertinere dicit D. Anto. in 4. par. ti. 7. c. 4. §. j. Beatitudo autem vera diuidi potest in summam, quæ est summum bonum siue ultimus finis verus, vel possessio eius, & in non summam, quæ est possessio boni nō summi. Beatitudo autem Summa diuiditur in incretam & creatam. Increta est ipsemet Deus Opt. Max. qua ratione est infinita sui ipsius cognitio & fruitio, cum omnis operatio Dei, & quicquid est in Deo, sit ipsemet Deus, qui se ipso solo simplicissimo se, & alia omnia cognoscit & amat, ut probat Thom. receptus. 1. par. q. 3. de simplicitate Dei ar. 5. & 6. & in q. 14. de Scientia Dei ar. 4. & q. 20. De amore Dei ar. 1.

Beatitudo verò summa creata generaliter sumpta diffini pot iuxta mentem prædicti sancti Thomæ, esse cognitio intellectiua Dei cum fruitione eiusdem.

Dixi, cognitio, pro genere, ad insinuandū, quòd beatitudo essentialis creata est operatio, siue actio, vel actus, & non potentia, non habitus, neque alia vlla virtus animæ partis intellectiue, vel sensitiue, ut probat Tho. 1. sec. q. 3. ar. 2. asserente Philosopho Ethic. 1. & 7. Felicitatem siue beatitudinem esse operationem

tionem secundum virtutem perfectam.

Dixi, intellectiua, ad insinuandū quòd beatitudo est operatio præstantissimæ potentiarum animæ, quæ est intellectus, iuxta Tho. quem sequimur: & ad significandum quòd beatitudo non potest esse in parte sensitiua; ut luculenter demonstrat Tho. lib. 3. contra Gentiles cap. 33. Contrarium enim est hæresis: de qua Alfons. Castrensis, contra hæreses verb. Beatitudo.

Dixi (Dei) ad excludendas omnes cognitiones aliarum rerum, etiam eas quibus diriguntur actus omnium virtutum moralium, actus item & cognitiones pertinentes ad prudentiam, & ad cognitionem omnium aliarum artium, in quibus non consistere beatitudinem non solum probat, sed etiam demonstrat Tho. ubi supra cap. 34. 35. & 36. imò neque in vlla cognitione, quàm libet ampla omnium substantiarum separatarum, seu Angelorum, siue quia illa nō potest haberi sine Dei cognitione, ut demonstrat Tho. ubi supra mirabiliter in c. 41. 42. & 43. siue, quia et si absque illa haberi posset, tamen sine illa nō sufficeret, ad hoc ut esset beatitudo, per ea quæ idem author adducit ibidem, capitu. 44.

Dixi, cum fruitione, quia quæ cognitio etiam Dei fruitione caret non potest esse beatitudo, quæ utramque comprehendit ut infra patebit. Quare cognitiones illæ, quas concipiunt multi multa de Deo theoretice sine vlllo amoris affectu differentes, non sunt beatitudo, quippe quibus non inest fruitio, quæ est inhæsiō rei per amorem propter ipsam solam conceptum. ut trad. Tho. receptus. 1. sec. q. 11. ar. 1.

Porro, Beatitudo summa creata est duplex. Altera perfecta; Altera imperfecta. Perfecta est cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua cum fruitione eiusdem producente summum gaudium ac delectationem & satietatem omnium desiderabilium.

Dixi, cognitio Dei intellectiua, eadem ratione, qua illa posui in definitione beatitudinis in genere, Dixi, Intuitiua siue visiva, Tum ad confutandum errorem Armeniorum asserentium, beatos non intueri Dei essentiam, quod hæreticum est, per ea, quæ trad. Alfonsus Castrens. ubi supra. Tum ad confutandū errorem Beguinorum dicentium posse quem in hac vita esse perfectè beatum, & ab exercitio virtutum absolutum, qui datur in Clem. ad nostrum, de Hæretic. Tum quia nulla cognitio ceterior illa potest dici beatitudo perfecta essentialis; non quidem illa confusa & communis, quæ fere communiter omnibus hominibus inest, siue quia Deum esse, sit per se notum sicut alia demonstrationis principia, siue (quod verius existimat Tho.) quia euidenti ratione demonstratur, præsertim illa, qua homo videns res naturales certum ordinem seruare (cum ordo absque ordinatore non consistat) percipit aliquem esse ordinatorem earum, ut pulchre deducit idem Tho. ubi supra ca. 38. non etiam illa, quæ per demonstrationem habetur, licet altior sit prædicta communi. Tum quia quamuis per illam ostendatur Deus esse immortalis, æternus, incorporeus omnino simplex, vnicus, & alia huiusmodi, ut præfatus author in lib. j. contra gentiles dilucidè ostendit, per eam tamen non peruenitur ad

cognoscendum quod Deus est commune bonum, possibile communicari omnibus hominibus, quibus insitum est beatitudinis desiderium, neque ad cognoscendum multa alia prædicata de Deo, ut palam est. Tum quia beatitudo perfecta omnem miseriam excludit, & cognitioni prædictæ multiplex miseria & error adiungi potest, ut palam est. Tum per alia, quæ profunde idem ubi supra. c. 37. tradit. Non item sufficit illa cognitio, quæ per fidem habetur, licet sit longe certior, purior, & amplior, quam prædicta, quæ per demonstrationem contingit. Tum, quia beatitudo est perfecta intellectus humani cognitio, & cognitio fidei ex parte intellectus est imperfecta, quia per eam non capit perfecte id, cui assentit credendo. Tū quia beatitudo cum sit ultimus finis, tranquillat, siue quietat naturale desiderium, & cognitio fidei non tranquillat, imò accedit habentem eam ad intuendum, siue videndum illud in quem habet fidem, & amorem, cum quisque quod credit & optat, desideret videre. Tum per alia quibus idem auctor id concludit cap. 44.

9 Addidi, perpetua, quia transitoria, de qua qui eam habet, non est certus perpetuo esse duraturam, non sufficit, qualis fuit illa Pauli, qua in raptu vidit Deum secundæ Corinth. 12. ubi hoc Tho. declarat. & qua etiam Moyses vidit eum, secundum August. 12. super Genes. ad literam, quæ non fecerunt eos beatos, imò remanserunt viatores, ut Maior post alios dixit in proœmio. sent. q. 1. Est enim de necessitate beatitudinis, certitudo perpetuitatis eius: ut late probat Tho. 1. sec. q. 5. ar. 4. & lib. 3. contra Gentil. cap. 62.

10 Addidi (producente summum gaudium & delectationem) ad significandum hoc esse inseparabile ab illa cognitione siue intuitione Dei beatifica. Non enim, quis potest habere summum bonum, quod est intuitio Dei, absque summa delectatione, ut trad. Tho. 1. sec. q. j. ar. j. Ex visione enim Dei causatur tanta delectatio, ut qui Deum videt, nulla delectatione indigere potest, ut ipsemet ibidem ait, in responsione ad secundum.

11 Addidi (Satiæ omnium desiderabilium) ad maiorem declarationem præfati gaudij, & delectationis, & ad significandum, quod nulli beato deest aliquod bonum desiderandum, cum habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, secundum Augustinum relatum ubi supra a Tho. q. 5. ar. 2. ad 3.

Beatitudo verò imperfecta, est cognitio Dei intellectiva, non intuitiva perpetua cum fruitione eiusdem.

Addidi (non intuitiva perpetua) ad differentiam perfectæ beatitudinis, quæ requirit illud utrunque ut proxime dictum fuit. Et quia donec ad illam perveniat semper crescere potest contra alium errorem damnatum, in d. Clem. Ad nostrum.

S V M M A R I V M.

Beatitudo ab omnibus intenta paucis est nota. nu. 11.

Beatitudo creaturæ obiectiva increata, sed essentialis creata. nu. 11.

Beatitudinem perfectam viribus naturalibus queri asserere, hæreticum. nu. 12.

Beatitudo

Beatitudo humana duplex. nu. 12.

Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat. nu. 13.

Beatitudo perfecta penitus satiatur animum omnibus desideratis, & quæ sint illa. numero 14.

Ex prædictis omnibus inferitur, primò, iure quem mirari quod cum omnium 11 consensu omnes homines naturaliter desideremus beatitudinem & felicitatem: Cumque omnes ob oculos eam habere debeamus uti scopum, in quem nostras actiones, tanquam sagittas sagittas in signum dirigamus, ut ait Philosophus a Catholicis receptus, in 1. Ethic. Pauci tamen collatione aliorum satis eam explicite noverunt, & noscimus; Cum enim absque catholice fidei lumine ea præfertim perfecta satis cognosci nequeat, paucissimi gentium etiam philosophorum ad iustam eius cognitionem pervenerunt & perveniunt; pauci etiam Iudæorum temporalia magis quam spiritualia curantium id faciebant: Pauci quoque Christianorum collatione aliorum eam saltem satis explicite novimus: & pauciores iustam navamus operam intelligendæ, & ob oculos habendæ perfectæ & exercendæ imperfectæ per quam tandem perveniamus ad perfectam illam omnibus nervis semper desiderandam.

Secundò, quod licet obiectum & ultimus finis cuius beatitudinis creaturæ (qui ipsemet Deus est) sit res increata, iuxta illud Symboli Athanasij, Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus Sanctus; Beatitudo tamen ipsa, qua quis formaliter est beatus, res creata est, ut post & ante alios concludit Tho. 1. sec. q. 3. ar. 1. Est enim qualitas quædam creata in potentia intellectiva, qua cognoscitur Deus clare quidem & facie ad faciem, si est perfecta, per speculū verò & in enigmate, si est imperfecta, ut ait Paulus. 1. ad Corin. 13.

Tertiò, quod neque beatitudo essentialis, perfecta, neque imperfecta est ipsa anima beata, neque vlla eius potentia, neque vllus habitus vel virtus eius, etiam charitas etiam consummata in patria, sed neque gratia ipsa gratum faciens, siue teneamus eam cum Thoma esse aliam à charitate, quod significat Clem. 1. §. si. de Summa Trin. siue cum Scoto esse eadem, sed neque est aliquod aliud bonum, vel opus operatum manens extra operantem, sed est operatio non quidem transiens in exteriorem materiam, qualis est sectio, & vltio, quæ non perficit agentem, ut ait Philosophus. 9. Metaph. sed manens intra ipsum, qualis est intellectio, & (ut ita dicam) volitio seu voluntas quæ perficit agentem secundum eundem.

Quartò, quod inter productionem beatitudinis perfectæ & imperfectæ pluri- 12 mum distat. Perfecta enim nullatenus potest produci ab intellectu creato viribus eius naturalibus; neque gratuitis quamlibet magnis, sine illo admirabili gloriæ lumine, iuxta illud Psal. 35. In tuo lumine videbimus lumen; quod Deus ipse sua infinita bonitate indit intellectui beati, quo elevatur & augetur virtute ad illam ter admirandam operationem clare videndi Deum immenso lumine resplendentem, ut probat Tho. ubi supra cap. 55. & cum Magistro & omnibus alijs in 4. dif. 49. Quin, & in Clem. ad nostrum vers. Quinto, de hæreti. c. declaratum

declaratum est hæreticum esse dicere contrarium, vbi glossa in verbo. Non indiget assignat rationem desumptam ad litteram ex Tho. vbi supra. Imperfecta verò potest produci absque illo gloriæ lumine in gradu quidem infimo viribus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem & fruitionem Dei confusam vel claram per demonstrationem eius existentia & bonitatis, in altiore verò gradu addito dono fidei & spei informis. In maximo autem addito dono mirabili charitatis & gratiæ superna bonitate infusæ, qua anima fit Deo grata, & ad perfectam beatitudinem accepta. De hac imperfecta beatitudine, quæ est principium, vel via, vel participatio aliqua beatitudinis perfectæ, intelligendæ sunt omnes scripturæ vtriusque testamenti, appellantes aliquos viatores beatos, secundum mentem omnium Catholicorum in locis præcitatis. Cuiusmodi sunt, psal. 1. Beatus vir: & Beati quorum, & Beati immaculati, & Beati omnes, & octo beatitudines euangelicæ Math. 5. & aliæ innumeræ. 4.

Quintò, quòd Euangelia & Epistolæ Catholicæ, & symbola appellatiua beatitudinē vitæ æternæ, non significat illā esse substantiā & esse viuentis, sed prædictā beatificam & æternam operationem viuentis, sola enim beatitudo Dei est ipsius esse. Boetius etiam 3. de Consolat. dicens, quod Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, non diffinit beatitudinem per genus, sed per effectum, scilicet quod beatitudo perfecta causat statum nullius boni egentem, vt sentit Tho. in d. ar. 2. & sentiunt omnes in d. dist. 49.

Sextò, quòd licet beatitudo Dei sit ipsemet Deus, quia eius esse sua est operatio, vt prædictum est, beatitudo tamen perfecta creata, siue Angelorū siue hominum est operatio ab eorum substantijs & esse distincta, contra hæresim de qua Alfonso vbi supra verb. Beatitudo, non tamen est interrupta sed sempiterna, qua semper & æternū vniuntur & vniuntur ei, vt supra verbo. Perpetua est declaratū. Quo cōfutat hæresis Origeniana, de qua per Alfonso vbi supra.

Septimò, quò duplex est humana beatitudo, perfecta, & imperfecta. Perfecta est, quæ supra diffinitur, quæque nulli potest contingere in hac vita, vt declaratum est per concilium viennense in Clem. Ad nostrum ver. Quartò de Hære. quoniam vt ait Aristot. 10. Ethic. & vltimo Metaphys. non potest esse perpetua & sine interruptione tum elus, & potus, tum somni, tum aliarum actionum necessariorum.

13 Imperfecta est qua homo in hac vita per cognitionem, & contēplationē Dei adiuncto amore coniungitur eidem, quæ tanto magis ad perfectā accedit, quanto minus interrūpitur; quo noīe vita contemplatiua plurimū præcellit actiuā, quæ multo magis interrumpitur iuxta illud testimonium CHRISTI Luc. 10. Maria optimam partem elegit; nulla tamen cognitio Dei quantūlibet intēsa, & quantalibet fide, spe, & charitate comitantibus continuata, perfecta in hac vita dici potest; vt prædictum est, Cui consonat illud Parthenicæ Marianæ.

Felices quicumque istis a Syrtibus altam.

Visuri pacem, sunt in loca tuta recepti.

Nam neque mens vllam secus est habitura quietem,

Neglectos sensura dies, nec dulcia secla.

Et illud

Et illud Iob. cap. 13. Homo natus de muliere, breuī vitens tempore, repletur multis miserijs. At nemo potest esse simul miser, & beatus, vt supra dictū est.

Postremò inferitur, quòd hæc beatitudo Summa & perfecta, quæ est intuitio & visio Dei Opt. Max. implet cumulatiuè etiam ante iudicium finale (vt diffinit conciliū Florentinū sub Eugenio quarto, de quo per Alfonso vbi supra) omne desiderium cuiuslibet generis omnium bonorum homini à natura insitum, iuxta illud Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona cū illa, & illud psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum, & illud psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua: omnia enim quæ homo naturaliter desiderat, reducuntur ad scientiam, aut ad vitæ rectitudinem, aut ad honoris sublimitatem, aut ad famæ celebritatem, aut ad diuitias, aut ad voluptatē, & delectationem, aut ad sui conseruationem. At omnia prædicta cumulatiuè affluentiūque; cōfert prædicta, quam credimus & speramus, visio beatifica: vt enim egregie deducit sanctissimus, qui ea nunc fruitur, Aquinas in d. lib. 3. cap. 63. confert primò omnium generum, & specierum, & virtutum, & totius ordinis vniuersi, & omnium quæ sunt in rerum natura scientiam. Secundò vt in omnibus, & per omnia voluntas sit recta, & per omnia pars hominis inferior parti superiori subiiciatur, & omnia recta gubernet. Tertio, honoris sublimitatem, quatenus beatus Deo Regi seculorum summo vnitus ipse quoque merito Rex dicitur, iuxta illud Apocalip. 20. Regnabunt cum CHRISTO. Quartò, nominis & famæ celebritatem non solum apud homines quorum opinio falli potest, sed etiam apud ipsummet Deum, & Angelos, & sanctos eius, ita vt in sacra scriptura merito dicatur gloria, iuxta illud psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Quintò, diuitias iuxta illud psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Sextò, summā voluptatem, iuxta illud psal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Septimò, sui conseruationem, iuxta illud Isaiæ. 25. Non esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus, & sol: & illud Apoc. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorū, & mors vltra nō erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Quæ omnia confirmantur eo: quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Esai. 64. & 1. Corin. 2. Quod paulò magis explicās August. in vlt. de Ciuit. Dei, relatus a Diuo Antonino in 4. par. suæ summæ t. 7. cap. 6. §. 10. sic ait. Quanta ibi felicitas, vbi nullum malum adierit, nullū bonum latebit, erit Deus omnia in omnibus? & infra. Quid est enim, quod Dominus per prophetam ait: Ero illorum Deus in perpetuum: nisi ero eis vnde satientur; ero eis, quicquid honestè ab hominibus desiderari potest; ero illis salus, & vita, gloria & honor, victoria & copia, pax & omne bonum? & in fine vacabimus, & uidebimus, amabimus & laudabimus. iuxta illud psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Et quāquam non omnes erunt pares in gloria, sicut nec fuerunt pares in merito, quia alius alio clariū Deum videbit, & Deo copiosius fruetur, iuxta illud. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. & illud. Sicut stella a stella in claritate differt. Corin. 15. quo error contrarius Iouiniani confutatur, vt tradit Alfonso

Alfonfus prædictus vbi supra post cõcilium Florent. supra citatum, ante quod clarius resoluit Tho. receptus. 1. sec. q. 5. art. 2. Omnes tamen omnino omnibus concupitis replebuntur, satiabuntur & tranquillabuntur. Hæc de beatitudine, nunc de miseria ei contraria.

S V M M A R I V M.

- Miseria quid & quotuplex & eius partium definitio. nu. 15.*
Miseriam inferni interminabilem esse, de fide est. nu. 16.
Infernum esse in hac vita & non in alia dicere, hæresis. nu. 16.
Miseria summa quatuor gradus. nu. 17.
Pœna summè miserorum supremi gradus septuplex. nu. 18.
Beatitudo summa & miseria ei contraria, sunt explicitè credenda. nu. 19.
Peccat. quot modis quis circa beatitudinem & miseriam. nu. 20.

- 15 Miseria generaliter sumpta est passio mali. Et quia malum est duplex, verum & apprens; ideo miseria quoque duplex, vera & falsa. Vera est passio veri mali, falsa passio mali apparentis tantum, qualis est passio vinculorum phrenetico, & fames esurienti otioso, quæ ipsum ad operandum bene incitat cap. Non omnis 5. q. 5. Rursus miseria vera diuiditur in summam, & non summam. Summa est passio carentiæ visionis, & fruitionis Dei, quæ in perfectè summâ & in imperfectè summâ diuiditur, sicut & beatitudo summa, vt supradiximus.
- Miseria perfectè summa est miseria carentiæ visionis & fruitionis diuinæ, cum cruciatu æterno sensus omni omnium malorum genere comitata. Dixi, miseria, pro genere. Dixi, carentiæ visionis ac fruitionis, ad differentiam aliarum mille miseriarum, quas in hac misera vita patimur. Dixi, cum cruciatu, ad excludendam carentiam visionis Dei, quam sæpe patimur in hac vita sine cruciatu; imò aliquando cum voluptatè, iuxta illud, Lætantur cum malefecerint, Prouerb. 2. relatum in c. Quam sit graue, de excess. prælat. Dixi, (æterno) ad excludendam miseriam existentium in purgatorio, quorum cruciatus est temporarius. c. Cũ Marthæ. §. Tertio loco, de Celebrat. Miss. & c. Animæ. & c. Pro obeuntibus 13. q. 2. & ad damnandum errorem dicentium præfatam miseriam aliquando terminandam, de quo Alfon. vbi supra verb. infernus. Dixi (sensus) ad excludendum miseriam decedentium cum solo peccato originali, qui pœnâ quidè patiuntur dâni, hoc est carentiæ visionis Dei sine tamè alio cruciatu. ca. Maiores. §. verû quidè, de Baptif. & c. Firmissimè. de cõsecra. dif. 4. Dixi, omnium, & c. ad explicandâ illâ ter horredâ pœnâ quâ patiuntur decedentes in peccato mortali, qui perfectè summâ miseriam patiuntur: & ad cõfutandâ hæresim, quæ habet verû infernum esse in hac vita, & non in alia, de qua per Alfon. vbi supra verb. infernus. Nullus enim cruciatus in hac vita est eiusmodi; vt palam est.
- Miseria imperfectè summa est miseria carentiæ visionis, & fruitionis Dei sine cruciatu saltem sensus; qualis est miseria decedentium cum solo peccato originali, qualis item existentium in purgatorio, imò & illa viuentiũ, qui nullâ cognitionem

cognitionem Dei coniunctam cum fruitione eiusdem habent, qui ore vel opere sunt de numero insipientium, qui dicunt in corde suo, nõ est Deus. Pl. 52.

Ex prædictis infertur eos solos, qui locati sunt in inferno illo, in quo testante Iob cap. 10. nulla est redemptio, esse in supremo gradu miseriæ perfectè summæ: Qui verò in eo loco, quem limbum puerorum vocant, in gradu eis proximo; qui autem in purgatorio, in tertio; qui autem adhuc viuentes, nullâ Dei Opt. Max. cognitionem & fruitionem habet, in 4. Porro miser & infelix quiuis supremi gradus iure dicere potuit, cum infectus mortali peccato decederet illud Iob. 10. Vadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caliginè, terram miseriæ & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Ex quo elogio diuus Antoninus in 2. par. ti. 5. cap. 3. septuplicè pœnâ proximè colligit, quarum summa paucis additis, & multis ademptis est, quòd prima est carcer æternus in loco infimo, turpissimo, & obscurissimo, in quem omnis fex elementorum effundetur: situs, quem non potest non summè horrere anima nobilissima ad altissimum idemque nitidissimum splendidissimumque; celi empirei palatium creata, vt Rex delicatissimus carcerem squallore & pœdore sordentem non potest non horrere. Secunda est priuatio visionis intuitiuæ Dei, quæ omnigenam parit lætitiã, quamque Chriost. tanti faciebat, vt diceret malle se mille alias pœnas infernales pati, quàm ea æternum priuari. Tertia ignis ille ardentissimus, quo adeo infelices ardebunt, vt illi soli pœnæ nulla martyrum tormenta æquari possint, teste August. relato a Gratiano in §. fin. de Pœnit. dist. 7. Quarta desolatio, nulla vnquam dum Deus erit Deus cõsolatione, refrigerio, redemptione leuanda, sed semper omni desperatione (authore eodem Iob vbi supra) grauanda. Sicut enim summè perfectè beatitudo omnem excludit miseriam; sic summè perfectè miseria nullam consolationem admittit. Quia quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito c. sciendum. 8. q. 1. l. & si contra tabulas. ff. de vulg. Quinta tenebræ, tum exteriores densissimæ, quæ nullo solis radio, nulloque splendore ignis (qui licet ibi plurimus sit, est tamen obscurissimus,) attenuantur. Tum interiores quibus adeo cecantur, vt Deum putent iniustum, & sciëntia hic quæ sita, & per mortem plurimum aucta, quæ beatis est solatio, eis sit maiori supplicio, dum per eam clarius cognoscunt, quantæ beatitudinis damnũ sua culpa patiuntur, vnde vermis ille sæuè corda eorum corrodens & laniãs, nunquã intermoriturus oritur. Esai. 66. Sexta societas Cacodæmonum & continua cũ eis conuersatio, quorum aspectus adeo est terribilis, vt quidam vir sanctus testate S. Anto. vbi supra, vnus solius aspectu ferè exanimatus, & in se reuersus testaretur, malle se fornacem igne ardètem ingredi, quàm iterum eum videre. Quòd si vnus aspectus momentaneus est adeo terribilis, qualis erit innumerosum sine vlla interruptione continuatus? Septima confusio, vt enim prædictum habet elogium, ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, horror, inquam, clamorum, blasphemiarum, lamentorum, eiulatum, Deo, sibi ipsi, & socijs tam Cacodæmonibus, quã alijs infelicibus maledicentiũ, maleque precan-

19 præcætiū, quibus confunditur illud innumeris nominibus lamētabile Regnū.
His de summa beatitudine deq; summa miseria ei cōtraria dictis, addo Pri-
mò, quòd omnes Christiani tenemur, sub pœna peccati mortalis, non solū im-
plicitè sed & explicitè credere, esse eas, quæ sunt, vita æternā, & mors æterna.
Quoniam oēs sub prædicta pœna tenemur explicitè credere articulos fidei, vt
ait Tho. 2. sec. q. 2. ar. 5. quem oēs probant, vt minimū quo ad eos, quos solēni-
ter ecclesia celebrat secūdū eūdē ar. 7. & hūc articulū de vita æterna & morte
æterna illi contraria, non solū celebrat per finē Symboli Apostolorū, & Nice-
ni, & Athanasij, sed et per festū particulare omnium defunctorū, post die festi
omnium Sanctorum, & per missas defunctorum, & alia multa diuina officia.

Addo secūdò, quòd ad euitandum omne circa hoc peccatum, tenemur nō
solū ad credendum eas explicitè, sed et ad considerandum aliquando de illis
actualiter, quia cum id ob solam negligentiam vel accidentiam omittimus, ve-
nialiter peccamus, & mortaliter cum id iudicatur esse necessarium, ad euitandū
periculum peccandi mortaliter, per aliquam tentationem grauem illatum; vt
in simili significat de ieiunio iuris naturalis Tho. 2. sec. q. 147. ar. 3. In quod fa-
cit illud vulgare. Descendendum esse in vita, vel in morte ad infernum.

Addo tertio expertos asserere, nil ferè magis mouere homines ad peccata
præterita plangēda, & futura horrenda, quàm frequens & intensa beatitudinis
& miseria prædictarum, earumq; æternitatis meditatio, quod satis probat il-
lud Sapient. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Duæ
enim illæ sunt bona pars illorum nouissimorum, & earundem eiusmodi me-
ditatio pars non minima exercitij cuiusdam Illust. Religionis, quo breui eius
nouiij perducuntur ad iustum voluptatum, vanitatum, & cupiditatum con-
temptum, & ad pium amorem & cultum Dei, Angelorum, Sanctorum, & San-
ctarum, præsertim principis omnium illorum gloriosissimæ virginis matris
Mariæ, quæ nobis ea impetret, semperq; conseruet. Amen.

20 Circa beatitudinem & miseriam præfatas peccat & est hæreticus.

Primò qui credit illas non esse perpetuas & æternas, sed aliquem finem ha-
bituras, supra nu. 9. & 12.

Secundò qui credit beatos non videre ipsa diuinam substantiā. supra nu. 8.

Tertio qui credit beatitudinem præfata consistere in carnis delicijs. su-
pra nume. 6.

Quartò qui credit posse quem in hac vita mortali ad tantam peruenire bea-
titudinem perfectam, quæ crescere non possit. supra nu. 10.

Quintò qui credit posse quem in hac vita mortali ad summè perfectā bea-
titudinem pertingere. supra nu. 8.

Sextò qui credit omnem intellectualem naturam se ipsa sine alia qualitate
addita esse beatam, supra nu. 12.

Septimò qui credit exercitiū virtutum non pertinere ad perfectos Chri-
stianos. supra nu. 8.

Octauò qui credit nullam animam fieri beatam ante diem iudicij genera-
lis supra nu. 14.

Nonò

Nonò qui credit omnes beatos esse pares in gloria, supra nu. 14.

Decimò qui credit verum infernum esse in hac vita, & non in alia, su-
pra nume. 16.

Vndecimò peccare videtur mortaliter, licet non sit hæreticus, quicumque
non credit explicitè beatitudinem prædictam æternam, supra nu. 2.

Duodecimò peccat saltem venialiter, qui per accidiam solam non confi-
derat præfata beatitudinē & miseriam, & mortaliter quum & c. supra nu. 19.

Quis autem horum & quando censendus est hæreticus, & excommunicatus,
& quis solū peccans mortaliter, & quis neque peccans collige ex præli-
dio primo nu. 10.

Quintum Prælium, de passionibus & habitibus animæ.

S V M M A R I V M.

Passio animi quid, & quod nulla est propriè in appetitu intellectu. nu. 1.

Passiones principales quatuor, & alia quot & quæ. nu. 2.

Passiones sex in appetitu concupiscibili sensitivo, & quinq; in irascibili, & earum
subordinatio. nu. 2.

Bonum absolute consideratum obiectum potentie concupiscibilis, & consideratum
vt arduum potentie irascibilis. nu. 2.

Passionum, alia bona, alia mala suapte natura, & quæ bona, & quæ mala relata ad ra-
tionem. nu. 3. & 4.

Passiones omnes esse animæ morbos, secundum stoicos reprobatos. nu. 4.

Authorum sacrorum & profanorum dicta, de passionibus animæ, vt interpre-
tanda. nu. 5.

Dubia in meliorem sensum interpretanda: In claris aut nō esse locū coniecturis. n. 5.

Passionum confessio coram sacerdote qualis esse debeat. nu. 6.

Confessarius confitentem passiones, quid monere, & docere debeat. nu. 6.

Habitus quid, & quotuplex. nu. 7.

Virtus quid, & quomodo non repugnat peccato. nu. 8.

Vitium quid, & quomodo non repugnat merito. nu. 8.

Peccatum mortale repugnat habitui charitatis & gratiæ, nō tamē fidei, et spei. nu. 9.

Hactenus de animæ actibus humanis, nunc pauca de passionibus, &
pauciora de habitibus eiusdem.



PASSIO animæ est motus virtutis appetitiuæ sensibilis in ima-
ginatione boni, vel mali, secundum Damasce. relatum & decla-
ratum à Thom. 1. sec. q. 22. ar. 3. Ex quo infertur quòd propriè
non sunt passiones in appetitu intellectu, & voluntate supe-
riori, quatenus distinguitur ab appetitu sensitivo, & inferiori eiusdem, licet
etiam inueniantur in eo motus præuenientes deliberationem, conformes
motibus

motibus virtutis appetitiuæ sensibilis, iuxta mentem Tho. I. sec. q. 17. ar. 7.
 2 Passiones autem principales sunt quatuor; duæ potentia concupiscibilis, scilicet gaudium & tristitia, & duæ potentia irascibilis, spes & timor, iuxta illud Boetij I. de consolat. Philoso. Gaudia pelle, pelle timorē, spemque fugato, Nec dolor adfit, nubila mens est, Vincæque frænis, hæc vbi regnant. & iuxta illud Parthen. Marianæ lib. I. |

*Quatuor aduersis miscentur vt æquora ventis,
 Eoo, Zephyro, Libyco, gelidoque Aquilone,
 Sic totidem nostras ingenti turbine mentes
 Subuerti furijs, pectusque in prælia mitti.
 Spes leuat arreptos, metus alto a vertice fluctus
 Dejicit, hinc animum pulsat furibunda voluptas.
 Inde dolor, fluctus seu fracti fluctibus, altum
 Clamorem ingeminat, piceis absconditi nimbis
 Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.*

Gaudium est de bono præfenti, Tristitia de malo præfenti, spes de bono futuro arduo, Timor de futuro malo arduo, vt exprimit Tho. j. sec. q. 25. art. 4. Est autem vna passio, quæ non habet contrariam, nisi priuatiuè, vel per cessationem ab ea, puta, ira, Irasci enim non est aliud contrarium propriè quam mitescere, & ab ira cessare, secundum Philoſ. 2. Rhetor. declaratum a Tho. I. sec. q. 23. ar. 3. Dixi quatuor esse principales passiones; significando esse alias minus principales, sunt enim omnes vndecim, vt trad. diuus Anton. in I. parti. 6. cap. 2. Sex quidem in concupiscibili potentia, scilicet Amor, & Odium, desiderium, seu Concupiscentia, & Fuga, siue rectius Renutus aut recusatio, & Gaudium siue delectatio, & Tristitia siue Dolor. In Irascibili autem, quinq;: Scilicet, Spes, & Desperatio, Timor & Audacia, & Ira cui nulla alia passio opponitur. Illæ vero supradictæ quatuor, ea ratione dicuntur principales, quia sunt fines & scopi aliarum passionum, Quod cum ordine & sufficientia illorū colligitur, præsupposito quòd obiectum potentia appetitiuæ concupiscibilis, est bonum, vel malum, absolute consideratum; Obiectum vero irascibilis bonū, vel malum arduum siue difficile, consideratum sub ratione arduitatis vel difficultatis, vt trad. Tho. I. sec. q. 23. ar. 1. quem subtiliter defendit ibi Caieta. contra subtilissimum Scotum, quamuis quoad animæ salutem parum referat vtrum illorum sequamur. Quo præsupposito, colligitur præfatarum vndecim passionum ordo: & quod quatuor prædictæ sunt principaliores, sic. Bonum absolute consideratum causat in potentia appetitiua quandam complacentiam, ob conformitatem & aptitudinem quam habet ad illam, quæ est amor, siue prima passio amoris. Bonum autem amatum & nondum habitum causat desiderium adipiscendi illud, quod est secunda passio desiderij seu concupiscentiæ. Bonum verò desideratum, iam adeptum siue obtentum parit in appetitu quietem quandam in ipso bono adepto: quæ est tertia passio, videlicet, Gaudium siue

siue delectatio. Econtrario autem malum cognitum causat displicentiam ob ineptitudinem, vel contrarietatem, quam habet ad appetitum, quæ est passio quarta odij, contraria passioni amoris. Malum vero cognitum & exosum, nondum acceptum, vel (vt ita dicam) nondum ventum generat fugam, vel (vt ita dicam) respuitionem, vel latinius renutum, ne eueniat, quæ est quinta passio contraria desiderio. Malum autem iam acceptum, siue vetum causat tristitiam, vel dolorem, quæ est sexta passio contraria gaudio, & lætitiæ: quæ sunt sex passionnes potentia appetitiuæ concupiscibilis. In potentia verò irascibili sunt quinq;. Nam bonum apprehensum, vt arduum & difficile, propter bonitatem, quæ habet aptitudinem & conformitatem ad appetitum generat spem, quæ prima passio irascibilis est. Idem autem speratum vt quælibet nondum adeptum generat fiduciam, vel audaciam, quæ est secunda passio irascibilis; & econtrario malum apprehensum, vt ineuitabile generat desperationem, quæ est passio tertia potentia irascibilis contraria spei, secundum Thom. primo sec. quæstio. 40. art. 4.

Malum autem futurum apprehensum, vt difficile euitabile generat timorē, quartam irascibilis potentia passionem, contrariam fiducia, & audaciæ, secundum eundem Tho. I. sec. q. 45. art. 1.

Quinta verò passio potentia irascibilis, est ira, quæ generatur frequenter ex malo iam accepto, quæ non habet contrariam secundum Tho. I. sec. q. 23. art. 3. Quia bonum arduum iam adeptum non parit passionem vllam in irascibili, sed gaudium in potentia concupiscibili; quia desinit habere rationem ardui. Dixi frequenter iram nasci ex malo accepto; quoniam frequenter nascitur tristitia sola, quæ pertinet ad potentiam concupiscibilem. Passionum autem præfatarum aliquot etiam per se in genere considerata dicuntur bonæ, & aliquot malæ. Bonæ quidem; quia vt August. in 9. de Ciuit. Dei ait, Misericordia ad virtutem pertinet. Et misericordia quatenus est dolor siue tristitia de aliena miseria, est passio, vt declarat Tho. 2. sec. q. 30. art. 3. Arist. item in 2. Ethic. ait, Verecundiam esse passionem laudabilem, quæ species quædam timoris est, vt bellè declarat Tho. I. sec. q. 42. ar. 4. Et quia sicut quidam actus exteriores considerati in se & suo genere, siue ex obiecto suo dicuntur boni, vt dare elemosynam, & subuenire proximo, c. Venerabilibus. §. fin. de sent. excōm. lib. sexto & latè Thom. primo sec. q. 18. ar. 2 & 8. Ita passiones quædam, quæ sunt de obiecto suo genere bono, quales sunt, misericordia, quæ est quædam tristitia de malo proximi: & verecundia quæ retrahit a turpitudine, meritò in se & suo genere sunt bonæ. Malæ autem sunt in se & suo genere, quædam passiones, illæ scilicet quæ sunt de obiecto suo genere malo, cuiusmodi est gaudium de malo alieno, & tristitia de bono alieno. Sicut etiam quidam actus exteriores ex suo obiecto mali, vt capere alienum, & percutere proximum, in se & suo genere sunt mali, iuxta doctrinam Thom. in dicta q. 18. art. 18. Passionum item, referendo illas ad rationem, alia dicitur bona, alia mala. Tum per illud August. 14. de Ciuit. Dei loquentis de passionibus. Mala sunt ista, si malus amor, bona si bonus. Tum, quia omnis actus etiam exterior, rationi rectæ conformis, est bonus,

est bonus, & dissonans illi, malus, iuxta mentem Diony. cap. 4. de Diuin. nominib. & c. Non solum, de reg. lib. 6. ergo a fortiori, passio, quæ est de interioribus animæ, si fuerit consona rationi rectæ, erit bona, & si dissona illi, mala.

4. Non obstat opinio Stoicorum, quæ habet omnes passiones esse malas, & animæ morbos, & perturbationes, Quoniam illa opinio est falsa, aut certe intelligenda de passionibus rectæ rationi dissonantibus, aut eam præuenientibus, ut declarat Thom. in d. q. 24. ar. 2. Ex his inferitur primò, omnes & singulas præfatas passiones esse bonas, quoties rectæ rationi consonant; Malas verò cum illi dissonant; & ita amorem diuidi in bonum, & malum, Desiderium item, & odium, & reliquas passiones. De amore bono est illud, Prouerb. 29. Qui amat sapientiam, lætificat patrem suum. De malo autem illud Eccl. 10. Nil est iniquius, quam amare pecuniam. De desiderio bono est illud Psal. 118. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. de malo autem illud Psal. 111. Desiderium peccatorum peribit. De bono gaudio siue lætitia illud Math. 23. Intra in gaudium domini tui. De malo autem illud Iob. 20. Gaudiū hypocritæ est instar puncti. De bono odio est illud Psal. 118. Iniquos odio habui. De malo illud Psal. 108. Odium pro dilectione mea. De desperatione bona est illud. 1. Reg. 23. Desperauit Dauid posse euadere. De mala autem illud Ecclef. 27. Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infidelis. De tristitia bona est illud Marci 14. Tristis est anima mea vsque ad mortem. De mala autem illud Ecclef. 14. Felix vir qui non habuit animi tristitiam. De bona spe siue fiducia, est illud Psal. 13. Dominus spes eius est. & illud Prouerb. 3. Habe fiduciam in domino. De mala autem illud Prouerb. 15. Spes impiorum peribit. Et illud Isai. 47. Fiduciam habuisti in malitia. De timore bono est illud Ecclesiast. 1. Initium sapientiæ timor Domini. De malo, illud Psal. 13. Trepidauerunt timore, ubi non erat timor. De Ira bona illud Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare. De mala est illud Psal. 36. Desine ab ira & derelinque furorem.

5. Secundò inferitur, quòd omnes textus tam Biblici, quam Canonum, & Legum, Omnia item dicta sacrorum Doctorum, & etiam Ethnicorum significantium generaliter non esse amanda, neq; desideranda temporaria, neq; de illis adeptis gaudendum, intelligi debent de amore, desiderio, & gaudio inordinatis, seu rectæ rationi dissonis. Illi autem, qui habent, non esse odio habendum proximum, nec fugiendum, nec de morte alij siue malis acceptis tristandū, nunquam irascendum, intelligendi sunt de odio, fuga, & tristitia inordinatis. Ex quo subinfertur, in dubio excusari posse a nota hæreseos eos, qui simpliciter aiunt, non esse timendum aut non esse sperandum in homine; sine timore seruiendum Domino Deo nostro; Non esse timendum diabolū; Procurandam esse mentis securitatem, & id genus alia. Quoniam hæc omnia possunt esse aliquo respectu ordinata, siue rationi consona, & consequenter bona, & catholica, Et in dubio, generale verbum, quòd ad bonum sensum, & malum irahi potest, interpretandum est in bonum. l. In ambigua. ff. de leg. c. 2. de reg. iur. c. 1. de iure iur. lib. 6. l. Merito. ff. pro socio l. Si procurator. ff. de conduct. indeb.

deb. Dixi supra, In dubio, & simpliciter, Nam si certum est, vel additur aliquid, quo appareant illa dicta mala mente, vel in sensum malum, in eo sunt accipienda. Quia in claris non est locus coniecturis l. Continuus. §. Cum ita. ff. de verb. oblig.

Tertiò inferitur quiddam confessarijs quotidianum, videlicet, quòd penitentes multi confitentur se habuisse præfatas passiones, amoris, odij, spei, desperationis, gaudij, tristitiæ, timoris, & iræ, &c. & non declarant satis an benè vel malè ordinauerunt eas: nec qui declarant fuisse inordinatas, satis declarant, quanta fuerit inordinatio, ut iudicari possit, an peruenerint ad culpam mortiferam, & consequenter an moneri possint & debeant, ut de illis tanquam de mortalibus doleant, id est, ut ita doleant, quòd proponant firmiter nunquam se admissuros similes: iuxta ea, quæ infra cap. 1. n. 1. & cap. 2. n. 5. norantur. Quare penitens sic generaliter & confusè confitens huiusmodi passiones, interrogandus est, num omnes illæ, vel quæ illarum fuerint tante, ut mouissent eum ad volendum potius transgredi aliquam legem ad peccati mortiferi penam obligantem, quàm desistere a prosecutione huiusmodi passionis, amoris, odij, gaudij, lætitiæ, tristitiæ, vel spei, & fiduciæ, timoris, & iræ. Monendus est, inquam, & docendus, eiusmodi passiones, alias esse bonas, alias malas, & harum, alias venialiter tantum, & alias mortaliter malas; & quòd oportet ab his postremis, plusquam ab omnibus aliis malis penæ ac etiam ipsa morte corporali abstinere, iuxta notata infra cap. 1. nu. 1.

Hæc de passionibus pauca sufficiant, nunc pauciora de habitibus.

Habitus animæ est qualitas inhærens animæ, qua fit grata Deo, vel alicui potentia eius, inclinans eam ad aliquid agendum.

Dixi, qualitas, pro genere, quia omnis habitus est qualitas, non contra, omnis qualitas est habitus, ut docetur in Prædicamento qualitatis. Dixi, Inhærens, aduersus Lutheranos, negantes gratiam inhærentem, contra Clem. 1. §. fin. de Summa Trinit. & tradita per Tho. receptum. in 1. sec. q. 110. arg. 1 & eundem, Scotum & alios omnes contra Magistrum in 1. dist. 17. & in 2. di. 26. & contra concilium Trident. sess. 6. can. 11. Dixi, animæ, ad insinuandū, quòd secundum opinionem Tho. Gratia gratum faciens, inhæret essentiæ animæ, qua regeneratur, & fit consors diuinæ naturæ, iuxta illud. 2. Petri 1. ut simus consortes naturæ diuinæ, declaratum per Tho. 1. sec. q. 50. ar. 2. Dixi vel alicui potentia inclinans eam ad aliquid agendum: propter alios habitus, qui disponunt, inclinant, & impellunt hominem ad aliquid benè vel malè agendum: quod colligitur ex Aristo. 2. Ethic. & Thom. 1. sec. q. 49. ar. 2. An autem gratia, & charitas distinguantur re, ut ait Thom. cum suis asseclis. 1. sec. q. 110. arg. 3. an vero ratione tantum, ut sentit Magister, & affirmat Scotus cū suis in 2. lib. dist. 26. & an charitas inhæreat plus animæ potentia differente re ab ea, sed inseparabili ut ait Thom. an ipsi animæ ut alij, cum quibus est Maior in 3. sentent. d. dist. q. 1. non tracto, quoniam quoad animæ salutem nil refert, an hoc, vel illud teneamus.

Habitus autem est duplex, infusus, & acquisitus. Infusus est quæ misericors

Deus solus infundit, ut probatur, in d. S. fi. & in ca. Maiores, in fine princip. de baptif. & Tho. receptus trad. 1. sec. quæstio. 51. arti. quarto. Acquisitus autem est, qui producit ab actibus frequentatis. Ita quod actus est causa partialis habitus acquisiti, vel aucti, & contra habitus est causa partialis producendi novos actus similes illis, per quos genitus vel auctus est, ut colligitur ex Thom. 1. sec. q. 51. arti. 4. & q. 49. arti. primo, & 3. qui in articulo quarto probat necessitatem habituum. Habitus autem productus ab actibus bonis, est virtus. Habitus verò productus ab actibus malis, est vitium, quod est contrarium virtuti. Nam ut ait August. relatus a Thom. primo sec. quæstio. 71. ar. 1. Vitium est qualitas, secundum quam malus est animus, Virtus autè qualitas, quæ bonum facit habentem, estque vitium contra naturam hominis, quatenus homo est. Virtus verò licet non sit a natura, est tamen secundum naturam hominis, quatenus homo est, ut probat idem Thom. in d. quæstio. 71. arti. secundo, qui in 3. arti. concludit, actum malum peiorem esse simpliciter habitu malo, quamvis secundum quid, eo quod vitium est diuturnius sit peius actu malo, & vitioso, & in arti. quarto concludit, actum malum, qui est peccatum, compati sibi virtutem, sicut & actus bonus compatitur sibi vitium.

8 Quamquam peccatum mortale non potest esse simul cum charitate regina virtutum, quæ est gratia gratum faciens, vel ab ea inseparabilis, quæque est habitus omnium longè nobilissimus à Deo supernaturaliter infusus, licet possit esse cum fide, & spe informibus, ut ibidem idem Thomas tradit, & Concilium Tridentinum nuper declaravit sess. 6. Cano. 28. Circa prædicta errat.

Primò, qui credit omnes animi passiones esse in se malas. nu. 4.

Secundò, qui credit perdita gratia perdi fidem & spem. nu. 9.

Quando autem hi censendi hæretici, consule prælium primum. numero 10.

Sextum Prælium, de humana anima humanis actibus, & habitibus.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

Homo cur sibi gratulari, timereq; merito debeat. nu. 1.

Actus humanus & moralis idem, & quid. nu. 2.

Voluntarium simpliciter, & secundum quid. nu. 3.

Omissio pura quid. nu. 4.

Violentum quid, & quo a metu differt. nu. 2. & 5.

Metu facta regulariter valere, sed rescindi posse, nisi & c. nu. 6.

Sacramenta, quæ metu facta, valent. nu. 6.

Violentus nullus est actus elicitus, siue interior. nu. 7.

Voluntas etiam a Deo non cogitur violenter. nu. 7.

Metu

Metu factum rescinditur, non autem blanditijs extortum. nu. 8.

Ignorantia, quæ facit actum non esse humanum. nu. 9.



Homo igitur compositus ex corpore & anima tam mira substantia, totq; ac tantis potentijs viribusq; aucta, & ad imaginem Dei paulominus ab Angelis ad tantam beatitudinem seu felicitatem cum facultate tot passiones seu affectus regendi creata, merito sibi gratulari potest, & timere. Gratulari quidem, quod tantæ beatitudinis sit capax. Timere autè, quod nisi eam consequatur, necessariò in penam æternam, non solum damni, sed etiam sensus incidet, si adultus, & mentis iam compos factus, moriatur, iuxta finem Symb. Athanasij, & c. Firmiter, de Summa Trin. ut in 4. prælium dictum est. Quare reputare nobiscum frequentissime tremebundi deberemus, nullum esse nobis diffugium, quo mortem æternam vitemus, nisi vitam æternam. Subindeq; necessario nos fore, vel beatos æternum in supernis, vel infelices æternum in infernis. Quæ reputatio impelleret nos ad noscendum illa, per quæ hoc vitatur, & illud quæritur.

Ea porrò quibus in vitam vel mortem æternam ab adultis itur, actus humani siue morales sunt, secundum Tho. receptum. 1. sec. q. 6. ar. 1. Actus autè humanus, siue moralis, qui idem sunt, diffinitur esse actus hominis transitorius, & voluntarius simpliciter, vel omissio eius: Diximus, Transitorius, ad differentiam habituum, qui sunt qualitates difficile mobiles, iuxta Arist. in Prædicam. & Tho. 1. sec. q. 49. art. 1. Diximus, voluntarius, ad excludendum actus hominis omnino violentos, qui sunt illi, quorum principium est ab extrinseco passo non conferente vim, id est eo qui patitur non opitulante, neq; iuante. Qualis est is, quo homo per vim a bsolutam facit, ut oblatio thuris, quæ per manum violentè ab alijs ad id adactam Idolo fit, c. Presbyteros. 50. dist. Diximus, simpliciter, ad excludendum illos actus, qui sunt voluntarij secundum quid, sed non simpliciter & absolutè, quales sunt actus multorum puerorum & amenium, & etiam aliorum hominum subiti & indeliberati, similes actibus brutorum, quæ voluntarie quidem operantur, secundum Arist. 3. Ethic. receptum a Tho. 1. sec. q. 6. ar. 1. & ab alijs alibi, sed non deliberatè, eligendo liberè, & tanquam domini eorum: Diximus, vel omissio, ad comprehendendam omissionem, per quam, id quod quis potest, & debet agere, non agit, iuxta Thom. in d. q. 6. art. 3. Ex quo & altero Thoma ibidem colligas tria requiri, ad hoc ut omissio cuiuspiam sit pura, & voluntaria, videlicet, quod possit, & debeat facere, & non velit, negativè tantum: id est, quod neque velit, neque nolit. Nam si nollet agere, id est haberet nolitionem, siue voluntatem non agendi, non esset tam actus omissionis, quam commissionis.

Ex quibus infertur, Primò ratio decidendi principij. 3 2. quæsti. 5. quatenus habet, nihil peccare illam, cuius omnino renitentis virginitas violatur. Imò & Luciam illam gloriosissimam relatum ibi à Gratiano dixisse, duplicari ad coronam.

Secundò infertur, quod actus etiam metu iusto factus, est actus humanus,

C 3 quia

- quia est voluntarius simpliciter, licet sit involuntarius secundum quid, ut ait Tho. in d. q. 6. art. 6. & probatur in c. Merito 15. q. 1. quatenus habet eum qui metu alicuius mali facit aliquid, velle illud, licet non propter se, sed propter aliud. In qua insignis quidam Theologus, in quadam epistola ad me scripta, & insignissimus Decius, in l. velle. ff. de reg. iu. lapsi fuerunt, quatenus dixerunt, metu facta, non esse simpliciter voluntaria, sed secundum quid tantum. Ratio diuersitatis inter violenter, & metu factum, illa est, quod violentum dicitur, cuius principium est ab extrinseco passo non conferente vim, siue non adiuuante l. j. ff. quod metus caus. quæ habet, vim esse rei maioris imperum, cui resisti non potest trad. Arist. 3. Ethic. & Tho. 2. sec. q. 175. art. 1. qualis est thurificatio superius dicta. Quod autem metu fit, licet impulsione habeat ab extrinseco, passum tamen ipsum, id est, qui compellitur, confert vim, & adiuuat. Quia consentit, d. c. Merito, & l. 2. ff. quod met. caus. Et ita factum per vim puram, nec meritum, neque peccatum est, neque prodest, neque nocet, quoad vllum forum. Quia non est actus humanus. Factum autem metu, quia est actus humanus, potest esse aliquando meritum, & ut plurimum prodest, & nocet, quoad vtrumque forum, quamuis regulariter rescindi possit, ut resoluit glo. recepta, in c. Abbas, de his quæ vi, nisi quoad sacramenta characterem imprimantia, quoad quæ non potest rescindi c. Maiores. §. Item quaritur, de baptis. & nisi quoad ea quæ liberam & spontaneam voluntatem requirunt, ut matrimonium c. Cum locum, de sponsa. & votum c. j. de his quæ vi. Quia illa metu facta nihil valent, & sine vlla rescissione sunt inualida, siue nulla.
- 7 Tertiò infertur, quod nullus actus voluntarius elicited, siue interior potest esse violentus. Nam nullus talis fit passo non conferente vim; voluntas enim, siue anima velle potens non potest absolute cogi siue per vim præcisam ad actum a se ipsa eliciendum; id est ad volendum aut nolendum, ut pulchre probat Th. j. sec. q. 6. art. 4. Nam ut ibi ad quartum ait, etiam si moueatur & cogatur a Deo ad volendum, non patitur violentiam, quia ipsa confert vim, & adiuuat dum vult, & ita non fit, passo non conferente vim, & per consequens non est violentum per supradicta.
- 8 Quartò infertur, quod nullus actus neque interior neque exterior definit esse involuntarius, eo quod producat per concupiscentiam plurimum impellentem animum ad volendum. Imò est magis voluntarius secundum Tho. in d. q. 6. artic. 7. Quæ potest esse recta & noua ratio, quare blanditiæ non faciunt, ut actus per eas factus rescindi possit, sicut metus. Et quod licet testamentum metu factum non valeat l. si. ff. Si quis aliq. testa. prohi. Testamentum tamen vxoris blando sermone mariti procuratum valet. l. si C. Si quis aliq. testa. prohib. & prædicta l. si. ff. eo. Quod ipsum est dicendum de matrimonio, per amorem ardentem & blanditias contracto, ut notant Pan. in c. Veniens, in primò per illum textum de sponsalib.
- 9 Quintò infertur, quod actus factus per ignorantiam, aliquando est actus humanus, & aliquando non, & quidem est actus humanus regulariter, non est autem humanus quando tria concurrunt, Primum ignorantia illius rei, quam quis

quis non tenetur scire, Secundum quod non sit affectata, seu desiderata, vel procurata. Tertium, quod sit talis sine qua non fieret actus. Quia hæc tria efficiunt involuntarium. Quæ pulchre determinat Thom. in d. q. 6. arti. 1. & probatur in ca. 2. de constitu. & c. Ignorantia. de reg. iu. lib. 6. & c. si. 37. dif. & melius in §. Notandum. 1. q. 4. sub capit. Turbat, cum annotat. in eis per gloss. & doctores.

Sextò infertur, Actum humanum non esse habitum, quia hic est stabilis, ille autem ut dictum est, transitorius, hic impellit eum cui hæret, ad actus sibi conuenientes, ut satis colligitur ex Clem. 1. §. si. de Summa Tri. & fide Cathol. & Card. & Imo. ibidem. Ille verò, non. Circa supradicta errat,

Primò qui credit nullum vel omne sacramentum metu factum valere. nu. 6.

Secundò qui credit actus omnino violentos prodesse vel nocere animæ. nu. 7.

Tertiò qui credit omnem ignorantiam vel nullam excusare. nu. 9.

Quorū quis hæreticus, quis sit tantum mortaliter peccans, & quis nec mortaliter peccans sit censendus, consule prælium primum. nu. 10.

Septimum Prælium, de diuisione actus humani, in bonum, siue meritum, & malum siue peccatum.

S V M M A R I V M.

- Meritum quid, & quod est duplex de condigno, & de congruo, seu secundum quid. nu. 1.
- Gratia gratum faciens quid, & quanti valoris. nu. 2.
- Bona in peccato mortali facta esse merita de congruo seu secundum quid, & quantum prosunt. nu. 3.
- Actus humanus malus, & peccatum morale idem, differens à peccato naturali, & artificiali. nu. 4.
- Peccatum morale quid late. nu. 5.
- Lex eterna quid, nume. 6. contra eam est, quicquid est contra rationem naturalem. nu. 6.
- Omissio pura cur dicitur factum negatiuum. nu. 7.
- Verba illa, dictum, factum, concupitum, quomodo accipiuntur. nu. 8.
- Diffinitio hæc peccati cur eligitur. nu. 8. & quomodo alia omnes in eam resoluntur. nu. 9.
- Peccatum, & delictum, in proposito idem. nu. 10.
- Violentum nullum peccatum. nu. 11.
- Voluntaria simpliciter dici, metu etiam iusto facta. nu. 12.
- Metu etiam iusto facta regulariter valere & regulariter rescindi, non autem idem de factis per blanditias. nu. 12.
- Metum iustum excusare aliquando ab omni culpa transgressionis legis humanae, non tamen semper etiam à mortali. nu. 12.

Voluntarium duplex, directe & indirecte. nu. 12.

Omissio pura non est peccatum, nisi concurrant potentia & obligatio faciendi, cum quotidianis exemplis. nu. 13.

Dives qui non tenetur quærere pauperes. nu. 13.

Peccatum originale quomodo voluntarium. nu. 14.



- A**CTVS autē humanus est duplex, bonus, & malus; Bonus, qui nulla lege prohibetur in se neq; in circumstantijs suis, & appellatum meritum. Quod secundum mentem Tho. 1. sec. q. 114. arti. 3. est duplex, Alterum est simpliciter meritum, seu de condigno, Alterum secundum quid, seu de congruo. Meritum simpliciter, siue de condigno est quod meretur gratiam, & gloriam, ac vitam eternam. Quod diffiniri potest esse actus humanus bonus, factus ab eo qui habet gratiam Dei gratum facientem. Cuius meminit etiam glossa in d. §. si. Clem. de Summa Trin. verb. omnibus. Quæ gratia gratum faciens est donum Dei supernaturalis, infusum a Deo creaturæ rationali, quo est illi ad vitam eternam accepta, ex mente Tho. 1. sec. q. 110. & 111. Scot. & aliorum lib. 2. dist. 26. & 27. Quæ gratia est tanti valoris, quod etiam illa, quam habet vnus particularis, est maius bonum, quam aliud omne bonum naturale totius vniuersi, secundum Tho. 1. sec. q. 113. ar. 9. ad 2.
- Meritum autem de congruo, vt Tho. in d. q. 114. ar. 3. & alij multi loquuntur, siue meritum secundum quid, vt ipsemet Tho. nominat ibidem, est actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quadam congruitate, & secundum quid debetur aliqua merces spiritualis, vel temporalis, vt sentit glossa c. Quod quidam, de pœni. & remiss. Quæ pponit illis duos senarios, Quæ cum mortali bona sunt dant bona terræ, cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ, glossa est etiam ferè similis in c. Quærat §. Quod autem, de pœnit. dist. 3. vltra quos res fructus tactos in illis, addimus alios multos infra in c. 17. nu. 270. Qui fructus licet magnæ sint in se vtilitatis, collati tamen cum gratia gratum faciente, & gloria æterna ei respondente, adeo paruæ sunt, vt in c. Nihil, de conse. dist. 5. dicantur nihil prodesse, quum tamen de fide sit prodesse ad multa, vt dictum est, & satis definit Conc. Trid. sess. 6. c. 6. can. 6. Actus autem humanus malus vocatur, & est idem, quod peccatum morale, de quo hic agimus. Licet verbum peccatum, generaliter acceptum, vt docet Th. j. par. q. 63. ar. 1. significet omnem deuiationem, vel declinationem a rectitudine operi debita, siue id contingat in naturalibus, siue in moralibus: qua ratione monstra naturæ vocantur ab Arist. peccata. 2. Physic.
- Peccatum ergo morale, quod idem est, quod actus humanus malus, variè a varijs diffinitur. Ex omnibus autē diffinitionibus, quas post veteres auctores trad. Magister cum Tho. & alijs recentioribus 1. sent. lib. dist. 35. & Tho. 1. sec. q. 71. arti. 6. & alij alibi, illam eligimus, quam magnus ille Aug. tradidit in lib. 22. contra Faustum: quæ non latuit glossa in cap. Ille Rex, de pœnit. dist. 3. videlicet. Peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam.

nam. Tum quia clarius & vltatior est. Tum quia conuertitur cum diffinito: Nam cuiusque conuenit diffinitum, conuenit etiam diffinitio, & è cōtrario, vt per infra dicenda patebit: Nam lex æterna, vt idem Augustinus ait in lib. 1. de libero arbit. & post eum Thom. 1. sec. q. 91. arti. 7. est summa ratio Dei, quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat, iuxta illud Poetæ pulcherrimum.

*Quicquid habet Phlegeton, quicquid caua viscera terræ,
Quicquid habet Pelagus, quicquid secat aera penus,
Fecisti solus, totumque opus ipse gubernas.*

Et ita quicquid est contra legem & rationem naturalem, est contra legem æternam, licet non contra, quicquid est contra legem æternam, sit contra legem & rationem naturalem. Qualia sunt, quæ supernaturalibus obuiant, vt ferè omnis hæresis, blasphemia & similia. Quod docet Tho. in d. q. ar. si. & latè iuxta ac subtiliter enucleat Tho. a Vio ibidem.

Non obstat primò, quod puræ omissioni, quæ vt prædictum est, saltem tribus concurrentibus est actus humanus malus, cōuenit diffinitum, quia est peccatum, cui tamen non conuenit diffinitio: quia non est dictum, factum, aut concupitum: Nam licet illa ommissio non sit dictum factum vel concupitum affirmatiuum, est tamen negatiuum: Est enim non dictum, non factum, vel non concupitum; seu non dicere, non facere, vel non concupiscere eius, qui posset, & ad id teneretur. Quoniam affirmatio, & negatio, reducuntur ad idem genus, vt in hac ipsa specie trad. Thom. in q. 71. ar. 6. ad 1. & probatur per l. Si mora. ff. solut. matrimen. quæ non factum vocauit factum, vt ibi glossa notauit. Ibi enim Iuriconsultus appellat factum mulieris, omissionem traditionis dotis, & glossa recepta ibi per Barto. Alexand. & alios, in l. 2. ff. de verbor. obligat. ait diuisionem illam Iuriconsulti, qua diuidit stipulationem, in stipulationem de faciendo, & dando, comprehendere etiam stipulationem de non faciendo, & non dando.

Non obstat secundò, quod res dictæ, factæ, aut concupitæ non sunt peccata, quia illa verba diffinitionis, dictum, factum, & concupitum, non accipiuntur pro illis rebus, sed pro ipsis actibus dicendi, faciendi, & concupiscendi, seu volendi eas, hoc est pro ipsa dictione, factione, & (vt ita dixerim) concupiscione seu volitione, vel latinius voluntate: quod post alios Gabriel rectè intellexit, in d. q. 35. q. j.

Non obstat tertio, quod illa diffinitio eiusdem Augustini relata a Gratiano in §. 1. 15. quæstio. prima videlicet. Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, nullam facit mentionem de dicto, vel facto, sed solum de concupito. Quia debet reduci ad hanc, subintelligendo dictum vel factum, seu dictio vel factio; Cum enim mentionem fecerit de concupito, & voluntate, quæ est radix malitiæ dicti seu dictionis, facti seu factionis vel actionis, adeo quidem, vt vnum tantum peccatum constituatur ex illis, vt in Prelud.

Præliud. seq. dicemus, faciendo mentionem de voluntate, satis videri potest fecisse mentionem de illis, quorum malitia pendet ab ea.

Non obstat quartò, quòd alia est diffinitio diui Ambrosij relata per Magistrum in lib. 2. dist. 3. 5. & aliarum aliorum, quia omnes possunt ad hanc reduci, sicut & illa Tho. in 1. sec. q. 71. ar. 6. Peccatum nil aliud est quàm actus humanus malus; Omnis enim actus humanus malus, est dictum factum vel concupitum contra legem æternam Dei.

10 Non obstat quintò, quòd secundum hanc diffinitionem delictum esset peccatum, & tamen August. in quæst. Leuitici significat, quod peccatum est peccatio mali, & ita commissio: Delictum autem desertio boni, & ita ommissio.

Quod annotauit gl. in regula Peccatum, & in regula Delictum, de reg. iur. li. 6. & ante illam Magist. in 4. dist. 4. 2. Quia ibidem ipsemet Magister dixit indifferenter, apud authores, omne peccatum nomine delicti intelligi, & contra, omne delictum nomine peccati. Quod palam probatur per præfatas duas regulas coniunctas, & per c. Ille Rex, de pæn. dist. 3. & c. Si peccatum, de pæn. dist. 1.

11 Non obstat sextò, quòd actus violenter extortus, qualis est thuris oblatio idolo facta per manum alicuius violenter, absoluta vi, ad id adacta, non est peccatum. c. Presbyteros, 50. dist. & tamen est dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam. Quia diffinitio præfata intelligitur, de dicto, facto & concupito voluntario, saltem simpliciter, & indirectè, iuxta illud eiusdem August. relatum in §. 1. 15. q. 1. Peccatum adeo est voluntarium, quod si non esset voluntarium, nõ esset peccatum. Et quia omne peccatum est actus humanus, & nullus actus dicitur humanus, nisi sit voluntarius, vt post Tho. 1. sec. q. 6. in Procæ-

12 mio latius supra Præliudio proximo diximus. Dixi, saltem simpliciter, ad significandum, quòd non oportet esse omnino voluntarium, sed sufficit, quòd sit simpliciter tale, licet sit inuoluntarium secundum quid. Qualia sunt quæ metu et iusto fiunt, aut dicuntur, vt latius supra proximo Præliud. diximus. Addimus tamen dictis ibidem, frequenter excusari quem a peccato transgressionis legis humanæ, propter iustum metum, vt in c. Sacris, de his quæ vi. annotauit Pan. & Communis; non quidem ea ratione, quòd lex humana nõ possit quem obligare ad culpam mortalem pro sui obseruantia. Quia id falsum est, vt probat c. 2. de Maior. & obe. & latè Caiet. 2. sec. q. 136. ar. 9. & latius nos tradimus in Cõmen. c. fraternitas. 12. q. 2. Sed quia legislatoris intentio rarò se ad id extendit, & actus agentium non operantur ultra fines eorum l. Non omnis. ff. de rebus cred. Dixi, etiam vel saltem indirectè, Quia voluntarium dicitur duobus modis, directè ac per se, vt cum volumus illud, & indirectè ac per se, vt cum volumus id ex quo sequitur illud, & indirectè ac per accidens, cum possumus & debemus aliquid velle vel dicere vel facere, & nolumus, non dicimus, nec facimus. Non enim sola nauis submersio, est voluntaria nauclero, quã ipse voluit fieri, sed etiam illa quam cum ipse possit, & deberet non impedire, id quòd pulchrè docuit Thom. 1. sec. q. 6. art. 3. Non otiosè diximus, cum

13 possit & deberet: Nam hæc duo coniunctim requiruntur, vt aliquid sit indirectè voluntarium, seu volitum, vt supra diximus. Per quod excusantur multi a peccatis

peccatis omissionum; dum possunt quidem impedire aliqua, quæ sunt mala vel ex quibus sequuntur mala: sed nulla lege ad id tenentur: vt cum aliquis diues omittit dare centum aureos petenti ab eo illos, & dicenti quod se occidet, nisi ei eos dederit. Nam licet diues possit ei dare illos, quia tamen ad id minime tenetur, non peccat: quamuis ille se occidat. arg. c. Cum homo 23. q. 5. & eleganter determinat Tho. a Vio in 2. sec. q. 64. ar. 8. Sic excusatos fuisse a peccato respondimus aliquos Vallisoleti diuites, qui poterant succurrere necessitati extremæ aliquorum Galecorum, quos fama erat in Galecia ea laborare. Quoniã licet potuissent illuc ire, & alimenta parare, non tamen ad id vlla lege tenebantur. Quoniam diues quem nullum ad id officium obligat, non tenetur quærere pauperes, quibus eleemosynas largiatur, sed tantum occurrentibus eam largiri; id quod sentit vterque Tho. 2. sec. q. 3. 1. art. 5. & infra in capitu. 24. num. 9. traditur.

Non obstat, quòd peccatum originale infantis, imò & nondum nati est peccatum, & tamen non videtur esse dictum, factum, aut concupitum. Quia licet non sit factum, aut concupitum personale ipsius actuale, est tamen suæ naturæ humanæ, iuxta dicenda in principio Præliudij sequentis.

S V M M A R I V M.

Legem æternam quomodo violant facta contra rationem naturalem, legem humanam, consuetudinem & conscientiam. nu. 15.

Peccatum veniale esse verè peccatum, & contra legem, saltem æternam, licet aliqui contra, qui conciliari possunt. nu. 16.

Peccata Theologi & Canonista altiore respectu quàm Philosophi damnant. n. 17.

Peccata omnia esse mala, quia prohibita, & quomodo glossa quæ contradicit defendatur. nu. 18.

Peccatum non est vitium. nu. 19.

Peccatum constat ex duobus, & ratione alterius est à Deo, & ratione alterius à nobis. nu. 20.

Peccatum aliud esse in genere naturæ, & aliud in genere moris, & quod idem actus manens idem in genere naturæ, nunc bonus, mox potest esse malus, idque contingere tam in actu interiori quàm exteriori. nu. 21.

Actus nullus pro eodem tempore adæquato potest esse bonus simul & malus, etiam diuersa ratione. nu. 22.

Bonis in agendis ne sint mala, magna cura adhibenda. nu. 22.

Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris vnum tantum esse. nu. 23.

Confiteri peccatum interius sine exteriori, non sufficit, quamuis contra sic. nu. 24.

Peccatum non esse reatum, licet aliquando sic vocetur. nu. 25.

Reatus quid propriissime. nu. 25. & ad quæ transfertur. nu. 26.

Reatum pro obligatione ad pœnam esse filiam peccati, & triplicem. nu. 26.

Actionis mater obligatio. nu. 26.

Peccatum est omnis actus deliberatus, qui non est bonus. nu. 27.

Bonum constat ex integra causa. nu. 27.

Otiosum omne, malum. nu. 28.

Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem. nu. 28.

Circumstantiæ cuiusvis defectu omnis actus fit malus. nu. 28.

- 15 Ex his inferitur primò, id oë quod fit cõtra rõnẽ naturalẽ; id itẽ oë, quod fit contra legẽ humanã iustam & eius mêtẽ, esse peccatũ, iuxta illud. Quod ratione caret, extirpare necesse est. capitu. Cor Episcopi. 68. dist. & iuxta illud. Per me Reget regnant, &c. Prouerb. 8. & l. Inter claras. C. de Summa Trini. & ca. Qui peccat 23. q. 4. Imò quòd fit contra humanas cõsuetudines rectas & honestas ca. Quæ contra. 8. dist. imò & ea, quæ sunt contra rationem, quæ videtur agenti recta, licet non sit, c. Per tuas 2. de Symon. c. Omne 28. q. j. Quoniam licet id non fiat contra vllam legem iustam temporariam, fit tamen contra illam legem æternam generalem, qua Deus supremus legislator prohibet, ne quis agat id quod credit non esse agendum, imò neq; id de quo dubitat, an liceat agere. iux. c. Iuuenis, de spons. c. Dominus; de secun. nup. & cap. Inquisitioni, de sent. excom. adiunctis eis, quæ latè tradidimus in cap. Si quis autem, de pœnit. dist. 7. a nu. 8.
- 16 Secundo inferitur, omne veniale peccatum esse peccatum; Quia est dictum factum, aut concupitum contra legem æternam, & probatur, in c. Vnum. §. fi. 25. dist. vbi August. peccata venialia vocat peccata. & in ca. De quotidianis, de pœnit. dist. 3. vbi Io. Chrysof. idem facit. Quin & Tho. j. sec. q. 61. art. 1. omnẽ actum inordinatum & vitiosum appellat peccatum. At inter omnes conuenit, omne veniale peccatum esse actum inordinatum. Magister etiam sent. cũ Tho. & S. Bonauentura, & aliis in lib. 2. dist. 35. & 42. præsupponit, quòd veniale peccatum comprehenditur sub verbo, peccatum; quod ab August. diffinitur esse dictum, &c. Contrarium verò ait S. Bonauentura cum aliquot alijs in d. dist. 42. nu. 3 1. & 3 2. videlicet. Peccatum veniale non esse contra legem, sed præter legem, Cui consonat etiam Tho. ibidem. q. 1. art. 3. ad 5. & 1. sec. q. 88 ar. 1. dicẽs, quòd diuisio peccati in mortale & veniale, non est diuisio generis in species, quæ æqualiter participat rationem generis, sed est diuisio analogi, in ea de quibus prædicatur secundum prius & posterius. Non enim, inquit, est contra legem, sed præter legem, vbi Caiet. nihil non facit quo suum Thomam defendat a telis Durandi. lib. 2. dist. 43. qui magnis viribus nostram illationem tuetur. Quin & ipse Caiet. 1. sec. q. 72. ar. 5. carpit Scotum, eo quod in dist. 22. secundi dixisset. Peccatum veniale non esse contra legem; quia negari non potest esse contra legem æternam, & virtutis. Quæ contentio dirimi posse videtur, dicẽdo, quòd altera opinio procedit de contrarietate legis sufficienti ad assequutionẽ æternæ vitæ impediendam. Altera vero de contrarietate secundum quid, quæ solum sufficit ad eam differendam. Quæ autem contrauentio alteram contrarietatem, & quæ alteram inducat, diffiniti posse videtur ex notis, quæ infra Præ lud. nono. à nu. 7. ponuntur ad cognoscendum peccatum mortale.
- 17 Tertiò inferitur, Theologos & factorum canonum peritos magis odisse peccatum

carum eò quod auerrat a Deo, & a lege illius æterna, quàm eo quòd auerrat a ratione humana, licet philosophi contrafecerint, vt significat Tho. in d. q. 71. art. 6. & 5. Licet itẽ verum sit peccatum, eo ipso quod est contra rationem, esse Dei offensiuum, vt subtilissime declarauit Caiet. in eod. ar. 6. Maioris enim habent Theologi & Canonistæ Deum Opt. Max. & legẽ eius, in qua die ac nocte meditandum esse didicerunt, ex psal. 1. quàm philosophi, qui vix eã nouerunt.

Quartò inferitur, illud celebre elogium, quòd non omne peccatum ideo est malum, quia prohibitum; iuxta gloss. celebrem c. ex parte 1. de offic. deleg. intelligendum esse de prohibitione humana, non autem de prohibitione legis æternæ, per quam omne peccatum prohibetur: vt ex hac diffinitione colligitur, & annotat Thom. in d. ar. 6. ad 4.

Quintò inferitur, peccatum non esse vitium. Quoniam peccatum est dictũ, 19 factum, aut concupitum, & ita actus, vt supra dictum est. Vitium autem est habitus secundum Tullium 4. Tusculan. Thom. in d. quæst. 71. ar. 1. ad 3. quod etiam colligas ex Ambrosio, cum glossa singulari Ioann. in capitu. Ille Rex, de pœni. dist. 3.

Sextò inferitur, Peccatum constare ex duobus, videlicet ex ipso actu qui est quædam res naturalis, & ex tortuositate, (vt ita dixerim) & defectu rectitudinis, qua caret, ex eo, quòd deuiat, & est contra legem & regulam æternam: quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas. & quòd quatenus est actus & res merito dicitur quoddam bonum naturale. Quia omnis res quatenus est aliquid, est bonum naturale. iux. illud Genes. 1. Omnia quæ fecerat erant valde bona. Sed quatenus est defectus, & priuatio boni, dicitur malum, & nihil, ab August. super Ioann. qui verbum, nihil, positum in illo celebri dicto Ioann. 1. Sine ipso factum est nihil, exponit de peccato; quod non est intelligendum de peccato. quoad ipsum actum, quatenus est quædam res, sed de peccato, quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo: vt post & ante alios declarat Tho. in libr. 2. sent. dist. 37. q. 1. ar. 2. vbi concludit, non debere dici vllum peccatum esse a Deo, nisi cum illa additione in quâ rum est actus, & in quantum est quædam res.

Septimò inferitur, aliud esse peccatum in genere naturæ, & prout est quoddam ens naturale, & aliud in genere moris, & prout est quoddam ens morale. 21 Nam vt in illatione præcedenti est dictum: Peccatum est aliquid, & bonũ, prout est ens naturale, & prout est ens morale dicitur nihil, & malum. Ex quo subinferitur etiam fieri posse, quòd actus, qui sit vnus & idem numero, in genere naturæ nunc sit bonus, & paulo post malus in genere moris: idest quatenus est ens morale. Nam ambulatio, qua vado ad ecclesiam, est vna & eadem res in genere naturæ; At si eam incipio facere ob vanam gloriam, erit mala toto tempore, quo ob eam ambulauero; & si mutata voluntate continuo eam ad Dei obsequium, erit bona, dum de alijs requisitis nihil desit. vt trad. Thom. primo sec. quæstio. 20. articulo. sexto. Ex quo subinferitur, quod vnus actus, qui est simplex & idem numero secundum genus naturæ, potest esse duplex & diuersus in genere moris, putà bonus & malus, peccatum & meritum; id quod Tho.

Tho. probat vbi supra. Et quamuis Tho. de actu solo exteriori formet, & prosequatur quaestionem, non tamen ob id intelligas contrarium sensisse de actu interiori: quod ibidem annotauit Caiet. cuius quotidianum exemplum accipe in actu volendi comedere carnes continuato ab hora qua licet eas comedere, vsq; ad horam qua non licet; quod non raro contingit apud infimates in Carnispriuio, & apud Summates passim in noctibus, quae praecedunt dies, quibus efus carniū vetitus est: qualis est dies Iouis, & quicumque praecedit

22 quatuor tempora & festorum vigiliis. Animaduertendum tamen quod nullus actus pro eodem tempore adaequato potest esse bonus simul & malus, peccatum & meritum etiam diuersa ratione; quia implicat contradictionem. Nam si est malus, aliqua rectitudo ad bonitatem necessaria ei deest; Et si est bonus, nulla. Quia bonum constat ex integra causa, secundum Dionysium cap. 4. de diuin. nominib. id quod affirmat Tho. 1. sec. q. 2. ar. 6. & clarius in 2. sent. dist. 40. q. 1. ar. 4. & Maior ibidem q. 7. Caiet. super Mathe. cap. 6. Quibus, pro dolor, consequens est, bonam operum nostrorum partem, esse malam. Minor enim pars est eorum, quibus nulla deest rectitudo, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantia. Quamobrem magna cura & studio est opus, vt quaecumque agimus circumspecte agamus; ne bona, quae labore magno ad bene merendum perficimus, incuria parua perdamus: vel quod peius est, fiant nobis mala, ob quae puniamur.

23 Octauo infertur, quod peccatum interius, quo quis peccat, volendo aliquid dicere, aut facere; & dictum, & factum ipsum exterius, sunt quidem plura entia, & plures res, quoad essentiam rei naturalis. Si quidem alia res est; exterior actus, & alia interior. Sunt tamen vnum peccatum in genere moris; quicquid voluat & reuoluat satis leuiter & inutiliter Ioan. Maior in d. dist. 42. q. 1. Quoniam vt eleganter de more ait Tho. 1. sec. q. 20. ar. 3. in corpore quaest. & ad 1. Actus interior & exterior ei respondens, licet sint duo in genere & esse naturae; in genere tamen & esse morali sunt vnus. Non tamen ex hoc inferas sufficere poenitenti confiteri peccatum interius solum sine exteriori. Quoniam oportet confiteri omnia peccata mortifera, c. Omnis, de poenit. & remiss. & constat peccatum exterius esse peccatum mortiferum, quando interius est eiusmodi: licet peccatum interius & exterius sint vnum peccatum

24 in genere moris, sunt tamen duo in genere naturae, vt praedictum est. Non obstat, quod sufficit confiteri exterius: quia qui confitetur exterius, implicite confitetur interius. arg. l. Labeo. §. Tubero. ff. de supellect. leg. arg. item. c. Praeterea, de offic. deleg. cum sine illo non esset peccatum. Non autem contra, qui confitetur interius, videtur confiteri exterius: cum interius passim inueniatur sine exteriori: & non concludit hoc adesse, quod contingit abesse. l. Neque natales. C. de probat. & c. In praesentia, eod. tit.

25 Nonò infertur, peccatum esse aliud a reatu peccati. Tum quia peccatum, per praedicta, est dictum, factum, &c. Reatus autem peccati est obligatio nata ex peccato ad poenam subeundam. Tum quia magister in 2. dist. 42. §. Reatus, ait; quod licet aliquando in scripturis authorum verbum, Reatus, significat

ficat culpam, & aliquando poenam, id tamen non contingit ex originaria verbi significatione: Sed quia cum reatus sit quoddam medium inter illa, nomen eius transfertur ad significandum extrema. Tum quod verbum, reatus, est verbum nouum & incognitum Ciceronis aetati, & a Messala sub Augusto Caesare vsurpatum, vt docet Quintil. lib. 8. cap. 3. Instit. vsurpatum, inquam, pro statu Rei criminis; quod colligitur ex l. Si quis diutino. ff. de poen. quicquid ibi reuoluat Accursius, vbi annotauit Budaeus errore nimio apud Iuriconsultos aetatis nostrae, pro crimine reatum accipi. Et quamuis iuxta sensum Budaei etiam obligatio ad poenam non dicatur proprie reatus, sed ipse status Rei, qui accusatus est, & inter eos receptus: Gregorius tamen, in c. Si peccatum, de poenit. dist. 1. & Magister cum Thoma, & alijs vbi supra, pro illa obligatione accipiunt. At quia duplex est peccatum, alterum mortale, alterum veniale. c. Vnum §. Criminis 25. dist. sic duplex est reatus: alter, quo quis obligatur ad poenam aeternam, alter quo obligatur ad poenam temporalem, secundum omnes. Itaque peccatum est mater reatus, reatus vero filia peccati, sicut obligatio est mater actionis. l. Licet. §. Ea obligatio, ff. de procurato. & actio filia eius, gloss. in rub. de action. Instit. Reatus autem siue obligatio ad poenam est triplex. Quia peccatum eo quod triplicem ordinem offendat, ad triplicem poenam obligat: quatenus enim offendit ordinem propriae rationis, obligat ad poenam remorsus conscientiae, iuxta illud August. 1. Confess. Omnis inordinatus animus sibi ipsi est poena: Quam conscientiae remorsum esse dixit Tho. 1. sec. q. 87. ar. 2. Quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad poenam aeternam, vel temporariam ab eo instigendam. Quatenus autem offendit legem humanam, obligat ad poenam illius legis per hominem statutam. Quo fit, vt qui peccamus considerare deberemus, quod licet effugere possimus frequenter hominis legislatoris errata nostra ignorantis punitionem, nequaquam tamen possumus vitare poenam Dei omnia cernentis, nec conscientiae nostrae, omnia nostra videntis, nisi per poenitentiam legitimam, & peccato accommodam.

Decimo infertur, quod actus deliberatus, qui non est bonus, est peccatum. 27 Quoniam multi sunt actus, qui iuxta suum genus, vel suam speciem, id est ex obiecto suo, neque boni sunt, neque mali: Qualis est deambulatio in campum, & leuatio festucae. vt Tho. communiter receptus habet. 1. sec. q. 18. art. 8. Nullus tamen inuenitur in indiuiduo, qui non sit malus, si non est bonus. Quia nullus talis inuenitur, cui non desit bonitas, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantiae. Quae est septuplex, signata in illo versu. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Quem desumptum ex Tho. 1. sec. quaest. 7. arg. 3. explanauimus in principio c. Consideret, de poenit. dist. 5. nu. 15. & infra cap. 7. praeponeudo illum alteri, quem Palud. Antoninus, & aliquot alij proposuerunt. At inter Tho. 1. sec. q. 18. ar. 3. & omnes alios post Aristo. in Ethic. conueniunt, ad rectitudinem & bonitatem actus necessum esse, vt omnes praedictae septem circumstantiae rationabiliter conueniant. Quia bonum constat ex integra causa, secundum Dionysium ca. 4. de diuin. nominib. Et quauis olim contrarium

contrarium visum fuerit mihi verius sequuto Scot. in 2. dist. 7. & 41. & quodlibet. lib. 18. eo quod videbatur dari posse actus indifferens, sine vlla circumstantia, in nullum finem bonum, vel malum ordinatus, postquam tamen legi Caie. super Thom. in d. ar. 9. sequutus sum hoc. Quia omnis actus deliberatus otiosus, est
 28 malus, iuxta illud Math. Omne verbum otiosum, &c. & omnis actus, qui non fit ad aliquem finem, est otiosus, & ita deest ei circumstantia finis, siue ordinatio ad bonum finem; & consequenter est contra legem æternam; quæ ad bonitatem actus exigit omnem circumstantiarum concursum rationabilem, quæq; habet hominem agere debere propter finem. Tho. q. j. ar. 1. & 2. post Arist. 2. Physi. & consequenter est peccatum.

Vndecimò infertur, quæ vanè & stultè errauerunt multi super peccato actuali. Alij quidem vt Valentinus, quod peccatum non est a libero arbitrio, sed a Dæmone tantum. Alij vt Lutherus, quod omne opus quamlibet rectè factum, est peccatum. Alij vt Acrius, & Armenij quod aliqua sunt peccata omnino irremissibilia. Alij vt Vualdenses, quod nullum peccatum mortale est tolerandum, etiam si ad vitandum maius malum. Alij vt Iouinianus, quod semel iustificatus non potest amplius peccare, de quibus latè Castren. lib. contra hæreses. a ver. Tertia hæresis, verb. peccatum. Alij vt Vualdenses, quod per peccatum mortale perditur omnis potestas tam laica quam ecclesiastica. vt per eundem Alfonso vbi supra, in verb. Potestas.

Circa prædicta errat.

Primò, qui credit bona facta in peccato mortali nil prodesse. nu. 3.

Secundò, nullam legem humanam obligare ad mortale. nu. 2.

Tertiò, qui putat sufficere confiteri peccatum interitus sine exteriori. nu. 24.

Quartò, qui credit aliquem ex septem erroribus supradictis in vndecima illatione.

Quis autem horum sit censendus hæreticus, & quis non nisi peccans mortaliter, vel nec peccans quidem, consule prælium. 1. nu. 10.

Octavum Prælium, de diuisione peccati in originale, & actuale. Et quid sit originale.

S V M M A R I V M.

Peccatum duplex, originale, & actuale, & quid originale. nu. 1.

Peccatum aptius genus ad originale, quam carentia iustitiæ originalis, & alia similia. nu. 2.

Peccatum originale tollitur per baptismum, sed non carentia, nec concupiscentia, &c. nu. 3.

Peccatum primum solum, & solius primi parentis, & quatenus fuit naturæ, transferri in solos descendentes, per virtutem seminalem. nu. 4.

Iustitiam originalem, sibi & posteris acceptam, sibi & posteris perdidit Adā. n. 5. peccatum

Peccatum originale esse reatum, & cum eo nasci omnes, & contradicentes esse hæreticos. nu. 6.

Peccatum originale non est actus personalis, non potentia, non propriè habitus, non concupiscentia, non fomes, licet aliquando sic appelletur. nu. 7. Et est propriè peccatum, & culpa vnum tantum in vno homine, & æquale in omnibus, excludit omnes a vita æterna. nu. 8.

Peccato originali caruit CHRISTVS, & Virgo mater eius, sed alia ratione. nu. 9.

Pœnitentiam & confessionem peccati originalis non esse necessariam. nu. 10.

Peccatum circa originale qui sic, & sic errant hæretici. nu. 11.



PECCATVM primò diuiditur in peccatum originale, & peccatum actuale. Peccatum originale, attenta magis mente quàm verbis Anselmi de conceptu virginali, & Magistri, & aliorum in 2. sent. dist. 30. & Thom. 1. sec. q. 81. & 82. & 3. par. q. 27. ar. 1. & melius ad Rom. 5. lec. 2. col. 2. & 3. & aliorum Catholicorum alibi præcipuè trium canonum. 1. 2. & 3. Decreti de peccato originali sess. 5. Concilij Tridentini diffiniri potest, esse peccatum primum, primi parentis, quatenus fuit naturæ, transfusum per virtutem seminalem in omnes immediatè vel mediatè ab eo genitos, quo sibi & illis perdidit iustitiam originalem quoad hoc seculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.

Dixi, (Peccatum) pro genere; Quia licet Anselmus frequentius receptus, ponat pro eo (Carentia iustitiæ originalis) & alij (Concupiscentia) vel (Habitus improprius) vel (Fomes) vel (Lex membrorum) aut (Tyrannus) & alij (reatus) vel (pœna) aptius tamen ponitur, peccatum, Tum per hæc verba circumspectissima. S. Tho. ad Rom. 5. lect. 3. col. 2. Sicut peccatum actuale est peccatum personæ, quia per voluntatem personæ peccantis committitur, ita peccatum originale est peccatum naturæ; eo quod per voluntatem principij humanæ naturæ commissum est. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ, trahitur ad singula membra per aliquem actum personale; ita peccatum originale trahitur ad singulos hoies per actum naturæ qui est generatio. hætenus ille. Tū per præfatum conciliū Tridentinū, quatenus vbi supra can. 2. declarat hæreticū eum, qui dixerit Adamū inquinatū per inobedientiæ peccatū, mortē & pœnas corporis tantū in omne genus humanū trāsfluidisse, nō autē & peccatū, quod est mors animæ. Et quatenus, can. 5. diffinit hæresim esse negare, q̄ per baptismū tollatur oīs reatus originalis peccati, aut asserere nō tolli totū id, quod verā & propriā rōnē peccati habet. At per baptismū non tollitur carentia originalis iustitiæ, nec concupiscentia, nec habitus ille improprius, neq; fomes, neq; lex membrorum, neq; Tyrannus, licet aliquantū refrænetur secundū omnes; ergo nullū illorū est de vera, & propria ratione peccati originalis; ac consequenter neq; verū genus diffinitū, quod est de quidditate & ratione speciei, iuxta Porphirium in prædicabilibus. Et quamuis reatus omnis tollatur per baptismum, tamē secundum Magistrum cōiter receptū, peccatum originale non est reatus, neq; pœna, sed culpa, vt infra dicemus. Ergo aptius genus est, peccatum, quàm aliquod illorum.

D Dixi,

4 Dixi, (*Primum primi parentis*) quoniam alia peccata quæ ipse fecit, vel posteri eius efficiunt, non sunt peccata originalia, neq; transferunt, neque transeunt in posteros, vt probat Tho. receptus in hoc ab alijs. 1. sec. q. 82. ar. 2. & melius. in sec. 3. cap. 5. ad Rom.

Dixi, (*Quatenus fuit natura.*) Quia quatenus personale, ac solâ personali voluntate commissum fuit, non fuit neque est originale neque transfusum, sed quatenus fuit peccatum naturæ ac commissum voluntate posterorum eius, ea ratione, & modo, qui ex prædictis verbis S. Tho. colligitur.

Dixi, (*Per virtutem seminalem & c.*) ad significandum, quo modo, & à quo, & in quos deriuatur. Nam qui homo in puris naturalibus crearetur miraculose alia de materia, quàm carne humana, non haberet hoc peccatum. Quia ille non esset de Adami posteris, imò nec si crearetur de carne humana, ratione alia quàm per virtutem seminalem, iuxta sententiam Thom. 1. sec. quæstio. 81. articu. 4. & aliorum, præsertim Durandi in dicta dist. 30. quæst. 2. & tamen iustitia originali careret, & fomitem ac concupiscentiam, quam baptizati habent, haberet.

5 Dixi, (*Quo sibi & posteris perdidit iustitiam originale quoad hoc seculum.*) ad insinuandum illud grande irreparabileque damnum, quod sibi & nobis intulit Protoplastus: Illa enim iustitia erat quoddam donum supernaturale inditum à Deo Adamo, pro ipso & pro posteris eius, quo vires inferiores subijciebat superioribus, ac superiores Deo, harmoniam quandam miram constituens, cui per peccatum amissæ successit discordia, & rebellio deploranda, & potentia concupiscendi, tam sensualitatis, quàm voluntatis superioris effrænata secundum omnes. De qua poeta quidam celebris, postquam graphice conscripsit mortem, & alia, quæ perditio hæc iustitiæ attulit, concludit.

*Hæc fuga iustitiæ, nostris mala cuncta diebus
Intulit, & c.*

Dixi, (*Et beatitudinem quoad alterum seculum.*) ad ostendendum terribilem effectum, quem hoc peccatum operatur, scilicet quòd facit æternum carere vita beata. c. Firmissime, de consec. dist. 4.

6 Ex qua diffinitione infertur, primò Peccatum originale non esse reatum, vt probat Magister 2. lib. dist. 30. Quia vt in Præliudio præcedenti diximus, peccatum non est reatus.

Secundò infertur, hæreticos esse qui dicunt, non nasci homines cum vero peccato: Quia est contra prædicta, fundata in illo Apost. Rom. 5. Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et in illo Ephes. 2. omnes filij iræ nascimur. & in diffinitione c. Firmissime crede, & c. de Consec. dist. 4. & concilium Trident. vbi supra can. 1.

7 Tertio, quòd peccatum originale non est actus personalis, neque potentia, vt palam est, neq; habitus, saltè propriè accepto vocabulo. Quia est peccatū; & nulla

& nulla peccata sunt habitus; vt dictum est supra in Præliud. præcedenti. n. 19. Quamuis accepto latè vocabulo, metaphoricis dici queat habitus, eo quòd vt ille inclinatur ad suos actus, ita fomes peccati originalis inclinatur ad suos: iuxta Tho. 1. sec. q. 82. ar. 1. & ipsummet Durandum, & alios in d. dist. 30. q. 2.

Quartò, quòd eadem ratione peccatum originale non est verè concupiscentia, seu vt Magister in dicta dist. 30. declarando ait, concupiscibilitas, neque fomes peccati, licet materia eius aliquo modo dici queat; iuxta Tho. in d. q. 82. ar. 3. & licet quandoque vocentur peccatum, nominando effectum per causam, iuxta illud Apost. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore; adiuncta expositione Thom. ibidem lect. 3. dum ait, Non iubere Apostolum, ne peccatum, hoc est, fomes peccati, sit in nobis, sed quòd non regnet in nobis, qui debemus, & possumus cum gratia CHRISTI ei resistere. Quoniam, vt prædictum est, per baptismum tollitur totum id, quod est de vera ratione peccati originalis; vt determinat concilium Trident. vbi supra: & tamen experimur baptizati post baptismum motus iræ, amoris, & voluptatis præuenientes rationem, qui ex fomite illo manant. Idem est dicendum de carentia iustitiæ originalis, quæ per baptismum non restituitur.

Quintò, quòd peccatum originale propriè est peccatum seu culpa siue deformitas, & defectus rectitudinis, qua caruit ille actus primi peccati primi parentis, quatenus fuit actus voluntarius totius naturæ, omniumq; ab eo deriuandorum per virtutem seminalem, eo modo quo in initio huius Præliudij monstratum est.

Sextò, quòd in vno homine non est nisi vnum peccatum originale. vt idem Tho. receptus in 1. sec. docet. q. 82. ar. 2. qui in 3. & 4. concludit inesse id omnibus hominibus & æqualiter. Cui consequens est omnes homines mundi natos iam, & nondum natos, mares & feminas, adultos & paruulos, discretos & fauos, qui manentes in originali peccato moriuntur damnari, saltè pœna damni, per quam excluduntur a vita æterna beata, in æternum, per finem prædictæ diffinitionis. & c. Firmissime, de consec. dist. 4. Quod Gratianus attribuit Augustino, licet bonam eius partem tribuit Magist. lib. de dogmat. eccles. in 2. dist. 30. cap. 4.

De hoc peccato originali sic diffinito dicimus Primum, CHRISTVM eo caruisse, secundum omnes, quia non descendit ab Adamo per virtutem seminalem, & etiam gloriosissimam Virginem eius matrem, secundum plerosq; omnes Catholicos, eo quod fuit præseruata priuilegio particulari. Quod omnibus persuasum esse maximè percipimus: ita tamen vt non damnemus contra sentientes, iuxta iussu Papæ Sixti, in extrauag. 1. de reliq. & venerat. Sanct. renouata nuper per concilium Trid. vbi supra. §. Declarat.

Contra prædicta errat, & est hæreticus primò, qui non constitetur Adamum statim ac peccauit, sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amississe, incurrisseq; iram & indignationem Dei, atque mortem sibi comminatam, totumq; Adamum per illam offensam, secundum corpus & animam in deteriorius commutatum fuisse, vt habet concil. Trid. sess. 5. can. 1.

Secundò est hæreticus, qui dicit Adamum sibi soli, & non eius propagini nocuisse, & sanctitatem & iustitiam sibi soli, & non nobis perdidisse, mortemq; & pœnas corporis tantum, non autem & peccatum, quod mors est animæ, in nos transfudisse, vt habet prædictum Conc. can. 2.

Tertiò qui asserit hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione non imitatione transfundi, omnibusque inesse, per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium, quàm per meritum vnius Domini nostri IESU CHRISTI tolli, aut negat ipsius meritum per baptismi sacramentum, in forma ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quàm paruulis applicari, vt habet canon. 3. prædicti Conc.

Quartò qui non credit per baptismum tolli totum id, quod in peccato originali veram & propriam peccati rationem habet, vt habet canon. 4. prædicti Conc. Per quos Canones multa, quæ Magister & alij disputant in 2. sent. dist. 29. 30. & 31. manent determinata.

Nonum Prælium, de peccato actuali, & eius diuisionibus.

& quid mortale, quid veniale, & de notis quibus mortale a veniali discernitur.

S V M M A R I V M.

Peccatum actuale quid, & quousque eius species cognoscendæ confessario. numero 1.

Peccatum diuiditur septem modis, primò in peccatum cordis, oris, & operis, secundò in peccatum cordis, facti & consuetudinis, & quid in his confessarius monendus. nu. 2.

Mors triplex animæ per tres mortuos suscitatos a CHRISTO signatur. nu. 2.

Peccatum diuiditur tertio in septem capitalia, & quatenus confessario prodest hoc scire. nume. 3.

Peccati mortalis vanæ laudis & gloriæ confessio, quando non exigit mentionem specificam peccati de quo illa quæritur. nu. 4.

Peccatum quartò, & quintò diuiditur, nu. 5. diuiditur & sextò in mortale, & veniale, nu. 5. & dicere, quod semper specie differant in genere moris videtur commodius. nu. 6.

Circumstantiam solam, quæ speciem mutat esse necessariò consuetudinem. nu. 6.

Peccati mortalis diffinitio continens quatuordecim notas distinguendi mortale a veniali. num. 7.

Peccatum ad mortale possunt obligare etiam leges humanæ, quarum tandem multæ non obligant. nu. 8.

Conscientiæ legem transgrediens quando peccat, & quòd plurimum differt in hoc conscientia generalis a particulari, & dubium a scrupulo. nu. 9.

Ignorantia

Ignorantia, quæ excusat. nu. 10.

Subreptio, quæ excusat. nu. 10.

Paruitas rei etiam excusat. nu. 10. & quæ sit illa remissiuè. nu. 10.

Dispensatio qualis excusat a mortali, & quando dispensatus excusatur, & quando dispensator peccat. nu. 11.

Dispensatio alia nulla, alia iusta. nu. 11.

Dispensatio sine causa, quando non est mortalis dispensanti, & dispensato. nu. 12.

Dispensatio inferioris circa legem superioris sine causa iusta, etiam si ad id potestatem habeat, an excuset in viroq; foro. nu. 13.

Dispensat frequenter Monarcha non exprimendo quòd dispensat. nu. 13. non autem inferior nisi circa suam legem. nu. 14.

Causa iusta excusat circa legem humanam, & quid dicatur illa, & quatenus id causa iusta facit. nu. 14.

Peccans contra consilia diuina, vel contra salutem animæ proximi per contemptum, mortaliter peccat. nu. 15.

Finis mortalis actus, & constitutio finis ultimi in creatura mortale facit, non tamen talem finem constituit omnis mortaliter peccans, etiam scienter. nu. 16.

Peccata quæ speciei diuersa, & quæ eiusdem. nu. 17.

Circumstantia omnis, quæ facit de veniali mortale videtur mutare speciem. nu. 18.

Peccata plus differunt inter se per conuersionem ad creatura, quàm per auersionem a creatore. nu. 18.

Peccata, quædam simplicia, quædam duplicia, quædam multiplicia: quod cognoscere oportet confessarium. nu. 19.

Circumstantia quæ peccata distinguunt specie. nu. 20.



PECCATVM autem actuale breuiter diffiniri potest esse peccatum, quod non est originale. Dixi, peccatum, pro genere, & reliquum pro differentia. Quoniam aut error est asserere illud tertium paradoxon Ciceronis, Oia peccata esse paria, vt tradit Tho. receptus ab omnibus Catholicis. 1. 2. q. 73. ar. 2. non sufficit pœnitenti cõfiteri peccata sua in genere, neque cõfessario ea sic audire, sed oportet cõfiteri & audire illa in specie; ita q; confessarius possit intelligere naturam, & speciem peccati, & an sit mortale, an veniale. Qua in re multos errare monemus infra cap. 2. nu. 5. Ideo peccati diuisiones sunt considerandæ, Prima est Hieron. super Amos, relati in ca. Super tribus, de pœnit. dist. 1. & in cap. Super tribus, de pœnit. dist. 2. in peccatum cordis, oris, & operis, quæ per tria verba prædictæ diffinitionis clare probantur. Quæ tamen diuisio non est generis in suas species, sed eiusdem peccati in diuersos gradus; vt in Prælud. 7. num. 23. diximus, admonendo confessarium quiddam quotidianum. Secunda diuisio est August. in sermone de monte relat. in capitu. Sicut tribus, de pœnit. distin. 2. in peccatum cordis facti, & consuetudinis; quæ etiam non est diuisio peccati in membra diuersæ speciei, sed in tria membra diuersorum graduū eiusdem peccati. Quos eleganter de more ait significari per tria genera mortuorum, quos dominum resuscitasse ait

euangelium, vbi gloss. singularis adtexuit illa carmina magna pietate parique arte composita.

*Mens mala, mors intus, malus actus, mors foris, vsus,
Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.
Hanc verbo, hunc motu, lachrimando suscitatur illum.
Christus, & in modico, nascitur ager homo.*

Circa quam diuisionem admonendi sumus, quod non sufficit penitenti confiteri se consueuisse illud aut illud peccatum facere, sed oportet confiteri numerum saltem verisimilem peccatorum, vel taliter explicare consuetudinem, vt confessarius concipere possit eiusmodi numerum verisimilem, per ea quae diximus infra cap. 6. num. 14. & seq. & in ca. Consideret, de penit. dist. 5. in prin.

3 Tertia diuisio est S. Gregorij in lib. 3. I. Moraliu cap. 3. I. relata a Magistro in 2. dist. 4. 2. in septem capitalia; & rursus, septem capitalia in quinque spiritualia, videlicet, in inanem gloriam, iram, inuidiam, auaritiam, & accidiam; & in duo carnalia Luxuriam videlicet, & gulam, Quae est diuisio peccati in membra specierum diuersarum seu diuersorum generu subalternorum, Quia singula illorum septem a se inuicem differunt specie; cum eorum omnia obiecta specie differant, vt eruditè declarat Tho. in d. q. 72. ar. 2. ad theoriam, quauis ad praxim parum seruiat confessarijs. Non enim sufficit confiteri per illa genera subalterna, vt censeantur confessi mortalia, sed oportet vt deueniatur ad specificationem illorum, adeo vt agnoscat an sit mortifera, necne, & cuius speciei specialissimae, vt in cap. 2. nu. 8. infra monemus, & modos specificandi declaramus in cap. 23. a nu. 15. Addimus autem hic omnibus dictis ibi & alibi a me, & ab alijs, quod sufficit dicere, toties peccavi laudem & gloriam querendo de peccatis mortalibus, licet non specificet illa peccata mortalia, quae forte non fecit, vel iam alias confessus est, vel proponit confiteri cum peruenit ad locum proprium eorum, vt in simili monemus in d. c. 6. sub finem, eum, qui circumstantiam aliquam necessario confitendam oblitus est in confessione, posse confiteri eam non iterando confessionem peccati. Vt si quis fuit confessus illa, vel illa peccata fecisse, & oblitus fuit confiteri circumstantiam fractionis iuramenti, quo iurauit illa non facere, satisfacit confitendo se toties peccasse transgrediendo iuramentu licitum; quamuis non exprimat peccata illa, per quorum perpetrationem transgressus est. Idipsum quod dixi de inani gloria, dicendum est de superbia, praesumptione, ambitione, gula, & alijs vitis capitalibus, & eorum filiabus, de quibus in d. cap. 23. a nu. 8. tradimus modos explicandi necessaria.

5 Quarta diuisio est Isidori in lib. de Summo bono; in peccatum in Deum & proximum, & se ipsum, de qua idem dicendum quod de proxima, scilicet, illam quidem continere pulchram theoriam, esseque diuisionem peccati in membra diuersae speciei, sed parum vtilem confessionibus sacramentalibus faciendis, in quibus non sufficit quoad mortaliu confessionem dicere generaliter, & in

& in genere subalterno, peccavi in Deum toties, in me toties, & toties in proximum, sed oportet species specialissimas peccatorum quibus id fecit exprimere, vt proximè dictum est.

Quinta diuisio colligitur ex Th. I. sec. q. 72. ar. 8. in peccatum per excessum, & in peccatum per defectum, &c. de qua idem per omnia dicendum est, ac de duabus proximè praecedentibus.

6 Sexta diuisio peccati est in peccatum lethale seu mortale, siue mortiferum, & in peccatum veniale, Quae non est diuisio peccati in diuersas species, secundum Tho. in d. q. 72. ar. 5. pro quo multa hic scripseram, quae ne prolixior forem praetermisi, arbitratus vtilius tenere contrarium. Tum, quia ipsemet Th. concedit in I. sec. q. 18. ar. 10. & 11. quod illae circumstantiae, quae specialiter rationi repugnant, qualis est circumstantia loci sacri in furto, quae specialiter repugnat rationi & legi veranti fieri eiusmodi iniuriam rei sacrae, mutat speciem.

Et potest dici, quod omnis circumstantia, quae efficit, vt actus, qui sine illa non esset mortalis, cum illa sit mortalis, inducat repugnantiam specialem contra rationem, & legem specialem. Tum quia non obstat arg. S. Tho. quem sequitur Caiet. ibi, & in q. 18. ar. 10. & 11. scilicet quod ea, quae consequuntur actu, non mutant speciem. Sicut consensus, qui potest accidere ex intervallo actui iam facto, non mutat substantiam eius, licet aliam requiratur, & licet aliud sit de iussu qui debet accedere saltem incontinenti, & de consilio quod debet praecedere secundum communem mentem, & resolutionem glossae, Bart. Alexand. & aliorum, in l. Si quis mihi bona. §. Iustum. ff. de acquir. haeredit. & Innocen. & aliorum in c. Quod sicut, de elect. Et quod pena, siue reatus, & obligatio ad penam consequitur actum, Non, inquam, hoc obstat. Quia licet pena, & reatus, siue obligatio ad illam consequantur actum, ratio tamen & lex, per quam ille actus cum illa circumstantia factus obligat ad illam, praecedat eum. Et ita dici potest, quod licet magnitudo rei furto subtractae circa quantitatem notabilem, non mutet speciem furti parui, magnitudo tamen, quae pertingit ad quantitatem notabilem mutabit. Facit item grauius, quod sola circumstantia, quae mutat speciem est necessario confitenda, vt infra ca. 7. dicitur post ipsummet Thomam, At non sufficit confiteri furtum simpliciter, ei, qui furatus est quantitatem notabilem, quae facit illud mortale, sed oportet exprimere illam totam, vel saltem quod erat quantitatis iustae ad efficiendum illud mortale per proximè dicta, ergo est circumstantia mutans speciem. Facit denique, quod non videtur iuste negari posse id, quod efficit, vt actus alioqui venialis fiat mortalis, repugnare rationi, vel legi alicui specialiter. Quare, vtile putamus tenere omne id quod sufficit ad constituendum in esse mortali id, quod sine illo esset veniale, sufficere ad mutandum eius speciem in genere moris, licet non mutet in genere entis.

7 Longe item vtilissimum fuerit penitenti confessarioque, nosse notas quibus veniale a mortali discernatur. Super quo dico, Primum, id fieri non posse, per hoc quod mortale sit contra legem, veniale praeter eam. Quia supra Prelud. 7. n. 16. probatum est, omne peccatum tam veniale quam mortale esse co-

tra legem. Secundò dico, optimas notas esse quas diffinitio hæc peccati mortalis cum suis declarationibus continet, videlicet, Peccatum mortale est peccatū contra id quod principaliter præten dit præceptum diuinum, vel humanum, promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pœna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale sit dubitatum, quod ignorantia, subreptio, vel paruitas rei, aut dispensatio iusta, vel causa iusta, quoad legem humanam ab ea non excusat, vel contra diuinum consilium contemptum, vel contra salutem animæ proximi spectatam, vel ob finem mortalem, vel in quo finis vltimus ponitur. Dixi primò (*Peccatum*) pro genere, quia omne peccatum mortale est peccatum, non contra, omne peccatum est mortale: quandoquidem innu mera sunt venalia, c. de quotidianis, de pœnit. dist. 3. Dixi secundò, (*Contra id quod principaliter præten dit præceptum*) Tum quia facere contra id quod minus principaliter præten dit qualis modus est rectè, sine virtuosè implendi præceptum, non est mortale iuxta citata sup. prælud. 7. nu. 16. Tum quia factum contra consilium, etiam diuinum, non est peccatum regulariter etiam veniale. §. fi. 4. dist. ca. penul. 1. 4. q. 1. Dixi tertio, (*Contra præceptum diuinum, vel humanum*), vt comprehenderem præcepta naturalia diuina, & diuina positiua, & humana. Quæ tria possunt obligare ad mortale: Diuina quidem siue naturalia, siue positiua, iuxta illud Psal. 118. Octonario secundò, Maledicti qui declinant a mandatis tuis. & illud Psal. 88. Si mandata mea non custodierint, &c. Lex verò humana iuxta. c. 2. de Maior. & obed. si modò sit promulgata, recepta, & non derogata in totum, vel pro parte contra quam agitur, vt latè tradimus in Comment. prædicto. c. Fraternitas. 12. q. 2. Dixi quartò, (*Æterna pœna munitum*) ad excludendum peccata quæ fiunt contra præcepta legum, quæ nõ infligunt pœnam æternam, qualia sunt etiam aliquot diuina, puta de non mentiendo iocose, nec officiosè. c. Primum. 22. q. 2. & latius tradimus infra cap. 23. num. 47. post Caietan. in Opuscul. 27. quæstionum quæstion. 21. & 1. sec. q. 72. arti. 5. Qualia sunt etiam illa, quorum author non habuit animum obligandi ad illam pœnam, vt sunt statuta Dominicanorum secundum Tho. 2. sec. q. 186. art. 9. ad 1. quem sequuntur Io. And. & alij in c. Relatum, ne cleric. vel monach. Qualia item sunt hodie statuta compluriũ aliorũ ordinum, & collegiorum facta instar Dominicanorum. Qualia item sunt, quæ non continent verba præci pientia, sed tantum ordinantia, vel statuentia, vt sunt multæ leges seculares, vt latius traditur infra cap. 23. nu. 4. 5. & seq. & tradetur in Comment. c. Fraternitas. 12. q. 2. tractando, de lege pœnali, quem nunc componimus propediè edendum. Dixi quinto (*Vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale sit dubitatum*) ad comprehendendum peccata facta contra conscientias distantes, vel dubitantes ea esse mortalia, quamuis non verè sint talia. per capitulum. Per tuas el secundo. de Symo. & per supradicta in Prælud. 7. nume. 15. Quibus addo quòd ad hoc vt peccatum sit mortale, non sufficit, quòd fiat contra conscientiam, quæ dicat id esse peccatum simpliciter, sed oportet, vt dicat esse peccatum mortale. Vnde, quæ peccata fiunt contra conscientiam dictantem illa esse tantum venalia, vel esse simpliciter peccata, solum erunt venalia, si ex se alioqui

alioqui non sunt mortalia. Quia vt ait Bald. in l. prima, ff. de Senat. In causa to non potest esse plus virtutis, quam in id potentia causæ infundat. Pro quo facit capitu. Licet ex quadam, de Testib. capitu. primo, §. Hoc notandum, Qui feud. dar. poss. & conscientia quòd aliquid sit veniale, vel simpliciter peccatum, non infundit in id lethalem grauitatem, quam non dicat. Addo item, quod non sufficit nec requiritur ad hoc conscientia, vel dubietas generalis, licet requiratur, & sufficiat specialis, vt post Thomam a Vio, in lib. 17. Respon. q. 13. tradidimus. in c. Si quis autem, nu. 61. & seq. de pœnit. dist. 7. verbi gratia. Si iuris peritus dubitaret in genere, an iurisconsultis liceat die festo consulere: nulla tamen eum teneret dubitatio, an hoc die festo, hoc consilium huic & a se dari liceat, nullum admittitur ex parte dubitationis conscientia peccatum; è contrario autem, si quis arbitraretur licere generaliter iuris peritis, diebus festis consulere, dubitet autem, an nunc, & hic, & hoc consilium sibi liceat dare, peccatum esset ex capite dubitationis. Addo item quòd non sufficit ad id, scrupulus in gñe, nec in particulari: nã si quis facit opus licitum, quod credit id licere, nõ peccat; licet angatur scrupulo gñali, vel particulari in cõtrariu, vt latè probamus. in d. c. Si quis aut. nu. 63. Dixi sextò, (*Quod ignorantia nõ excusat.*) Quoniã illa quãdo est facti, imò & frequenter quando est iuris excusat, eo mō, quò reddit actum inuoluntarium, vt supra Prælud. 6. nu. 9. declaratum fuit. Dixi septimò, (*Quod subreptio non excusat.*) Ea enim in omni materia excusat a peccato mortali, vt dicimus infra, capitu. vndecimo, nume. quarto, & in capi. inter verba 11. q. 3. nu. 491. post alios ibi citatos, præsertim Thomam. 1. sec. q. 88. ar. 5. & 2. sec. q. 33. art. 5. & q. 58. ar. 3. qualis frequenter inuenitur in accidia materia, dum quis habet displicentias quasdam bonorum diuinorum non satis deliberatas. Cui addi potest paruitas iudicij, qualem habent semidormientes, vel semiebrii, vel adeo turbati, quòd licet sufficiat ad veniale, non tamen ad mortale. vt pulchrè determinat Io. Maior in 3. lib. sent. distin. 37. quæst. 14. colum. fina. Dixi octauò, (*Vel paruitas rei non excusat.*) Quia etiam hæc in omni materia excusat, secundum Thom. in locis proximè citatis. Quæ autem quantitas dicatur magna & notabilis, ad efficiendum furtum mortale, latius quàm alij tractauimus in Comment. capitu. fina. 14. q. 6. Dixi nonò, (*Vel dispensatio iusta*) Quia hæc quoque semper excusat. Per iustam, intelligo, eam, quæ valet ipso iure, licet non fuerit iustè facta; quales multæ fiunt circa leges humanas. Quamuis nulla earum quæ circa legem diuinam & naturalem sine iusta causa fiunt inuenitur talis; nulla enim earum valet ipso iure. Quia nullus Monarcha id faciendi facultatem habet, iuxta gloss. solennem capitu. Non est, de Voto, quæ agit de dispensatione super voto, & glo. capitu. Quanto, de iureiur. quæ agit de dispensatione super iuramento. Arbitror autem, quòd licet dispensator peccet, tamen dispensatus, si bona fide, nixus superioris auctoritate putat eam sibi iusta de causa datam, excusatur donec satis nouerit eam non fuisse sic datam ar. capi. Quid culpatur. 23. q. 5. Tales tamen sunt, quæ fiunt etiam circa legem diuinam, & naturalem iusta de causa, ab eis, qui potestatem habent. Secundum prædictas glossas. Tales

Tales etiam sunt, quæ fiunt a Monarchis qui non agnoscunt superiores circa suas leges, etiam sine iusta causa, modo sine subreptione fiant. Nam iustæ dicuntur quoad hoc, etiam si dispensans & dispensatus, ambo sciant non inesse iustam causam. Quia licet Monarcha dispensans circa suam legem sine causa peccet, iuxta mentem vtriusq; Thomæ, 1. sec. q. 96. ar. 5. quam latius explicauimus in prælect. c. Si quando, de rescript. num. 25. & licet dispensatus peccet nolendo sine causa se conformare moribus honestis illorum, quibus conuiuuit, contra c. Quæ contra, 8. dist. non tamen peccat ob transgressionem legis per dispensationem ei relaxatæ. Quia illa dispensatio & relaxatio licet iniusta, valida est ipso iure, vt absolutio excommunicationis iniusta c. Venerabilibus §. Sane, vers. Vbi, de sent. excom. lib. 6. Aduertendum autem quod peccatum, quod admittit superior in relaxando sine iusta causa suam legem erga aliquem, per c. Iustum est, 9. dist. & peccatum, quod dispensatus petendo eam sine dicta causa, solum sunt venialia, si scandalum & damnum notabile alterius cessent, secundum mentem Caiet. 1. sec. q. 96.

12 Magna tamen questio est, an dispensatio inferioris circa legem sui superioris sine iusta causa facta, valeat; Nam quod non valeat, facit primò, quod dispensatio definitur esse relaxatio legis causa cognita, iuxta gloss. solennè. §. Nisi rigor 1. q. 7. Deinde quod sic se habet inferior ad legem sui Monarchæ, sicut ille ad legem Dei c. Cum inferior, de Maiorit. & obed. & c. Inferior 21. dist. & dispensatio Monarchæ circa legem Dei sine causa nihil valet, nec excusat, vt prædictum est, ergo nec dispensatio inferioris circa legem sui Monarchæ sine iusta causa valebit, neq; proderit. Tertio, quod collatio beneficij a Papa facta ei, quem scit esse inhabilem ad illud, lege humana sua tantum valet, licet non dicat se dispensare, facta verò ab ordinario etiam in casu, quo potest, non; iuxta duo dicta celebria, Innoc. quorum alterum posuit in c. Diuersis fallacijs, de cleric. coniug. & alterum in c. Veniens, de filijs presbyt. adiuncta declaratione illorum, quam ponit Host. in d. c. Diuersis, quem sequitur Panor. communiter receptus, ibi, & in c. Cum in cunctis §. Inferiora, col. penul. de elect. vt latius diximus in c. Si quando, pag. 29. de rescript. Cuius nulla alia ratio efficax reddi potest, quam quod inferior non potest dispensare sine causa circa legem superioris, ille autem sic circa suam. Quarto, facit determinatio illa singularis Innoc. in c. Dudum 2. de elect. videlicet, quod dispensatio a legato facta sine iusta causa, non valet. Ex quo multa facile inferas contra multas ordinariorū dispensationes indiscretas præsertim quoad forum conscientie.

His rationibus adducor ad affirmandum primò dispensationem, ab inferiori circa sui superioris legem sine vlla causa pro libito factam minime valere. Secundò, eam non censi ab eo factam, nisi expressè dicat eam se facere, etià si iubeat, aut permittat fieri aliquid, quod sine ipsius dispensatione iustè fieri nequiter. Tertio, quod non creditur ei dicenti se facere illam aliqua iusta de causa, nisi probetur illa, si non est facta cum causæ cognitione, per ea, quæ latius adduximus in comment. c. Non liceat §. 4. Imò neque si fiat cum illa, si scitur causam esse falsam, quoad forum conscientie. Quanquam dispensatum bona fide,

na fide, si eam haberet, excusare posset ob superioris auctoritatem. Quarto, 14. quod dispensatio ab inferiore circa suam vel præcessoris, vel inferioris sui legem facta, valet, in vtroque foro, etiam si pro solo voluntatis libito eam fecerit. Imò etiam arbitrator, eum tacitè dispensare circa illam, quotiens prudens & sciens iubet aut concedit fieri aliquid contra eam, nulla de dispensatione mentione facta. Quæ breuitatis gratia, non confirmo latius. Diximus decimò, vel iusta causa excusat. Quia vt dicimus in cap. 2. infra nu. 42. causa rationabilis semper excusat saltem a mortali, transgressionem legis humanæ, secundum mentem Tho. 1. sec. q. 96. ar. 6. & 2. sec. q. 14. ar. 3. & aliorum ibi citatorum. Eam verò causam dixerim iustam, ob quam legislator si adesset, eum pro excusato haberet, ar. gloss. singularis & receptæ l. Tale pactum, §. Qui prouocauit ff. de pact. Quin & causa, quam quis bona fide putat iustam, etiam si omnino iusta non sit, excusat a mortali, licet non a veniali, vt eleganter dixit Caiet. in 2. sec. q. 143. ar. 3. post alios non citatos ab eo, quos ibi citauimus. Dixi vndecimò, aut contra diuinum consilium contemptum. Nam licet consilia diuina non obligent 15. etiam ad veniale, vt prædictum est; tamen, qui ea per contemptum transgreditur, vel non admittit, mortaliter peccat, iuxta gloss. singularem & receptam in c. Quis autem, 10. dist. Dixi duodecimò, vel contra salutem animæ proximi spretam. Nam qui facit aliquid, quod ex se non est mortale, nec fortè illicitum, qualis est exornatio mulieris vel viri, per contemptum salutis animæ proximi, quem credit spiritualiter per eam periturum, mortaliter peccat; quamuis non ita peccaret, si eiusmodi contemptus abesset, vt latè dicitur infra ca. 13. nu. 23. Dixi decimotertio, vel ob finem mortalem. Quia omnis actus in finem mortalem 16. relatus, est mortalis, etiam si suo genere bonus esset c. Cum minister 13. q. 5. vbi latè tractauimus. nu. 21. post Tho. 1. sec. q. 18. ar. 4. Dixi decimoquarto, vel in quo finis vltimus constituitur, quia per hoc efficitur mortale, vt trad. vterq; Tho. 1. sec. q. 88. art. 4. Constituire autem videri potest quis alicui vltimum finem in aliquo, quādo sic afficitur ei, vt malit auerti a Deo, siue peccare mortaliter, quod continet auersionem ab eo, quā ommittere illud, per dicta vtriusque Thom. in d. ar. 4. & ar. sequen. Sed contrarium esse verius diximus in Comment. prædicti c. Cum minister. nu. 21. Tum quia hoc non exprimit præfati. Tum quia alioqui bis peccarent omnes, qui semel scienter peccarent mortaliter, quia transgredere legem, quod est vnum peccatum, & poneret finem vltimum in eo, quod est alterum. Tum quod multi peccant mortaliter cognoscentes se minimè in eo finem vltimum constituere.

Peccatum autem veniale facile diffinitur esse peccatum actuale, quod non est mortale.

Septimò, diuisio sit hæc nostra tam penitentibus quàm confessarijs per necessaria peccati pluraliter accepti. Peccatorum alia sunt eiusdem speciei, alia diuersæ. Peccata eiusdem speciei sunt peccata quorum obiecta & fines sunt iusdem speciei, & nulla circumstantia speciali lege prohibita diuersificat; Peccata vero diuersarum specierum, sunt peccata quorum obiecta vel fines sunt diuersæ speciei, vel quæ circumstantiæ specialiter prohibite diuersificant, vt colligitur

colligitur ex Tho. 1. sec. q. 72. ar. 4. & q. 18. ar. 2. & 6. & 11. Verbi gratia, peccatum fornicandi specie differt a peccato furandi, quia obiecta eorum, hoc est materiæ circa quas fiunt, sunt diuersæ speciei, Peccatum item quo quis mittit mulieri donum aliquod, vt libidini eius consentiat, differt specie a peccato quo quis eidem mittit simile donum quo furetur a marito pecunias, quas sibi tradat. Quoniam licet obiecta sint eiusdem speciei, fines tamen sunt diuersi, quod sufficit ea ratione, quam idem Tho. in 1. sec. q. 18. ar. 6. reddit. Furtum item factum in loco sacro, cui ne fiat eiusmodi iniuria speciali lege vetatur, differt specie a furto simili profano in loco facto, vt declarat Thom. in d. arti. 11. Per quam rationem supra dixi omnem circumstantiam, quæ efficit vt actus alioqui venialis, sit mortalis, mutare speciem. Præterea hic, ne longior fiam, illas rationes neruosas, quibus probabam peccata vt plurimum magis differre inter se per conuersionem ad ea, quæ malè volumus, & nolumus, quàm per auersionem a Deo, & eius lege ac ratione. Et quod rectius dicitur per conuersionem ad ea, quæ malè volumus, quàm ad creaturas, licet communiter ita dici soleat. Et cur dicitur hoc vt plurimum, & nõ semper esse verum? Quia hæc potius scholis quàm confessarijs sunt vsui. Præterea item rationes, ob quas confessarium parum oportet curare de illo Thomæ dicto, quod peccata exteriora diuersificantur specie per obiecta, interiora vero per fines. Oportere autem eum inuestigare, an actus exterior, siue interior, qui est peccatum ratione sui obiecti, in quod per se ordinatur, sit etiam ratione alius finis, vel aliorum finium, in quæ vel in quos a voluntate dirigitur, etiam consequenter an sit vnum simplex, vel duplex, vel triplex, aut multiplicius peccatum, quale potest esse, si in multos fines a voluntate ordinetur. Simplex enim est, cum quis simpliciter vult adulterari, Duplex cum vult adulterari, vt furetur marito pecunias, Triplex, si vult illud vt furetur, & occidat, Multiplicius, si ad plures alios malos fines id collimet. vt ita multa peccata quæ vno respectu sunt vnius speciei, altero sunt aliterius. Peccatum enim furandi, quod quis committit vt adulteretur, est furtum, quatenus obiectum illius, in quod per se ordinatur, est contrectatio rei alienæ; & adulterium, quatenus ordinatur a voluntate in illum finem. iuxta illud Arist. Ethic. 5. Qui furatur vt adulteretur, magis est adulter quam fur. Licet autem circumstantiæ finium malorum diuersarum specierum efficiant peccata diuersæ speciei, alia tamen non efficiunt, vt plurimum idem: Furtum enim factum in vno loco, tempore, vel ab vna persona, vel vno modo, non differt specie ab eo quod fit in alio loco, vel tempore, vel alio modo, vel alij personæ: vt colligitur ex Thom. 1. sec. q. 72. ar. 9. nisi speciali lege id prohiberetur, vt prohibetur furtum, & homicidium in loco sacro. c. sacrilegium 17. q. 4. & c. Proposuit, de consecrat. eccles. Quam limitationem, licet Thom. ibi omittat, expressit tamen satis postea, arti. 11. qua superius vsi sumus contra alteram eius conclusionem.

Circa prædicta errat Primò, qui credit omnia peccata esse paria. nu. 1.

Secundò, qui credit circumstantiam, etiam mutantem speciem, non esse considerandam. nu. 6.

Tertiò

Tertiò, qui credit legem humanam non posse obligare ad mortale. nu. 8.
Quis autem horum sit censendus hæreticus, & quis tantum peccans mortaliter, & quis nec peccans quidem, consule Prælium 1. nu. 10.

Decimum Prælium, de Pœnitentia, & eius partibus.

S V M M A R I V M.

Pœnitentia quid generaliter, & aliqua sine dolore, & aliqua cum eo. nu. 1.

Pœnitentia verbum esse latinum, & quid propriè significet, & ad quæ trāsferatur. n. 1.

Pœnitentia alia mala, alia bona, bona prout actus, vel virtus ab exordio mundi necessaria. nu. 2.

Pœnitentiam prout sacramentum a CHRISTO institutam trēs actus, contritionem, confessionem, & satisfactionem continere, esse de fide. nu. 3.



PœNITERE dicitur generaliter, qui nollet fecisse aliquid iam a se factum. Quod dupliciter contingit, vel sine dolore vt in beatis, quos suorum errorum sine dolore pœnitet, vel cum dolore vt in viatoribus, qui non solum nolunt, sed etiam dolent peccasse. iuxta illud August. in capitu. Pœnitentia. 2. de Pœnit. distin. 3. Pœnitere est pœnam tenere.

Verbum autem Pœnitentia, minime latinum esse, & vtendum loco eius verbo Græco *μετάνοια* plerisq; visum est, sed eo vtitur Plinius Iunior in illo Epistole 130. Superest, vt agat pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Et senior lib. 17. cap. 12. Nihil fediùs agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia. Verbo item Pœnitudo, vtitur Hieronymus in eadem significatione Deut. 30. & 1. Regum 15. & vtrumque propriè significat actum pœnitendi, hoc est nolendi fecisse aliquid a se factum. Trāsferatur tamen ad significandum sacramentum pœnitentiæ, vt in ca. Quod in te, de Pœnit. & remiss. & etiam ad significandum pœnam a sacerdote in satisfactionem impositam. c. Falsas, de pœnit. dist. 5. & proprius ad significandum habitum, qui est virtus inclinans ad prædictum pœnitendi actum immediatè vel mediatè, iuxta Tho. & præfatos, diuidentes pœnitentiam in pœnitentiam virtutem, & in pœnitentiam sacramentum. In hoc autem libro, vt plurimum vtetur eo, ad significandum habitum pœnitendi, quæ est pœnitentia virtus, vel sacramentum pœnitentiæ.

Igitur verbum Pœnitentia generaliter acceptum includit malam, qualis est quæ de opere bono habetur, & bonam, qualis est, quæ de opere malo concipitur, de qua in proposito agendum. Pœnitentia bona bifariam sumitur, videlicet pro actu, vel habitu bene nolendi, & dolendi, ac puniendi peccatum, quæ est pœnitentia virtus, & pro sacramento pœnitentiæ instituto a CHRISTO, quo peccata cum dolore ad id iusto nolita condonantur: vt omnes fatentur post & ante Magistrum in 4. distin. 14. & Thom. 3. par. q. 85. ar. 1. Porro, pœnitentia bona priori modo accepta, videlicet pro actu, vel habitu bene dolendi

lendi iam inde ab Adamo Protoplasto incepit, fuitq; semper ad salutem necessaria ijs, qui peccatum mortale incurrerunt, vt palam declarauit nuper Sacrosancta Synodus Tridentina. sess. 14. cap. 1.


3 Pœnitentia vero, prout est sacramentum cœpit a passo CHRISTO, qui omnia sacramenta nouæ legis, & in his pœnitentiæ, instituit, vt nouissimè clarius quàm vnquam nuper explicuit prædicta Synodus sess. 7. can. 1. Quæ in prædicta sess. 14. cap. 3. ait. Quod licet vis præcipua sacramenti pœnitentiæ sit forma, & illa ponatur in illis ministri verbis, Ego te absoluo, &c. tamen quasi materia eius sunt illi tres actus: Contritio, Confessio, & Satisfactio. Et adeo quidem, quòd in cano. 4. eiusdem sess. declarauit hæreticum eum, qui contradixerit, per illa verba. Si quis negauerit ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur, anathema sit. Et quia in his tribus actibus rectè præponendis, iustificatio eius, qui gratiam baptismalem perdidit, præcipue consistit, idè ab illis incipimus, fauore diuino tamè iterum prius implorato, & per intercessionem Virginis matris gloriosissimæ (perato, Sacrosanctæq; S. Apost. Romanæ, quæ vna est omnium mater & magistra, imò & cuiuslibet alius melius sentientis censura exoptata, cui omnia subijcio.

Circa prædicta errat Primò, qui credit sacramentum pœnitentiæ non esse institutum a CHRISTO.

Secundò qui credit sacramentum Pœnitentiæ non habere tres partes, nempe, contritionem, confessionem, & satisfactionem.

Quis autem horum sit censendus hæreticus, & quis non nisi peccans mortaliter, & quis nec peccans, consule Præliud. 1. nu. 10.

FINIS PRÆLVDIORVM.



ENCHI-

ENCHIRIDION,

SIVE

MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM,

Complectens penè resolutionem omnium dubiorum, quæ in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates:

Iam pridem sermone Hispano compositum, & nunc Latinitati donatum, recognitum, quàm plurimis locupletatum, & reformatum ab ipsomet Autore,

MARTINO AB AZPILCVETA DOCTORE NAVARRO,
Sacrae Pœnitentiariæ Decretorum Doctore deputato.

*Caput Primum de Contritione prima parte
Sacramenti Pœnitentiæ.*

SVMMA RIVM.



CONTRITIO quid, nume. 1. & quòd non est essentialiter dolor. nume. 2. & 16. Sed pœnitudo vnde ille nascitur. num. 3. & debet esse voluntaria, non coacta. nu. 4. & maxima quoad firmitatem, non quoad intensionem. nu. 7. nisi, & c. nu. 8. neq; necessario requirit la chrymas exteriores, & c. nume. 23.

Pœnitudo peccati est nolle admisisse. nu. 2. quod inuenitur sine dolore, vt in beatis. nu. 6. quid requirit vt sit contritio. nu. 20.

Amor Dei, debet esse maximus quoad firmitatem, sed non necessariò quoad intensionem, & feruorem. num. 9. qui super omnia & obedientialis est virtualis contritio. num. 10.

Contritio requirit pœnitudinem, & dolorem actualem, vel virtualem, & qui mallet fuisse mortuus, quàm offendisse Deum, est contritus. nu. 10. dolorem, inquam, peccatorum priorum, præteritorum, & præsentium, magis eo quod sint offensa Dei, quàm quia sunt damnosa pœnitenti. nu. 11.

Pœnitudo nõ est necessarià de futuris, sed ppositiũ nec illa, nec alia admittèdi. n. 12. Dominicus Sotus laudatus. nu. 10.

Medina

Medina Doctor laudatus. nu. 10.

Pœnitens non tenetur ad credendum se nunquam amplius mortaliter peccaturum. numero 13.

Contritio licet deleat peccatum, non tamen delet obligationem confitendi illud. nu. 14. nec quum est virtualis tollit obligationem habendi formalem & actualem loco & tempore debitis. nu. 14. neq; id cum ratione pugnat. nu. 16.

Contritio non est, quicumq; dolor, aut pectoris percussio, quare multi qui se illam habere putant, minime habent. nu. 17.

Contritionem habere, vel eam ob aliqua signa præsumi, longe diuersa. nu. 18.

Contritio eorum qui eam habere differunt usq; ad mortem dubia quoad salutem, sed non quoad absolutionem & sepulturam. nu. 18. & 19.

Contritus non est qui actualiter, vel virtualiter nollet potius non peccasse, quam quodcumque aliud malum non passum esse. nu. 21. sed nullus tenetur ad huiusmodi comparationes. nu. 22.

Contritus est qui desiderat habere contritionem, & piget ipsum in id conantem, non posse perfecte attingere illam. nu. 22.

Pœnitens qui proposuit se ulcisci, si hæc aut illa iniuria sibi inferretur, vel facere illud, aut illud malum si quis id præciperet, vel si se talis, aut talis occasio offerret, non absolendus. nu. 22.

Dolor qui pœnitentia non debet esse obnoxius per excessum. nu. 24.

Contritio quam specialis, aut singularis requiratur de singulis peccatis. num. 25. & non est necessaria ad remissionem venialium, nisi quando dubium est, an sint mortalia. num. 20.

1



SENTENTIAS tum antiquorum, tum recetiorum, quos in c. Perfecta, de Pœnit. dist. 1. citauimus, sequuti, diffinimus, contritionem esse pœnitentiam voluntariam, cum dolore maximo actuali vel virtuali peccati proprii iam commissi, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius, saltem mortaliter, & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali.

2

Dixi (Pœnitentiam) Tum pro genere, quia omnis contritio est pœnitudo, sumpto verbo, pœnitudo, pro actu pœnitendi: vt in Prælud. vltimo diximus, non contra omnis pœnitudo est contritio. Tum quia licet alij asserant, contritionem esse dolorem, alij pudorem, alij aliud: ipsa tamen quoad suam essentiam proprie est pœnitentia seu pœnitudo, & actus pœnitendi, seu nolendi peccasse, vt clarius alijs exprimit Cardinalis ille doctissimus Caietanus, in 2. Tom. q. 1. quod antea senterat Palud. in 4. dist. 17. q. 1. & subtilis doctor, quem ipsi tacent, in eod. 4. dist. 14. in fin. qui admodum subtiliter ait, quod hæc quatuor inter se distinguuntur. Pœnitentia virtus, quæ est habitus, nos ad volendum vltionem nostri peccati inclinans: voluntas puniendi, seu velle punire; quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati, seu non velle peccasse; quæ est pars pœnitentionis, susceptio, ac toleratio

3

toleratio pœnitentionis, quæ est satisfactio, vel pars eius. Quorum discrimen ex eo constat, quod singula eorum sine reliquis reperiuntur. Quamuis tertium sub quarto quadam tenus continetur; quæ breuitatis gratia, quia parum praxi sunt vtilia, non explicamus, quod tamen ipse Scotus vbi supra facit. Tertium autem horum scilicet nollet peccasse, est essentialiter, vt ita dixerim, contritio. Dixi secundo (Voluntaria) Tum quia pœnitentia violenta, qualis est dānatorū, secundum Scotū in 4. dist. 17. ar. 3. non sufficit, neq; illa quæ repente ac naturaliter sine vlla deliberatione prouenit, quia non est voluntaria; per ea quæ supra in Prælud. 7. nu. 12. post Th. 1. sec. q. 6. ar. 1. posui. Dixi tertio (Cum dolore) ad differentiā pœnitentiæ dolore carētis, qualis est illa beatorū, qui sine vilo dolore, meminerunt peccatorū olim admissorum, & nollet ea admisisse: qualis est reperitur in eo viatore, qui nollet peccasse, sine consideratione actuali, quod ipse id perpetravit, sine qua non nascitur dolor, secundum Scotum in 4. dist. 14. ar. 3. Quod etiam Adrianus in 4. de pœni. q. 1. col. 4. affirmat. Nō curo hic tractare illam opinionem subtilis doctoris subtilis in prædicta dist. 14. quem late sequitur Andreas a Vega magnū decus Franciscanorū, in li. 14. c. 5. & ca. 18. de Iustificat. videlicet, quod pœnitentia ornata his, quæ in nostra diffinitione continentur, sufficit ad delenda peccata, etiam si absq; vilo dolore contingat, vt hic dicitur contingere posse: quia id de rarissimè contingentibus est. De quibus l. Parum curat. l. Nam ea. ff. de leg. Dixi (Maxime) non quidem ideo quod dolor ille debeat esse summè intensus: Rarus enim aut nullus dolor est, qui non possit magis intendi, vt omnes sentiunt & experientia, quæ rerum est magistra, ca. Quam sit. de ele. lib. 6. docet. Neq; ideo quod omnes alios dolores superare debeat; non enim opus est, vt damnatorum dolorem excedat, qui omnes huius seculi dolores facile vincit, c. fi. de Pœn. dist. 7. Neq; quod æquari debeat illi acerbissimo, quem CHRISTVS Seruator noster pro nobis miseris patiens tolerauit, qui fuit maior omni alio huius seculi dolore, secundum Tho. 3. par. q. 46. ar. 6. Imò nec debet esse intensior quolibet alio dolore cuiusuis mali, sed debet esse maximus, quoad æstimationem id est, quod malit tolerasse, tolerareq; omnia mala mundi, quàm peccasse peccatum mortiferum. secundum beatum Tho. quolib. 1. ar. 9. Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum esse debere, non quidem necessarîo quoad intensiorem, sed quoad firmitatē, hoc est, quod dilectio eius præferenda est omni dilectioni, cuiuscunque creature, nec propter vllam aliam est deserenda: non tamen est necessum, vt intensio sit ea, qua parentes nostros aut filios diligimus, vt diuum Thom. sequuti prima sec. quæstio. 109. ar. 3. diximus in additione capitu. Quando, de consecrat. dist. 1. num. 10. Dixi quintò, (Actuali vel virtuali:) Quia sufficit actus, qui licet non sit pœnitentia talis formaliter, est tamen virtualiter, secundum Scotum communiter receptum in quarta distin. 14. quæstio. 1. art. 10. Qualis est actus peccatoris; quo amore Dei vult subire martyrium sibi oblatum, repente, sine peccatorum memoria, Imò quilibet amor Dei, quo plus quàm omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum pœnitentia. secundum communem, cui assentit Gabriel in 4. dist. 14. quæstio. 1. conclus. 12. & 13. & in 3. dist.

4

5

6

7

8

9

10

dist. 27. q. 1. col. 15. quam sequitur & ille doctissimus, perspicacisq; ingenij vir doctor Ioannes a Medina, in Codice, de Pœnit. quæstio. 2. & merito cum ille hoc intelligendum esse existimat de amore, quem obedientialem vocant, qui virtualiter continet voluntatem efficacem adimplendi quicquid diuina Maiestas præcipit. Veruntamen eruditissimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus magna Dominicanorum gloria, soli martyrio hoc tribuendum existimauit. lib. 1. capitu. 18. de nat. & gratia. Sed prior sententia confirmatur, eo quod in hoc plus operatur amor quo quis martyrium patitur, quam pœna eius subita. argum. 1. ad Corint. 13. capitu. Secundò, quòd fieri potest, vt quis plus amet, desideretue martyrium non patiendo illud, quàm alius patiendo præfertim momentaneè. Posset etiam contingere, vt ex duobus, qui sese martyrio obrulerunt, alter qui plus diligit & desiderat, non patiatur, alter verò sic. Tertio, quòd eiusmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum, imò etiam ad volendam cupiendamque formalem contritionem tempore & loco debito, sicuti rectè vbi supra probat Medina. Quamobrem aperte constat quantum hæc sententia a Lutherana dissideat: est enim limitanda procedere tantum quando defectus temporis, aut inculcata inconsideratio peccatorum fuit in causa quominus formaliter pœniteret: Cum Lutherus nec actuale, nec virtuale propositum huiusmodi requirat, dicens sufficere respiscientiam, & nouam vitam, quod damnatum est in Concil. Tridenti. sess. 14. capitu. quarto, canon. 5. Interrogatus, an id quod fertur dixisse quidam insignis Doctor Academia Complutensis assumptus postea in Episcopum Legionen. meritissimum, videatur tenendum, nempe contritionem suapte natura requirere formale propositum de non vltius peccando, sed per accidens temporis, vel considerationis defectu sufficere virtualem. Respondi affirmatiuè, modò ita pœniteat eum præteritorum, quòd si aduerteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura. Et ad hunc modum intelligenda videntur ea quæ de sufficientia propositi virtualis magnificè nuper scripsit prædictus Andreas a Vega lib. 13. capitu. 21. de Iustificazione. Hinc confirmari videtur illud Syluestri, in verb. Contritio, quæstio. prima. Qui mauult mori, quàm peccare, contritus est: & illud Palud. in 4. dist. 17. quæstio. prima, conclus. 5. Cui displicet, quòd huiusmodi formalem contritionem sibi comparare non potest, contritus est; de quo mox plura. Dixi sextò, (*Propriam commissi*) ad differentiam de pœnitente de peccato alieno, & ad significandum, quòd non est opus, vt sit de peccato futuro, licèt, vt mox subiiciam, intentio seu propositum non peccandi amplius vtrunq; debeat complecti: præteritum quidem ad hoc, quòd non repetat illud denuo; futurum verò ad hoc, vt illud nõ admittat. Dixi septimò, (*Quatenus est offensa Dei*) Quia ob id principaliter debet pœnitere. Nam quem alio respectu, puta metu pœnæ, infamiæ aut alio simili principaliter pœnitent, vt proditorem Iudæ, & Antiochum pœnituit; nõ concipit eam de qua loquimur pœnitentiam & contritionem. c. Iudas, c. Scelerator, de pœnit. dist. 3. & Thom. in 3. par. q. 86. ar. 1. & alij in 4. dist. 14. & 16. & Adrian. de pœnit. q. 1. col. 4. Plus enim pœnitere ac dolere

dolere oportet de peccato, eo quòd sit offensa Dei, quàm quòd incommodet sibi: Imò etiam magis quàm eo quòd separat eum a Deo, & eius beatifica visione: Quia pœnitere hoc respectu, est pœnitere quatenus incommodat sibi, vt Tho. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 3. q. 1. ad quartum aperuit. Addo, quòd ex his quæ in hoc numero 11. & infra nu. 39. & 40. dicuntur, infertur non esse veram illam opinionem, quam nuper vidimus defendi in selectis quibusdam comitijs, videlicet, sufficere ad condonationem peccati per sacramentum pœnitentiæ attritionem, qua pœnitens dolet de peccato, etiam si sciat eam non esse contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia eum offendit, sed propter infamiam, vel alia mala temporalia: oportet enim in primis, vt pœniteat ob amorem Dei, vel eo quòd est eius offensa, saltem virtualiter, & quòd videatur ei sufficere illa sententia, aut saltem quòd non videatur ei non sufficere ad petendam absolutionem. arg. c. Firmissime. 15. q. 1. & eorum quæ supra allata sunt. Quatenus pœnitere minus principaliter de peccato ob prædictos respectus, non obuiat contritioni, modò principaliter id fiat eo quòd est Dei offensa. Sicut & amare Deum minus principaliter ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia non obuiat merito diligendi eum principaliter ob semetipsum, iuxta illud Psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes propter retributionem. Quinimo minimè malum est pœnitere solum metu pœnæ, infamiæ, vel alius mali, modò voluntatem peccandi excludat, vt luculenter declarauit Synod. Trid. sess. 14. capitu. 4. Cuius illa verba, modò voluntatem peccandi excludat, perinde significant, ac illa, modò non ea mète pœniteat eis respectibus, quòd si illi non intercederent, non pœniteret, imò peccare pergeret. Dixi octauò, (*Super omnia dilecti*) quoniam amor Dei nisi maior sit quàm quicuis alius cuiuscunq; rei, saltem quoad firmitatem, non sufficit, Imò peccatum est si magis aliud, quàm Deus vel æquè ac ille diligitur, vt post Tho. 1. sec. q. 109. ar. 3. iamdudum in additione. capi. Quando, de Confe. dist. 1. num. 355. dicebamus. Quòd intelligendum est de amore, quo diligitur Deus comparatiuè, minus quàm aliud vel æquè ac ille, non autem de amore, quo simpliciter diligitur Deus, sine comparatione ad aliud minus; licèt verè amor ille non sit amor super omnia, vt facile colligat quis ex dicto Concilij Trid. cap. 4. sess. 14. Dixi nonò, (*Cum spe veniæ*) quia sine illa saltè virtuali, non contingit venia ca. Scelerator, de pœnit. dist. 3.

Dixi Decimò, (*Cum proposito non peccandi amplius saltem mortaliter*) quia sine eo non sufficit, vt sentit Ambrosius, in cap. Pœnitentia, 1. de pœnit. dist. 3. & Concilium Florentinum coactum sub Eugenio 4. exponit: licèt enim pœnitudo non se extendat ad peccata nondum perpetrata, non tamen fiet contritio nisi eam comitetur propositum vitandi in posterum omnia & singula peccata mortifera, tam præterita & præsentia quoad effectum non committendi ea denuo, quam futura, teste Adriano, de pœnit. q. 1. col. 3. post Palud. in 4. dist. 17. q. 1. col. 3. Non tamen est necessum, vt credat pœnitens se amplius nõ peccaturum mortiferè, Quinimò id quandam superbiam saperet, vt oppositum humilitatem; quòd testatur Inn. receptus, in c. Omnis, de Pœnit. & remiss. quia sat est, vt

- 14 nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina. Dixi vndecimò (Cum proposito confitendi,) quia licet contritio dimittat peccata quoad culpam, non tamen tollit obligationem confitendi ea proprio sacerdoti, iuxta illud Saluatoris nostri, Ioannis 20. Quorum remiseritis peccata, &c. & quorum retinueritis, retenta sunt: hoc est, non sunt remissa quoad obligationem confitendi ea ecclesie, vt innuit Adrian. in 4. de confes. q. 1. col. penult. Neque cum ratione pugnat, eum qui restituitur in Dei gratiam per contritionem, teneri ad confitendam offensam: Cum & is cui crimen in foro laico ea lege condonatur, vt vnum annum in bello militet; a die quidem condonationis in gratiam Regis redit, teneretur tamen militare illum annum. Addidi (Saltem mortaliter) Quia non est necessum habere propositum nunquam peccandi venialiter; argu. c. septies, de pœnit. dist. 3. Dixi duodecimò, (Et satisfaciendi) propter ea quæ inferius in capitu. 3. dicuntur. Et adieci, (Vt minimum virtuali) eo quod sicut actus qui est pœnitentia virtualis sufficit, ita eadem ratione sufficere videtur, quod eam comitetur propositum virtuale confitendi, satisfaciendi, & amplius non peccandi. quod Io. Maior. in 4. dist. 14. q. 1. affirmavit, licet Caiet. in 2. Tomo cap. 1. sentiat tale propositum debere esse expressum; In summa tamē verb. Confessionis condiciones 12. & verb. Confessionis iteratio. idem sentit, & merito: Cum nihil referat, quid ex æquipollentibus fiat. l. fina. ff. mand. c. Licet ex quadam, de Test. & tacitum & expressum siue virtuale & formale exequantur. l. Cum quid. ff. de reb. cred. Quod tamen intelligo procedere, quando defectus temporis, vel quædam inculpabilis inconsideratio pœnitentis fuit causa, quominus haberet formale propositum.

COROLLARIA.

- 16 Ex hac diffinitione multa inferuntur, Primum, quod communis modus loquendi probatus a prædicto Concilio Florentino, & a Trid. sess. 14. c. 4. per quæ contritio diffinitur esse dolor, intelligendus est causatiuè, hoc est, quod est causa doloris; cum per prædicta supra hoc eodem. ca. nu. 2. constet, quod non est dolor essentialiter, sed causa, ex qua & alijs ad id necessarijs nascitur dolor, si aliunde non impediatur, secundum Scotum in 4. dist. 14. & 16.
- 17 Secundò inferitur, quod plurimum decipiuntur quidam putantes quemlibet dolorem, & quamlibet pectoris rursionem, & quamlibet prolationem Miserere mei, esse contritionem, & sufficere ad impetrandam peccatorum mortiferorum condonationem. Cum ad id sit necessaria talis pœnitentia, qualem superius depinximus, nobili ac generoso animo digna. Neq; obstat, quod qui libet peccator, quamlibet magnus, præsumitur mori contritus, si qua contritionis signa ostenderit. c. A nobis. 2. de sent. excom. puta si petierit confessariū, si iurauit parere mandatis ecclesie, si cum loqui non possit, subleuat oculos, aut palmas in cælum, tundit pectus, vt exprimit Hostiensis, communiter receptus in d. c. a nobis. Non, inquam, hoc obstat, quoniā id solum procedit quoad effectum, vt ecclesia præsumat eum habere pœnitentiam prædictis qualitatibus ornatam, ad effectum non denegandi ei sepulturam sacram, non autem ad effectum astruendi, quod per id impetratur a Deo venia peccatorum mortiferorum,

mortiferorum, nisi verè concipiatur pœnitentia, quam concepisse præsumitur. Tertiò inferitur, quod merito Augustinus relatus, in capit. Si quis autem, & 19 c. fi. de Pœnit. dist. 7. dubitabat de salute illorum, quos non ante, sed post ægritudinem pœnitebat peccasse. Nam vt eius dictum ibi declarates diximus, æger præsus ægritudine, metu mortis, & alijs curis, vix erigit animum ad supra depictam contritionem concipiendam; & ita ibi Augustinus dubitabat de vera salute, non autem de præsumpta, ad concedendam absolutionem, & sepulturam ecclesiasticam, quod omnes deberemus animaduertere, & concionatores frequenter prædicare.

Quartò inferitur, quod vt pœnitudo peccati perueniat ad gradum contritioni necessarium, oportet pœnitentem plus odisse peccatum, quam quoduis aliud malum pœnæ odio dignum; simul & velle vitare idem, plusquam quodlibet aliud malum vitatu dignum, vt sentit Tho. Aquinas. quolib. 1. ar. 9. & omnes in 4. dist. 14. & 17. & rectè declarauit Thom. a Vio 2. Tom. quæstio. 1.

Quintò inferitur, non esse contritum eum, qui actu aut virtute non est eo animo, vt malit generatim quamlibet pœnam pati, quam peccare aut peccasse mortiferè: quicquid Inno. in c. Omnis, de Pœnit. & Remiss. senserit. Quoniam vt Tho. quolib. 1. ar. 9. sentit, Omnis qui est contritus, habet charitatem, & omnis qui charitatem habet, Deū plusquam se amat, & omnis qui Deū ita amat, mauult perdere se sibi, quam Deum, Et cum per peccatum mortiferum perdat sibi Deus, consequens est, vt malit saltè generatim, omnia mala pati, quam peccare sic. Dixi autem, generatim, Quia nemo, vt idem Thom. in d. art. 9. & ante illum Innocentius in dicto capitu. Omnis, censuerunt, tenetur ad confendum speciatim reputando secum, quod malit illud & illud genus mortis & pœnarum pati, quam peccare, peccasseue: Imò id esset imprudentia, sicut & imprudens foret confessarius, qui interrogaret pœnitentem; mallet ne potius filios suos, vel se obijssè mortem, quam peccasse; aut, sit ne paratus potius mori, perdereue filios, quam peccatum admittere? Quoniam nimia est huiusmodi tentatio; & vt perite ait idem Tho. in d. ar. 9. Sicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, si speciatim recogitètur, quam si generatim; ita terribilia multo plus terrent, si speciatim cogitentur, quam si generatim, & fieri potest, vt qui generaliter malit omnia mala pati, quam peccare mortiferè, nolit hoc aut illud malum specialiter consideratum. Quod circa satis est confessario, vt videatur ei pœnitens sufficientem peccatorū pœnitudinè habere. Si verò intellexerit, eum minimè eam habere, addat ei animū ad eā habendam, & ad malendum perdere in genere alia omnia sua bona, quam Deum, qui est summum bonum eius, & omnium; sine quo nullum est bonum. Quod si fortè non possit eius animū ad tam excelsum cōtritionis gradū attollere, cōtendat eū eleuare saltem ad hoc, quod verè ipsum pœniteat, quod talem nō habeat, Per ea quæ breuiter in ca. 10. nu. 4. tanguntur, & hoc sufficit, vt sit contritus, vel saltem ita attritus, vt possit absolui, iuxta Palud. in 4. dist. 17. q. j. ar. 5. Quæ conclusio non parum consolationis secum affert, & est communis

apud S. Thom. & S. Bonaventuram, & omnes Theologos. Diximus, (saltem ita attritus vt possit absolui) quo tollamus scrupulum, quem vir quidam valde doctus & pius Sanctæ Societatis Iesu, nobis contra hoc insinuat: eo quod pœnitere, quod aliquid nō habeā, nō est illud habere; sicut nec dolere, eo quod nō communicauerim, est communicare, neq; perinde valet, vt probamus in ca. Vt quid paras, de consecrat. dist. 2. post Io. Turrecremat. contra gloss. ibidem; Neque animo discutiari, eo quod non sim confessus est confiteri: sicut nec velle arborem conscendere, est ipsam conscendere, vt ait glossa l. In vendentis. C. de contrah. emp. Dicimus itaq; re vera pœnitere quem, eo quod non habet contritionē, nō est illā habere saltē formaliter, neq; pœnitere me quod nō valeo pœnitere, quātū mihi expedit ad cōtritionē habēdā, sufficit ad ipsam habēdā, nisi aliās iam ipsam habeā: sufficit tñ ad credendū me habere sufficientē attritionem, quōd possim a confessario absolui, & a Deo veniam obtinere, media sacramentali absolutione. Quin etiam dici posset, esto talis dolor non sit contritio formalis, desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad perfectionem contritionis, saltem virtualiter est ipsa cōtritio, in voluntate partis intellectuæ sita, fomento auxiliij Dei bona desideria fouentis, etiam si pars sensitua recalcitraret. Vtilis breuitas, quam liber exposulat, negat locum alijs replicationibus, & triplicationibus, potius subtilibus, quàm fructuosis. Siquidem quod hucusq; dictum est, sufficit ad scopum, quē nobis proposuimus. Porro bonum signum est, quod pœnitens sua sponte affirmet, se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, quàm peccasse. iuxta sententiam Cardinalis doctissimi Io. à Turrecremat. in Summa, de pœnit. dist. 3. qui sequutus Bonauenturam, tenet, Peccatorem, qui secum statuit potius peccare mortaliter, quàm mori, non esse absoluendum. Illi verò, qui nihil circa hoc secum deliberauit, etiam si dubitet quid faceret, dum se in tali articulo constitutum aspiceret, non esse denegandam absolutionem, dummodo habeat propositum non peccandi, & nollet offendere Deum, etiam si talis illi occurreret occasio. Quocirca valde deplorandi sunt, qui ad confessionem & communionē accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua de illis, qui eos a lapidis, aut plagis cæderent, aut palo percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudæos, Sarracenos, hæreticos, vel alijs huiusmodi nominibus, compellarent, aliane simili afficerent iniuria. Eodem etiam modo deplorandi sunt illi, qui ad prædicta sacramenta accedunt antequàm exuant suam deprauatam voluntatē, vtendi hac vel illa voluptate illicita, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel viro eis occurreret. Eos etiam, qui antequàm ab animo depellant propositum perpetrandi quicquid Papa, vel Rex, pater, dominus, patronus, amicus, aut socius ipsis præciperet, aut rogaret, etiam si illud lethale crimen esset. Horum profecto misereri debemus, ipsosq; cum lachrymis compassionis rogare, vt attendant se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitescere, qui tali confessione & communionē magis ac magis excre-

23 Sextò infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lachrymas, & id genus alia,

alia, non esse ad contritionem necessaria, quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitentia manās, Tum per supra tradita, Tum quia vt Tho. in 4. dist. 17. q. 2. ait, hic dolor non est in manu nostra: vtile tamen est illum habere, & desiderare, siereq; largius eo quod peccauerit, quam q̄ alia damna ei acciderint, secundum omnium mentem. Cui consequens est illud Paludani in 4. dist. 17. q. 1. ar. 5. approbatum a recentioribus, scilicet illud. Pœnitentem debere hoc desiderare, non esse intelligendum de debito obligationis, sed de sententia tantum & utilitatis: Pariq; ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitens maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alius cognati, vel plagam propriam, quàm ob peccatum admissum: Quod passim contingit: Imò neq; oportet, vt is dolor voluntatis rationalis sit intensior alio quouis dolore rationalis voluntatis ob alia mala concepto, per prædicta supra hoc c. nu. 7. Sufficit enim vt plaris faciat malum peccati, & ob id perdere, vel perdidisse Deum, quàm quoduis aliud malum generatim, ad finem euitandi illud, dolendiq; non euitasse, iuxta Maior. in 4. dist. 14. q. 2. Quinimo satis est, vt velit, coneturq; ita dolere, & non possit, doleatq; ex animo se non posse id facere per prædicta supra eod. nu. 22. & subinde quamuis intensius perferat, & debeat mortem patris, quàm peccatum admissum, Satisfacit tamen si modò malit Deum non offendere, vel offendisse, quàm patrem suum viuere.

Septimò infertur, quod dolor sensibilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus 24 adstringentia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & alię similes austeritates, non debent adeo modum excedere, vt humani corporis habitudinē corrumpant, efficiantq; pœnitentem inhabilem ad faciendum ea, quæ secundū suum statum facere tenetur: Dolor enim ille nititur amore Dei, super omnia dilecti, qui huiusmodi nimietatem rejicit. c. Non mediocriter, de consec. dist. 5. tradit Tho. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 3.

Octauò, quod licet alij senserint, & alij expresserint, videlicet Raym. in sua 25 Summa. Tho. 3. par. q. 87. ar. 1. & in 4. dist. 17. q. 2. ar. 2. q. 6. quem sequitur ibi Palu. & Angel. versu. Contritio. §. 4. & Sylu. eo. verb. §. 3. Rudolph. 1. par. vitæ Christi c. 20. De singulis peccatis mortalibus singulas pœnitentias esse habendas; contrarium tamen est tenendum cum Io. Maiore Parisiensi acutissimo in 4. dist. 17. q. 5. & Cardinali S. Sixti eruditissimo in quolib. q. 2. & super 3. par. Tho. q. 87. ar. 1. scilicet sufficere, quod peccatorum pœnitentia, adeo sit extensa, vt saltem virtualiter protendatur ad vniuersa mortifera, tam ea quæ meminit, quàm quæ non meminit: Non enim est necesse, vt pœnitens recogitans confitensue sua peccata, de vnoquoque peccato mortifero specialem & singularem eius pœnitentiam concipiat, sed satis est, vt concipiat generalem eiusmodi pœnitentiam, quæ virtute se extendat ad omnia mortifera, siue id faciat ab initio, cum incipit reuocare ad memoriam confitenda, siue inter reuocandum, siue quouis alio tempore vel temporis momento, qualis est pœnitentia, qua pœnitet offendisse Deum mortiferè quouis modo cum proposito saltem virtuali cōfiterendi, & satisfaciendi, quando, & vt necessum fuerit, & nunquam amplius ita offendendi, eo quod eum super omnia diligit, capitalemq; eiusdem offensam,

plusquam quiduis aliud odio dignum, odit, ut est superius hoc eo. c. nu. 22. traditum. De hoc intelligitur illud Ezechielis. c. 33. relatum in c. Ponderet. 50. dist. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Nam, ut alia omittam, si de singulis peccatis mortiferis singulae poenitendae essent, contingeret casus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia consequendi salutem aeternam, contra expressa canonum sacrorum testimonia in c. j. de Poenit. dist. 7. &c. Ponderet. 50. dist. & contra praedictum ex Ezechiele locum. Nam qui mille peccata mortalia admisisset, & solam quartam horae victurus aegrotaret, aut ad suspendium duceretur, non posset viuens concipere de illis mille peccatis mille poenitendae ad id necessarias; quo saluaretur. Nolumus tamen dicere, quod sicut eiusmodi poenitentia generalis sufficit ad remissionem omnium peccatorum obtinendam; ita etiam sufficiat ad eximendum poenitentem ab obligatione reuocandi ad memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera & species illorum quae peccauit, enumerando illa numero certo vel verisimili confessario. Dixi (Genera & species,) Quia non tenetur singulorum criminum cuiuscumque speciei, in particulari reminisci; neque etiam in indiuiduo singula detestari, id quod sentit Medina ubi supra.

26. Nono, non esse necessariam poenitentiam supra diffinitam ad condonationem venialium consequendam, neque consequenter oportet, ut poenitendo vnius venialis ad aliud extendatur, Tum quia sufficit ad remissionem venialis quicumque dolor, siue actualis, siue virtualis, quamuis non sit ita magnus, quantum exigitur ad peccata mortalia delenda, iuxta Tho. receptum. in 3. par. q. 87. ar. j. Tum quia vnum veniale remitti potest sine alio: Quia illa venialia tantummodo remittuntur, ad quae dolor ille siue actualis, siue virtualis extenditur, secundum eund. Thom. in d. q. 87. ar. 4. Caeterum, qui dubitat, an peccatum illud sit mortale vel veniale, ita debet poenitere illius sicuti esset mortale, vel saltem cum conditione, si & quatenus esset mortale, iuxta illud August. Tene certum, & re linque incertum, c. Si quis autem, de poenit. dist. 7.

S V M M A R I V M.

Contritio delet quacumque mortalia, etiam antequam quis confiteatur. nume. 27. & semper etiam ante legem gratiae fuit necessaria. num. 28. non tamen est necessario sub poena noui peccati habenda statim post peccatum. nu. 31.

Contritio in quibus casibus, & quando necessario habenda. nu. 31.

Contritio quomodo haberi potest sine memoria generali, aut particulari, alicuius peccati mortalis nondum remissi. nu. 34.

Poenitendo maior de maiori peccato bona, sed non necessaria. nu. 35. & illa quae caret debitis circumstantiis non est contritio. nu. 36.

Attritio duplex, & quae sufficit ad absoluendum poenitentem, & ad peccati remissionem addita noua quadam consideratione, contra quendam Cardinalem. n. 37.

Franciscus a Victoria Dominicanus laudatus. nu. 37.

Poenitendo tanta non est necessaria ad sacramentum Baptismi, quanta ad sacramentum

Tum Poenitentiae. nu. 38.

Attritio quae agnoscitur non esse contritio, non sufficit ad Baptisma. nu. 39.

Contritus quamuis fiat ex attritio, attamen Attritio, non fit Contritio, nisi quando defectus est extrinsecus. nu. 40.

Contritionem perficit Deus per suam gratiam, ad quam se nos possent mouere. n. 42.

Contritionis effectus. nu. 42.

Contritionem dicere non esse unam ex tribus partibus materialibus sacramenti Poenitentiae, vel attritiones esse malas, haeresis. nu. 43.

Contritionis circa materiam decem modis peccatur. nu. 43.

Frater Vincentius Iustinianus ordinis Dominicani, laudatus. nu. 43. A.

Attritio non omnis sufficiens ad absolutionem sacramentalem, illa tamen sic, quae ante illam fit contritio, vel probabiliter creditur esse contritio, vel attritio sufficiens ad illam absolutionem suscipiendam, quae sunt tria diuersa. nu. 43. B.

Sacramenta baptismi & poenitentiae per se instituta ad delenda peccata, & danda, vel restituendam vitam, & per accidens ad eandem conseruandam & augendam, sicut e contrario sacramentum Eucharistiae per se institutum est, ad conseruandam & augendam eandem: sed per accidens delet peccata, etiam mortalia, & dat vitam. nu. 43. C.

Attritionem, ut sufficiat ad sumendam Eucharistiam ante confessionem non data copiosa confessarij, oportet fieri contritionem, vel ut probabiliter putetur esse talis. num. 43. C.

Attritionem, ut sufficiat ad suscipiendum sacramentum poenitentiae, non oportet fieri antea contritionem, nec putari esse talem; sed sufficit ut probabiliter putetur esse sufficiens ad illud recte suscipiendum, & per illud consequendam veniam. nu. 43. D.

Decimo, esse iterum id quod ferè omnes asserunt, nempe frequenter per solam contritionem etiam ante confessionem & sacramentum poenitentiae actu susceptum, condonari peccata mortifera. iuxta c. Dixi. c. Magna, de poenit. dist. 1. Tho. 3. par. q. 86. ar. 2. & in 4. dist. 17. ar. 5. q. 2. a Paludano & alijs receptus, Panor. in cap. Deus qui, de Poenit. & remiss. quod & nos in praefatione de Poenit. dist. 5. diximus: Licet Gratianus in capitu. penul. §. Quibus, de Poenit. dist. 1. cum aliquot antiquioribus dubitasset; de quo tamen hodie non licet dubitare, per declarationem Concilij Trid. sess. 14. capitu. 4. Quod tamen addit huiusmodi condonationem, & reconciliationem non esse tribuendam contritioni, siue voto confessionis, quod in ea includitur: Quia talis condonatio non est credenda fieri per solam poenitentiam & dolorē inde natū, sed potius per gratiam, quam ita poenitenti donat Deus, quaeque illa poenitendo fit contritio, iuxta gl. receptam in c. Magna, & c. Conuertimini, de poenit. dist. 1. Gratia enim causa est formalis condonationis peccatorum. secundum Tho. 1. sec. q. 113. ar. 8.

Vndecimo, quod sicut in lege gratiae contingit, sola poenitentia peccata dimitti: sic et ante legem gratiae vera poenitentia remittebatur, id quod euidentiore ratione dicendum est. Certum est enim quod tunc nondum erat sacramentum poenitentiae

pœnitentiæ institutum, neq; confessio; Certum item quod etiam tunc erat remissio peccatorum etiam mortiferorum: & ita nisi illa per pœnitentiam virtutis actum & contritionem contigisset, nullatenus aliàs contingere poterat. Facit, quod licet, vt prædictum est, sine sacramento pœnitentiæ suscepto contingat remissio peccatorum, nunquam tamen illa contingit sine pœnitentia. Hæc enim pœnitentia semper fuit, est, & erit, iure naturæ, ad salutem necessaria. sicuti latè in Summa, de pœnit. dist. 5. probauimus: nullaq; necessitas excusat ab ea. Etenim, qui post lethale crimen admissum, ante mortem non est verè contritus, licet non detur illi spatium ad recolendum, & detestandum peccata sua, ob id potissimum, quia in ipsa peccati perpetracione moritur, vel subitanea morte corripitur, absq; dubio damnabitur; licet ille, qui confiteri ea non potuit, si contritionem habuit, excusetur ab obligatione confitendi, vt post & ante alios exprimit S. Anton. in 3. par. ti. 14. cap. 18. §. 2. Dixi, pœnitentia vera, non autè pœnitentia qualificata modo supradicto; nam hæc est vna ex tribus sacramenti pœnitentiæ partibus, & includit in se propositum confitendi, quod nunquam fuit necessarium ante legem gratiæ, nec lege naturali præcipitur, plusquam ipsa confessio, sicut postea dicemus, in c. sequenti, nu. 2. neq; plusquam sacramentū pœnitentiæ, quod est legis nouæ tantum, secundum omnes.

29 Duodecimò, quæstionis non mediocris esse, An possit inueniri pœnitudo, cui tota hæc nostra definitio conueniat, per quam peccata mortalia non condonentur? Scotus enim in 4. dist. 14. q. 2. ar. 2. Cardinalis S. Sixti Caietanus in 2. Tom. in materia confessionis, q. 4. aiunt posse: Tum quia iuxta eos pœnitudo prædicta diuiditur in eā quæ appellatur formata, hoc est, quam gratia Dei iustificans & condonans peccata format & ornat: & in eam, quæ informis dicitur, hoc est, quam prædicta gratia non ornat; Tum quia peccator non potest sibi suo solo libero arbitrio, sine gratia gratum faciente, quærere veniam, iuxta tria postrema capitula, de conse. dist. 4. & sess. 6. Concilij Tridentini, capi. 1. & can. 2. & glossa in cap. Magna, & c. Conuertimini, de pœnit. dist. 1. & secundum prædictos potest præfatam pœnitentiam concipere suis viribus naturalibus, quibus Deum super omnia diligere possumus. Tum quia eiusmodi pœnitudo non est vltima & immediata dispositio ad gratiam; Quoniam alioquin scire posset quis se esse in statu gratiæ sine vlla reuelatione, quippe qui scire potest se habere eiusmodi pœnitentiam, quod est contra expressa iuris & sacræ scripturæ testimonia; videlicet Eccles. 3. & capitu. fin. de purg. & contra Concilium Triden. sess. 6. c. 9. & canon. 12. Contrarium tamen videtur nobis verius, quod etiam contendit eruditissimus Catharinus lib. 5. annotat. in Caie. Quia eiusmodi pœnitudo non potest haberi sine amore Dei super omnia, qui solis viribus naturalibus sine gratia haberi nequit post Adami peccatum. vt docet beatus Tho. declaratus ibidem a Caietano 1. sec. q. 109. ar. 3. Tum, quia licet Scotus, Ocham, & Gabriel, qui eos sequitur in 3. dist. 17. q. 1. dub. 2. teneant; posse nos etiam post peccatum Adami, nostris proprijs viribus diligere Deum super omnia, addunt tamen, neminem ad eum gradum peruenire, qui gratiam Dei non adsequatur. Quin etiam subiiciunt, non solum pœnitentiam prædictam actualē,

sed

sed etiam virtuales, quæ ex amore Dei super omnia resultat sufficere, esseq; vltimam, & immediatam dispositionem ad gratiam Dei gratum facientem quærendam, ita vt nemo ad eam perueniat, quæ optimus & misericordissimus Pater sua gratia non donet. Nec obstat fundamentum alterius opinionis, videlicet, quod hanc opinionem consequitur, posse nos scire Deo esse gratos sine reuelatione speciali, Quia negamus nos posse scire, quod pœnitentiam omnibus prædictis qualitatibus ornatam habeamus, tamen id. frequenter iuste credamus.

Tertiodecimò, quod licet toto tempore quo quis se agnosceret peccato lethali mortuum, de bono consilio debeat curare, quo a tam graui morte resurgat, periculumq; mortis subitæ æternæq; euadat, iuxta illud Eccles. cap. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & iuxta Tho. & communem in 4. dist. 17. & Caiet. 2. Tom. quolib. 7. non tamen ad id tenetur, præcepto ad nouum mortiferum obligante; nisi ea temporis parte, qua occurrit memoriæ quo ad vsum, id est, veluti resoluenda, ar. reuenda facienda, vel omittenda, iuxta communem. Imò neque tunc, ob ea per quæ id affirmavit Adrianus in 4. de Confess. q. 3. & Card. S. Sixti in d. quolib. 7. & ob ea, quæ nos eis addidimus in 3. par. gl. Summæ, de pœnit. dist. 5. quicquid Catharinus vbi supra dicat de Caietano, quod secum pugnat in eo, quod facile potuit eum excusare si voluisset; & hoc est tenendum. Quoniam sicut alia præcepta affirmatiua de baptismo suscipiendo, & confessione facienda non obligant sub pœna noui peccati, nisi pro tempore necessitatis; ita per consequentiam præceptum affirmatiuum de se conuertendo non obligat nos sub pœna noui peccati mortalis, nisi in articulo necessitatis: in illo vero, sic. Quamobrem ad prædictam pœnitentiam concipiendam tenebimur imminente articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrandi suscipiendique sacramentum aliquod, secundum omnes, Imò etiam instante populi necessitate aliqua grandi, cui absq; orationis feruore prouideri nõ posset, secundum Adrianum vbi supra.

Quartodecimò, quod licet saluberrimum consilium sit, vt totiens concipiamus pœnitentiam omnium peccatorum mortalium, tam semel contritorum, quam aliorum, quotiens ea nobis occurrerint; non tamen est præceptum quod nos obliget ad eam habendam bis speciatim de eodem. Quia Deus non iudicat bis in idipsum. Naum, 1. c. At si, de Iudi. tamen teneamur, ne vnquam nobis illud placeat actu, vel virtute, Quoniam licet illa noua (vt ita dicam) complacentia non suscitaret illam priorem culpam, quæ iam deleta fuit: producit tamen nouam ei similem, ar. c. Notum. 2. q. 1. & c. 1. de offi. dele. c. Sicut tribus gradibus, de pœnit. dist. 1. & c. Sed pensandum, 6. dist. Vnde licet illud aliquorum consilium, vt peccata præterita etiam bene confessâ frequenter ad memoriam reuocemus, quo melius illa iterum atq; iterum detestemur, & veluti quendam myrrhæ manipulum, id est, Sanctæ tristitiæ de illis faciamus, plurimum probè quoad peccata, quæ suapte natura tristitiam, metum aut terrorem incutiunt, nõ tamen crediderim eos intellexisse de illis quorum refrectata memoria ad illicitam delectationem instigat: Qualia sunt peccata carnis, magni cuiusdam honoris & lucri

& lucri temporalis; quinimo consultius existimarem, eorum nūquam amplius in particulari meminisse, nisi quando opus est semel illa confiteri cum debita contritione, vt rectè insinuat frater Ludouicus a Granata Dominicanus, vir vita & doctrina concionator omnibus numeris absolutus, in eo libro admodū sancto & celebri, quē de oratione composuit; vel quando appetitus carnis sunt probè mortificati per vehementem aliquam contemplationem, aut orationē, siue per eximiam quandam abstinētiā, siue per morbos, aut dolores: Quoniam delectabile in particulari consideratum ad sui desiderium allicit, iuxta Aristot. 3. Ethic. Tho. quolib. 1. ar. 9. & dicemus infra c. 9. & hoc in specie sensit idē Tho. in opus. 64. §. Sciendum.

33 Quintodecimo, magnæ prudentiæ sanctiq; consilij esse, curare, vt post peccatum admissum, quā citissime nos eius pœniteat, cum per id etiam ante confessionem in Dei gratiam redeamus, adeo quidem, vt fieri posset, vt ceteris quis peccauerit mortaliter per totum anni ab vltima confessione spatium, qui tamē vix quatuor horis sine Dei gratia manserit, eo quod singulorum pœnituerit simul ac admisit. Quo circa, multi simplices sunt merito instituendi, existimantes eos qui mortaliter deliquerunt semper esse in crimine quousq; confiteantur: Nam vt supra declarauimus, ad hoc vt a peccatis resiliant, satis est eis habere dolorem illum eximium supra definitum, quāuis remaneant obligati adhuc ad confessionem. Cæterum, cum huiusmodi homines rarè, vt potè rudiores, doleant vt dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt, vti nos in repet. §. In Leuitico, de pœnit. dist. 1. notab. 18. nu. 5. diximus, Ideo sanctissimum esset consilium, eos inducere ad confitendum frequenter, & saltem in tribus festis Paschalibus, & in festo Assumptionis Deiparæ Virginis. Eo etiam respectu conducit maximè subito post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum quæ ante confessionem fiunt, iacturam faciamus, quæ quidem perirent, nisi adesset confessio. Nam opera quantumcunq; moraliter bona, si fiunt in statu peccati mortalis, absque dubio pereunt & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam & gloriam promerendam. 1. ad Corint. 13. c. Nihil, de conse. dist. 5. Licet quoad alia non parum profint, iuxta glossam c. Quod quidam, de pœnit. & remiss. c. Quærat. §. Quod autem, de Pœnit. dist. 3. in quibus tribus locis aliàs latè id tradidimus, & in Repe. c. Quando, de consec. dist. j. cum in multis locis, tum in additione. Tradit etiam post alios Maior in 4. dist. 14. q. 2. vt inferius. c. 27 nu. 2. explicatur.

34 Decimosexto, quod quicquid dicat Antonin. 3 par. tit. 14. cap. 18. in principio tenendum est, quod peccator licet neque generatim, neque speciatim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati, posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo pœnitentiam modo supradicto qualificatam. Nam aliter sequeretur, eum qui alicuius peccati mortalis nondum remissi recordari non posset, esse extra statum salutis, contra. c. 1. de pœnit. dist. 7. & capi. Ponderet. 50. dist. Et quāuis responderi posset in tali casu, amorem Dei super omnia, sufficere, vt Gabriel insinuauit in 3. dist. 27. q. 1. replicari tñ posset quod iā supra nu. 10. dictum est, eiusmodi amorem esse contritionē virtualem.

Decimo-

Decimoséptimo, quod licet de grauiori peccato grauior requiratur pœnitentia siue pœnitudo, hoc tamen est intelligendum de consilio & honestate, arg. c. Tempora. 26. q. 7. secundum Tho. Palud. & Communem in 4. dist. 17. non autem de necessitate, arg. c. Talis, de Pœnit. dist. 3. quoniam diffinitio supra posita nihil tale requirit, & quia secundum mētem communem doctorum, quam explicat Maior in 4. dist. 14. q. 1. & dist. 17. q. 1. Pœnitudo circumamicta circumstantijs debitis & supradictis, quantumcunque sit remissa, breuissimoque tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluenda quantum ad culpam, & ad permutandam pœnam æternam inferni in temporalem purgatorij, contra sententiam Scoti in dicta dist. 14. q. 2. ar. 2. quæ hodie communiter relinquitur. Dixi, (*Cum debitis circumstantijs*) quoniam si ego alienum retineo, & potens restituere, non restituo, vel est mihi odium mortale, quod ab animo nō expello, vel si non relinquo sodalitia & occasiones valde propinquas peccandi mortaliter, vel etiam si non peruenio ad concipiendum propositum actuale, quo mallem potius mori, quā mortaliter delinquere: non habeo veram talē pœnitentiam, neque proinde consequor remissionem.

Decimoséptimo, quod pœnitentia de peccatis imperfecta, quam neq; debita 36 circumstantiæ, neque qualitates prædictæ ornant, poterit nuncupari attritio, non autem contritio. Est autem illa secundum Caietan. in secundo Tomo. q. 1. de contrit. & q. 5. de confessione duplex. Altera eorum quos pœnitet mortaliter peccasse, vellentq; non peccare, sed non omnino statuunt a peccatis abstinere. Altera eorum quos pœnitet peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum vt rem supra alia omnia detestabilia detestandam, neque reputando ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimo etiam pœnitudo illa, quæ a nobis fuit supra definita, & quam habent illi, qui detestantur peccatum supra omne detestabile, ipsumq; vitare proponunt, supra omnē aliud meritò vitandum, est attritio, (vt ipse arbitratur) quousque dominus Deus, propter suam misericordiam, gratiam suam impertierit; sed est alterius speciei secundum eundem, appellaturq; contritio informis. At secundum opinionem communem, quam supra nu. 26. sumus sequuti, cuiuscunq; habenti eiusmodi pœnitentiam Deus pro sua misericordia statim elargitur gratiam, & subinde non inuenitur sine gratia. Prima species prædictarum attritionum non sufficit, vt per eam solam remittatur peccatum, imò neque per eam 37 & absolutionem sacramentalem simul. Quinimo peccat, qui cum ea petit aut accipit absolutionem. Idem est dicendum de illa pœnitentia, quam aliquis concipit ob id solū, aut saltem principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut vtilitatis temporalis, aut propter metum infamiæ, laborum, pœnæ temporalis, aut æternæ: quāuis talis pœnitentia, non sit peccatum, neque malum opus, (vti quidam dixerunt,) imò potius est laudanda; nisi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel a peccato non cessaret, nisi eiusmodi malum vel metus intercederet; Quoniam hoc iam esset nouum peccatum adiungere. c. Si propterea, & c. Si cui, de Pœnit. dist. j. vti supra nu. 11. diximus. Secūda etiam species attritionis non sufficit secundū eūdē, vt propter

propter illam remittantur peccata, etiam adiuncta absolutione sacramentali, licet sufficiat ad ipsam absolutionem licite exposcendam, recipiendamq; absq; ulla culpa, & ad hoc vt illa sic sit valida, vt non teneatur reiterare confessionē, imò etiam ad obtinendum effectum sacramenti, quando pœnitens prædictam pœnitentiam fuerit consequutus. Ab hac opinione Caietani propter eius auctoritatem, & quia ei a nemine contradicitur, hucusq; nunquam fui ausus discedere: sed nunc, sub debita censura, videtur eum qui iure & ex animo pœnitet peccasse mortaliter, & statuit in posterum nunquam peccare, ob id principaliter maximè quòd peccatum est offensa & iniuria Dei, & credens sine crassa ignorantia, suum dolorem esse in id sufficientem confiteretur sacerdoti, recipitq; sacramentalem absolutionem, non solum satisfacere confessionis præcepto, (sicut ille dicit) sed etiam gratiam & misericordiam a patre gratiarum & misericordiarum consequi: Quoniam nullæ scripturæ sacræ expressè habent esse necessarium concipere peccatum, tanquam quid maximè omnium vitabile, & detestabile: Solum enim habent, Pœnitentiam agite, Math. 3. & Luc. 3. Pœnite mini, Marci 1. & actorum, 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, Luc. 3. & capi, Consideret. §. si. de pœnit. dist. 5. In quacunque die conuersus fuerit peccator, iniquitatem eius amplius non recordabor. Ezech. 33. & c. Ponderet, 50. dist. Conuertimini, Iohel. 2. & c. Conuertimini, de Pœnit. dist. 1. Scindite corda vestra, Iohel. 2. & c. Scindite, de Pœnit. dist. 1. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā Dño, & tu remisisti impietatem peccati mei, Psal. 31. & ca. Dixi, de Pœnit. dist. 1. Nullū præterea Cōciliū, neq; Summus Pontifex, neq; quisquam ex tot sanctis doctoribus in Decreto citatis, eo mō interpretatus est, quod iā diu Concilium Florentinum sub Eugenio 4. in Decreto de Sacram. & denuo Tridentinum in 14. sess. sub Iulio 3. c. 4. explicatius dixerunt: Nempè, fore necessarium dolere de peccatis admissis, cum firmo proposito amplius non peccandi, & cum expectatione veniæ: neque adhibent huiusmodi reflexiones, comparationesq; difficiles paucissimis cognitæ, & paucioribus vītatæ. Quinimo beatus Augustinus, in c. Si quis autem. 2. de Pœnit. dist. 7. constituens differentiam inter conuersum & versum, dicit, versum esse qui timore pœnæ cōpulsus abstinere a peccato. Conuersum autem eum vocat, qui solummodo, vel saltem principaliter propter Dei amorem a peccando supersedet, & quia ipsum pœnitet offendisse Deum. Accedit ad hoc, quòd pauci collatione aliorum sunt confitentes, qui ab institutione confessionis in nostra tempora id fecerunt, vel faciunt id, quod ille requirit, & pauciores confessarij, qui id suaserunt, vel suadent, Imò nostro iudicio Concil. Tridentinum sess. 14. sub Iulio 3. capi. 4. satis apertè hoc quod dicimus intellexit, Quocirca recreat nos audiuisse fratrem Franciscum de Victoria Dominicanum, virum profectò pijsimum clarissimumq; doctorem, qui Hispanias rara illa sua theologica eruditione præsertim sacramentali, & morali præ suis antecessoribus illustrauit, id ipsum asseruisse: Quin etiam, quantum intelligo, idem sentit D. Dominicus Sotus, lib. 2. de nat. & gratia c. 15. asserens illud quod in sequenti corollario continetur, quod hoc confirmat. Ex quibus omnibus constat, quam utilis & secura res sit homini pœnitenti confessio.

Decimononò,

Decimononò, infertur ad illam magnam differentiam, quam idem magister Sotus inter pœnitentiam peccatorum ad baptismum necessariam, & inter eā, quæ necessaria est ad sacramentum pœnitentiæ, videlicet, quòd ad baptismum sufficit quæcunque penitudo, & detestatio peccati cum cessatione a peccando, ita quòd sit extra propositum peccandi, quòd non iuuat eum peccasse, id quod ait sentire Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 6. Quinimo addit vbi supra. volenti baptizari satis esse quantulancumq; attritionem, vt baptismatis sacramentum illi possit conferri; Quamuis manifestum sit, illam non esse contritionem: Ad sacramentum tamen pœnitentiæ exigi pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & quod est offensa eius, & quòd a pœnitente putetur esse contritio, vel saltem non credatur non esse contritio: aitq; sibi videri Concilium Tridentinum, prædicta sess. 6. cap. 14. & sess. 14. sub Iulio 3. cap. 4. id sensisse: Per quod plurimum corollarium præcedens corroboratur. Hæc tamen doctrina licet satis bona videatur quantum pertinet ad sacramentum pœnitentiæ: Quantum tamen pertinet ad sacramentum baptismatis, noua mihi admodum visa est; qua parte habet, qualemcumq; pœnitentiam, (etiam si agnoscat non esse contritio) adiuncta cessatione a peccatis satis esse ad baptismum suscipiendum. Quoniam Augustinus relatus in aliquot decretis expressè ait, hominem peccati mortalis reatu implicitum nunquam Dei gratiam assequuturum, nisi cum veteris vitæ pœnituerit. Nam in cap. Firmissime. 14. q. 1. ait. Nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic a malo fuerit per pœnitentiam fidèq; conuersus, & per sacramentum fidei & pœnitentiæ, idest per baptismum liberatus. & paulò inferius. Maioribus opus est de malis suis pœnitentiam agere, & loquitur de pœnitentia ante baptismum. & capitu. Omnis, de conse. dist. 4. ibi. Nisi quem pœniteat veteris vitæ, non potest nouam inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt. & in capitu. sequenti. ibi. Agant homines ante baptismum pœnitentiam, &c. Id ipsum eisdem penè verbis affirmat Ambrosius in c. 1. & 2. de Pœnit. dist. 3. Quin & alij omnes in alijs locis asseuerare solent, his qui post baptismum in peccatum prolapsi sunt necessariam esse pœnitentiam. Petrus èt Apostolus actorū. 2. sic ait. Agite pœnitentiā, & baptizetur vnusquisque vestrum. Vbi non videtur de quacunque pœnitentia intellexisse, sed de illa, quæ concipitur propter amorem Dei, & eo quod peccatum est ipsius offensa. Et quamuis Concilium Tridentinum sess. 6. can. 6. dicat, sufficere aliquod odium & detestationem, addit tamen esse necessariū, vt talis sit pœnitentia qualis ante baptismum exigitur, non autem explicat quænam illa sit, & consequenter relinquit antiquæ interpretationi. Quapropter sub debita correctione, ego semper consulerem his qui infideles aliquos adultos baptizant, siue apud nos, siue apud Indos, vt prius illos inducant ad pœnitentiam peccatorum mortiferorum, eo quòd illis offenderunt Deum, quem super omnia amarè, & honorare debuissent. Nec auderem asseuerare, quòd liceat eis baptizare illos, quamuis videant eos non pœnitere ob amorem Dei, sed ob aliàs causas. Quin affirmo, perperam agere illos, qui (vt fama est) baptizant Indos antequàm videant eos habere pœnitentiam, quæ videatur contritio, eo quòd

c. magis
de

quod petunt baptismum eo respectu principaliter, quod pileus vel alia ludi-
era illis donantur, licet aliquam poenitentiam suae malae vitae leuem & imbec-
cillum conceperint, ob aliquot causas, quae amore Dei nequaquam nituntur. Vi-
detur tamen nobis posse aliam assignari differentiam inter poenitentiam ad ba-
ptismum suscipiendum necessariam, & illam, quae ad sacramentum poeniten-
40 tiae necessario requiritur, videlicet, quod ad baptismum sufficit poenitentia seu
poenitudo generalis peccatorum omnium mortalium totiusque vitae male tran-
sactae, adducendo ad summum aliqua in memoriam particulariter non descen-
dendo ad omnes eorum species. Qua praxi videtur usus fuisse diuus Petrus er-
ga eos, quos primos in festo Pentecostes, Actorum ca. 2. in fine, legimus bap-
tizasse. Ad recipiendum vero sacramentalem abolutionem, ultra hoc etiam opus
est, omnes species peccatorum recollere, & speciatim de illis omnibus poenire-
re, licet in indiuiduo non teneatur sigillatim de singulis cuiuslibet speciei po-
enitere dolereque, vt supra nu. 25. dictum est.

41 Vigesimo, quod quamuis virtute sacramenti attritus fiat contritus, ipsa ta-
men attritio non efficitur contritio, secundum S. Tho. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 2. Li-
cet iuxta Scotum. in 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. quem ex parte sequitur Caietan. vbi su-
pra, postea superueniente Dei gratia fiat contritio. Possunt tamen conciliari in-
telligendo illud Thomae de attritione quae non est contritio propter defectum
intrinsicum ex parte obiecti, & scopi, qui esse debet Deus ipse, vel amor eius-
dem. Quia videlicet ille dolor non concipitur solum nec principaliter propter
amorem Dei, vel eo quod peccatum est eius offensio vel iniuria, sed solum, vel
tantum, aut principaliter propter damnum, quod ipsi ex eo contringit, vel timer
sibi in hac vel in futura vita postea euenturum. Nam huiusmodi attritio, nun-
quam efficitur contritio, licet ad eam ducat. Intelligendo autem Scotum eius-
que sequaces, qui contrarium opinantur, de illa poenitudine, quae est attritio &
non contritio, non ob defectum illum intrinsicum ex parte obiecti, sed ob
aliam causam extrinsecam, qualis est defectus gratiae, vel propositi de ab-
stinendo, &c.

Vigesimo primo infertur, non esse nimis firmum illud Io. Maioris in 4. dist.
17. q. 3. videlicet. Neminem esse adeo imprudentem, qui tempore quo peccata
sua confessario confitetur, non illa detestetur formaliter aut virtualiter, non esse
se, inquam, nimis firmum, quia inde sequeretur, quemlibet confitentem habe-
re iustam contritionem, quod est contra duo praecedentia corollaria, & dicta
in principio huius capituli, Scotus autem in 4. dist. 14. q. 2. ar. 2. non ita laxè lo-
quitur circa hoc ac quidam aiunt, imò secundum eum, nulla poenitudo mo-
mentanea sufficit ad remissionem peccati. Quamuis iuxta communem, quam
sequuti sumus supra, sufficiat.

42 Vigesimo secundo, quod causa contritionis ex parte Dei est eius gratia & mi-
sericordia, ex parte vero nostra sunt sex, quae secundum Raymundum relatum
per Antonin. 3. par. ti. 14. c. 18. §. 5. disponunt ad gratiam obtinendam: scilicet.
Memoria peccati, pudor ex peccato proueniens, Vilitas eius, Timor iudicij di-
uini; Meditari, quod per illud caelestem gloriam amittimus, nostrumque creato-
rem

rem offendimus: Spes veniam consequendi, & gratiam amissam recuperandi,
perueniendique ad foelicitatem eternam. Conducit etiam maximè ad hoc, co-
siderare, quod sicut in c. Fratres, de poenit. dist. 5. nu. 96. diximus, qui mortali-
ter delinquit, in effectu Deum se proijcit, sicque illum tractat ac si non esset vlti-
mus finis, & subinde ac si non esset summus Deus. Reputareque secum & rumi-
nare, quidnam faceret vt à Rege veniam impetraret, si eum negasset esse suum
Regem: & quod si semel Rex illi veniam concederet, quantum sibi caueret in
posterum, ne iterum ante ipsius oculos in eandem rebellionem prolaberetur,
certò sciens à Regis voluntate & nutu pendere vitam suam, sicuti nostra pen-
det à Deo, &c.

Vigesimo tertio, quod effectus contritionis est non solum delere peccatum 43
quantum ad totam culpam, veluti ex supradictis. nu. 27. constat, per c. Dixi, &
c. Magna, de Poenit. dist. 1. verum etiam extenditur ad remittendam aliquam pe-
nae temporalis portionem, in quam aeterna commutatur secundum S. Thom.
communiter receptum in 4. dist. 17. non tamen abolet vt plurimum totam pe-
nam. Quod nos ex Extrauaganti, Vnigenitus, de poenit. & remis. not. 12. nu. 1.
repetit. §. In Leuitico, de Poenit. dist. 1. abunde collegimus; vbi de culpa & pena
copiosè disputauius. Dixi, (vt plurimum) Quia nonnunquam tanta est contri-
tio, vt totam poenam remittat, iuxta glos. c. Mensuram, de Poenit. dist. 1. & glo.
c. Deus qui, de Poenit. & remis. & glo. Extrauag. 1. de Poenit. & remis. nunquam
tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum, secundum oium sententiam.

Vigesimo quarto, quod sanctissime à Concilio Tridentino, sess. 14. sub Iulio
III. cap. 3. & 4. diffinitum est: Haeresim esse dicere, Poenitentiam, siue poeniten-
tiam, siue contritionem non fuisse omni tempore ab orbe condito necessariam
ad culpae mortalis condonationem: Dicere item, Contritionem non esse vnam
ex tribus partibus, quas sibi tanquam materiam substernit Poenitentiae sacramen-
tum: Dicere item, esse malum & non bonum examinare conscientiam ad
faciendam peccatorum memoriam cum ipsorum detestatione, & emendatio-
nis proposito: quamuis ad gradum integrae contritionis non ascendat: Dicere
item, non esse de fide, Contritionem non solum includere in se cessationem à
peccando, & propositum, nouam bonamque vitam inchoandi, verum etiam de-
testationem & dolorem de peccatis commissis & vita praeterita, Tum etiã pro-
positum illa confitendi tempore debito cum spe obtinendi veniam & miseri-
cordiam, licet, vt supra eod. cap. nu. 15. diximus, sufficiat propositum virtuale
circa hoc, quando defectus temporis vel inconsideratio inculcata fuerit in causa
vt non habeatur formale. Dicere ite, Contritionem iustam non esse necessariam
in lege gratiae ad deletionem culpae mortalis post baptismum admissae.

Hoc loco admoneo admodum Reuerendum & eruditissimum Patrem Vincetium A
Iustinianum Illustrissimi ordinis Dominicani, & in Academia Valentina Sanctae
Theologiae Gymnastam egregium, misisse ad me iustum libellum continen-
tè circiter 50. dubia, circa totidem loca manualis huius in publicam utilitatem de-
claranda, (cui ob ea maximas gratias ago, quemque post hac breuitatis ergo P.
Vinc. appellabo.) Singula dubia singulis suis locis declaraturus. Quorum
F primum

primum est, quòd ait me docere in hoc c. nu. 35. Ad recipiendam absolutionem non sufficere attritionem cognitam.

Contra quòd ratio dubitandi prima est, quòd sacramentum pœnitentiæ est institutum ad suscitandos mortuos, & consequenter non oportet, vt uiuat is cui ministratur, aut putet se viuere, Imò magis putet se esse mortuum.

Secundo, quòd regenerandum per Baptismum non oportet esse ante illum regeneratum, ergo nec restituendum per pœnitentiæ sacramentum, oportet ante illud esse restitutum.

Tertiò, quòd S. Thom. 3. par. q. 80. art. 4 ad secundũ ait, sacramentum pœnitentiæ esse medicinam pro infirmo febricitante, Eucharistiam verò pro infirmo liberato à febre.

Quartò, quòd ex nostro dicto sequeretur tantam dispositionem esse necessariam ad sacramentum pœnitentiæ, quantam ad Eucharistiam, quod ait esse contra Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. significans grandem in hoc esse differentiã inter sacramentum pœnitentiæ & Eucharistiã.

Quintò, quòd sequeretur Theologos esse miseros Rusticos, qui non tam facile agnoscunt attritionem à contritione differentem.

Sextò, quòd prædictum Concil. vbi supra, apertè docet per sacramentum pœnitentiæ dari gratiam attrito, quod non docet de Eucharistia.

Septimò, quòd sufficit attritio qua quis efficaciter statum peccati relinquit propter pœnas inferni.

B Quæ rationes dubitandi salua eius, & cuiusuis alius sanius sentientis censura, sic diluuntur. Primò quidem, generaliter respondendo, quòd ego non dixi, quod ille ait in d. nu. 35. quamuis ex eo colligatur tacitè quòd multæ sunt attritiones, quæ non sufficiunt ad prædictam absolutionem, quod est de fide, talis enim est pœnitudo eius, quæ multis irretitũ peccatis, vnus tantũ pœnitet, & pœnitudo præteriti sine proposito actuali vel virtuali vitandi futura, vel restituendũ malè parata, per c. Pœnitentia, de Pœnit. dist. 3. & c. Falsas, de Pœnit. dist. 5. Cum multis quæ ibi adduximus. Et quod licet in nu. 38. videor approbare egregium Doctorem Sotum, quatenus ait in lib. 2. cap. 15. de Nat. & gratia, quòd ad suscipiendum sacramentum pœnitentiæ requiritur attritio, quã putet pœnitens esse contritionem, vel non putet non esse contritionem, tamen id longè differt ab eo de quo dubitatur, vt palam est: Et quòd mea in hac re sententia est, necessariam esse ad suscipiendum prædictum sacramentum attritionem, quã pœnitens putet expresse vel virtualiter sufficere ad accipiendam absolutionem, per quam condonentur ei peccata, quamuis non sit vera contritio nec putet eam esse contritionem, quæ sola in id sufficeret sine absolutione.

C Secundò respondetur in specie ad primam, secundam, & tertiam rationem dubitandi, quòd dictum Thom. citatum ab eo in effectu habet pœnitentiæ sacramentum per se ordinari ad dandam vitam & sanitatem: Eucharistiam verò ad confirmandum, & augendum eas, licet hæc per accidens viuificet, & sanet, & illa per accidens conferuet, & augeat. Nam Eucharistiam per accidens ordinari ad dandam vitam delendo peccatum mortale ipsemet Tho. in hoc ab omnibus

omnibus receptus expresse ait in d. 3. parte q. 79. ar. 3. ad 2. & palam est etiam sacramentum pœnitentiæ conseruare & augere vitam, non delendo peccata mortalia, quotiens ministratur habenti sola venialia, vel sola mortalia aliàs legitime confessã & deleta secundum omnes: secundum: quos eosdem idem facit Baptismi sacramentum collatum perfecte contrito cum proposito suscipiendi baptismum, & iam per gratiam viuificato, nullam enim culpam mortalem nec pœnam æternam ei condonat. arg. c. Baptismi vicem, & multorum aliorũ, de consec. dist. 4. & c. Debitum, de baptism.

D Ad quartam respondetur negando quòd tanta dispositio requiratur ad sacramentum pœnitentiæ, quanta ad Eucharistiã, quia ad Eucharistiã non solum requiritur attritio, sed etiam confessio, quamuis deficiente copia confitendi, alicuiusmodi attritio sufficiat, vt per eius sumptionem dimittatur mortale; & fiat quis de attrito contritus, vt colligitur ex Tho. in prædicto art. 3. Tamè communicaturum oportet putare se esse verè contritum, quod non oportet facere confessurum, quia satis ei est, quòd probabiliter credat, quòd habeat contritionem vel attritionem sufficientem ad absolutionem sacramentalem.

Ad quintam, quòd nil prohibet Theologos teneri ad multa, ad quæ non tenentur alij, per ea quæ supra scripsi in Præluoio i. nt. 10.

Ad sextam, quòd nil contra hoc facit c. 4. sess. 14. Concil. Triden. quia licet apertè doceat per sacramentũ pœnitentiæ dari gratiã alicuius modi attrito, nõ tamè docet dari cuilibet attrito, aut nõ dari alicuius modi attrito per Eucharistiam, quia id esset dãnare Tho. vbi supra ab omnibus catholicis receptum.

Ad septimam, quòd (quicquid alijs videatur) ego non arbitror sufficere ad absolutionem sacramentalem, attritionem siue pœnitudinem, qua peccator cessat à peccato propter solam pœnam inferni, quatenus pœna est, si nullus actualis, vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus est ipsius offensa, eam commitetur, per dicta supra in numeris prædictis, præsertim 39.

Ex supradictis colligitur, quòd mortaliter peccat circa contritionem, si iusta in id ignorantia vel simplicitas non excuset.

Primò, qui negat illam esse vnã de tribus partibus quasi materialibus sacramenti Pœnitentiæ, supra nu. 43.

Secundò, qui credit eam non fuisse necessariam etiam ante Christi aduentum ad culpæ mortalis deletionem. ibidem.

Tertiò, qui credit non esse necessariam in lege gratiæ, ad deletionem culpæ mortalis post baptismum admissæ. ibidem.

Quartò, qui credit nullam pœnitudinem peccatorum præteritorum esse necessariam ad deletionem culpæ mortalis ante baptismum admissæ. ibidem.

Quintò, qui credit prædictam contritionem non prodesse ad delendam culpam mortalem. ibidem.

Sextò, qui credit ad iustam contritionem sufficere voluntatem recedendi à mala vita, & inchoandi bonam sine detestatione & dolore vitæ præteritæ. ibidem.

Septimò, qui credit non esse bonum, imò esse malum examinare conscientiam recogitando, & detestando, & atterendo per partes peccata sua, si nõ perueniatur ad iustum gradum contritionis, qua condonantur peccata, etiam si absit aliàs affectus peccandi. ibidem.

Octauò, qui non cupit iustam contritionem peccatorum mortalium nõdũ condonatorum tempore mortis probabiliter instantis, siue cùm mors probabiliter instat, ob morbum, naufragium, prælium, partum, vel vim hominum, vel ferarum, vel ob aliam quamlibet causam. nu. 27. supra eod.

Nonò, qui tempore sumendi Eucharistiam vel aliud quodcunque sacramentorum non concipit iustam pœnitentiam, vel pro tali habitam peccatorum mortalium nondum condonatorum, ante illius sumptionem, supra eod. nu. 31. & latius in 3. parte glossæ Summæ, de Pœnit. dist. 5.

Decimò, qui ante iustam pœnitentiam vel pro tali habitam mortalium nondum remissorum, administrat aliquod sacramentum. ibidem.

Cap. Secundum de Confessione, secunda parte pœnitentiæ, eius que diffinitione, qualitatibus, et origine.

S V M M A R I V M.

Confessio sacramentalis, quid. nu. 1.

Confessio non fuit inducta iure natura. nu. 2. sed diuino iure CHRISTI D. N. num. 3.

Confessio facta laico non est sacramentalis. nu. 4.

Confessio sacramentalis quas exigit conditiones, et quod multi confessarij et pœnitentes errant, peccata generaliter et non satis specificè exprimentes. nu. 5.

Confessio quo tempore faciendâ sit lege diuina, et quo lege humana. nu. 6. et quo extra tempus præscriptũ maximè ante cõmunionẽ, vel post eam. nu. 7. 8. 9. et 10.

Confessionem sacramentalem non fuisse institutam et præceptam à Domino nostro, vel non esse nos obligatos ad confitendum omnia mortalia, vel circumstantias, que mutant vnã speciem peccati in aliam, asserere, hæresis. nu. 10.

Confessionem circa sacramentalem 13. modis peccatur. nu. 10.

I **S** E C V N D A pars sacramenti pœnitentiæ est vocalis sacramentalisque confessio, quam recentiores auricularem appellant, quòd in aurem secreta fiat. Quam (addentes aliquid recentiorum diffinitioni, præsertim Gabrielis in 4. dist. 17. q. 1.) in hunc modum possumus diffinire: Confessio est peccatoris accusatio secreta de suis peccatis corã proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluat. Dixi (Accusatio), pro genere, quia omnis diffinitio ex genere & differētia sufficienti constat. l. 1. vbi Bar. ff. de testa. quẽ & alios in rubri. de præb. citamus; & ad differētiã accusationũ, & confessionũ iudicialiũ, vel quæ accidunt extra iudiciũ, quæ

quæ quidem non gratia seipso accusandi, sed propter fines alios fieri solent, tit. de Confess. ff. C. Decret. & li. 6. Dixi (Secreta) tum ad excludendam generalem illam, publicamque confessionem, quæ fit in principio aut medio missæ, vel aliàs sæpissimè. Tum ad insinuandum, quòd non est necessarium, vt fiat publicè, vel aliquo tertio audiente, quamuis etiam alijs audientibus facta valere possit, vt infra eod. nu. 5. Dixi (De suis peccatis) ad reijciendam illam, qua quidam se de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accusant, ca. Omnis, de Pœnit. & remiss. ibi, peccata, & ibi, sua. Dixi (Coram sacerdote) ad excludendam illam, quæ fit alij quàm sacerdoti: Quoniam illa sacramentalis non est, dicto c. Omnis, ibi, Sacerdoti, & clarius in Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. & 6. Dixi (Proprio) idest habenti iurisdictionem in foro conscientiæ, su præ illum, qui se ipsum accusat, dicto c. Omnis, ibi, proprio, Nam illa quæ fit alij, non est sacramentalis; si quidem absolutio ab illo, qui non est sacerdos, vel à sacerdote, qui non est proprius facta, non est sacramentalis, infra c. 2. nu. 11. Dixi, (Ut ab illis absoluat) quoniam, quæ fit propter alium finem, non est sacramentalis accusatio, cùm essentia sacramenti pœnitentiæ in absolutione consistat, vt ibidem, & in c. Sacrificium, de consecrat. dist. 2. diximus latè.

Ex hac diffinitione infertur primùm, illam Domini confessionem Matth. 11. dicentis, Confiteor tibi pater, &c. & alias multas confessiones huiusmodi, quarum in multis psalmis fit mentio, non fuisse sacramentales, imò potius Dei laudes, non autem accusationes proprias.

Secundò infertur, quòd confessio hæc non fuit à iure naturali inducta, cùm post aduentum Redemptoris nostri omnia sacramenta nouæ legis initiũ habuerint. iuxta sententiam omnium in 4. dist. 1. & nuper expressit concilium Trident. sess. 7. can. 1. declarans hæreticum eum, qui contradixerit: & ita consequenter post CHRISTI aduentum incœpit sacramentalis confessio, quæ est altera pars sacramenti pœnitentiæ, vt prædictum est supra c. 1. & Prælud. 10. At qui ius naturale ab exordio creaturæ rationalis cœpit esse 5. dist. in princip.

Tertiò, quòd sacramentalis confessio (sicut in glossa Summæ, de Pœnit. dist. 5. latè diximus) non fuit inuenta nec instituta in paradiso terrestri, vt quidam relati ab eadem glossa dixerunt; neque à Iosue, vt alij in eadem glossa relati, neque à Iacobo Apostolo, vt alij ibidem relati, neque ab ecclesiæ consuetudine vt ipsamet glossa solennis à Canonistis ibi, & in c. Omnis, de Pœnit. & remiss. cõmuniter recepta videtur innuere: Imò à IESU CHRISTO Redemptore nostro. Si quidem ex ista diffinitione colligitur, istam confessionem sacramentalem esse partem substantialem ipsius sacramenti. Nullus autem præter Deum potest instituere sacramentum, neque partem aliquam essentialiter ipsius, iuxta Tho. in 3. par. q. 64. ar. 2. & communem opinionem in 4. dist. 17. vt latius diximus in prima parte glossæ summæ, de Pœnit. dist. 5. id quod etiam satis explicuit Concilium Trid. vbi supra, & in sess. 14. cano. 3. declarans id fundari irrefragabiliter in illo Io. 20. Quorum remisistis peccata remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt, vt inducit Scotus in 4. dist. 17. q. 1. ar. 1. quem & alios in hoc citauimus in dicta glossa summæ, de Pœnit. dist. 5.

- 4 Quartò, quod confessio facta homini laico, non est sacramentalis, subindeq; suo tempore & loco repetenda est, secundum omnes in 4. dist. 17. c. Quem pœnitet, de Pœn. dist. 1.
- 5 Quintò, quod huiusmodi confessio sacramentalis, & auricularis, vt legitima sit, sexdecim conditiones sibi vendicat: quæ his versibus continentur.

*Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, & lachrimabilis, accelerata,
Fortis & accusans, & sit parere parata.*

Quæ quidem explicantur a S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 3. q. 4. & S. Antonio in 3. par. ti. 14. c. 1. & 2. nosq; etiam in c. Fratres, de Pœnit. dist. 5. a nu. 2. in 106, illas vtilius elucidauimus: quorum summa est, quod (simplex) insinuat quod sit sine plica generalitatis vel disunctionis verborum; sic vt confessarius peccatū ita intelligat, vt possit discernere an sit mortale, vel veniale. Circa quod plurimi grauiterrime errant, dum confitentur se toties inordinatè bibisse, comedisse, loquutos fuisse, iocatos fuisse, subsannasse, maledixisse, contendisse; Cū enim omnia hæc possint esse tam peccata venialia quàm mortalia, confitens deberet magis in specie rem ipsam declarare, id quod si ille non aduertit, debet ipsum confessarius interrogare, an quidpiam, & quot horum dicta vel acta fuerint cum notabili Dei irreuerentia, vel sanctorum, vel Ecclesiæ, aut sacramentorum & religionum, vel cum notabili aliquo nocumento salutis spiritualis, aut corporalis, honoris, famæ, vel rei, siue ad se, siue ad proximum pertinentiū, vt constet de grauitate culpæ, an ad mortalem peruenerit necne, Per ea quæ infra super vnoquoque præcepto ab 11. c. vsque ad 21. & super vnoquoque vitio in c. 23. tradentur. (Humilis) idest, cum signis animi submissi, modestiq; fiat, (Pura) idest, sine mixtione rerum impertinentium. (Fidelis) idest, sine mendacio; maximè in his, quorum veritatem confessio necessariò requirit. (Frequens) idest, quod fiat sæpe: quæ conditio apponitur propter illum, qui sæpe sepius cadit: quæ quidem est secundum consilium; præterquam in illis tantum casibus & temporibus, quibus præcepta est fieri a iure, vel statuto. (Nuda) quod iocis, aut alia re peccati grauitas non occultetur. (Discreta) quod fiat verbis honestis, sitq; debitis circumstantijs explicata. (Libens) hoc est, voluntaria, nempe vt fiat, (saltem principaliter) propter Deum, licet alioquin minus principaliter, ex verecundia, vel quacunque alia humana causa, aut temporali moueatur. (Verecunda) videlicet, ne sicuti fabula vel historia impudenter narretur, sed cum pudore cordis, quem facies ipsa præ se ferat. (Integra) quod nullum crimen (saltem lethale) cuius adhibita diligentia debita recordatur, taceat. (Secreta) quo significatur, Primò, quod ab eodem pœnitente, non autem per aliū faciendū sit. Deinde, quod nullus tenetur confiteri tertia alia audiente persona; imò neq; licet regulariter ita fieri, saltem de peccatis occultis. Ex prædicto verbo (Regulariter) intulerunt aliqui viri pij, me sensisse licere aliquando publicè

publicè confiteri; quod videbatur eis esse contra hanc conditionem secreti omnibus probatam, & quod ipse post Antonin. 2. par. titu. 8. capitu. 4. §. primo post Caiet. 2. sec. quæstio. 73. ar. 3. in capitu. Inter verba. 11. q. 3. num. 429. dixi, esse peccatum infamare se ipsum. Quibus vt satisfaciam, dico primò, quod confiteri publicè non est illicitum, eo quod id speciatim prohibuerit D. N. I E S V S C H R I S T V S, sed quia regulariter non licet publicare propria peccata: At quia nonnunquam licet publicare illa in aliquem bonum finem, prout in dicto ca. Inter verba. num. 147. & seq. rationibus & exemplis diui Ambrosij & Anselmi probauimus; Ideo etiam licet aliquando facere dictam confessionem audientibus alijs. vt S. Concilium Trident. sess. 14. ca. 5. disertè declarauit, subdens, quod C H R I S T V S non præcepit quod peccator confiteretur publicè, sed non vetuit id facere, ad castigandas suas culpas, & ad magis se humiliandum, & dandum alijs bonum exemplum, vel ad ædificandam ecclesiam offensam; per quod tollitur scrupulus de valore ac iustitia confessionum, quæ fiunt in mari a periclitantibus, & a peste infectis remotis a confessario, & a vulneratis in prælijs inter interpretem ab ignorante idioma confessarij: Quia non desinunt valere & esse legitimæ, eo quod eas alij audierint. (Lachrymabilis) idest, quæ secum gerat contritionem supra diffinitam, vel saltem attritionem illam secundam, quam supra in capitu. 1. illat. 18. num. 36. & 37. memorauimus. (Accelerata) idest, simul atque peccatum commissum est, fiat, quod quidem est consilium, vt dicitur in coroll. sequenti. (Fortis) videlicet, præ timore aut verecundia nihil ex necessariò dicendis omittatur. (Accusans) nempe se ipsum, non autem carnem, mundum, aut dæmonem, vel saltem non æquè, aut ita principaliter sicut se ipsum. (Parere parata) nempe confessario, ita vt pœnitens in animo habeat exequi, quod confessarius ipsi præceperit; quod quidem partim est de consilio, partim verò de præcepto, vt inferius in cap. seq. explicabitur.

Sextò inferitur, quod per solam legem diuinam non est tempus diffinitum, in quo homo confiteri teneatur, est tamen certum ex iure canonico humano, quo omnes peccatores semel in anno obligantur ad confitendum, capitu. Omnis, de pœnit. & remiss. religiosus autem saltem ex ordine diui Benedicti duodecies in anno ad confessionem adstringitur, Clem. Non in agro. §. Sanè, de statu Monacho. Vnde secundum communem opinionem, non tenetur peccator simul atque mortaliter offendit, statim confiteri, etiam si fuerit sacerdos aut monachus, vel peccatum sit notorium. secundum Panor. in capit. Omnis, de pœn. & remiss. nu. 20. & S. Tho. communiter receptum in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. id quod nos etiam in capit. Fratres, de pœn. dist. 5. nume. 9. copiosius disputauimus, quicquid dicat Inno. in d. ca. Omnis, & gloss. in Summa, de Pœn. dist. 5. in cuius sexta parte nume. 27. & sequenti id diximus. Præterquam quando vult communicare, aut facere sacrum, & habet copiam confessarij iuxta singularem glossam in capitu. De homine, de celebrat. missæ. per argumentum a contrario sensu, omnium calculis approbata, & nunc denuo S. Concilij Trident. sess. 13. capitu. 7. auctoritate confirmata, contra nouam Caietani opinionem,

opinionem, in 3. part. quæstio. 80. ar. 4. & in capitu. 1. 1. prioris ad Corint. & in Summa verb. Communio, vt inferius dicemus in capitu. 2. 1. num. 49. Quocirca qui accedit ad quemcunq; ordinem sacrum recipiendum, quoniam simul communionem debet accipere, vt communi consuetudine receptum est, debet etiam confessus accedere secundum S. Tho. quolib. 1. ar. 1. 1. vel etiam quando instat verisimilis mortis articulus, quem diffinit esse Panor. in c. Pastoralis. §. 1. num. 3. de offi. ord. illud in quo homines communiter moriuntur: Quale facit probabile naufragium, imminens prælium, vel grauis & acuta febris, ca. Cum infirmitas, de Pœnit. & remiss. tempus item pariendi. argu. l. 2. §. Si non propter. ff. Si quis caur. vt post Host. Panor. vbi supra concludit saltem quoad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles; tenetur ite cum probabiliter existimat se per totum annum non habiturum opportunitatem confitendi, vel quando conscientia dicitur illum ad confessionem teneri, argu. c. si. de præscrip. quamuis ad hoc satis esset illam deponere, si fuerit erronea, arg. c. Inquisitioni, de sent. exc. vel qñ vouisset confiteri pluries, arg. ca. Magne, de voto; vel etiam, (Secundum aliquos) quando statim post confessionem, & communionem in Paschate recordatur se fuisse oblitum alicuius culpæ mortalis in confessione: sed nullus textus nec ratio hoc necessariò concludit faciendum, & ita non asserendum, argum. capit. Legatur 24. quæstio. 2. nisi forte in illo qui iam ad communicandum accinctus, priusquam communitur recordatur alicuius mortalis culpæ nondum confessæ, & ne alijs sit scandalo aut impedimento, & quia eius confessarius non est præsens, communicat, proponens eam statim a communione confiteri, nolens in annum sequentem, confessione illius peccati differre; sed neque hoc esse necessarium poterit probari, secundum rigorem iuris antiqui, si propositum illud non peruenit ad votum: siquidem cum eo non peruenerit, non habuit vim obligandi, secundum Archid. in capitu. 1. 17. quæstio. 1. colum. secunda, & iuxta id quòd diximus. in capit. Fratres. nume. 19. de Pœnit. dist. 5. At iure nouo Concilij Triden. vbi supra videtur probari, quatenus præcipit, vt qui non habens copiam confessarij sacrum fecerit absque præuia confessione, quam citissimè possit postea confiteatur: & videtur, quòd si Concilium ipsum interrogatum fuisset de laicis, qui licitè communicant absq; confessione, veluti in hoc casu vel alijs huiusmodi in quibus non datur copia confessarij, idem de illis diffinisset, & ita videtur diffinisse iuxta Gl. sing. l. Tale pactum. §. si. ff. de pact.

Adijcimus autem, quòd post primam huius libri editionem, Cõcilium Triden. sess. 4. can. 6. & c. 7. excommunicauit eum qui dixerit prædictam confessionem sacramentalem non esse institutam, vel non esse necessariam de iure diuino, ad salutem consequendam ei, qui post baptismum in culpam lethalem incidit, aut quòd non fuit à CHRISTO domino nostro instituta & præcepta. Excommunicat etiam asserentem nos non obligari à diuino iure ad confitendum omnia peccata mortalia, & singula, quæ post adhibitam debitam diligentiam nobis in memoriam venerunt, licet fuerint interna, solo voluntatis consensu absque verbis & operibus consummata. Sub eodem etiam anathe-

mate

mate comprehendit eos, qui dicunt, non teneri ad confitendum illas circumstantias, quæ peccatum in vnã & alteram speciem transformant. Et asserentes fore impossibile huiusmodi confessionem facere, vel illam habuisse originem à consuetudine vel ordinatione ecclesiastica. Excommunicat item eum, qui dixerit non esse necessarium confiteri semel in anno, vel quòd non tenemur confiteri in quadragesima, vel quòd non est bonum confiteri venalia, vel quòd est malum confiteri omnia peccata mortalia, & venalia. Quo fit, vt temerarium sit iudicium aliquorum laicorum, qui iudicant clericos & religiosos toties peccasse mortaliter, quotiens vident eos confiteri. Quod sæpe prædicari deberet, ad seruandam famam illorum, qui frequentat confessionem, etiam cum non est necessaria, & ad eos in id animandum, ne tam pium opus omittant, quod videtur omitti ab aliquibus, ne ab eis, qui viderint ipsos tam frequenter confitentes, dicantur vel credantur peccata mortalia confiteri: & consequenter tam frequenter peccare mortaliter. Quando autem aut quibus de causis confessio, quæ nulla est, debeat iterari, inferius in ca. 9. nu. 3. vique in finem dicitur. Circa prædicta peccat.

Primò, qui credit confessionem non esse iure diuino institutam, supra eodẽ nume. 3. & 10.

Secundò, qui cõfiteretur publicè vel laico etiam in articulo mortis cū infamia sui notabili, & grauius scandalosa, nu. 4. & 5.

Tertiò, qui facit eam mancam siue defectam aliqua conditione ad eius valorem necessaria. nu. 5.

Quartò, qui non cõfiteretur intra terminum statutum sibi lege canonica, vel voto proprio, vel præcepto confessarij, vel statuto obligante ad mortale, numero 6.

Quintò, qui ante mortale nondum confessum suscipit Eucharistiam, vel sacrum ordinem etiam contritus. nu. 7.

Sextò, qui peccata mortalia nondum confessa non confitetur cum possit instante mortis articulo. nu. 9.

Septimò, qui credit quidem hanc confessionem esse statutam iure diuino, sed non eodem iure præceptam. nu. 10.

Octauò, credens non esse confitenda omnia peccata mortalia, etiam interna, siue mentalia. ibidem.

Nonò, qui credit non esse necessarium confiteri circumstantiam transferentem in aliam speciem peccati mortalem, ibidem.

Decimò, qui credit esse impossibile facere eiusmodi confessionem. ibid.

Vndecimò, qui credit eius originem & principium fuisse consuetudinem, vel legem humanam. ibidem.

Duodecimò, qui credit toties quem peccare mortaliter, quotiens confitetur. ibidem.

Decimotertiò, qui dixerit nõ esse necessum cõfiteri semel i anno, vel quòd nõ tenemur confiteri in quadragesima, vel quòd non est bonum confiteri venalia, vel quòd est malum confiteri omnia peccata mortalia & venalia. ibidem.

Quis

Quis autem horum sit censendus peccans & hæreticus, & quis tantum peccans, & quis nec peccans, confule Præludium. I. nu. 10.

Caput Tertium de Satisfactione tertia parte Pœnitentiæ.

S V M M A R I V M.

- S**atisfactio quid sit. nu. 1.
- Satisfactionem esse necessariam etiam post restitutionem, & ut plurimum, etiam post culpam mortalis condonationem. nu. 2.
- Satisfactionum tria genera, nempe, cordis, oris & operis, fieri ob tria similia genera peccatorum, non est satis cautè dictum. nu. 3.
- Satisfactio fieri potest, etiam operibus aliis debitis, est autem melior, quæ a confessario præcipitur, quàm quæ voluntariè assumitur. nu. 4.
- Satisfactio sacramentalis in mortali peccato facta quid prodest. nu. 5.
- Satisfactio duas partes habet; Alteram, qua compensatur offensa facta, Alteram qua vitatur facienda. nu. 5. A.
- Occasio peccandi duplex, Propinqua, & remota, Hæc non necessariò cauenda. illa sic. num. 5. B.
- Occasio peccandi propinqua difficilis definitur. nu. 5. B.
- Miles, & negociator non tenetur necessariò abstinere ab arte sua, licet sit ei occasio peccandi. nu. 5.
- Occasio, quæ est propinqua peccandi uni, non semper est alteri, cum exemplis quotidianis. nu. 5. B.
- Peccatorem non oportet credere, quòd nunquam peccabit mortaliter in suo officio. num. 5. C.
- Occasio propinqua studiosè definitur. nu. 5. D.
- Occasione de qua credendum, quòd rarò inducet confitentem ad mortale. nu. 5. E.
- Matrimonio inualido coniuncti, quando possunt licitè sibi cohabitare. nu. 5. E. & L.
- Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet. nu. 5. F.
- Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non est absoluendus. nu. 5. F.
- Concubinarij, qui non possunt absolui, & qui sic. nu. 5. G.
- Hospita volens hospitem, cum quo rem solet habere, hospitio suscipere, quomodo potest absolui. nu. 5. H.
- Absoluenda quæ familiares peccantes cum cognatis & hæris. nu. 5. I.
- Absolueudos non esse aulicos, non proponentes non assistere Reginarum mensis lasciuè cum Domicellis colloquendo. nu. 5. K.
- Absolueudos non esse eos, qui non proponunt abstinere se a conuenticulis diurnis vel nocturnis lasciuè habendis. nu. 5. K.
- Comedens ea quæ incitant ad peccandum mortaliter, quado potest absolui sine proposito ab eis abstinendi. nu. 5. L.
- Absoluendus quando, qui ex manu ductione scemina nobilis peccauit, absq; proposito ab ea abstinendi. nu. 5. M.

Absoluendi

- Absoluendi qui clysteribus fundendis, vel curandis membris secretioribus marium aut sceminarum peccarunt, sine proposito ab ea re abstinendi. nu. 5. M.
- Confessarius, qui peccat audiendo confessionem certæ personæ, quando absoluendus, sine proposito non audiendi eam ulterius. nu. 5. M.
- Satisfacere qui dixit pro tota pœna per qualemcunq; culpæ remissionem, vel quòd satisfactio non fiat ratione pœnæ operibus pœnitentium, in virtute meritorum redemptoris nostri, est hæreticus. nu. 5.



SATISFACTIO bifariam sumitur secundum Scotum in 4. dist. 16. q. 1. ar. 1. videlicet, large siue in genere, vt in t. 1. ff. qui satisfd. cog. l. si rem. §. Omnis. ff. de pignor. act. & strictè, in c. Perfecta, de Pœnit. dist. 1. & c. Satisfactio, de Pœnit. dist. 3. & accepta generaliter comprehendit restitutionem; est enim genus ad illam, vt inuit gl. c. Peccati venia, de reg. iur. li. 6. & diximus in rub. de restit. spolia. Accepta vero strictè, vel specialiter, ab illa differt: Quoniam restitutio est redditio rei acceptæ, vel damni illati compensatio, secundum omnes in 4. dist. 15. & toto ti. de restit. spolia. vel repositio rei in eum statum, quem habuit l. Restituere. ff. de verbo. sig. & c. Si quem. §. si. 2. q. 3. & latius in dicta Rub. diximus. Neque enim est solutio ratione culpæ contra Deum commissæ; imò potius est a peccato cessatio, iuxta communem sententiam in dicta dist. 15. Quod probat cap. Sapè, de restit. spol. At vero satisfactio specialiter accepta, nempe pro tertia sacramenti pœnitentiæ parte, est compensatio facta Deo propter peccatū contra ipsum admissum, cum proposito amplius non offendendi eum. secundum mentem Tho. in 4. dist. 15. quæst. 1. ar. 1. q. 1. & latius probauimus in cap. 1. §. Ponat se, de Pœnit. dist. 5. & c. Satisfactio, de Pœnit. dist. 3.

Ex quo infertur id quod Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum nos docet, videlicet, Eum qui peccauerit, nõ solum teneri ad damnum illatum alteri restituendum, si quod intulit cap. Si res. 14. q. 6. & d. c. Peccati venia, verum etiam ad satisfaciendum pro offensa & iniuria irrogata ei per rebellem transgressionem eius præceptorum, siue alteri noceat, siue non; sicut copiosè & resolutè diximus in d. c. 1. §. Ponat se, de Pœnit. dist. 5. & d. cap. Satisfactio, & inferius in ca. 26. dicetur, nempe, fore necessarium pœnitenti propositū Deo satisfaciendi in hac vita per pœnitentiam aut indulgentiam, vel in purgatorio per pœnam. An vero teneatur sub pœna peccati acceptare pœnitentiam a sacerdote iniunctam, & ad habendum satisfaciendi propositum in hac vita, dicemus infra in d. c. 26. nu. 20. vbi contrarias opiniones referemus: quòd hic nimium breuiter in alia editione fecimus.

Secundò dicimus, huiusmodi satisfactionem tripliciter fieri, videlicet, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis. secundum omnes in 4. dist. 16. Facit. ca. Animæ. 13. q. 2. Ad quas omnes aliæ satisfactiones reducuntur; Quoniam vigiliæ, peregrinationes, & alia huiusmodi opera, quæ carnem affligere solent, ieiunio annumerantur, opera verò misericordiæ corporalia eleemosynis, spiritualia verò orationi, secundum Scotum in 4. dist. 16. q. 1. sub litera M.

Tertiò

3 Tertio loco dicimus, non esse satis limatum id quod multi dicunt, scilicet quod sicut trifariam contingit peccare, videlicet corde, ore, & opere, ita tribus etiam modis oportet satisfacere, nempe corde per contritionem, ore per confessionem, opere per satisfactionem. Quoniam hic non agitur de confessione & contritione, quæ sunt duæ aliæ partes huius sacramenti; sed solum de satisfactione, quæ est tertia ab illis distincta: Et si responderis, confessionem & contritionem quatenus sunt duo opera penalia, posse nuncupari huius tertiæ partis species, licet alioquin sint etiam duæ partes eiusdem sacramenti propter diuersas rationes: Replicabo esse multa peccata, quæ non perueniunt ad os, & plurima, quæ non perueniunt ad opus: Pro quibus tamè oibus est satisfaciendū.

4 Quartò, quod hæc satisfactio fieri potest per bona opera aliàs debita, ut copiosè Caietanus q. r. de Satisfactione deducit, dummodo illa fiant non solum ad debitum persolvendum, verum etiam ad satisfaciendū pro peccato. Quin etiam potest fieri per erumnas, tribulationes, & flagella à Deo immissa, patiendo illa piè tanquam ab eo data, & offerendo ea in compensationem nostrorum offensarum. iuxta Tho. in 4. dist. 15. q. 1. ar. 4. q. 4. quod postea Tridentinū Concilium approbavit. sess. 14. cap. 8.

5 Quintò, quod satisfactio à confessario iniuncta, & ab ipso penitente iam accepta, duplici ex causa præstantior est illa, quam quisque sponte sua eligit & facit, Primum, quia illa est multo magis satisfactoria. Nam ex diffinitione colligitur esse quid sacramentale, quod cæteris paribus ob sacramenti fomentum maiorem habet effectum. iuxta ea, quæ diximus in cap. 1. in principio. de Pœnit. dist. 6. nu. 36. Deinde quia, secundum omnes, satisfactoria est etiam si fiat in peccato mortali saltem pro tempore quo ab eo surrexerit, altera verò minime, iuxta S. Tho. & alios in 4. dist. 16. licet nos in dicto principio. nu. 46. opinionem magis communem Scoti, & Io. Maioris in 4. dist. 15. tenuerimus: dicentes, eam non solum valere quo ad militatè ecclesiam, sed etiam, quo ad triūphantem, contra distinctionem Cardinalis Caietani in d. q. r. de Satisfactione.

Adijcimus modò, quod post primam editionem huius libri Concilium Trident. sess. 14. cap. 8. & can. 12. & seq. excommunicauit eum, qui dixerit, quod semper quoties emittitur alicui culpa, remittitur etiam tota pœna; ita ut non sit opus amplius quam credere CHRIS TVM dominum pro omnibus persoluisse. Excommunicat etiam affirmantem, non satisfacere nos per pœnam temporalem; in quam commutatur æterna, nec per veniam culpæ; mediante meritis D. N. IESV CHRISTI; nec sufferendo patienter mala pœnæ nobis à Deo missa, vel præcepta a confessario, vel a nobis sponte assumpta. Excommunicat item asserentem, satisfactiones, quibus penitentes amore CHRISTI sua peccata redimunt, non esse verum Dei cultum, sed doctrinam humanitus adinuentam, gratisque confictam. Est tamen notandum, quod ut idem conciliū paulo ante diffinit supra eod. ca. 8. nostræ satisfactiones non habent efficaciam, nisi meritis IESV CHRISTI, qui illis vim tribuit, innitantur.

A Sextò principaliter dico, quod cum in exordio huius capituli dicitur, quod satisfactio hæc, quæ est tertia pars pœnitentiæ, habet duas partes, quarum altera, est

ra, est compensatio offensæ factæ, & altera abstinentia a facienda, & quod hæc secunda pars requirit, ut beatus Aug. ait in capit. Satisfactio, de Pœnit. dist. 3. ut præcidantur causæ peccandi. Quærun nonnulli grauissimi confessarij grauissimas & quotidianas quæstiones peculiare, quarum decisio pendet ex duabus generalibus. Altera est, an ad absolueudum pœnitentem sit necesse, ut ille statuat, se non vsurum amplius occasione aliqua, quæ illum ad peccandum impulit? Altera est, an sit opus, ut statuat nunquam se præbiturum alij occasione peccandi, quam antea præbuerit? Ad priorem respondebo in hac additione, & ad posteriorem in ea, quam faciemus ad cap. 14. nume. 30. Ad priorem itaque respondemus Primò, non teneri statuere, nunquam se vsurum occasionebus remotis. Nam alioqui sicut ad aliud propositum ait Paulus 1. ad Corint. 5. esset necesse migrare ab hoc mundo: Si quidem quicquid ferè in eo est, potest esse occasio peccandi: quia potest esse talis occasio valetudo & morbus, diuitiæ & paupertas, habere & non habere vxorem, parentes, filios, cõsanguineos, amicos, pax, & bellum, prospera & aduersa: ecquid non? iuxta cap. De occidendis, sub finem, 23. quæst. 5. & ea, quæ notat. S. Tho. 2. sec. q. 43. ar. 1. in argumento. 4. & ad 4. Non etiam tenetur statuere, se perpetuò abstenturum ab occasionebus propinquis peccati venialis. Quia cum ad sui absolutionem non est necessarium propositum nunquam venialiter peccandi; ita neque erit necessarium propositum nunquam vtendi eis, argu. à maiori iuxta Cle. 1. de reliq. & venerat. & c. Cum in cunctis, de elect. Secùdò dico necessarium esse abstinere se à propinquis. Sed quales dicuntur huiusmodi? Respondeo, quod malle audire alium optimè respondentem, quàm respondere. Quia nemo quem viderim id pro dignitate diffinit: & sufficiens eius determinatio est difficilis. Primò quidem quia non videtur satisfacere illa quam S. B Gregorius in ca. Negotium, de Pœnit. dist. 5. tulit, licet sit omnium optima, scilicet quod est illa, qua non possumus, aut non sine magna difficultate vti sine peccato. Quia S. Leo Papa dicit in c. Qualitas, & ca. Contrarium de Pœnit. dist. 5. difficile esse militi & negociatori abstinere se a peccato exercendo suam artem. Et certum est, quod quamuis sit bonum consilium pœnitenti, qui est miles aut negociator, ne ad artem suam reuertatur. cap. Consideret. S. In his omnibus. de Pœnit. dist. 5. tamen non est necesse, ut probauimus in d. capitu. Qualitas, & c. Contrarium. de pœnit. dist. 5. quod illius dicta continet. Deinde, quia id, quod vni est occasio eiusmodi, non est alteri. Nam adolescenti & puellæ est eiusmodi occasio degere solos in eadem domo. argu. glo. capitu. Absit. 11. q. 3. qualis tamen non est seni & puellæ, neque vetulæ & adolescenti Præterea, non est ut plurimum talis occasio cohabitatio cum matre sua, filia, nepte, aut sorore, capitu. Volumus. & capitu. Cum omnibus 81. dist. quandoque tamen sic. c. 1. de Cohabit. cleri. & mulier. Item adire conspectum tyranni Principis Turcarum est eiusmodi occasio deficiendi a fide homini pusillanimo & inconstanti, non tamen forti & constanti, imò est occasio martyrij, capitu. presbyteros, 50. dist. Denique nulla occasio est, quæ nos possit cogere ad peccandum: Quia peccatum adeo est voluntarium, quod

quod si non esset voluntarium non esset peccatum. §. 1. i. 5. q. 1. facit capit. Tolerabilius, & c. Ita ne. 3. 2. q. 5. & nulla est quæ aliquando non faciat peccare aliquem, & quod deterius est, nullum est officium, in quo qui in eo versantur, aliquando non peccent, iuxta illud Augustini relatum in ca. De occidendis. 2. 3. q. 5. Quid est in hominum usu bono ac licito unde non possit irrogari pernicies?

C Tertio dico, quod ut aliqua occasio sit eiusmodi, non satis est ut pœnitens & confessarius credant, quod nisi se abstineat ab ea, nonnunquam ob eam peccaturus est etiam mortaliter in suis officijs; neque oportet eos id credere, ut absoluantur, iuxta Inn. receptum, in capitu. Omnis, de pœnit. & remiss. quanquam proponere teneantur, nunquam se ope diuina amplius peccaturos mortaliter: & paucorum militum & negotiatorum confessarij credent illos in posterum non peccaturos mortaliter, in illis suæ vitæ artibus. At tamen, ut dictum est non debent eis præcipere ne ad easdem redeant. Cum nec diuus Ioan. Baptista Luc. 3. præceperit militibus ab eo quærentibus quid facto opus esset ut salui fierent, deserere militiam, neque ecclesia præcipit militi aut negotiatori ne perseuerent in suis officijs, quamuis consular. iuxta capitu. Consideret. §. In his, de Pœnitent. dist. 5. imò numerat illa inter licita, & si periculosa, capitu. Noli, capitu. Militare. 2. 3. quæstio. 1. capit. Quoniam 88. dist. Diuus Thom. 2. sec. quæstio. 87. ar. 1. Quarto dico, quod occasio propinqua (à qua necessariò se debet abstinere pœnitens, & statuere se nunquam ea usurum, ut absolui possit) est omnis illa, & sola, quæ est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius vel pœnitens, nunquam vel rarò se usurum ea sine peccato mortali bene perpensis eius circumstantijs. Dixi (*Quod in se est peccatum mortale*) ut includerem officium & artem necromantiæ, & scenerandi, & aliàs artes & officia, quæ non possunt exerceri sine peccato mortali. Dixi (*Peculiaris*) ad excludendam generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo possumus uti licitè: credimus tamen, nos aliquando in eo peccaturos mortaliter; hæc enim non est talis occasio, si quidem illum, qui dixerit eam esse talem, oportet dicere, deserenda esse a pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquando peccauit, ut possit absolui: quia omnia præbent occasionem generalem, de qua credendum est, quod nonnunquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum superius dictum, cuius contrarium ibi probatum est. Dixi (*Confessarius aut Pœnitens*) quia satis est, quod alter eorum credat, aut debeat credere. Dixi (*Nunquam, aut raro*) ut excluderem eas, quibus frequenter vitimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissimè vitimur sine illo. Dixi (*Perpensis circumstantijs*) ut significarem, quod hæc possunt esse causa, ut eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: Quia possunt facere ut confessarius & pœnitens credat, quod nunquam aut rarò per eam est peccaturus. Huius definitionis probatio nititur eo, quod nemo potest absolui, nisi statuatur, saltem virtualiter, nunquam se in posterum peccaturum mortaliter, & consequenter vitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera, aut peculiari eiusmodi, quam credit probabiliter peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud. Qui amat periculum, peribit in illo. Eccles. 3. De quo

quo latè dixi in c. Si quis autem. nu. 4. & 5. de Pœn. dist. 7. Si quidem non vitare occasionem eiusmodi, est peccatum mortale: At talis est occasio, qua credit se ferè semper ad sic peccandum impulsus iri.

Ex hac diffinitione colligitur peculiaris responsio ad grauissimas & quotidianas quæstiones nobis propositas. Prima, quod confessarius regulariter non debet absolvere pœnitentem, qui non vult omittere occasionem, quæ ferè omnes, qui sunt similes eius facit quasi semper peccare mortaliter. Quoniam confessarius & pœnitens debent credere, quod id, quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficit alia ei similis in alio simili subiecto: A pari enim causa in pari subiecto par producit effectus, iuxta doctrinam Aristot. lib. 3. Physic. Dixi (*Regulariter*) quia bene poterit, quando tales occurrunt circumstantiæ, quæ persuadent, quod nunquam aut rarò peccabit propter eam, quamuis nõ se abstineat ab ea. Et re multum ruminata, commendataq; Spiritui Sancto æterno Deo nostro, arbitramur quod tunc possunt hoc credere confessarius & pœnitens, quando hæc quatuor circumstantiæ concurrunt. Prima, vera pœnitudo siue pœnitentia præteritorum. Secunda, verum propositum nunquam redeundi ad illa. Tertia, propositum semper cauendi adiuuante Deo, ne peccet ob eam, cum in ea se inuenerit. Quarta, quod subsit aliqua notabilis causa non se abstinendi ab ea. Ad quod me mouet, Primò, quod occurrit mihi casus in quo duo, quorum matrimonium ob certum impedimentum occultum erat inualidum, post susceptos liberos quatuor annis cohabitauerunt simul in eadè domo expectantes dispensationem, separati tantum a thoro, continentes se a venereis, non secus ac frater & soror. Deinde quod Papa Lucius 3. in ca. Consultationi. de Frigid. & malef. definiuit posse duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, ut frater & soror, licet non valeret matrimonium eorum ob coeundi impotentiam. Neq; soluet hoc argumentum, qui responderit, quod ea impotentia eos a peccato præseruabat. Tum quia poterat alter esse potens. Tum quod experientia constat, multa & turpissima esse peccata inter multos, qui quamuis non sint ad copulam apti, sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ delectationi indulgendum, & de his loquitur prædictus Papa si satis perpendatur. Tertio, quod non expedit adstringere nimis pœnitentem; Quia, qui vehementer emungit, elicit sanguinem. Prouerb. cap. 30. & c. Denique. 4. distin. Quarto, quod multum interest inter peccatum & occasionem peccandi. Siquidem non licet vnquam ad peccatum redire, ad occasionem autè licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. Quintò, quod non est opus credere nunquam in posterum se peccaturos per dictum Inn. approbatum & superius adductum in c. Omnis, de pœnit. & remiss.

Secunda responsio, quæ ex prædicta diffinitione colligitur est, quod rectè faciunt multi sancti confessarij absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarum in eadem domo, licet non statuatur abstinere se perpetuo ab occasione peccandi, quam id ipsis præbet, quamuis sæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula: Quia occasio, quæ ex hoc præbetur

betur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum, neq; eiusmodi, ut se-
rè semper faciat peccare mortaliter eos, qui ea utuntur; & per consequens præ-
dicta diffinitio occasionis propinquæ non conuenit illi.

Tertia, quod non potest absolui miles, qui ad bellum, quod credit iniustum,
vult redire, neq; etiam qui vult redire ad suam necromantiam, vel superstitionem,
aut officium vsurarum, aut cambiorum vsurariorum, aut contractuum ini-
iustorum, & alia similia, quæ exerceri sine peccato mortali non possunt, iuxta
mentem S. Tho. 2. sec. q. 169. ar. 2. ad 4. Nam ex prima parte diffinitionis constat
has esse occasiones propinquas.

G Quarta responsio, quod non possunt absolui concubinarij publici iuxta An-
ge. in verb. Concubinatus, neq; etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus iux-
ta Syluest. eodem verb. Quia est occasio quæ in se est peccatum mortale ob scan-
dalum quod scientibus præbet; & sic conuenit ei prima pars diffinitionis
prædictæ.

Quinta, quod non possunt absolui concubinarij quantumuis occulti regula-
riter, ut dicimus infra cap. 16. nu. 20. & seq. quia confessarius vel pœnitens de-
bet credere, quod nunquam aut rarò, si simul viuant, omittent peccare morta-
liter voluntate, verbis, vel opere. Dixi (*Regulariter*) quia rectè poterunt absolui
concurrentibus quatuor prædictis, quæ sufficiunt, & sunt necessaria, ut confes-
sarius & pœnitens credant nunquam aut rarò futurum relapsum, per rationes
secundæ responsionis.

Sexta, quod non potuit absolui quædam concubina, nolens omittere volun-
tatem visitandi suum concubinum ægrotantem, & tenendi aut porrigendi ipsi
candelam in agone mortis, si sciebatur esse eius cœubina, quia est occasio, quæ
in se est peccatum ob scandalum, quod datur, imò neq; si nesciebatur, nisi con-
currant quatuor prædicta sub litera E. Quem concursum ego non crederem
interuenire, nisi illa conciperet propositum adhortandi eum saltem generali-
ter & sincere ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, ut eorum memoria
per præsentiam renouata sit potius theriaca, quàm aconitum. Nam tunc quia
cessaret ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio, capitu. Cum cessante,
de appellat.

H Septima, quod confessarius potest iuste absoluere illam hospitam, quæ ho-
spites excipit, & quoties certum quendam excipit, habet rem occultè cum illo,
modò statuat & polliceatur, nunquam in posterum se recepturam eum, etiam
non data alia cautione: Quia nulla est lex neq; ratio, quæ probet aliam cautio-
nem præstandam. imò concurrentibus prædictis quatuor posset eam absoluere
sine huiusmodi proposito & promissione, quando absq; magno detrimento &
scandalo non posset eum ab hospitio prohibere, modò proponeret ac promitte-
ret, nunquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, &
dicturam ei ex animo se pœnituisse, & iam confessam fuisse.

I Octaua responsio, quod possunt absolui sine separatione cognatæ, ancillæ, ac
famulæ, quæ rem habuerunt cum suis cœsanguineis, dominis, vel heris in quo-
rum domo degunt, concurrentibus quatuor prædictis, quorum quartum est
causa

causa notabilis, ob quam sine magno incommodo hospitium negari non potest.
Est tamen quæstio notabilis, an poterint absolui prædictæ iterum absq; separa-
tione si reciderint? & videtur nobis posse concurrentibus prædictis quatuor; &
idem dicendum reor de tertia, & quarta vice. quia non solum semel aut septies,
sed etiam septuagies septies est parcendum. Matth. 18. & Luc. 17. & ca. septies,
de pœn. dist. 3. & quia quotidie absoluimus multos, qui quotannis recidunt;
& quia recidere non est necessarium argumentum ad iudicandum pœnitentiã
præsentem vel præteritam non fuisse, aut non esse veram, quod probat Gratia-
nus in c. Quamuis, de Pœn. dist. 3. Veruntamen ipse si essem confessarius, non
absoluerem eas, si cernerem quod vicibus præteritis nulla emendatio, neq; in-
choatio eius extitisset, neq; si circumstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & in-
gens propensio earum ad peccatum, & diffidentia, quam habent illæ de pœni-
titudine alterius partis, mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla conse-
queretur emendatio; & facilius negarem absolutionem famulæ, quàm cognatæ, &
cognatæ, quæ non esset in primo gradu, quàm ancillæ, quia facilius possunt sepa-
rari aliæ, quàm aliæ. Et ante absolutionem iuberem, ut forti animo & Christiano dice-
rent personis quibus cum degunt, & peccat, sibi denegari absolutionem nisi separer-
tur, vehementerq; obsecrare per Deum ut ineat rationem, qua ab ipsis honestè separer-
tur, alioqui se confessario obedituras: quo peracto, absoluerem eas, quia mihi
videretur, quod quatuor prædicta cœcurrerent; & postea quæuis non cœsequere-
tur separatio, si tamen sequeretur notabilis emendatio, eas iterum absoluerem spe ma-
ioris correctionis futuræ: commédato re IESU CHRISTO Domino nostro, &
utendo prudètia, & varia circumspectione, quæ ob varietatem circumstantiarum adhi-
beri deberet, proposito ante oculos primò remedio spirituali animarum, dein
de etiam honoris & bonorum temporalium, quantum fieri posset; & nonnun-
quam vterer erga ancillam eo remedio nouo, quod in c. 16. nu. 22. ponimus.

Nona responsio, quod idem dicendum est de eo qui occultè rem aut impudi-
cos actus habet cum aliqua consanguinea aut alia sibi amica, in alia domo de-
gente. scilicet posse absolui eum sine proposito nunquam ingrediendi in eam,
quamuis ego adigerem eum, ut proponeret se nunquam solum cum illa sola sine ma-
xima cæ in eadem camera versaturum, & ut admoneret eam se pœnitere pecca-
ti cum ea commissi, & confessum esse, & rogaret eam, ut idem faceret, persua-
sumq; sibi haberet frustra eam cogitaturam se amplius rediturum ad illud pec-
catum, vel se solum cum ea in aliqua secretiori parte conuersaturum.

Decima, iuste fuisse responsum cuidam aulico, qui de more curiæ Regiæ mē-
se assistens, adeo blandè colloquebatur cum quadam nobili, eidem mēse assistenti, ut non
solum se oblectaret sermone & cogitatione sordidis, sed et turpi se pollutione scæ-
daret: Fuit. n. responsum, ipsum non posse absolui, nisi statueret, nunquam se in po-
sterum sic versaturum cum illa, et si versaretur animo ducendi eam in uxorem, & pares
ad id essent. Quia illa occasio est in se peccatum mortale, & per consequens occasio
propinqua, quæ necessario euitari debet, per primam diffinitionis partem. Quin
etiã addo, non esse satis ut statuat se cum illa in posterum non sic versaturum, quia
necesse est, ut statuat, se non versaturum etiam alio modo ex se licito, de quo ta-
men

men crederet suā imbecillitatē, & amorē erga illā eiusmodi esse, quæ quasi semper eum induceret ad peccādū, quoties cum ea sic versaretur. Quod ipsum est dicendū de puellis nobilibus Reginarū mensis astantibus, & de adolescentibus, & adolescentulis nobiliū & rusticorū, qui in aliquibus partibus cōueniūt, & mutuo sese miscēt, & contingunt, & dum choreæ ducūtur, & alia spectacula fiunt illi in illarum gremijs recumbunt, fingentes id facere, quo illæ capita eorum vermiculis purgant; interdum impudicē sese tangentes, & amplectentes, & facientes id genus alia, dignissima, quæ in concionibus reprehendantur.

L Undecima responsio, quod concurrentibus quatuor prædictis possunt absolui qui sunt in facie ecclesiæ coniugati, & non valet matrimonium propter aliquod impedimentum occultum, expectantq; dispensationem vt denuo contrahant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum, per supradicta in hac eadem additione sub litera E.

Duodecima, quod etiam potest absolui, qui ob esum calidarum rerum incidit in adeo graues carnis tentationes, quæ impulerunt ad consentiendum pollutioni, vel fornicationi, sine proposito nunquam in posterum sic edendi, concurrentibus quatuor prædictis: imò credo quod in hoc casu sufficeret concursus trium priorum, quia hæc occasio non est propinqua, siquidem non est in se peccatum mortale, neq; facit quasi semper peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur: quod intelligendum est de illo, qui non comedit sic in hūc malum finem: Nam si comederet in eum, illud esset in se peccatum mortale, & consequenter erat necesse statuere, nunquam se ea vsurum.

Tertiadecima, quod etiam potest absolui concurrentibus quatuor prædictis, qui ob sermonem, choream, vel amplexum alterius, iuxta honestam patriæ consuetudinem, sæpe per delectationem morosam, & voluntatem deprauatam peccauit, absq; proposito nunquā ea occasione vtendi, & et credo q̄ in hoc casu satis esset cōcurfus triū priorū. Quia hæc occasio nō est ex his, quæ sunt in se mortiferæ, neq; ex his, quæ ferè semper ad peccandum mortiferè inducunt.

M Quartadecima, quod idem dicendum est de persona, quæ ex eo quod ducat aliam manu, aut ducatur ab alia, vel quia videt lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aspectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, brachiarum, perizomatium, aut alia eiusdem generis, peccauit sæpe. Quanquam optimum esset cauere ab his omnibus, q̄n ex eo non sequeretur notabile damnum.

Quintadecima, quod idē est dicendū de clysterifero, qui ex eo, quod infundit clysteres mulieribus, & de clysterifera, quæ ex eo, quod eosdē viris immittit, & de chyurgo, vel medico, qui medendis pulchris fœminis, in locis secretioribus, sæpe peccarunt, saltē morosis delectationibus, & deprauatis volūtatibus.

Sextadecima, quod idē dicendū est de confessario, qui peccat quoties audit confessionem certæ personæ, & de pœnitente, qui idē facit, quoties confitetur certo confessario consueto, & non possunt commutare sine aliqua magna nota: Poterunt enim absolui sine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

Circa satisfactionem peccati.

Primò, qui proponit non satisfacere Deo pro offensa mortali. supra. nu. 1.

Secundò

Secundò, qui sine proposito actuali, vel saltem virtuali sufficienter satisfaciendi confitetur. nu. 1.

Tertiò, qui credit satisfactionem non esse vnam de tribus partibus sacramenti pœnitentiæ, sup. c. 1. nu. 43.

Quartò, qui credit sine iusta ignorantia, quod semper deleta culpa mortali deletur omnis pœna etiam temporalis, sup. eo. nu. 5.

Quintò, qui credit *CHRISTVM* ita satisfecisse pro peccatis hominum, vt nulla præterea satisfactio sit necessaria peccanti, sup. eo. nu. 5.

Quis autem horum censendus sit hæreticus, & quis peccans tantum, consulte Prælod. 1. nu. 10.

Caput Quartum de potestate, scientia & bonitate Confessarij.

S V M M A R I V M.

Confessarius vt rectè suum munus exerceat debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem. nu. 1.

Sacerdos non omnis sacerdotio dignus, potest digne audire confessiones. nu. 1.

Sacerdos omnis habet iurisdictionem habitualement, sed non actualement ad confessiones audiendas. nu. 1.

Sacerdos omnis in articulo mortis quemlibet absoluit, & etiam extra illum sola venialia consistentem. nu. 1.

Confessarius quam scientiam habere teneatur, vt sit perfectus, & quam vt sit sufficiens. nu. 2.

Religiosus sine sui prælati licentia potest audire confessionem in articulo mortis, & extra eum sola venialia consistentem, & etiam habentem priuilegium ad eligendum confessarium, modò non sit prohibitus id facere. nu. 2.

Confessarius, qui ex obedientia audit confessionem, & qui sponte sua, quid scire teneatur. nume. 3.

Confessarius potest esse aliquis idoneus vni loco, qui alij non erit. nu. 4.

Confessarius non est sufficiens nisi adsit iusta scientia & absoluendi potestas. nu. 4.

Confessarius imperitus quando excusatur a culpa. nu. 5.

Prælati suo quando subditus non debeat parere, sibi præcipienti, vt confessiones audiat. nu. 6.

Confessarius audiens confessionem in peccato mortali, mortaliter peccat, licet eius absolutio valeat. nu. 6.

Absolutionem sacramentalem qui dixerit non esse actum iudiciale, vel eam que fit ioco, esse validam, vel eā, quæ confertur ab existenti in peccato mortali, non valere, vel non esse necessariam confessionem ad recipiendam absolutionem, est hæreticus. nume. 7.



I R C A hoc asserimus primū, Confessariū debere pollere potestate. c. 1. in prin. de Pœn. dist. 6. & quæ ibi diximus. Itē, scientia, d. c. j. §. Caueat, & quæ ibi diximus. Itē bonitate, vt rectè suo munere perfungatur. d. c. j. §. Laboret, & §. Sacerdos, & quæ ibi diximus. Potestas consistit in hoc, quod sit presbyter habēs iurisdictionē actualē, ordinariā, vel delegatā, quæ ad peccata sibi cōfessa extendatur. c. Adijcimus. §. Ecce, & c. Generaliter. §. Ecce. 16. q. 1. & Concil. Trid. sess. 4. cap. 7. Vnde fit, vt non oīs sacerdos, hoc ipso quod sacerdos est, ad id idoneus sit.

1 Quia licet per sacerdotale characterē accipiat potestatem, & iurisdictionē habitualē ad absoluēdū, quicquid aliqui neoterici contra prædicta iura perperā dixerint; actualē tamē, quæ ad id est necessaria, non recipit; putā ordinariā vel delegatā a Summo Pontifice, vel a Protocœnitentario, vel episcopo, vel Proepiscopo, seu Vicario, vel a Parocho, vel saltem vt rōne bullarū, vel propter alias concessiones possit a pœnitente eligi tanquam proprius sacerdos. Nā absq; ea, neq; in quadragesima, neque alio tempore potest valde & efficaciter absoluere, iuxta Pan. communiter receptum in capit. Omnis, de Pœnit. & remiss. no. 7. & Adrian. de confess. dub. 8. & nos latius in c. Placuit. nu. 8. de Pœnit. dist. 6. tradimus, (circa quod etiam aliqui docti decipiuntur) præterquam in mortis articulo, quo tēpore quilibet simplex sacerdos pōt audire cōfessiones, & a quacunque excōicatione, & quibuscūq; casibus absoluere. arg. ca. Quod de his, de sent. exc. c. Pastoralis. §. Præterea, de of. ord. & c. Si quis suadente. 17. q. 4. & ea, quæ latius diximus in c. 1. nu. 73. de Pœni. dist. 6. & nuper declaratum est optimè in dicto Concilio, & sess. c. 7. adiecta tamen modificatione inferius appositā, in prin. cap. 26. nume. 4. Ab hac regula etiam excipiuntur illi, qui non habent nisi venialia peccata, aut mortalia aliā rectè confessa; quos vel quilibet sacerdos ad dire potest, secundū Caiet. in Summa, verb. Absolutio. Quod quidem non ea de causa licet, quia ad id non opus sit iurisdictione ordinariā, vel delegatā, vt ille ait, sed propter aliam rationem, quam nos illius confirmata dedimus in ca. Placuit. nu. 22. de Pœn. dist. 5. Porro in primo horum duorū casuū, quos excepimus, puta in articulo mortis, poterit et religiosus sine facultate sui superioris validè & licitè absoluere, quoniā tūc ab ipso Papa habet potestatem, saltē tacitā. At in secūdo casu, nepe quādo non sunt nisi venialia peccata, & cetera non pōt licitè absoluere, quāuis valeat absolutio, secundū doctrinā illā Palud. in 4. dist. 17. q. 3. a S. Anton. 3. par. ti. 17. c. 7. Angelo in verb. Confessio. §. 4. & alijs receptam, nempe religiosum non posse audire confessionem aliquam nisi ad hoc a prælato suo fuerit tanquam idoneus expositus; etiam si pœnitens aliās ex privilegio Summi Pontificis possit quemcunque sacerdotem, siue secularem siue regularem eligere, eo quod religiosus non habet velle, aut nolle. capit. Nullus. c. Quorundam. de Elect. lib. 6. Quod sanè, iudicio meo, de illo religioso debet intelligi, cui aliquo statuto suæ religionis, vel imperio sui superioris, est negata facultas audiendi confessiones, non autem de alijs. Tum quia nullus textus aut ratio reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat. Tum quia religiosus in multis habet velle & nolle, iuxta S. Tho.

receptum

receptum 2. sec. q. 104. ar. 5. & Dominic. in d. c. Quorundam. Tum etiam quia audire confessiones est opus charitatis, & quemadmodum religiosus absque alia superioris facultate, dum modo sibi præceptis non desit, neque prohibita transgrediatur, potest componere pacem inter duos sibi inimicos, & consulere bene ipsum consulenti, a fortiori poterit componere pacem inter Deū & proximum, vt saluetur: Tum quia hoc obseruant communiter regulares alijq; plurimi religiosi, quibus nullum est statutum aut præceptum contrarium.

In postrema editione addidimus huic numero 2. quod quamuis clerici seculares non possint alij aliorum audire confessiones post Concilium Trid. sess. 23. c. 15. sicut antea, sed religiosi sic, qui ante illum poterat virtute suarum bullarum confiteri clericis secularibus idoneis; de quo dubitavit quidam vir doctissimus, cuius dubium sustulimus ea consideratione, quod nihil muratur quoad illos per dictum Concilium, vt apparet ex contextu, qui sic habet. Quāuis presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta synodus, nullum etiam regularem posse confessiones secularium et sacerdotum audire, neq; ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur necessarium esse, aut aliās idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegij, consuetudine quacunque etiam immemorabili, non obstantibus. Et a iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus inuenitur expressum, l. Præcipimus. C. de Appel. & c. 2. de Transl. præl. Illa itē consideratione, quod ratio, quæ mouit mutare illud in secularibus, qui regulariter sunt distractiores & negligentiores in hoc, non habet locum in religiosi, qui regulariter sunt circumspectiores & diligentiores in eo, & ita cessant verba & ratio, quæ sola cessante ipsa quoque cessat. l. Adigere. §. Quamuis. ff. de iure pat. & c. Cum cessante, de Appel. etiam si verba non cessarent, quæ tamen in hoc casu cessant.

Secundò dicimus, quod scientia confessorij vt sit perfectus, & vt solus possit de omnibus discernere, tanta esse debet, vt theologiam sacramentalē, & moralē, vtriusq; iuris peritiā, constitutionesq; synodales regionis vbi audit confessiones calleat, vti nos probauimus, in d. §. Caueat. nu. 9. Veruntamē, vt sit sufficiens muneri suo obeundo, satis & necessariū est, vt libros siue Græcos, & Latinos, siue vulgares relegens, penitusq; secum consideras rectè calleat quæ peccata ex his, quæ illi, quos audit, communiter perpetrant, sint mortalia vel venialia, & quæ circumstantiæ sint necessariò confitendæ, quibusq; criminibus annexa sit excommunicatio, quæ sint peccata reservata, quæq; restitutionem expostulant: vel saltem sciat dubitare in his, quæ alij mediocriter eruditi probè intelligunt, vt nouerit consulere peritos, quomodo & quando agendum sit id, de quo dubitat. Quod si auditorus est clericos, debet etiam illos casus non ignorare in quibus irregularitas incurritur, aut saltem nosse dubitare circa illos, vti nos probauimus, in d. §. Caueat, de Pœnit. dist. 6. nume. 27. Hæc resolutio partim fundatur in dictis S. Thom. in 4. dist. 17. in expositione literæ, & in cap. Omnis. versicu. Sacerdos, de Pœnit. & remiss. & Caiet. in Summa. verb. Confessori necessaria, & aliorum doctorum; partim in eo, quod vnusquis-

que nosse debet id; quod illi etiam necessarium est ad suum officium rectè exequendum, c. Non est sine culpa, de reg. iur. lib. 6. l. Illicitas. §. pen. de offi. Præs. cum eis annotatis; etiam lege naturali iuxta illud Persij.

*Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.*

Partim eo, quòd scientia eminens non est necessaria, quoniam satis est illa quæ dicitur sufficiens; iuxta Inn. recep. in c. Cum in cunctis, de elect. Partim, quòd ecclesiæ primitiua presbyteri nihil amplius, quàm quod dictum est sciebant. Partim, quòd satis est in iudicio exteriori mediocrem quãdam peritiam causarum habere, vel saltem aliquem assessorem, vt sit iudex, l. Certi. C. de Iudic. & cap. Statutum. §. Assessorum, de rescri. lib. 6. Partim, quòd mille ab hinc 3 annis in tota ecclesia Christiana ita communiter obseruatum esse videtur. Ex hac resolutione sequitur Primùm, non esse valde iuri consonam differentiam illam Durandi ordinis Minorum a S. Anton. 3. par. ti. 17. c. 16. alijsq; doctoribus communiter, & a nobis etiam dicto §. Caueat. recepti, quam constituit inter confessarios, qui ex obedientia & charitate onus confitendi assumunt, & eos, qui sua sponte ad id faciendum sese offerunt. videlicet, quòd hi, iuxta illos, tenentur de omnibus sibi a pœnitente propositis iudicare, an illud sit mortale necne; an habeat restitutionem, vel excommunicationem annexam, an contractus sit licitus vel illicitus, an impediatur communionem necne. Ille autem qui ex obedientia & charitate hoc onus suis humeris imponit, non obligatur ad amplius, quàm ad id quod dictum est; Quia hæc differentia nullo canone comprobatur: & quia si vera esset, pauci aut nulli ex cõfessarijs secularibus salui fierent: & quia obedientia non liberat a peccato confessarium illum, qui probè nouit, se non intelligere quod opus est ad cõfessiones audiendas, nihilominus tamen audit, sicut idem beatus Anton. vbi supra asseuerat: nam solùm excusat illum, qui dubitat, an ipse sciat quod sufficit, an non. arg. c. Quid culpatur. 23. q. 1. Item, quia. l. 1. §. Sæpe. ff. Depositi. ad hanc sententiam allegato, a remotis agit, & nihil cõcludit. Primùm, quod agit de illo, qui sese gratis offert ad depositum custodiendum. Deinde quia quamuis dicat huiusmodi depositarium teneri ad refarciendum damnum, quod sua culpa contigerit, ad quod aliàs nullatenus teneretur, c. j. Depositi. veruntamen non dicit, vt quidam illi imponunt, teneri ad illud damnum, quod culpa sua leuissima acciderit; ac subinde debet intelligi de culpa leui, vt rectè Decius in l. Contractus col. 1. ff. de regu. iur. annotauit. Tertiò, quòd qui gratis se offert ad custodiam depositi, non debet ad amplius obligari, quàm ille qui propter stipendium idem facit, vt sentit Gregorius nonus in capi. 1. de Deposito. Eum autem, qui ratione stipendij aliquid seruat, non obligat culpa leuissima, licet obliget leuis. dicto capi. 1. & qui tunc huic oneri sponte sua se offerunt, (vt plurimum) propter aliquod stipendium, quo vitam sustentare valeant, faciunt. Quartò, quòd Panor. & Imo. qui tenent cum communi sententia, Depositarium sponte se offerentem obligari ob culpam leuissimam, fundantur in eo quòd huiusmodi depositarius præsumitur accipere depositum propriæ tantùm utilitatis intuitu, & consequenter

quenter, videntur sentire, quòd si constaret illum sese huic labori obtulisse intuitu illius qui deponit, non esset tunc obligatus nisi ex dolo, vel lata culpa, quòd si intuitu vtriusque id fecit, tunc teneretur ex lata culpa, & leui; Est autem manifestum confessarium principaliter, aut certè equè principaliter, onus confessionis audiendæ sibi imponere in gratiam pœnitentis, quàm propter se, & consequenter ob id, quia sese obtulit, non tenetur ad amplius, quàm ad vitandam culpam latam, aut leuem, & id quod communiter eidem officio operam nauantes euitare solent, & ab eo sibi cauere, quod iuxta talis muneris naturam videntur obligari: & hoc in toto orbe videmus communiter obseruari.

Secundò sequitur, quòd non quicumque est idoneus ad audiendam confessionem alicuius certæ personæ, vel in aliquo loco certo, est idoneus ad audiendam confessionem quorumuis aliorum & in quocunque loco; Facit illud statutum Ecclesiæ, Gallicanæ positum in titulo de Collat. §. In ecclesijs, adiuncta glossa in verb. muratis, quatenus sensit, in oppidis muro cinctis habiliores rectores poni debere, id quod multis occasionem errandi tollit.

Tertiò, quòd qui audit confessionem in aliquo vico aut pago rusticorum hominum & simplicium, non tanta indiget scientia, quanta ille, qui audit in ciuitate; nec qui audit in ciuitate mediterranea tanta, quanta qui in ciuitate maritima; nec qui in maritima, tanta, quanta qui in vniuerso quodam Regno, vel India; nec qui audit vbi sunt multi viri litterati, quos possit consulere, vt vbi nullus est talis.

Quartò, quòd confessarius, qui nescit discernere in quibus casibus possit aut non possit absoluere, neque differentiam inter maiorem & minorem excommunicationem, vel ignorat peccata mortalia communia, aut simplicem fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter esse peccatum mortale, vel quancunque superbiam, iram, inuidiam, aut gulam existimat esse mortalem, vel circa dubios contractus saltem dubitare minime nouit, nõ excusatur à culpa mortali, quantalibet bona vita, conscientia, subtilitate, & ingenio naturali præfulgeat ad alia munera obeunda, arg. c. Non est putanda 1. q. 1. & quòd ille, qui huiusmodi confessarios exponit, vel iam expositos tolerat, multo grauius peccat, arg. notatorum in glo. c. 1. de offi. deleg. & affirmant Albert. Magister, Thom. Bonauen. & communis, in 4. dist. 17. & distinctius Antoni. 3. part. tit. 7. cap. 6. §. 1.

Quintò, Veram esse illam S. Antonini vbi supra decisionem, videlicet huiusmodi confessorem imperitum, in tribus casibus excusari posse, Primus est, quãdo confitens est valde sibi ipsi sufficiens ad suorum criminum grauitatem confessario exponendam, & reputatur habere rectam conscientiam. Secundus casus est, quando confitentes sunt personæ spirituales crebro ad cõfessionem accedentes, & subinde communiter non alijs quàm peccatis venialibus tenentur Tertius est, quando pœnitens est in articulo mortis, neque adest alius, qui possit eum audire præter illum, Eadem ratione, idem videtur dicendum de confessario qui est apud infideles, sarracenos, vel gentiles, penes quos sunt Christiani liberi vel serui vincti catenis vel soluti, quibus nõ est copia confessoris peritioris.

tioris . arg. c. 1. §. si. Ne sed. vacan. li. 6. & l. gñaliter. §. Spurius. ff. de Decuriom.
Sexto, quòd etiam qui obedientiæ præcepto confessiones audit, iudicando
se ad id non esse idoneum, peccat: Nam neque prælatus id ei debebat præcipe
re, arg. 1. ad Thimot. 1. c. Nihil, de elect. & c. fin. eod. titu. lib. 6. neque subditus
si non est idoneus, debet id acceptare, c. Non est putanda, 1. q. 1. At si dubitat
de sua sufficientia, poterit Prælati sæpe præcepto conformare, arg. c. Quid cul-
patur, 23. q. 1. & eorum quæ trad. Tho. 2. sec. q. 104. ar. 5. Saltem si nouit præ-
latum id muneris non iniunxisse, ira, odio, amore, vel cupiditate permotum,
Superior autem cum secura conscientia rectè poterit hoc illi præcipere, si ipse
iudicat illum idoneum confessionibus, quibus eum præfecit, audiendis, iuxta
id, quod dictum est, arg. c. Apostolicæ, de cleric. excommunicat. minist. & c. In
notuit, de elect.

Bonitas confessarij ad minus tanta debet esse, vt sit, vel probabiliter credat
se esse extra statum mortalis culpæ, c. 1. §. Caueat, & §. Laboret, de Pœnit. dif.
6. Nam si in eo audierit confessiones, & absoluerit, lethalis culpæ reatum incur-
rit, Quia omnis qui recipit, vel administrat sacramentum in peccato mortali,
mortaliter peccat. c. Illud 95. dist. c. Per Esaiam 1. q. 1. & resolutius alijs tra-
didimus in c. Quando, de consec. dist. 1. notab. 6. nu. 43. & 45. Licet eius abso-
lutio communiter valeat, arg. c. Maledicam & c. Per Esaiam 1. q. 1.

Postquam hæc fuerunt typis excusa, concilium Trident. sess. 4. can. 9. & 10.
declarauit esse hæreticum asserentem sacramentalem absolutionem sacerdotis
non esse actum iudiciale, sed tantum nudum quoddam ministerium, & qua-
si declarationem quandam pœnitenti esse peccata omnia condonata, dum ta-
men ille credat se esse absolutum, & etiam illum, qui asserit, absolutionem etiã
iocose exhibitam valere, vel non esse necessariam confessionem ad hoc, vt à cõ-
fessario pœnitens absoluat. Idem esse de illo qui dixerit, absolutionem im-
pensam à sacerdote labe mortalis culpæ infecto non esse validam, vel eum qui
non est presbyter, posse sacramentum absolutionis conferre.

Circa prædicta peccat.

Primò, qui deputat confessarium inhabilem ad audiendas confessiones.

Secundò, qui cum sit inhabilis patitur se deputari.

Tertiò, qui audit confessionem in mortali peccato.

Quartò, qui aliquem ex quatuor erroribus positus nu. 7. credit.

An verò is semper dicatur hæreticus, consule Prælud. 1. nu. 10.

Caput Quintum de his qua confessarius debet penitentem
interrogare, & qua prudentia id faciet.

S V M M A R I V M.

Confessarius debet penitentem interrogare id, quod expedit, & nõ amplius nu. 1.
& ad quas interrogationes teneatur, sub reatu lethalis culpæ, nu. 2.

Confes-

Confessarius in suis interrogationibus tria debet obseruare. num. 3. & qua
sint illa, & quo pacto se gereere debeat in peccatis carnalibus, numero. 4.



R A E S V P P O N I M V S primò, quòd is cui iniuctum est aliquod
onus, debet illud rectè subire. c. Non est putanda 1. q. 1. & c. Iudican-
tem 30. q. 5. sine tamen nimia curiositate. glos. r. dicti c. Iudicantē.

Secundò, Confessarij munus esse præcipuum, ideoque prudèter
exercendum, ac subinde interrogandum pœnitentem id quod expedit & non
amplius, iuxta illud Augustini relatum a Gratiano, in c. 1. de Pœnit. di. 6. §. Di-
ligens, & a Magistro in 4. dist. 19. cap. fin. Diligēs confessarius sapienter interro-
get peccatorem, quod forsitan ignorat, vel præ verecundia velit occultare.
Quibus verbis Beatus Tho. adiunxit in 4. dist. 19. in expeditione literæ, confes-
sarium teneri scrutari conscientiam peccatoris, sicut solet medicus ægritudinē
ægroti, & iudex causam litigantis.

Ex his inferitur primò, verum esse illud Angeli verb. Interrogationes in prin-
cipio, quod nos latius tractauimus in dicto, §. Diligens: nempe confessarium
teneri sub pœna peccati mortiferi ad interrogandum omnia quæ ipse videt,
animaduertit, & credit esse necessaria ad hoc vt sit integra & fructuosa confes-
sio, cuiusmodi est illud, quod ipse existimat pœnitentem silere ob ignoratiam,
inconsiderationem, aut obliuionem, arg. c. sit rector, 43. dist. Nam hoc ad suū
munus pertinet. c. Omnis, de Pœnit. & remiss. sed non est eiusmodi, quod (suo
iudicio) pœnitens aut intelligit, aut aduertit, neque præ obliuione verecundia ve
prætermittit: tunc enim potest sibi persuadere pœnitentem id non perpe-
trasse, vel iam alijs fuisse confessum, quamuis omittere aliquam interrogationē
per inaduertentiam aut obliuionem, non videatur esse mortiferum, arg. dicti c.
Sit rector. & eorum quæ in præludio 7. Repet. c. Inter verba, 11. q. 3. diximus,
Ex confessionibus autem quas audiui, intelligo duas interrogationes esse maxi-
mè necessarias, Alteram de numero peccatorum, cuius expressio est necessaria,
vt dicitur in cap. 6. Quia video paucos exprimere toties peccaui in hoc, & to-
ties in illo, imò sibi satisfecisse videntur, dicendo multoties, aut infinitis vici-
bus, quod non sufficit. Alteram de specie particulari eius, quod generaliter con-
fitentur. Quoniam adeo generaliter confitentur nonnulli, vt nequeat satis in-
telligere confessarius, an sit peccatum veniale, an mortale; vt declaratur supra
cap. 2. num. 4.

Secundò, quòd confessarius tria debet obseruare, quæ nos in d. §. Diligens, 3
nu. 2. & sequenti comprobaui. Primum est, vt non interroget omnia, quæ
pœnitens poterat commisisse, sed tantum illa, quæ homines eiusdem qualitatis
effi cere solent, argu. cap. De testibus, cum his quæ in dicto §. Diligens
citamus. Vnde nec nobilem laicum debet interrogare illa quæ communi-
ter soli ecclesiastici solent facere. Secundum est, vt solum interroget con-
suetæ peccata, quæ ferè omnes nouerunt, qualia sunt transgressiones viti-
tiores Decalogi, & septem crimina capitalia, & omissiones circa duodecim
articulos fidei, & circa septem Ecclesiæ sacramenta, & opera misericordiæ, &
circa

circa custodiam quinque sensuum & alia huiusmodi. Non autem interroget peccata occultiora, quæ perditissimi homines inuenerunt, vel si forsan de his verbum fecerit, ita caute & dissimulanter efficiat, talibusque circumloquijs vtatur, vt si penitens illa commiserit proferat, sin minus ea non ediscat.

4 Tertio, In peccatis carnalibus non nimium descendat ad peculiare circumstantias, singulas quasque minutatim interrogans, ne seipsum aut penitentem ad aliquam delectationem alliciat. Etenim quemadmodum docet Philosophus. 3. Ethic. & Tho. quolib. 1. ar. 9. Delectabilia tanto magis mouent, quanto particularius considerantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat satis est enim dicere; quoties id commiserit, modò id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dinoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circumstantias peccati: Quod vsque adeo verum est, vt nullatenus penitenti permittat, nimis distinctè illas exprimere, vt post alios in dicto. §. Diligens, diximus, & consequenter summatim tantum debet interrogare de osculis, amplexibus, alijsque tactibus impudicis, eos qui non sunt obstricti matrimonio, Illos autem qui obstricti sunt, magis perfunctoriè vel nihil profus, nisi solùm ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo, Quoniam alia aut non sunt peccata, aut nõ sunt nisi venialia, vt rectè Caiet. 2. sec. q. 154. ar. 1. in fine magnæ additionis explicuit, & inferius dicitur. Imò & cū circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nominet, quod est turpe auditu, arg. principij Procemij Decretaliũ.

Circa prædicta peccat.

Primò, confessarius qui interrogat plusquam oportet. nu. 1.

Secundò, qui interrogat minus, vel quod non oportet. nu. 1.

Tertiò, aliter quàm oportet. nu. 2.

Horum tamen peccatum licet semper sit vt minimum veniale, non tamen est mortale, nisi quando inferretur damnum notabile animæ, corporis, famæ vel fortunarum, per ea quæ dicuntur infra cap. 11. nu. 4.

Caput Sextum de peccati circumstantijs.

S V M M A R I V M.

Circumstantia quid. nu. 1. & septem eius species, nu. 2.

Circumstantia mutans speciem necessario confitenda, nu. 3. & 19.

Circumstantia homicidij & fornicationis ratione loci sacri, confitenda est, & illa etiã quæ prohibita est propter diuersam legem, &c. nu. 5.

Circumstantia mendacij iocosi, & illa, quæ extenuat peccatum, quando confitenda. nu. 6. 7. & 8.

Circumstantia diei festi, ieiunij, orationis, aut loci sacri, regulariter non necessario cõfiteanda. nu. 9. & 10.

Circum-

Circumstantia personæ & religionis quando confitenda. nu. 11.

Circumstantia conscientie contrariæ quando confitenda. nu. 12.

Circumstantia numeri non est proprie circumstantia. nu. 13. 14. & 15.

Peccati numerus quando dicatur augeri per iterationem, vel continuationem, vel propositi mutationem. nu. 10. 17. & 18.

Penitens potest vel unico solo verbo mille peccata confiteri. nu. 19.

Circumstantiam per obliuionem in vna confessione omissam potest quis in alia sine cõfessione noua peccati confiteri. nu. 20.



1 **P**RO fundamento materiæ presentis in primis asserimus circumstantiam peccati, iuxta mentem iuris c. Consideret, de Pœnit. dist. 5. l. Aut facta. ff. de Pœn. c. sicut dignum, de homicid. Panor. & aliorum interpretum, ibidem Tho. 1. sec. q. 7. & in 4. dist. 16. & omnium aliorum ibidem, & Anton. 3. par. tit. 17. c. 17. §. 4. Gerfon. 2. par. fol. 170. quos retulimus in principio dicti c. Consideret, & alibi, esse quoddam accidens rei, quæ peccatum est. Diximus, (*Accidens*) quoniam nulla operis circumstantia est substantia eiusdem. Diximus etiam (*rei quæ peccatum est,*) non autem diximus peccati, quoniam sepe fit, quod opus secundum se non est peccatum, fit tamen tale ob adiunctam circumstantiam. Cum enim tunc ipsamet circumstantia sit illud, in quo peccatum consistit, non est accidens peccati, sed illius rei, quæ peccatum est, sicut nos, in d. c. Consideret, nu. 3. elucidauimus: sequentes Alex. Halensem, in 4. par. q. 77. ar. 2. col. 2.

2 Secundò, Quod circumstantia in septem species diuiditur, quæ continentur in illo versiculo. *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando,* relato à S. Tho. in d. q. 7. ar. 3. qui magis nobis placet, quàm illud Palud. in 4. dist. 16. q. 3. ar. 1. vt nos diximus in princip. dicti c. Consideret, nu. 4. Quoniam in illo Palud. ponitur verbum, *Quoties,* quod numerum denotat, loco, *Quibus auxilijs;* & numerus nõ est circumstantia, sed potius peccati multiplicatio, vt ibidem tradidimus.

Tertiò, Quod harum circumstantiarum omnes illæ & solæ in confessione necessariò exponi debent, quæ efficiunt opera quorum sunt circumstantiæ peccata mortalia, vel quod illa, quæ sunt mortalia vnus speciei, fiant etiam vt sint alterius, vel quod est mortale ob vnã causam, sit etiam propter aliam, siue mutant opera ipsa ab vna in alteram speciem, siue secus: iuxta communẽ opinionem, quam copiosè ibidẽ nu. 5. pertractauimus. Et solæ illæ & omnes sunt huius generis, quæ secundum Tho. in dicta dist. 16. q. 6. ar. 2. q. 3. ultra malitiã eiusdem operis habent specialem repugnantiam cum ratione. Secundum Scotum verò illæ sunt in confessione dicendæ, quæ diuersis specialibusque preceptis prohibentur. Diximus, (*specialibus*) Quoniam non sufficit esse talia, quod vnum in altero includatur, qualia sunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium, quod etiam in dicto principio nu. 74. probauimus, & corollaris sequentibus speciatim explicabitur. Ante quorum explicationem admonemus, quod postquam hæc fuerunt hispanè excusa, Concilium Tridentinum,

Cap. Sextum de circumstantijs peccati.

tinum, fess. 14. c. 5. can. 7. diffiniuit illum esse hæreticum qui dixerit, nos non teneri ad confitendam circumstantiam, quæ mutat speciẽ peccati. Quod quidem est intelligendum de circumstantia, quæ speciem peccati venialis mutat in mortale, vel speciem vnus mortalis in aliud mortale; non autem de illa, quæ mutat speciem vnus venialis in aliud veniale, quod non est necessariò confitendum, gl. c. Omnis, de Pœnit. & remiss. recepta ibi, & in 4. dist. 17. & quamuis Concilium non loquatur expressè, nisi de illa circumstantia quæ mutat speciẽ peccati, intelligendum tamen est etiam de illa, quæ opus alioquin ex se bonũ, vel saltem non malum, facit mortiferum: imò etiam de illa, quæ facit vt opus, quod ob vnum respectum est mortiferum, sit tale ob alterum, quamuis species operis quantum ad suam essentiam minimè mutetur. Quoniam circumstantia, quæ facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno respectu, vt sit tale altero, dici potest mutare speciem per prædicta in prælud. 9. nu. 6. vt in quarta illatione dicitur. Ratio enim, quæ ad hoc diffiniendum Concilium mouit, est, Quoniam confessarius est iudex, qui in causa pœnitentis non possit æquam ferre sententiam absque manifestatione circumstantiæ, quæ mutat speciẽ peccati, quæ quidem ratio militat etiam in tribus prædictis circumstantijs. Quare idem iuris debet esse de omnibus l. Illud, ff. ad l. Aquil.

Sit ergo primum corollarium, circumstantias illas, scilicet esse commissum peccatum in secunda, vel tertia feria, aut in prato, vel vinea, manu dextra, vel sinistra, non esse cõfitendas, quoniam per hos nullum prædictorum trium fit, siquidem non fit mortale, quod sine illis non esset tale; neque etiam fit lethale alterius speciei, neque alio respectu.

4. Secundò infertur, quòd peccans ob fiduciam, quod postea per confessionem veniam obtinebit, non tenetur de necessitate id confiteri, quia non est circumstantia adeo peccatum aggrauans, imò potius minuit, sicuti Caet. 2. sec. q. 2 l. ar. 2. quicquid Bonauent. in Apolog. insinuauit.

Tertiò, Quòd is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, non satisfacit dicendo, se id furtum fecisse, sed oportet exprimere, esse rem sacram, vel de loco sacro surreptam. Nam hæc circumstantia efficit, vt quod est mortale vnus speciei, aut vno respectu, fiat etiam alterius, vel altero respectu, eo quòd specialiter prohibetur lege particulari alia distincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ quidem præcipit, ne quid sacrum aut de loco sacro surripiatur. capi. Quisquis 17. q. 4. Id ipsum est dicendum de homicidio & fornicatione in loco sacro perpetratis. Nam per hanc circumstantiam fiunt mortalia alterius speciei, vel alio respectu, eo quòd lege humana speciali prohibentur. c. Proposuisti, de consec. eccl. vel altar. & c. Ecclesijs, de consec. dist. 1.

5. Quartò infertur, eum qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere confitendo se cum fœmina cõcubuisse: quoniam debet exprimere, quòd erat coniugata, religiosa, vel consanguinea. Nam in primo casu est corporale adulterium, in secundo verò sacrilegium vel spirituale adulteriũ; in tertio autem incestus; & per consequens, quòd erat mortale vnus generis, efficitur alterius. Et si quis deliberauit furari, vt possit rem habere cum vna religiosa,

Cap. Sextum de Circumstantijs peccati.

55

ligiosa, & altera coniugata, tenebitur confiteri furtum, sacrilegium, & adulterium. Nam & si tria hæc sint vnus interior actus voluntatis, ille tamen ex triplici diuersaque causa est crimen Lethale. Siquidem trifariam rationi repugnat, & tribus etiam distinctis & specialibus legibus prohibetur. Ex quibus facile colligas responsum ad quæstionem nuper nobis propositam, scilicet, An qui coniugatus rem habuit cum aliena coniugata, teneatur declarare non solum se esse coniugatum, sed etiam illam cum qua rem habuit: resoluenda est enim affirmatiue; quia est circumstantia, quæ per se sola mutat speciem peccati, ita est confitenda per prædicta.

Quintò, quòd quæcunque circumstantia finis prohibita per aliam legem specialem & diuersam ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confessione etiam explicari circumstantia furantis ad fornicandum, occidendum vel percutiendum alterum.

Sextò, qui mentitur vt alijs præbeat voluptatem sine alterius detrimento quod est mœdaciũ iocosum, & veniale tantum, hac intentione, vt etiam si intelligeret esse mortale, nihilominus mentiretur, tenetur illam circumstantiam confiteri, quoniam per illam efficitur mortale, sine qua non esset tale.

Septimò, quòd tenetur illas circumstantias confiteri, quæ peccatum extenuat. Vnde qui peccauit cum muliere quadam ab eadem prouocatus, non tenetur confiteri se esse prouocatum ab illa. Si quidem id peccatum extenuat, per cap. Significauit, de Pœnit. & remiss. quod in hoc dixit singulare Fely. in cap. Dilecti, de excep. col. antepen. & per l. Si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iuliam de adult. quem ad hoc aiebat singularem Iaso. in l. Vt vim. ff. de iust. & iur. col. 2. aptissimus tamẽ ad hoc propositum textus in dicto c. Consideret, verb. Tentatione; Imò opinio communis quam sequebamur in princip. dicti c. Consideret, nu. 5. videlicet, quòd Pœnitens talem illam circumstantiam subterfugere debet, quia in confessione se ipsum excusare nõ debet: nunc displicet. Tum quia nulla lege aut ratione fulcitur, qua id possit efficaciter cõprobari. Tum quia vt licet illam exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpam quam habet, nihil illi detrahens, neque adiciens. Tum quia secundum Bonauenturam, in 4. dist. 16. & cõmunem, quam vbi supra sequuti fuimus, tenetur manifestare illas circumstantias extenuantes, quæ ita extenuant, vt efficiant non esse peccatum, vel ad summum veniale tantum, quod aliàs fuerat mortale, qualis est circumstantia grauis morbi, quæ leuiorem facit esum carniũ in quadragesima. Item tenetur tales circumstantias exponere, quando eas confessarius pœnitentem interrogat, vel quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem confessarius apprehenderet. arg. c. Nihil, de præscript.

Octauò, quòd quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant, opinio tamen communior & probabilior habet, hoc non esse necessariũ, quando augmentum illud non est in causa vt veniale mortale fiat, vel alterius speciei mortalis, vel alio respectu: quod nos vbi supra copiose confirmauimus, & satis declaratum

claratum est nunc per Concil. Trid. sess. 1. c. 4. 5. & can. 7. a contrario sensu; licet Marsilius in lib. 4. q. 12. ar. 1. corol. 4. communem istam sententiam restringat, ne sit ei locus in circumstantia, quæ clarè & manifestè peccatum adauget, à quo ibi discessimus ob multas variasque cõsiderationes. Et quamuis posthæc Dominicus Sotus asseruerit idem quod Marsilius contra communem, non tamen debemus ab ea discedere; Tum quia confessarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirendis omnibus circumstantijs mutantibus speciem, etiã sine perquisitione non mutantium, sed notabiliter aggrauantium, vt putent quasi impossibile perquirere has, & illas: & Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem Tho. in 4. dist. 15. tum quia multi penitentes remanent cum magnis scrupulis, an confessi fuerint benè aut malè, videntes pauca peccata esse vnius speciei, quæ non sint maiora, vel minora notabiliter, quàm alia eiusdem, ratione personæ, loci, moræ, modi, præludiorum, aut consequentium, & ita fiunt importunissimi confessarijs, redeuntes ad se reconciliandum, & dicentes confessi fuimus, peierauimus, percussimus, fornicati fuimus, sed non diximus tempus, quod in eo consumpsimus, neque quod paulum ante aut post diximus, aut fecimus hoc, vel illud, quod augebat peccatum, & vix est vlla via alia sedandi & tranquillandi eos, quàm docendo illas circumstantias non esse necessariò confitendas, quia non mutant speciem saltem in genere moris; Item quia peccator non tenetur, vt asserit communis, & idem Sotus in 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. confiteri mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium aut percussorem, sufficit enim dicere, interfeci, percussi: neque oscula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: sufficit enim dicere fornicatus sum: neque cogitationes & voluntates apparatus ad furandum, vel committendum alia delicta, imò satisfacit vltimum actum confitendo, vt dixit Sotus post alios in dicto ar. 2. dicendo: percussi, interfeci decies, fornicatus, furatus fui toties, & cæt. Tum quia S. Concilium Trident. in sess. 14. c. 5. & can. 7. cui interfuerunt viri doctissimi, & sanctissimi, qui de his opinionibus in scholis differuerunt, declarauit circumstantias, quæ mutant speciem, esse confitendas: significans a contrario sensu alias non esse confitendas. arg. l. 1. ff. de offi. eius cui, & c. Cum apostolica, de his, quæ fiunt a præl. Tum deniq; quod interest plurimum ad salutem animarum, vt amemus & nõ horreamus confessionem; in quod iuuabit alleuiatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, a quibus potest leuari, iuxta eius institutionem diuinam, & declarationem Sanctæ matris Ecclesiæ: iugum enim Domini suaue est, & onus leue: Math. 11. Adde prædictis, quòd quamuis hæc nostra, quæ communis est opinio, videatur facere pro alia cõclusionem prædicti Soti in dicta dist. 18. q. 2. ar. 4. de qua nuper interrogati fuimus, non tamen videtur nobis vera; illa enim cõclusio habet, non esse necesse confiteri virginitatis circumstantiam, id est, quòd is qui confitetur est virgo, si voluntas fornicandi non peruenit ad actum, quauis secus sit quando peruenit; Non, inquam, videtur vera, Tum quia peccata voluntatis, oris, & operis, sunt eiusdem speciei, & non differunt, nisi quòd alia sunt magis perfecta quàm alia, vt dicemus in cap. 16. nu. 9. post S. Tho. 1. sec. q.

52. ar. 7. & consequenter stuprum mentale, quod est voluntas habendi copulam cum virgine, aut cum sit virgo, erit eiusdem speciei, cuius stuprum reale; quod est ipsa copula: & si quis eam habuit, debet cõfiteri illam circumstantiam, vt ipsemet ait. Etiam debet confiteri qui eam voluit habere, licet non habuerit: Cum alia species luxuriæ sit velle fornicari cum virgine, vel cum sit virgo, & alia velle fornicari cum corrupta, vel cum sit corruptus, vel corrupta, Tum quia Concilium Trid. declarauit in sess. 14. cap. 5. can. 7. quòd circumstantia, quæ mutat speciem, confitenda est necessariò, qualis est hæc de qua loquimur, vt prædictum est; Tum quia non facit pro eo prædicta opinio communis, quia loquitur de circumstantia non mutante speciem peccati, conclusio verò eius, de circumstantia illam mutante.

Videtur tamen nobis hæc opinio communis restringenda. Primò, ne procedat in circumstantia, quæ sic auget peccatum, vt ratione ipsius fiat reseruatium, saltem ex vi cõstitutionum synodaliũ, quæ solent aliquando furta aliqua, & damna certæ cuiusdam quantitatis Episcopo reseruare, vel addere quòd absolutio siue restitutio fiat certo quodam modo.

Secundò posset etiam restringi ne procedat in ea circumstantia, quæ habet annexam excommunicationem, vel efficit, vt ea sit Papalis, quemadmodum leuis percussio clerici est episcopalis c. Peruenit, de sent. excom. vbi text. singularis: grauis verò est Papalis c. Si quis suadente 17. q. 4.

Tertiò limitatur in ea circumstantia, quam confessarius interrogat, & nõ potest filieri absque periculo alicuius spiritualis incommodi, vt rectè asseruit Syluest. in Summa. verb. Confessio. 1. §. 9. Quamuis Iohãnes de Friburgo, qui fuit author Summæ confessorum, d non dicit in loco citato ab eo lib. 3. tit. 33. q. 11. neque etiam vbi de hac materia tractat, lib. 3. tit. 34. q. 81.

Nonò asserimus, quòd circumstantia diei festi non est necessariò confitenda, quoniã nõ facit esse lethale quod sine illa nõ esset tale, neq; alterius speciei talis, neq; alio respectu: nisi esset opus seruile in festis prohibitũ, quale nõ est peccatũ iuxta S. Tho. in 3. sen. dist. 37. ar. 5. q. 2. Hæc assertionẽ cõfirmauimus, in d. c. Cõsideret, a nu. 17. vsque ad 40. multis fundamentis rñdendo totidẽ alijs oppositis, sequuti in eo Cardinalem Caietanum 1. sec. q. 7. & 2. sec. q. 122. ar. 4. & in quolib. 10. & in Summa verb. Dies festos, resolutumque Syluestrum verb. Circũstantia, q. 3. & verb. Dies Dominica, q. fi. & in Aurea rosa casu. 63. vbi testatur doctissimos quosque ordinis Dominicani conuenisse, & hanc opinionẽ suscepisse: & Iacobum Almaynum in 4. dist. 17. col. 24. Quamuis communis opinio posset in duobus casibus obseruari, sicuti diximus ibidem nu. 40. nẽpe quando eo sine peccatum, committitur, vt in eo fiat aliquod opus manuale prohibitum in illo die, & quando intentione & proposito violandi festum lethale crimen admittitur.

Decimò, Quòd circumstantia diei ieiunio vel orationi consecrati, licet videatur aliquantulum augere peccatum, non est de necessitate confitenda, nisi peccatum perpetratur cum proposito violandi per illud huiusmodi diem; Quoniam non efficit mortale, quod aliàs non esset tale, nec mutat in speciem mortalis,

mortalis, nec facit, vt nouo respectu fit tale: quorum aliquod requiritur ad hoc vt circumstantiæ confessio sit necessaria, vt supra dictum est. nu. 3. & probauimus in princip. d. c. Consideret, nu. 3. 2. verb. Ad primum.

Vndecimò, quòd quamuis circumstantia loci sacri omne peccatum grauius reddat secundum accidens, tamen non est necessario confitenda, nisi quando ipsum opus peccati sanctitati vel immunitati eiusdem loci directè contrarietur: qualis est humani sanguinis, vel seminis effusio, vel violenta abstractio eorum, qui ad loca sacra confugiunt. Quoniam in his, quod erat mortale propter vnā causam, fit etiam mortale propter alteram. ar. c. Ecclesijs, de consec. dist. 1. c. Proposuiti, de consec. eccles. c. 1. eod. tit. lib. 6. vel quod peccatum non erat, aut solum veniale ex genere, ratione talis circumstantiæ fit mortale, vt est actus coniugalis inter virum & vxorem ibidem si ne causa iusta exercitus, qui quidem in alijs locis peccatum non effert.

10 Duodecimò, quòd qui in ecclesia committunt peccatum aliquod superbia, periurij, aut gula & cat. non tenentur necessario confiteri circumstantiā loci sacri: neque qui in eodem loco existentes desiderant occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non percipiant id committere in eodem. Nam qui tale desiderium conciperent, etiam si extra locum sanctum existerent, circumstantiam sacrilegij, quod in eo admittunt, confiteri tenerentur, vt in principio dicti cap. Consideret, nu. 2. diximus.

11 Tertiodecimò, quòd quamuis circumstantia propriæ personæ aliquando peccatum augeat: Quia cæteris paribus plus peccat dignitate aliqua præditus quàm priuatus. c. Homo 40. dist. & prælatus plusquam subditus. cap. Præcipue 1. q. 3. & sapiens plusquam ignorans, cap. Sicut dignum; de homicid. & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, vt liberius peccet quàm peccaret sciens, cap. pen. 3. 7. dist. & bonus plusquam malus, & melior quàm minus bonus; & licet propterea vtile sit, huiusmodi circumstantiam confiteri, non tamen communiter necessarium est: quoniam illa vt plurimum neque ex veniali facit mortale, neque ex mortali vnius speciei, mortale alterius, neq; ex mortali vno respectu, mortale alio, propter alium finem. At verò quando hoc fieret, putà cum agitur contra votum, vel contra statum voto firmatum, vt cum religiosus fornicatur; circumstantia personæ confitenda est, quoniam tunc aliquod ex illis tribus prædictis efficit. Quod quidem non ita fit, quando religiosus blasphemat, vel quoduis aliud crimen, quod non est contra sua vota vel regulam quam est professus, admittit, vt post Caietanum 1. sec. q. 17. ar. 1. diximus in dicto principio c. Consideret, nu. 30. Circumstantia enim religionis communiter non facit esse mortale, quod suapte natura non erat tale, neque etiam facit esse alterius speciei, quod ex se erat alterius, Et ita patet responsio ad id quod nuper quæsitum fuit, an religiosus fornicans teneatur confiteri se esse religiosum, nam per prædicta est palam, eum ad id teneri.

12 Decimoquartò, quòd tunc demum & non aliàs est necessarium confiteri circumstantiam quòd peccauerit contra conscientiam, quando opus effectum ob nullam aliam legem, sed solum propter conscientiam erroneam tantum fit peccatum,

atum, tunc enim solummodo vnum ex tribus illis prædictis & non aliàs efficere manifestum est, sicut nos vbi supra nu. 58. & 65. nouè declarauimus.

Decimoquintò, quòd numerus peccatorum non est circumstantia, sed additio peccati ad peccatum: Quoniam frequentatio peccati non circumstat prius peccatum; sed constituit nouum & separatum à priori. Circa quod quatuor diximus in dicto c. Consideret, nu. 4. 1. Primum, non esse satis dicere, peccavi sæpe in hoc genere peccati; quoniam verbum illud, sæpe, ita verificatur in numero denario, imò & in binario, sicut in centenario; iuxta gl. 1. c. Monasteria, de vita, & honest. cleri. latè Georg. in principio Clem. Sæpe de verb. signifi. quamuis Archidiacon. in c. Imitare 6. q. j. & in prin. d. ca. Consideret, partem affirmatiuam defendat, quem licet Angelus verb. Confessio. 1. §. 23. noluerit reprobare, merito tamen eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus in d. c. Imitare.

Secundum, Peccatorem teneri ad dicendum certum numerum peccatorum si eum nouerit exprimere, dicendo hoc peccatum commisi toties. Quòd si certum numerum minime nouit, debet secum rationem ponere, quoties in die, vel hebdomada, aut mense, plus minusve illud peccatum admiserit, & exponere numerum verisimiliorem. Peccaret enim mortaliter, qui præ pudore vel hypocrisis aliquid ex numero cuius meminit subiceret. Imò etiam si per culpam suam latam fiat quo minus recordetur, eo quòd ea de re nihil antea secum præcogitarat, cum tamen id facere potuisset, & proinde confessio nihil valet.

Tertium, satis esse absque aliquo numero suum statum sufficienter manifestare, veluti si qua publica meretrix per decennium parata & exposita ad fornicandum, tam cum clericis, religiosis, & virginitate præditis, quàm laicis & coniugatis aut solutis, & post conuersionem confiteretur, exprimeretq; se toto illo temporis spatio in eo statu fuisse; hoc, inquam, satis esset, ut post Cardinalem Caiet. in q. 3. de confess. conclusimus in dicto c. Consideret, ponderantes illa verba, quantum perseverauerit, & defleat quòd perseveratè peccauit. Per quæ prædictam sententiam singulariter probauimus vt ibi diximus; & addidimus, eum qui annum integrum omisit dicere horas canonicas, satisfacere dicendo, anno integro omisi diuinum officium.

Quartum, quòd toties numerus peccatorum augetur, quoties peccatum ipsum vel voluntas peccandi, quæ fuerat intercisā, renouatur. secundum Io. And. in reg. Delictum, col. pen. de reg. iur. lib. 6. in Mercurial. Quòd planè verum est in peccatis internis, quæ solo animo consummantur, vt odium, hæresis; non autem idem est in illis, quæ opere exteriori consummantur. Nam illa voluntas non dicitur iterari, donec opere exteriori perficiatur vel interrumpatur; vt euenire solet, quando quis vadit in longinquum ad homicidium perpetrandum, & in ipso itinere, quod vno die conficit, nunc de illo nunc de aliis meditat; hic enim non peccat in hoc amplius quàm vnum peccatū, licet multo grauius iuxta Caiet. in libello 17. respòs. 15. responsi. quem in dicto principio. nu. 48. sequimur, ponderantes textum ad hoc singularem in c. Cum pro causa, de sent. excom. Ex quo primò inferimus peccatum non iterari, aut multiplicari etiā si durante opere exteriori multoties voluntas interior interrumpatur & renouetur, neq; est eò

trario, si manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius anteaquam delictum finiatur, uti copiosius in dicto principio, nu. 48. comprobauimus. Secundo quod omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodo sunt veluti quaedam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt peccatum, etiam si illi actus fuerint interrupti; quales sunt passus itineris, praeparatio aequi, lanceae, aliorumque armorum vna cum desiderijs, varijs vicibus interruptis, verbo, esu, & somno renouatis, eius qui vadit ad occidendum alium triginta vel quadraginta miliaribus distantem. Nam licet illi actus in genere entis considerati, singulatim sint multae & variae res, tamen considerati tanquam via & partes ipsius peccati quibus totum peccatum est consummandum, non amplius quam vnum peccatum efficiunt, sicut lapides, columnae, ligna, reliquaque materia vnius domus, multa sunt secundum se sumpta, caeterum omnia simul considerata tanquam partes vnius domus non amplius quam vnicam domum conficiunt, l. Eum qui, ff. de V. suc. & l. Qui vniuersa, ff. de acquir. posses.

17 Tertiò, quod qui rem habuit cum aliqua, non tenetur confiteri colloquia, oscula, & alios huiusmodi actus antecedentes & immediatos ad coitum. At verò qui bis coit, etiam si vnus actus sit immediatus post alterum, tenetur dicere se bis couisse. Ratio diuersitatis est, quia vnus coitus istorum non est via neque praebulum ordinatum ad alterum, colloquia verò, oscula, & amplexus sunt via ad copulam, quam praecedunt: quae omnia sunt quotidiana. Porro, non diximus (*Qui sunt via,*) quoniam si acciderit interruptio, eo quod proposuit non consummare peccatum, vel quia mutauit sententiam poenitendo, vel propter alium finem, & postea velit illum consummare, tunc duo esseat peccata distincta: licet praedictus Cardinalis circa hoc nihil admoneat, quod tamen est quotidianum. Neque adiecimus sine causa (*Qui tantummodo sunt via ad vnicum peccatum perpetrandum*) quoniam si actus illi sunt peccata secundum se, vel ordinantur ad alia peccata, tot peccata committuntur, quot sunt illi ex natura sua, vel quot sunt fines deprauati ad quos diriguntur: Nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via furatur, rapit, peierat, blasphematur, vel suum esum, potum, iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium conceptum, verum etiam in adulterium, infamiam, & sacrilegia perpetranda, tot peccata committit, quot sunt ibi actus in se mali, & quot fines mali in quos diriguntur. Quin etiam ibidem addidimus, quod sicut huiusmodi peccatum longo tempore continuatum, est grauius quam si momentaneum fuisset, sic etiam qui ipsum commiserit meo consilio plus de illo dolebit, & spacium temporis, quod in eo insumpsit, in confessione explicabit.

18 Quarto, inferimus solutionem illius quaestionis, quam nos interrogauit admodum R. Pater Antonius de Zurara prouinciae pietatis religiosissimae, quem ego propter maximas virtutes, scientiam, & prudentiam, & quia in hoc Manuali Hispano excudendo strenue me iuuuit, plurimum quum viueret merito dilexi, quemque eo magis mortuum diligo, quo vitam sanctam sine sanctissimo claudens, insignius seraphicae regulae obseruationis exemplum, etiam eo nomine reliquit, quod nullatenus se habitu ordinis sui ante illam exui permisit,

fit, interrogauit inquam, Quot peccata committeret ille, qui longo tempore illicitis amoribus irretitus, mulierem persequitur, sed non potitur ea? dicimus enim ut minimum toties illum peccare, quoties interruptit malam illam voluntatem peccandi conceptam cessando ab impendenda opera exteriori pro illo tempore, & iterum postea illam continuat. Ita quod si diem integrum vel noctem, aut partem eorum insumpsit musicis cantilenis, quo mulierem alliceret, vel opportunitati captandae, qua ipsam alloqueretur, vel alijs officijs, quibus in illum finem pessimum eam flecteret, quandiu talis voluntas & opera exterior non interruptitur, vnum tantum peccatum erit, licet tanto grauius, quanto diuturnius. At vero si opera illa exteriori (quam tunc adhibet) finita, vacat alijs negotijs, quae non sunt via neque praebulum ad praedictum opus, & iterum redit ad eandem illam malam voluntatem solam, vel ad aliam faciendi aliud opus exterius simile vel dissimile praecedentibus, ad prauum illum finem consequendum, peccatum aliud committit, & tot subinde peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiusmodi interuenerint, praeter multas alias voluntates seu volitiones absolutas quas habuit absque operis consummatione, & confitendo numerum verisimilem eorum, satisfaciet pietissimo Domino, cuius misericordia & patientia mirabilis est in ferendo hanc nostras audacissime impudentissimeque continuatas offensas, cum posset eas vel solo nutu grauissime punire, ut re vera puniet, nisi ipsi prius nos punierimus.

Decimosextò, quod vnico verbo potest poenitens mille peccata mortalia confiteri: veluti dicendo, millies blasphemauit, millies peierauit, millies fornicatus sum, millies occidere statui, millies feci contra meum votum, vel iuramentum, decies consului alicui, ut in peccato mortali perseveraret, illud aut illud toties feci ad finem fornicandi, & cetera. quoniam huiusmodi confessioni nihil deest ad ipsius integritatem, etiam si tot peccata paucis sed claris verbis expresserit, ut nos in principio dicti c. Consideret, nu. 110. post Caie. Tom. 2. de contritione q. 2. comprobauimus.

Decimosseptimò, quod circumstantia scandali in duobus casibus est necessaria confitenda, secundum omnes, uti nos in c. 1. S. Animaduertere, nume. 5. de Poenit. dist. 5. diximus. Quoniam in his vnum ex tribus illis supradictis efficit. Prior casus est, quando scandalum est formale, hoc est, quando aliquid dictum aut factum fuit animo prouocandi alium ad peccatum mortale, & non solum tenetur confiteri id quod praedicto animo dixit aut fecit, sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quam prouocare intendebat, per dicta supra in capitu. praecedenti. Posterior casus est, cum per opus suo genere bonum aut indifferens, secundum speciem tamen & apparentiam malum, praebetur occasio peccandi mortiferè. Super alio verò tertio casu diuersa est authorum sententia, videlicet, Cum quis mortiferè coram alijs peccat, absque proposito prouocandi eos ad mortiferè peccandum; Nam Adrian. in 4. de sacram. confess. quaest. 4. colum. 4. Io. Maior in 4. dist. 38. q. 3. & Syluest. in summa verb. scandalum, quaestio. 3. sentiunt partem affirmatiuam;

Cap. Sextum de circumstantijs peccati.

Beatus autem Tho. 2. sec. q. 43. ar. 3. negatiuam, quatenus ait, quod licet grauius peccet, qui peccat publice, quam qui peccat occulte, non tamen ob hoc dicitur communitur peccatum scandalij speciale. Quod ipsum affirmat Caie. in summa verb. scandalum. Nobis idem nunc videtur, quod vbi supra §. Animaduertere, visum fuit, nempe quod priori opinioni sit locus, quando eiusmodi peccatum per eiusmodi personam, vel in conspectu eiusmodi hominum admittitur, quod verisimiliter id videntes, peccati occasionem accipient. Opinioni verò posteriori Thomæ sit locus, quando non fit per talem personam, nec coram talibus; vt ibidem latius extendimus.

20 Decimo octauò, notandum est, quod qui obliuiscitur confiteri circumstantiã necessariò confitendam, non obligatur ad iterum cõfitendum peccatum, quod iam est confessus, sed satis est ei, vt solam circumstantiam confiteatur, verbi gratia, Iurauit quis se non iniecurum manus violentas in clericum, non furaturum, non blasphematurum, deinde percussit clericum, furatus est, blasphemauit, post quod confessus est se illa fecisse, oblitus dicere, quod antea iurauerat, se illa non commissurum, non tenetur ad iterum cõfitendum illa, sed satis est confiteri, quod semel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit transgressus, vel confiteri se fecisse aliqua opera in se mala, quæ se non facturum antea iurauerat, quod in dicto c. Consideret, nu. 104. latius tradidimus.

Secundum dubium, P. Vinc. est circa prædicta nu. 7. quod si vt nos tenemus, & ipse approbat, non est necessum confiteri illas circumstantias quæ notabiliter aggrauant non mutando speciem, sequeretur quod sufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccasse corde, non exprimendo quod opere compleuerit. Et quod qui ter sola mente peccauit, & bis mente & opere, satisfaceret confitendo se quinquies decreuisse fornicari, & quod etiam sequeretur posse confitentem respondere confessario interroganti an opere peccauerit, quod non, quia potest negare illa quæ non tenetur necessariò confiteri, qualia sunt venialia & etiam mortalia iam legitime confessa. ad quæ responderetur negando eiusmodi consequentias, quia conclusio nostra, quam ipse quoque probat, loquitur de circumstantia peccati, & non de peccato, neque de ipsius perfectione ad quæ fiunt consequentiæ; nam peccatum operis non est circumstantia peccati mentis, sed peccatum & perfectio peccati cordis, & à diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli, ff. de minor. & c. Ad audientiam de Decim. & peccata operis oportet confiteri, quia tenemur confiteri omnia peccata cap. Omnis, de penitent. & remission. vt supra in præludio 7. nume. 23. post Thom. ibi citatum declarauimus, addentes rationem, quare sufficiat confiteri peccatum operis sine confessione peccati cordis, & non contra, peccatum cordis sine peccato operis.

Contra prædicta errat & peccat.

Primò, qui credit nullam circumstantiam peccati esse necessariò confitentiam. nu. 3.

Secundò, qui credit numerum peccatorum non augeri per eiusdem peccati iterationem. nu. 16.

Tertiò,

Cap. Septimum quòd Pœnit. debeat etc.

Tertiò, qui verum, vel verisimilem numerum iterationum peccati non confitetur. nu. 16. & sequenti.

Quando verò ij censendi hæretici, consule Præludium I. nu. 10.

Caput Septimum, quòd Pœnitens debeat famam proximi conseruare non manifestando complices delicti.

S V M M A R I V M.

Manifestare alterius peccata est peccatũ lege diuina naturali prohibitum. nu. 1.

Confessio sacramentalis debet esse integra, diuina lege positua. nu. 1.

Legum duarum contrariarum, vtra potior. nu. 1.

Pœnitens non debet nominare personam cum qua peccauit, neque cõfessarius id peti debet. nu. 2.

Circumstantia aliqui necessariò confitenda, quo casu tacenda; nu. 3. Et quo pacto scã dalizari potest confessarius ratione circumstantiæ. nu. 4.

Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri, & quando mutato habitu confitebitur. nu. 5.

Confessarius ne scandalizetur quid agendum. nu. 7.

Communicare potest absq; confessione qui non habet copiam confessarij. nu. 6.

Confessarius quis dicitur, homo, qui prodesse possit, & non obesse, & cat. nu. 8.

Verecundia non est iusta causa adeundi alium confessarium relicto suo paracho. n. 9.

Pro fundamento dicendorum, Primò præsupponimus infamare alterum iniuste, & reuelare aliena peccata ei ea ignorantem esse peccatum lege diuina naturali prohibitum, vt diximus in c. inter verba, 11. q. 3. in cuius repetitione id pro sexta conclusione collegimus, eamq; 71. corollarijs ornauimus, & infra c. 28. in cõpendiũ contraximus.

Secundò, quod lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina positua CHRISTI redemptoris nostri, vt in gl. summae, de Pœnit. dist. 5. & supra c. 2. docuimus.

Tertiò, quod quando duæ leges contrariæ in aliquo casu cõcurrunt, in quo alterius obseruatio in aliquo casu est omittenda; tunc temporis illa, quæ maior est, minori det anteferri, & hæc illi cedere, arg. c. Iulianus, & c. Si dominus, 11. q. 3. & c. Sicut, adiuncta glo. verb. Necessitate, de Confe. dist. 1. vbi latè diximus, & aliquid in c. Sacerdos, nu. 25. de Pœnit. dist. 6.

Ex his infertur, Primò quod pœnitens personam cum qua peccauit nominare non debet, quoniam supradicta lex naturalis diuina hoc prohibet.

Secundò, quod confessarius præuidens pœnitentem velle nominare personas delicti consortes, vel per quas ipse induxit, vel a quibus fuit ad peccandum inductus, debet statim occurrere; ipsumque admonere ne illas nominet, ne ipse confessarius pariter peccet infamiæ peccato consentiens, vt ait S. Bonauent.

nauent. in 4. dist. 21. ar. 1. q. 3. Facit c. Notum, 2. q. 1. & c. 1. de offi. delegat.

Tertio, quod quamuis opinio communior, in 4. dist. 16. affimet, quod quando circumstantia necessariò confitenda non potest reuelari absq; reuelatione tertiæ personæ, tunc potest licitè illa reuelari, sed oppositum est verius, quod tenet Inno. in cap. Omnis, de Pœnit. & remiss. colum. 1. & Hosti. ibidem col. 4. & nos latius asseruimus in dicto cap. Sacerdos, nu. 99. nempe quod potius debet circumstantiam tacere, quàm proximum diffamare, quando alterum de duobus necessariò fieri oportet. Exemplum de pœnitente, qui commisit incestum cum propria matre vel filia, vel extitit mediator, vt ab alio committeretur, sed quia pœnitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimere absque mulieris infamia: in hoc enim casu tenetur circumstantiam tacere, & eam non infamare. Tum quia lex de non infamando proximo, diuina naturalis est; Lex autem, quæ iubet confessionis integritatem, est diuina positua, & ita hæc debet illi cedere per prædicta, & argu. principij 5. dist. adiuncto. §. fina. 6. distin. cum non sit locus vtrique. Tum quia secundum opinionem communem, pœnitens debet tacere peccatum, quod in confessione detectum, sibi vel confessario probabile damnum animæ vel corporis vel famæ afferret: veluti si pœnitens confessarij fratrem occidisset, & si confiteretur se aliquem occidisse, statim sacerdos crederet suum fratrem ab illo occisum, aut si cognatam suam, quæ filia esset confessarij, carnaliter cognouisset, & circumstantiam cognationis exprimeret, confessarius suam esse filiam suspicaretur, quibus casibus pœnitens debet curare dari sibi copiam alteri confitendi, quam si impetrare non valeat, tunc omnia alia peccata debet exponere, & vnum illud tacere, cum proposito illud idem confitendi quando prædictum cessauerit impedimentum, secundum S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. & Altissidior. probatum à Maiore in dist. 17. q. 5. colum. 5. Tum quia communis habet opinio, quod pœnitens ob id quod scemina est, vel ob peccati enormitatem, vel propter alias causas probabiliter credit, si suum peccatum vel eius circumstantiam proderet in confessione, scandalum magnū vel grandem occasionem peccandi mortaliter confessario præberet, tunc nullo modo debet illam confessario detegere, secundum Adrian. in 4. de Confes. q. 4. col. 8. versi. Ad argumenta: eo quod lex quæ scandalum prohibet, est diuina & naturalis. Mathe. 18. ca. 2. de oper. nou. nunciā. Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata, & omnes eorum circumstantias, est quidem diuina, sed positua, vt supra diximus, & consequenter patet illam esse fortiozem ista, & quando concurrunt simul, hæc illi cedere debet, per prædicta nu. 1. Quod quidem est verum, saltem quando scandalum illud passiuum, quod ex tali confessione inferretur, ex ignorantia vel infirmitate non autem ex malitia proueniret, vt sentit Maior, in 4. dist. 17. q. 5. col. 7.

Admonéo hic lectorem, quod quidam doctor religiosus in quodam libello suo me carpit, eo quod defenderim hanc conclusionem, sed serena mente fundamentis eius & nostris perpenfis, eadem iterum assero. Tum quia fundamenta nostra longe fortiora sunt, quàm fundamenta eius; Tum quia fundamentum

fundamentum principale ipsius est, quod communis tenet oppositum, quod ipsum etiam ipse assero. Sed non obstat, quia à communi recedendū est, quando pro contraria est textus, vel ratio, cui non potest satis bene responderi, vt diximus infra capitu. 27. nu. 286. per textum, cum glo. & communi in capitu. Capellanus, de feriis, & l. 1. §. Sed neque, C. De vet. iur. enucl. & rationibus prædictis non potest bene responderi a communi, neque ille ibi eis respondet, Tum quia præsupponit me esse authorem huius opinionis, quod demiratus sum, cum citauerim duos grauissimos authores illius, scilicet Inno. & Hostien. Tum quia prædictum dictum S. Thom. quod in hoc allegaui, & est communiter receptum, ille non negabit, cum sit eiusdem ordinis, & ex eo efficaciter inferitur opinio nostra, a qua non est discedendum, quamuis etiam Sotus immemor nostrarum rationum, sequatur communem in 4. dist. 18. q. 2. arti. 5. Tum denique quia omnium ferè sententia, vt in capitu. sequenti. num. 6. dicemus, habet, quod confessarius, qui non potest confiteri peccatum aliquod sine reuelatione confessionis, debet tacere illud, & reliqua confiteri. Quæ situm est nuper a nobis, An qui commisit incestum teneatur confiteri circumstantiam graduum cognationis & affinitatis. Cui respondimus affirmatiue, quoniam aggrauat peccatum mutando speciem; Alia enim species incestus est copula cum cognata in primo gradu, & alia cum cognata in secundo, & alia cū cognata in tertio, & alia cum cognata in quarto; & circumstantia, quæ mutat speciem, confitenda est, per dictum Concilium Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7.

Quarto, quod pœnitens in casibus prædictis, in quibus non potest confiteri circumstantiam necessariò confitendam sine alterius infamia, debet secundum omnes doctores in 4. dist. 17. procurare facultatem alteri confitendi, qui eum minime noscat, & si talem non inueniat, debet mutato habitu confiteri illi, qui aliàs ipsum agnosceret, & ita, vt neque ex voce aut alio signo deprehendatur, & nomen proprium, patriam, & professionem taceat: quod licitè facere potest, quia hæc non tenentur manifestare, nisi quando ex illis oritur aliqua circumstantia necessariò confitenda, qualis est esse coniugatum, quoad illam culpam, qua matrimonium læditur; vel esse religiosum, quoad culpam qua votū religionis infringitur. Confessario autem satis est, vt pœnitens eum certiozem faciat, se posse ab illo audiri & absolui. Nolumus tamen dicere, hanc solam causam sufficere vt pœnitens possit extraneo confessario, non habenti in hoc priuilegium confiteri, absq; sui parochi vel alterius superioris licentia, hoc enim non est verum, secundum Palud. receptum in 4. dist. 16. q. 3. quod & nos, in c. Sacerdos, & in c. fi. de pœnit. dist. 6. tradidimus.

Quinto, quod quamuis aliqui sentire videantur, quod quando nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiusmodi pœnitentem videri non habere copiam confessarij, & subinde posse sine præuia confessione communicare, argu. gl. fina. receptæ. c. De homine, de Celeb. Miss. nihilominus tamen verius arbitramur in tali casu debere reliqua omnia peccata confiteri, omisso illo, aut eius circumstantia, quæ non potest absq; dicto periculo exprimi, cū proposito tamē id confitendi, cum primum occurrerit confessarius, cui absque tali periculo

possit illud manifestare per prædicta in illatione 3. huiusmet cap. vt Maior sentit in 4. dist. 17. q. 5. ar. 7.

8 Sexto, quod quando proprius confessarius huiusmodi est, vt probabile sit confessionem talis peccati, & circumstantiæ illi factam, profuturam & nullatenus obfuturam, potest & debet pœnitens illam ei confiteri. arg. c. Hoc videtur 22. q. 5. hoc. n. non est infamare, quia nihil contra ius reuelatur. Nam iure fieri potest reuelatio criminis alterius, ei quem scit profuturum, & non obfuturum, secundum B. Aug. in d. c. Hoc videtur, dummodo prius eum per se corripiat, vel nulla sit ei spes correctionis, per suam correptionem, per ea, quæ in re pe. c. Inter verba 11. q. 3. conclus. 6. coroll. 46. nu. 573. dicebamus.

9 Septimo, esse annotandum, quod non est iusta causa adeundi extraneum confessarium (non habita facultate proprij) timor, quod post confessionem parochus magis sollicitè & accurate illius curam sit habiturus, nec adeo bene vt prius de ipso opinaturus, secundum Syluest. verb. Confessio 1. §. 6. quia nulla est lex neq; ratio, quæ id conuincat; Accedit etiam quoniam pudor solus ad hoc non est legitima causa; nisi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem constitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circumstantiam necessariò confitentiam, vt in c. Placuit, nu. 149. de Pœnit. dist. 6. diximus.

Circa prædicta errat & peccat.

Primò, qui confitendo sua peccata, reuelat complices. nu. 2.

Secundò, qui non confitetur omnia peccata mortalia, vel non omnes circumstantias necessariò confitendas, nu. 4. & 5.

Tertiò, qui communicat ante confessionem. nu. 5. & 6.

Quartò, qui sine iusta causa confitetur alieno parochio sine licentia proprij, nume. 9.

Caput Octauum de sigillo confessionis.

S V M M A R I V M.

Sigillum confessionis, quid sit, & quare ita vocetur. nu. 1.

Sigillum secreti duobus modis sumitur, & qui sint. nu. 2.

Sigillum confessionis, quæ includat, nu. 3. & quis teneatur ad ipsum obseruandum ultra confessarium. nu. 4. & 7.

Sigillum omne confessionis est sigillum secreti naturalis, non contra, sigillum autem confessionis est fortius altero. nu. 5.

Confessarius, qui proprium mortale peccatum confiteri non potest sine reuelatione confessionis, taceat illud. nu. 6.

Sigillum confessionis etiam post mortem durat. nu. 7.

Confessarius sæpe confessionem detegit, existimans se non detegere nu. 8. adiectis multis exemplis circa hoc. nu. 9. & 10.

Sigillum quando non violatur, cum appositione exemplorum nu. 11. 12. & 14.

Confessarius audiens multos pueros simul & coniunctim, si iam pollent iudicio rationis

tionis absque ulla necessitate, peccat, & talis consuetudo est sacrilega. nu. 14.

Confessarius, qui tanquam testis deponit, quod sibi confessum, est rumpit sigillum, & quando id faciet de licentia pœnitentis, & cetera. nu. 15.

Confessarius, qui dicit in tali loco, (nominando ipsum) committuntur graua peccata, perperam agit. nu. 16.

Confessarius quando imprudenter agit imponendo ieiunia & alias graues pœnitentias, statim exequendas, nu. 19.



Ro fundamento dicendorum repetentes dicta in c. Sacerdos, de Pœnit. dist. 6. nu. 15. post diuum Tho. in 4. dist. 21. q. 3. ar. 1. & communem opinionem, Primò diffinimus, sigillum esse obligationem vel debitum occultandi aliquid: Dicitur autem sigillum per metaphoram & similitudinem; Nam sicut sigillum continet occultam rem obfignatam l. 1. §. fi. & l. Cum ab initio, & l. Si quis signatoribus, ff. quæ ad. test. aper. ita obligatio seruandi aliquod secretum efficit id, ne fiat manifestum.

Secundò, diuidimus sigillum secreti in sigillum legis diuinæ naturalis, quod est obligatio quædam a iure ipso naturali inducta ad occultandum aliquid, & sigillum confessionis, quod nihil aliud est, quàm obligatio quædam a lege diuina positua per illum maximum Redemptorem nostrum inducta, ad occultandum, quod in sacramentali confessione reuelatur; qui quidem propter multas causas, quas in dicto c. Sacerdos. nu. 33. adduximus voluit, vt quamuis alia secreta, regulariter obseruanda, (c. Qui ambulat. 5. q. 5. quod cum aliis citauimus in d. c. Sacerdos, in prin. num. 3. cum seq.) sæpe possint & debeant reuelari, videlicet quando iubet superior, cap. Intimauit, de Test. cum ei annotatis per Panor. & Feli. & per Inno. & Panor. col. penul. in c. Omnis, de Pœnit. & remiss. & Panor. in ca. Qualiter 1. sub finem, de accusat. vel quando occultatio talis secreti nocet animæ, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vt diximus in reper. capitu. Inter verba, 11. q. 3. nume. 800. & seq. Tamen confessionis sigillum nunquam est referendum, præterquam in vnico tantum casu, nempe quando qui confessus est, ad hoc dederit facultatem quibusdam conditionibus affectam, sicuti inferius nu. 15. dicimus: Quinimo confessarius qui directè vel indirectè confessionem detegit, siue absoluat pœnitentem, siue secus, semper peccat mortaliter, siue id faciat præ timore, (etiam ipsius mortis,) siue gratia vitandi scandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcunque alium finem rectum aut prauum. capitu. Sacerdos, de Pœnit. distin. 6.

Tertiò, Addimus, quod idem Redemptor noster voluit, vt sub ista obligatione non solum peccata mortalia & venialia includerentur, verum etiam eorum circumstantiæ necessariò vel voluntariè confessæ, & quodcunque aliud, quod licet peccatum non sit, est tamen tale, per quod detectum, directè vel indirectè, in genere vel in specie detegitur, eum qui confessus est, aliquod mortale vel aliquod particulare veniale admisisse; etiam si leuissimum foret; vt diximus in c. Sacerdos. nu. 68. per ca. Omnis de Pœnit. & remiss. in eis verbis,

verbis, Caueat autem, ne aut verbo, aut signo, aut alio quouis modo prodatur peccatorem.

4 Quartò, quòd hoc sigillo & obligatione secreti confessionis, non solum ipse confessarius remanet obligatus, verum etiam, vt in dicto c. Sacerdos nu. 42. diximus, omnes illi qui confessionem sacramentalem audierunt vel intellexerunt: licet vel illicitè, mediatè vel immediatè, siue sint clerici siue laici, siue viri siue fœminæ, iux. S. Th. Palud. & omnes alios in 4. dist. 21.

5 Ex prædictis quatuor inferitur Primò, quòd omne sigillum confessionis est etiam secreti naturalis, nõ autem è contrario, Omne sigillum secreti naturalis est sigillum confessionis.

Secundò, quòd sigillum confessionis est fortius altero: quoniam alterum solum introductum est à lege diuina naturali, hoc autem, de quo agimus à lege diuina naturali & positua.

Tertiò, quòd quamuis quicumque vtrumuis horum sigillorum infregerit, peccet mortaliter, grauius tamen peccat, qui confessionis, quàm qui secreti naturalis sigillum frangit. Quoniam ille peccat contra duas diuinas leges, sicuti etiam grauius offendit, qui reseat secretum, quod iurauit seruare, quam ille qui solum idem promisit. c. 1. 22. q. 1. & glo. in c. Iuramenti ead. ca. & q. vt copiosus in d. c. Sacerdos, diximus.

6 Quartò, quòd confessarius, qui commisit aliquod mortale, quod nõ potest confiteri absque confessionis sibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri; cum proposito illud etiam confitendi quando absque prædicti sigilli præiudicio facere poterit, secundum omnes in 4. sent. dist. 21. quatenus tenent, quòd vt dictum est, non est nisi vnus casus, in quo liceat illud reuelare, qui quidem non est hic.

7 Quintò, quòd sicut in dicto c. Sacerdos, diximus, non solum sacerdos, & laicus cui propter aliquam necessitatem fit confessio, iuxta, c. 1. in principio de Pœnit. dist. 6. & etiam interpres, qui partes pœnitentis, qui linguam ignorat, agit, hoc secretum obseruare tenentur; verum etiam qui casualiter vel dolosè, licet vel illicitè alicuius confessionem audit, imò & is cui causa consilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur; Quoniam res cum onere suo transeunt. c. Ex literis de Pign. c. Pastoralis de Decim. l. 2. & 3. C. quib. caus. pig. tacit. contrah. Thom. 2. sec. q. 33. ar. 2. Palud. & alij in 4. & confessio simulac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti, adeò quidem, quòd iudex nihil deberet agere aut aggredi ob famam vel indicium, quòd inde oriretur.

Sextò, quòd hoc sigillum & obligatio durat etiam post mortem, quoniam nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad semper, & pro semper obligat, Tho. 2. sec. q. 33. ar. 2. Panor. & alij in c. Nouit de Iudic. Archid. in princip. de Pœnit. dist. 5. & in c. si peccauerit 2. q. 1. & c. Præcepta, de consec. dist. 1.

8 Septimò quòd hoc sigillum violauit (veluti in dicto c. Sacerdos, nu. 51. diximus,) quidam parochus, qui suo parochiano publicè conquerenti, quòd sibi Eucharistiæ sacramentum denegabat, publicè etiam in hunc modum respondit.

dit. Ne queraris amice, quia tibi denego sacramentum, quia habes casum referuarum, à quo ego non possum te absoluere. Nam perinde est ac si diceret, ille confessus est mihi aliquod mortale: si quidem venialia referuari nõ solent. arg. glo. c. 1. de Pœnit. & remiss. lib. 6.

9 Octauò, quòd confessarius in hunc modum loquens, ille mihi confessus est multa & valde grauia peccata, confessionem detegit, vt nos post Palud. in 4. dist. 17. q. 3. in dicto c. Sacerdos, diximus; & etiam ille qui duarum aut trium personarum confessionibus auditis, de vna illarum sic loquitur: Hic nullum peccatum mortale habuit, quoniam indirectè videtur significare alios duos peccata fuisse confessos: sicut in dicto cap. Sacerdos, nu. 57. diximus, adijcientes idem facere illum, qui confessione pœnitentis audita, statim consulit virum doctum præsentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis quærit, & accepto consilio ilico redit vt eum absoluat.

Nonò, quòd hoc etiam sigillum infringit sacerdos, qui cum ipse alteri confitetur, accusat se absoluisse aliquem à peccato symoniæ, eo modo vt alter sciens a quo fuisset in in confessarium electus, facillè poterat conijcere, quifnam fuisset absolutus, vt in d. c. Sacerdos, nu. 58. diximus.

10 Decimò, quòd grauius errabant quidam confessarij, quos Hostiensis in summa de Pœnit. & remiss. §. In quo tenetur: narrat se vidisse ridentes & iocantes, qui sibi inuicem confessiones auditas referebant, dicentes in hunc modum. Quidam miles & quædam mulier hodie ad me venerunt, & illud aut illud mihi confessi sunt, qui quidem quamuis illorum nomina non exprimerent, per coniecturas tamen facillè fuerat deprehendere. Ibidem etiam reprehendit eos qui dicunt ille confessus est admodum bene, confessio illius non mihi satisfacit, vt in c. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. diximus.

Vndecimò, addimus nonnullis visum esse, quòd Concil. Trident. sess. 24. ca. 8. de reform. iussit, vt confessarij imponant pœnitentias publicas ijs, qui publicè peccarunt cum scandalo aliorum manifesto, vt quos ad malum inuitarunt, eosdem ad bonum incitent. Credo tamen, quòd noluit statuere, vt confessarij hoc facerent saltem tali modo quo sciatur eas ab illis fuisse impositas. Tum quia non loquitur de confessarijs; & quia illud esset rumpere indirectè sigillum illud: & quia etiam erat sancitum antea in cap. 1. de pœnit. vt peccatis publicis imponatur publica pœnitentia: sed illud (vt in cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. num. 86. & sequen. probauimus) intelligitur in foro mixto exteriori, in quo posset intelligi hoc concilij, & non in mero interiori, quòd significat dictum concilium in tribuendo potestatem Episcopis mutandi pœnitentiam publicam, de qua loquitur; & quia non est recedendum ab antiquo iure, quando nouum ad id nos non compellit. Itaque credo confessarium non debere palam facere indirectè, quòd pœnitens sibi confessus fuit aliquod peccatum publicum, scandalosum, imponendo ei pœnitentiam publicam, sic vt credatur ab illo fuisse data: quamquam bene potest imponere ita, vt crederetur pœnitentem à se illud facere ad ædificationem eorum, quos scandalizauit; & etiam posset ei suadere, vt hoc significaret illis, quos scandalizauit, dicendo se id facere, quo sciatur se ex

se ex animo petere, percipereque nequis eius exemplo peccet.

Duodecimò, quòd contra hoc sigillum etiam facit, qui de concubinarijs vel alijs publicis peccatoribus asseuerat, illos peccata illa publica fuisse sibi confessos: quamuis enim non reuelet peccata, siquidem iam publica erant, et tamen ratione visus est reuelare, quia dicit illos talia peccata in confessione explicuisse. uti in dicto c. Sacerdos, nu. 62. comprobauimus. Item ille reuelat confessionem, qui dicit ille confessus est mihi, sed ego eum non absolui: constat enim eum qui huiusmodi verba audierit coniecturum, vel penitentem non fuisse contritum, uel aliquam excommunicationem, aut censuram aliam incurrisse, quamuis Caietanus cuius argumentis ibidem nu. 64. respondimus, oppositum teneat. Præterea secundum omnes ille etiam infringit sigillum, qui dicit. Ego illum non absolui, quia non uult restituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

11 Decimotertiò, quòd non frangit hoc sigillum ille parochus, qui accersitus ad sacram Eucharistiam ministrandam publicis usurarijs vel alijs similibus peccatoribus, quorum confessionem vel ipse vel alius audierat, cum illis ita se gerit, ac si nihil per confessionem accepisset, & in hunc modum loquitur. Hi homines quantum apparet hucusque in peccato publico permanserunt & permanent, & publico peccatori, quousque etiam publicè constet quòd desijt effectalis, non debet Eucharistiæ sacramentum publicè ministrari. Nam istius modi uerbis non reuelatur confessio, neque quicquam falsè dicitur, sicuti post Palud. in 4. dist. 9. q. 4. col. 2. in principio c. 1. nu. 91. de Pœnit. dist. 6. & in c. Sacerdos. nu. 65. eadem dist. diximus. At uerò si diceret, ego non possum, vel non potui illos absolvere, quia publicam illorum pœnitentiam non uideo, iam tunc violat sigillum, sicut nos multis rationibus contra Caiet. in princip. dict. c. Sacerdos. nu. 65. confirmauimus. Ille etiam qui dicit, ego audiui confessionem Petri, vel audiui peccata Petri, vel Petrum à suis peccatis absolui, non est sigilli violator, quia per hoc non ait aliqua mortalia peccata generatim vel speciatim sibi fuisse confessã, nec aliqua uenialia in specie. Tum etiam quia in summa nihil amplius dicit, quàm si dixisset, confessus est mecum, & ego ipsum absolui, quibus uerbis nullus confessionem reuelare uidetur, sicut in dicto c. Sacerdos nu. 68. diximus, nisi quando aliquis adeo clam est confessus, ut nolit alium scire se tali sacerdoti fuisse confessum; Quod quidem contingit, quando uxor fratris ipsius confessarij contra maritum peccauit, confiteturque alteri omnia sua peccata, ut postea reliqua crimina præter illud unum, mariti fratri vel consanguinei confiteatur, qui quidem si nosset illam alteri fuisse confessam, aliquid mali suspicaretur.

12 Decimoquartò, quòd non rumpit sigillum qui dicit, eo ad audiendam reconciliationem Petri, qui suis minutissimis peccatis, ut solet, caput mihi obtundet, nam hic solùm in genere peccata uenialia alterius manifestat. Item non est violator sigilli, qui sine expressione causæ denegat alicui suffragium in electione prælati, eo quod eius peccata per confessionem cognouerat; Neque ille qui dicit, tale peccatum mortale in confessione audiui, dummodo adeo circumsp-

etè &

etè & cautè hoc ipsum dixerit, ut nullo modo possit cognosci persona, quæ tale peccatum fuerat confessã, secundum Palud. & communem opinionem in 4. dist. 21. & Adrian. in dicto dub. 10. quamuis Panor. in c. Omnis, notab. ult. oppositum sentiat, cuius argumenta satis apertè & sufficienter in d. c. Sacerdos nu. 78. dissoluimus, ibi tamen nu. 81. adieciimus, satius esse talia uerba nunquàm proferre, nisi propter magnam proximi utilitatem, & quòd uiri grauissimi rarò ita loqui deberent, & rarius minus graues, & rarissimè leues, quoniam hi facilius quàm illi incidunt in suspicionem criminis de violato sigillo confessionis.

Decimoquintò, quòd sacrilega est illa parochorum quorundam consuetudo audiendi simul multos pueros in unum congregatos, iam rationis usum habentes sine ulla necessitate, quia pœnitentiæ sacramento iniuriam faciunt, ipso ad risum & iocum abutentes, arg. l. Mimæ. C. de Episc. aud. & §. fin. Auth. de sanct. Episc. col. 9. & glo. c. Cum decorem, de uita & honest. cleric. Tum etiam quia ipsi pueri postea suorum sodalium confessiones alijs pueris manifestant, in quo contra multa præcepta delinquitur, quæ in cap. Omnis, de pœnit. & remiss. & in 4. dist. 21. habentur; ut in dicto cap. Sacerdos, nume. 110. diximus.

Decimosextò, quòd confessarius in interrogatus quid egerit circa pœnitentem quem non absoluit, respondere debet se suo munere fuisse perfunctum. At uerò si diceret se non absoluisse, iam sigillum perfringeret, nam tunc probabilem ingerit suspicionem, aliquod peccatum graue confessum esse pœnitentem, uel aliquam excommunicationem incurrisse, uel nolle emendari, quantumuis Caietanus hoc defendere contendat, ut in præallegato cap. Sacerdos, numer. 93. diximus.

Decimosseptimò, quòd non rumpit sigillum istud confessarius, qui circa peccatum quod audierit in confessione consilio alterius indigens, eo modo postulat illud sibi dari, ut ex eius uerbis nullo modo quis fuerit author sceleris possit intelligi. cap. officij de pœnit. & remissio. ut ex supradictis eod. cap. illat. 12. patet.

Decimo octauò, quòd confessarius, qui uocatus in testem ante iudicem exponit quòd in confessione acceperat, quia alio modo id ipsum intellexerat, non dicitur sigillum confessionis dissoluere, dummodo ita prudenter deponat, ac si nunquam quippiam tale in confessione percepisset. secundum S. Tho. in 4. dist. 21. ab omnibus receptum, ut nos id etiam in dicto cap. Sacerdos, nu. 61. diximus. Nam si aliquid aliud adderet, ex his quæ nouit in confessione supra id quod ante cognouerat, siue rem ipsam, siue rei certitudinem augendo, iam fit sigilli violator, secundum mentem omnium doctorum, quam Syluest. uerb. Confessor. 3. q. 5. expressit.

Decimononò, quòd nec ille infringit hoc sigillum, qui ex licentia penitentis liberè & spontè & ex iusta causa sibi concessã confessionem detegit secundum S. Tho. & multos alios, quorum opinionem multis textibus, & rationibus, in dicto cap. Sacerdos, nume. 151. comprobauimus, nouam aliam

rationem

rationem antiquæ diffinitioni reddentes.

Vigefimò, quòd malè facit confessarius, licèt non dicatur confessionis reuelator, ita loquendo. In tali loco (expresso nomine loci in quo audit confessiones,) graua crimina perpetrantur; Nam simplices scandalizantur, existimâtes his & alijs similibus verbis confessiones reuelari, atque subinde speciem mali præferunt, & idcirco ab illis abstinere debemus, sicuti in dicto cap. Sacerdos, nu. 54. diximus, iuxta Apostol. ad Thessalonic. 3. relatum in cap. Cum ab omni specie mali, de vit. & honest. cleri.

17 Vigefimoprímò, quòd non est prudentis iniungere Pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitentias, quas ille teneatur statim à confessione, vel paulo post eam perficere, quando pœnitentiæ huiusmodi fuerint, vt commode & secretò fieri non possint, absque eo quod ab aliquibus videantur, qui subinde suspicentur propter graua aliqua crimina illas fuisse iniunctas a confessario, sicut in dicto cap. Sacerdos nu. 103. diximus; quamuis aliqui affirmant, propter graua peccata graues quoque imponi posse pœnitentias, dummodo ex eo nulla specialis suspicio exoriri possit propter ista, vel alia crimina confessã fuisse impositas. Cæterum quia nullo modo siue in genere siue in specie mortalia peccata licitè reuelari possunt, hoc non esse securum arbitramur, nisi consensus pœnitentis id iustificaret.

Vigefimosecundò, quòd non facit contra sigillum confessarius, qui ex Petri confessione intelligens, Iohãnem fuisse illius complicem in delicto, postea Iohãnem de illo crimine interrogat, dummodo non exprimat, quòd rem à Petro acceperit, secundum Angelum, verb. Confessio 10. §. 9. imò neque in particulari etiam interrogans, sigillum aperit, quãdo Iohannes verisimiliter suspicari non potest illud expressisse Petrum in sua confessione, Quia nimirum peccatum eiusmodi erat, vt circa illud confessarij soleant interrogare: Caueat ramen tunc quicquam de Petro sciscitari, iuxta Syluest. verb. Confessio 3. §. 16.

Vigefimotertiò, quòd qui reuelat secretum reuelatum sibi sub sigillo confessionis, vt vulgò fit, sine sacramentali peccatorum suorum confessione, non frãgit sigillum confessionis, secundum Inno. Panor. & Communem in c. Omnis, de Pœnit. & remiss. etiam si genuflexus & præuio signo crucis in fronte reuelauit, vt diximus in repe. c. Inter verba 11. q. 3. nu. 621. citantes in hoc Sotum & Caietanum, quem ille non citat.

Tertium Dubium, P. Vinc. est quid faciet confessarius alicuius mulieris ductus in aliquod desertum à marito eius nobili vel Tyranno, & interrogante an sua vxor confessã fuerit ei se adulteratam esse, intentando ei mortem si veritatem non dixerit? cuius prudentes considerationes gratia breuitatis, quæ in hoc opere affectatur, omitto, remittendo me ad illa quæ scripsi in Commentario. c. Humanæ aures, 2. q. 5. per quæ similem fere quæstionem soluo infra c. 25. nu. 43. respondeo, quòd potest absolutè dicere, & si opus est, iurare, eam sibi non esse confessum vllum adulterium, concipiendo mente sola illa verba: Eo modo quo dicere obliget.

Circa

Circa hæc peccat.

Primò, qui directè, vel indirectè reuelat confessionem, etiam si sit alius à confessario. nu. 3. 4. & 7.

Secundò, qui audit plures pueros simul absque necessitate, nu. 14.

Caput Nonum, In quibus casibus confessio debeat iterari.

S V M M A R I V M.

Peccatum rectè confessum semel, non est necessarium iterum confiteri, secundum legem diuinam & canonicam. nu. 1.

Absolutio sacerdotis regulariter valet, etiam si sit iniusta, si in ea non sit defectus aliquis substantialis. nu. 1.

Sacramenta collata excommunicato valent, et si peccetur in ipsis conferendis. nu. 2.

Absolutio à peccatis quæ confertur excommunicato communiter valet &c. nu. 3.

Absolutio iniusta excommunicationis valida est, & an peccet, qui vult recipere ab solutionem à peccatis, prius quam ab excommunicatione. nu. 4.

Absolutio impensa à confessario non habente iurisdictionem nihil valet, nu. 5. Quæ autem confertur ab illo, qui habet potestatem absoluendi à quibusdam peccatis, non autem ab alijs, valida est quantum ad aliqua, non autem quantum ad alia, & quid tunc sit agendum. nu. 6.

Confessio facta excommunicato, suspensò, vel interdico, quando valeat. nu. 7.

Confessio facta Priori aut Abbati, non habenti bonum titulum neque malum, non valet. nu. 8.

Confessio facta confessario, qui nesciuit aut noluit absolvere cum forma substantiali, ad hoc necessaria, non valet. nu. 9.

Confessio facta à Pœnitente, qui non habet propositum euitandi peccata &c. nihil valet. nu. 10. neque etiam illa, quæ non est integra, nu. 11.

Confessio pœnitentis, qui omittit aliquid confiteri ob iustam aliquam causam, rectè valet. nu. 12.

Confessio, quæ fit à Pœnitente, non adhibita diligentia reminiscendi, quando non valeat. nu. 13.

Confessio non est iteranda ob id, quod pœnitentia non adimpletur, nu. 14.

Neque etiam valere desinet ob id, quia non credit se aliquando peccaturum. nu. 15.

Pœnitens, qui iterat confessionem, eidem cui malè confessus est, non tenetur iterum confiteri, quod antea fuerat confessus, sed potius &c. nu. 16.

Pro fundamento circa hoc dicendorum præmittimus Primò, conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam in 4. dist. 17. Peccatum semel rectè confessum, non esse necessariò iterum confitendum sola lege diuina & canonica: Imò neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget, absque proprio iurisciuiusque consensu.

Cap. Nonum quando conf. sit iteranda.

su, iuxta veriorum S. Tho. Quol. 1. ar. 12. sententiam, & aliorum cōplurium, si licet Gerfon, in lect. 2. super Marc. Palud. in 4. dist. 17. q. 5. col. 2. & Jacob. Alm. ibi col. 44. Dionys. quem Maior & Jacob. sequuntur, & Adrian. in 4. de Confes. q. 5. col. 3. quos in c. Fratres, nu. 30. de Pœnit. dist. 5. & in c. si. nu. 11. de Pœnit. dist. 6. sequuti fuimus.

Secundò, Quòd sicut aliæ iudicum sententiæ communiter valēt, etiā si sint iniustæ. c. 1. 11. q. 3. c. Cum inter. De re iudic. nisi quando defectus est substantialis. cap. 1. de re iudic. l. 1. & toto. titu. C. quando prouoc. non est necess. Ita eadem omnino ratione absolutio sacerdotis regulariter valet, etiam si fuerit iniusta, quando nihil ei ex substantialibus deest, secundum mentem omnium in 4. distinctio. 17. argumen. l. Illud, ff. ad leg. Aquiliam & cap. 2. de Translatio. Prælato.

2 Tertiò, quòd quamuis peccatum sit excommunicato ministrare sacramēta, si tamen illi conferantur, vera sunt & valida, vt in cap. 1. §. Caueat. nu. 35. de Pœnit. dist. 5. affirmauimus, siquidem confessio facta ab excommunicato valet, cap. Cum illorum, de sen. excom. matrimonium ab illo contractum, cap. significasti, de eo, qui dux. in matr. Eucharistia ab ipso consecrata, arg. cap. De homine, de celebrat. miss. Confirmationis, & ordinis sacramenta ab eodem suscepta. ca. 1. de ordin. ab epif. qui renunc. Episcopat. omnia valent propter rōnes quas ibi adduximus.

Quartò, quòd illud commune dictum, de quo in cap. Fratres de pœnit. dist. 5. num. 31. diximus, ob vnumquemque quinque defectuum fieri potest vt peccata semel confessa iterum confiteri oporteat, scilicet propter defectum pœnitētis, aut confessarij, aut confessionis, aut satisfactionis, debet intelligi, quando defectus est essentialis, non autem accidentalis.

3 Ex his præmissis multa deducuntur. Primum, quò ad defectus ex parte pœnitentis: Dicimus ergo: Absolutionem à peccatis, quæ confertur maiore aut minore excommunicatione ligato communiter valere, vt patet ex supradictis, in 3. præmissa huius c. nu. 2. quoniam nō est defectus essentialis: quamuis qui dat & accipit eam scienter, sacrilegium committat. arg. cap. Si celebrat, de cleri. excom. ministr. & cap. Sacris, quod met. caus. vt in cap. Fratres, num. 30. de pœnit. distinct. 5. contra Angelum in verb. Confessio, 1. §. 4. & verb. Confessio. 5. §. 10. probauimus; qui quidem incautè pro se adduxit Richardum in 4. distin. 18. ar. 9. quæst. 4. quem constat nobiscum sentire, & consequenter illum ad iterandā confessionem non teneri, vt in cap. Fratres de pœnitent. dist. 5. a nu. 45. vsque ad 50. probauimus, post Caiet. Verb. Absolutionis Impediment. & verb. Confes. iterat. & quæst. 2. de qualitate confessio. Facit cap. Apostolicæ de cleric. excommunicat. ministr. & ea, quæ ait Card. conf. 4. & Feli. in cap. Sicut tuis, col. 1. de Sym. & a fortiori prædicta absolutio valet quādo excommunicatus nesciebat, vel non aduertebat se esse excommunicatum, siue ignorantia aut inconsideratio fuerit iusta, siue secus; dummodo quando absoluebatur, neque crederet, neque etiam aduertet se peccare recipiendo absolutionem, verbi gratia: Quādo aliquis est excommunicatus, & nesciens vel non aduertens, se excommunicatum.

Cap. Nonum quando sit Confessio iteranda. 65

carum esse, bona fide peccata sua confitetur & recipit absolutionem, sicut solent multi facere, qui ignorant se propter percussionem clerici in minoribus constituti, vel prima tonsura initiati excommunicationem incurrere; aut etiam non aduertunt sententiam excommunicationis esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum vel quid aliud furripuerint; hi nimirum, quamuis remaneant obligati ad impetrandam absolutionem ab excommunicationibus, non tamen tenentur iterare confessionem.

Et si excommunicatio esset iniusta, multo potiori iure valeret absolutio. Quemadmodum enim qui excommunicatur excommunicatione quæ nulla est, potest iuste absolui, secundum omnes, arg. c. solet, de sent. excom. libr. 6. & multa à nobis citata, in prælect. cap. Cum contingat, pag. 100. de rescript. sic etiam excommunicatus per excommunicationem validam sed iniustam, in foro conscientia, & coram Deo potest à suis peccatis absolui: quoniam in illo foro non est excommunicatus, vt sentit Richar. in 4. dist. 18. ar. 3. q. 4. & Adrian. in 4. de confess. q. 4. col. 10. expressit, & ex Felyno, & alijs ab eodem in c. fina. de testib. cog. citatis colligitur. Interrogatus nuper, cur non citauerim hoc loco Syluest. in verb. Confessio 1. ver. 5. qui sequutus Palud. tenuit cōtra prædicta, scilicet, Absolutionem impēlam excommunicato non valere & cæt. respondi, quòd in causa fuit, marginem esse allegationibus plenam, & quòd in c. Fratres de Pœnit. dist. 5. num. 50. quem locum in margine citabam, admonui, quòd cōtra Palud. ibi citatum tenendum erat, circa hoc in multis, per doctrinam Caietani melius probatum, quem ibi cito, & sequor. Et si vt interrogans ait, manuale sui Episcopatus generaliter habet, confessionem excommunicati maiori excommunicatione reiterandam esse, moderandum est iuxta id quod in prædictis numeris dicitur. Neque obstat collationem beneficij excommunicato factam nihil valere. c. Postulastis, de cleri. excom. ministran. quia ius humanum circa ea quæ sunt iuris humani sancire potuit, quod non fecit nec potuit facere circa substantialia sacramentorū, quæ sunt iuris diuini ab ipso IESU CHRISTO institutorum, vt apertius quàm vnquam Concil. Trid. sess. 7. can. 1. dixit.

Secundum deductum sit, quòd inanis est absolutio concessa illi excommunicato, qui non solum intelligit se esse excommunicatum, sed etiam nouit esse lethalem culpam vel recipere, vel procurare sibi dari absolutionem a peccatis antequam ab excommunicatione absoluat: Quoniam huiusmodi defectus est substantialis, non quia absolutio excommunicato impenditur scienti se talem esse; sed potius quia integram confessionem non facit, si quidem non confitetur peccatum illud, quod perpetrat petendo sibi absolutionem conferri, sciens se peccare petendo & accipiendo eam, & sacerdotem impendendo. Et quamuis integra fuisset confessio, puta, si ipse confiteretur illud peccatū, quod in expetenda absolutione committit, tamen adhuc nihil valeret, quia deficit cōtritio vel attritio debita, quæ confessionem commitari debuisset, vt constat ex supradictis, in c. 1. nu. 37. & 38.

Tertium, quòd cum aliquot alijs sequentibus tangit defectus ex parte confessarij, sic habet: Quòd absolutio confessarij non habentis iurisdictionem

Cap. Nonum quando sit confessio iteranda.

ordinariam vel delegatam, nulla est, & tunc confessio est iteranda; Quoniam defectus potestatis est essentialis non solum quo ad hoc, sed etiam quo ad alia omnia. Secundum omnes in 4. dist. 16. & tactum fuit supra, in c. 4. Facit l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. c. 2. de constit. lib. 6. & est expressum in Concil. Trid. sess. 4. c. 7. Nec sufficit ratificatio facta a proprio ordinario confessario, quamuis penitens hac fiducia fretus confiteretur, quod id gratum & ratum ille habiturus esset; Quoniam nulla ratio efficere potest, ut sit sacramentum, quod ab initio non fuit tale, secundum Palud. in 4. dist. 17. q. 3. col. 9. Nec hoc est contrarium sententiae Hostiensis in summa de poenit. & remiss. §. Cui confitendum, ver. 8. dicentis sufficere rationem; non enim intelligere voluit confessionem extraneo confessario factam, cum spe futurae ratificationis a proprio faciendae, per eam fieri validam, sed quod confessio facta extraneo accedente probabiliter quod id est gratum de praesenti proprio, valet, ut eleganter docuit Syluest. in verb. Confessor. 1. §. 6. Huius rei exemplum, (ut in c. Placuit, de Poenit. dist. 6. nu. 105. diximus) inuenitur in parochianis duorum parochorum seu curatorum, qui adeo sunt familiares, & amici, quod uterque illorum tam vult, ut alteri confiteantur ac sibi: Nam eo casu confessio & absolutio impetitur parochianis vnus qui alteri parochi confitentur, absque alia licentia valida reputantur: non vi ratificationis futurae, sed cuiusdam praesentis ratificationis, & licentiae tacitae.

Quarto, quod sicut absolutio confessarii potestate carentis ad absoluendum poenitentem nihil valet, ita absolutio illius, qui eam habet ad absoluendum de aliquibus peccatis, & non de alijs, eo quod alia sunt reseruata, alia vero non, vel ob aliam rationem, valet quo ad illa, quo ad quae non est defectus potestatis qui est substantialis, quo ad alia vero, quo ad quae est talis defectus, minimè: Quam obrem poenitens cum id ei constiterit, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri, sed solum illa, a quibus eum confessarius non valuit absoluere. Secundum omnes in 4. dist. 17.

Quinto, quod confessio eius, qui confitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto, publiceque denunciato, & declarato nihil valet, & est iteranda, quoniam eiusmodi excommunicatus non habet potestatem sufficientem ad sententiam validam proferendam, c. Ad probandum, de re iudic. c. Veritatis, de dolo & contum. Idem est asserendum de illo, qui ita publice manus violatas in clericum iniicit, ut nulla possit tergiuersatione celari, etiam si denunciatus non fuerit, ut patet ex fine Extrauagantis Martini. V. cuius verum tenorem transcribimus in c. 27. nu. 35. & in c. 1. §. Laboret. de Poenit. dist. 6. decerptum ex statutis Ecclesiae Gallicanae. sess. 10. quem Anton. Feli. & aliquot alij non fuerunt assequuti, quaeque innouata fuit, per Concil. Lateranense, sub Leo. X. ut infra dicetur. Quamuis maius dubium sit de illo, qui est notorie suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus propter aliam causam, quam propter notoriam clerici percussorem, sed idem omnino iudicandum esse de ijs, sicut de notorie excommunicato propter clerici percussorem, iam in dicto §. Laboret. a. nu. 14. multis fundamentis, & contrariorum argumentorum aptis solutionibus asseuerauimus: quamuis contrarium passim seruari audiamus in Germania, Gallia,

Cap. Nonum quando sit conf. iteranda. 66

Gallia & aliquot alijs Regnis, vbi Catholici non vitant eos qui notorie sunt haeretici: ac consequenter excommunicati c. Excommunicamus, de haeret. & per bullam Caenae domini, quae quotannis in vrbe fertur, & consuetudo dicitur optima legum interpres, cap. Cum dilectus, de consuet. & l. Minime. ff. de leg. Quae consuetudo quoniam scitur, & toleratur a summis pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, satis potest dici excusare catholicos ea vtentes.

Sexto, quod valida est confessio, & absolutio illi poenitenti concessa, qui praeter ignorantia confessus est sacerdoti, vinculo excommunicationis, vel interdicti, vel suspensionis irretito, qui quidem non est notorie talis, neque publice denunciatus ut talis, sed solum est excommunicatus, vel suspensus per sententiam a iure, vel ab homine, vel statuto latam: ut patet ex dicta Extrauag. Martini. V. quae incipit. Ad euitanda. Quoniam censurae occultae in praeterito tempore, & etiam aliae in praesenti, nisi fuerint notoriae, vel in publico denunciae, non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur, c. Ad probandum de re iud. vbi Panor. & Feli. cum communi sic resoluunt. Facit l. Barbarius. ff. de offic. praet. & c. 1. 3. q. 7. §. Verum.

Est tamen magnum dubium, an idem sit dicendum de confessione facta alicui excommunicato, qui quamuis non sit notorie talis, neque denunciatus ut talis, tamen hoc ipse poenitens non ignorat: Et quamuis aliqui partem negatiuam amplecterentur, quia Calderinus asseruit in cap. Ad probandum, de re iudic. receptus per Panormitan. & communem ibidem, & alios, quos ibi col. penul. Fely. refert, Omnes actus ab excommunicato, etiam occulto, ratione publici officij exercitos in fauorem illius, qui eiusdem excommunicati operam exposcit, esse inanes, & nullius effectus: Verum tamen opposita est tenenda sententia. Quoniam licet opinio Calderini eius aetate tanquam vera defendebatur, erat enim talis ante determinationem praedictae extrauag. Martini Quinti, post illam tamen iam amplius non est tenenda, ut in c. Dilectus, 2. de praeb. diximus, antequam legeremus Feli. in dicto c. Ad probandum, col. penul. Qui & si subdubitan tenet illam definitionem non habere locum post illius extrauagantis editionem, quoniam fundabatur in eo, quod qui nouit aliquem ministrum publicum esse excommunicatum, peccat participando cum eo, & post illam extrauagantem non peccat, nisi sit denunciatus, vel sit notorie excommunicatus, quamuis excommunicatio sit specialis, sicut nos post Cosmam, (in glof. statutorum Ecclesiae Gallicanae, tit. de excommunic. non vitan. verb. Generaliter) in §. Laboret, nu. 25. de Poenit. dist. 6. defensauimus. Verum tamen est, quod si confitens peccaret mortaliter inducendo hunc confessarium excommunicatum ad suam audiendam confessionem, sciens illum tali vinculo detineri, & se non posse illi confiteri absque reatu lethalis culpa, idque aduertens, tale peccatum non confiteretur, huiusmodi confessio & absolutio nullius essent momenti, non quidem ob id quia confessio fieret excommunicato, vel quia absolutio impenderetur a tali, sed quia confessio non esset integra, quippe quod in ea non exprimeret peccatum, in confitendo ei, & ab eo sacramentalem absolutio-

nem accipiendo admissum . Vnde inferitur idem omnino dicendum esse de illo, qui confitetur sacerdoti mortali peccato inuoluto etiam non excommunicato, quando ob id quod illum ad audiendum & absolvendū inducit, peccat mortaliter, & aduertens se in hoc peccare, illud tamen peccatum non confitetur. Huiusmodi autem inductio siue persuasio tunc est lethale crimen, quando absque vlla necessitate, vel debito quo alius teneretur, illum induxit ad faciendum sacrum, vel ministrandum aliquod sacramentum, quem scit mortali crimine infectum, Quia consentientes & facientes & cat. ad Ro. 1. & c. Notum, 2. quæst. 1.

8 Septimò, quòd confessio facta Priori vel Abbati, qui nullum titulum bonum aut malum habuit a superiori, vel absolutio ab eodem impetrata, nil valent, & ideo sunt reiterandæ secundum Panor. in cap. nihil; de elect. col. 6. in cap. Dudum 2. col. 7. eod. tit. & summa Rosella, verb. Confessor, 1. §. 41. & Syluest. eod. 19. & Caieta. verb. Absolutionis impedimenta, & verb. Confessionis iteratio, propter potestatis defectum, qui est essentialis; Non diximus frustra (*titulum bonum, aut malum*) quoniam absolutio data ab eo, qui titulum habet (licet malum) a superiori, & virtute eius possessionem accepit, non est irrita secundum Innocent. in dicto cap. Dudum, 2. argum. cap. Nonne. 8. q. 4. quem Panor. & communis ibi sequitur. Idem dico de absolutione data ab eo, qui aliqua de causa bonum titulum, quo fruebatur, amisit: dummodo amissio illa non esset notoria; cui quidem casui quadrare potest quoddam dictum Gregorij ix. cum sua glossa. in dicto cap. Dudum adiuncta glo. verb. Decepta, secundum Panor. ibidem col. 7. Imò & ille, qui bona fide confitetur ei, qui nullum titulum neque bonum neque malum habuit, vel illi, qui notorie amisit eum, quandiu in bona sua fide perseverat, saluabitur, si tamen postea eam amiserit, confessio iteranda erit, secundum Panor. in d. c. Nihil, & d. c. Dudum 2. & supradictos.

9 Octauò, quòd confessio facta sacerdoti, qui vel nesciuit vel noluit uti circa absolutionem secundum formam eius substantialem ad id necessariam, nihil prorsus valet; quoniam habet defectum essentialem, argumen. capi. De homine, de celebr. miss. quamuis crediderim rarò aut nunquam hac sola de causa confessionem inanem fieri, quoniam ferè omnes nouerunt formam substantialem absoluendi: de qua cum suis antecedentibus & consequentibus postea summatim infra cap. 26. agemus, & in principio cap. primi de pœnitentia distin. 6. dict. nume. 7. ad 50: copiosius expressimus, & communiter loquendo nemini deest intentio & animus absoluendi. Illud etiam addiderim; duobus modis posse prudentem confessarium dinoscere quando pœnitentis confessio, ob id quod imperito confessario facta fuerit, debeat iterari; videlicet, quando ipsum ipsiusque omnimodam ignorantiam nouit, & quando ex discursu confessionis sibi facta id colligit, eo quòd in rebus grauibus, quas neutiquam ignorare debuisset, nullum remorsum conscientiae aut scrupulum iniecit ipsi pœnitenti, veluti si simplicem fornicationem, vel omissionem sacrae communionis in pœnitentia

schate, vel semel in anno, esse peccata mortalia diiudicare non nouit, ex supradictis in cap. 4. nu. 2.

Nonò, ut attingamus defectus qui ex parte contritionis contingunt, quòd confessio sine proposito vitandi peccata mortalia in posterum, quamuis secum gerat quale quale desiderium vitandi, nihil valet, & iteranda est; qualis est confessio illius quem pœnitentem alienum usurpasse, & non habet restituendi animum, qualis item est confessio eius, qui dolet se fornicatum fuisse, sed non statuit relinquere concubinam. Nam pœnitens qui non confitetur propositum illud, quo mortaliter offendit, non integre confitetur, & si illud simul cum alijs peccatis confiteatur, se ipsum inhabilem & incapacem absolutionis efficit. arg. ca. Peccati venia, de reg. iur. lib. 6. c. Legatur, 24. q. 2. & cap. Illud, 95. dist. cap. Per Esaiam. 1. q. 1. At verò si de peccatis præteritis dolet, proponitque futura vitare, quamuis non adeo doleat, neque ita perfecte illa vitare proponat, ut perueniat ad sufficientem contritionem & remissionem, neque ad eam attritionem, quæ adiuncta sacramento in contritionem transeat; non tamen tenebitur iterare confessionem, ut in cap. Fratres nu. 33. de Pœnit. dist. 5. probauimus. Nam alioqui nemo sciret se recte fuisse confessum, siquidem nulli constare potest, an sit in statu gratiæ, iuxta illud Eccles. 9. Nemo scit an sit odio vel amore dignus, cap. fin. de Purg. cano. & ex consequenti, nemo scit an fuerit contritus: nam si hoc scire possit, posset etiam illud, arg. cap. Dixi, cap. Magna, de Pœnit. dist. 1. & quia confessio iterari non debet eo solo, quòd sit informis, qualis est illa per quam gratia & charitas non obtinentur, secundum S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. & late tradit alter Tho. q. 5. in materia confessionis. Quamuis Gratianus in c. fi. de Pœnit. dist. 3. cum suo magno interprete in glossa fin. eiusdem c. fi. & alijs authoribus, oppositam sententiam tueantur; Sed quòd prædiximus, haud dubie tenendum est, ut in d. c. Fratres nu. 30 tradidimus.

Decimò, quo ad defectum ex parte confessionis est, quòd nihil valet illa que non est integra, eo quòd prudens & sciens omiserit confiteri aliquod peccatum mortale, vel quòd probabiliter ipse dubitabat an esset tale, vel aliqua circumstantiam necessariam præ pudore, aut hypocrisi, vel alia iniusta causa: vel etiam eo quòd data opera & studiose confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti, à quo non bene intelligebatur, vel confessio non fuit aperta & clara ob verba obscura, vel quia confessarius dormitabat, vel quia confessionem diuisit, dum vni sacerdoti partem vnam peccatorum suorum, alteri verò partem alteram confitetur; cum omnia peccata siue cordis, siue linguæ, siue operis, siue occulta, siue manifesta, vni eidemque sacerdoti dicenda & confitenda sint, quamuis ille non possit ab omnibus illis absoluere, & propterea necessarium sit ad superiorem recurrere, secundum S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 4. quem Scotus & communis sequitur, & est textus in c. Omnis, de pœn. & remiss. & in c. 1. §. Cautus, de Pœnit. dist. 5. in Concil. Florent. in Decret. Eugen. §. Quartum.

Vndecimò, quòd non tenetur pœnitens iterare confessionem, in qua aliquid ex his omiserit confiteri propter aliquam causam, quæ iusta sit, qualis est verisimiliter credere, quòd confessio peccati ipsum confessarium ad peccandum al-

12 liceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati & peccantis, quorum notitiā ipse habuit per confessionem, propter illa quæ supra in c. 8. nu. 6. diximus: Neque etiam tenebitur confessionem iterare, si omittit aliquid confiteri, nesciens illud esse lethale. Nam quamvis ignorantia legis diuinæ aliquando non excuset à peccato, excusat tamen, ne peccet id non confitendo, sicut post Io. Gerson, Adrianum, & Syluest. in c. Fratres de penit. dist. 5. nu. 82. diffiniuimus, nouam huius rei rationem afferentes. Et consequenter pueri vel puellæ, qui grandiores facti nouè agnoscunt esse peccatum mortale, quod aliàs omiserunt confiteri ignorantes illud esse tale, non tenentur iterare confessionem eorum, quæ confessi fuerunt, vt etiam tenet Syluest. verb. Confessio. 1. q. 3.

13 Duodecimò, qui confessus est non adhibita debita diligentia, qua peccata commissa in memoriam reuocaret, & ob id aliquod peccatum omisit, debet confessionem repetere, quoniam patitur defectum essentialem ex parte confessionis, siquidem culpa sua non extitit integra. Quanta vero debeat esse huiusmodi diligentia, nos in dicto c. Fratres, à nu. 66. vsque ad 81. radicatus pertractauimus, vbi in summa diximus, tantam debere esse atque sufficere, quanta viro prudenti & æstimatori humano videbitur necessaria hominibus eiusdem qualitatis & conditionis, cuius est pœnitens ille, attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari à confessario, & de interrogatis respondere, quæ (sicut ibidem, num. 80. diximus) magnam partem diligentia requisita supplet. Confessarius autem, qui defectum notabile circa hanc debitam diligentiam agnoscit in pœnitente, debet illi imperare, vt eam adhibeat, & postea redeat, nisi articulus mortis, vel belli, vel scandali, vel alia similis causa persuaferit contrarium, vt etiam ait Adrian. in 4. de sacram. confessionis.

14 Decimotertiò, quo ad defectum ex parte satisfactionis est, quòd confessio non est necessariò iteranda, ob id quòd pœnitens pœnitentiam sibi iniunctam adimpleuerit extra statum gratiæ: imò neque ob id, quòd eam nullatenus impleuerit neque in bono neque in malo statu, siue id per obliuionem, siue per negligentiam, vel contemptum contigerit, vt in c. Contrarium nu. 22. & seq. de pœnit. dist. 5. absque scrupulo assaueruimus, post S. Tho. qui hoc sentit, de quò nihil dubitat Caiet. in verb. Confessio iterata, neque Maior in 4. dist. 17. q. 6. neque etiam Palud. in 4. dist. 17. q. 5. oppositum dicit si satis eius verba expendantur: quamuis aliquam errandi ansam beato Antonio præbuerit, qui Angelum & Syluest. labi fecit. Cumque id sæpe consuluissemus, & affirmaremus nunquam Paludanum id tenuisse, valde gratum fuit postea vidisse Adrianum, in 4. de confess. col. penul. in fine, de conclusione nostra, & de mente Paludani idem quòd nos sensisse: quæ quidem sententia proculdubio tenenda est, quicquid aliquod confessionalia contineant, nisi quando pœnitenti ante absolutionem iniungitur pœnitentia; & ille cum imponitur ipsi contemnit, aut iustam curam non adhibet, quò postea iniunctæ pœnitentiæ recordetur, vt eam possit adimplere, quòd optime retigit Caiet. tunc enim nihil valeret, etiam si postea eam iniunctam exequeretur, non quia illam non adimplet, sed quia quando illa iniungebatur peccauit; & de illo peccato non se accusauit; atque ideo non fuit

fuit integra confessio.

Decimoquartò, quòd confessio illius, qui credit, se non habere tantam virtutem, qua postea à peccatis absteineat, valida est, imò etià si credat se ante mortem peccaturum mortaliter: quoniam hic defectus non est essentialis, neque accidentarius, vt superius in cap. 1. nu. 13. post Inno. in c. Omnis de Pœnitent. & remiss. communiter recep. assaueruimus. Non valeret tamen confessio illius, qui crederet se non posse à Deo sufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solùm non doleret de omnibus peccatis præteritis, verùm etiam peccatum infidelitatis committeret, non credens, Deū cuiuscunque facienti quòd in se est, gratiam concedere, vt rectè dixit Adrian. in 4. de Confess. q. 4. col. pen.

Decimoquintò, quòd quando aliquis eundem sacerdotem adit propter iterandam confessionem, qui quidem sacerdos meminit peccatorum vel saltem pœnitentiæ, quam iniunxerat, pœnitens non tenetur reconferri in particulari peccata iam semel confessa, sed satis erit illi dicere in genere ad hunc modum; De omnibus peccatis, quæ tibi pater fueram confessus, dico Deo meam culpam, & tibi & ceteris, & deinde declarat peccatum, quòd scienter omisit, cum simulatione, fictione, & mala intentione, qua id fecit. Porro si eidem sacerdoti non confitetur, vel confessarius neque peccatorum neque pœnitentiæ quam ratione eorū iniunxerat recordatur, debet tunc pœnitens repetere confessionem, perinde ac si antea non fuisset confessus, iuxta opinionem cõem Antonini. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 4. & Syluest. verb. Confessio. 1. q. 3. qui citant alios. Diximus, (*Neque recordatur pœnitentiæ*) nam si illius memoriam haberet, satis esset, imò etiam, meo iudicio, si recordaretur status quem habebat pœnitens saltem in confuso; quo casu opinio Medinæ in cap. de Confessione fol. 75. obseruari posset, qui quidem aliorum vestigijs adhærens absolutè tenet, prædictam memoriam necessariam non esse. At verò quando nihil ex hisce tribus concurreret, esset confessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

Circa prædicta peccat.

Primò, qui prius absoluit à peccatis, quàm ab excommunicatione, nu. 3.

Secundò, qui absoluendi potestate carens, absoluit nu. 3.

Tertio, qui vult prius absolui à peccatis quàm ab excommunicatione, nu. 4.

Quartò, qui sine proposito vitandi, vult absolui, nu. 10.

Quintò, qui confitetur sine præuia meditatione, nu. 13.

Caput Decimum, quo pacto confessarius erga se, & pœnitentem, se gerere debeat, & quid debeat illum in principio interrogare.

S V M M A R I V M.

Confessarius qui pergit ad cõfessiones audiendas, quidnā faciet. nu. 1. Et quo modo debet recipere pœnitentem & cetera. nu. 2. & inquirere ab illo, an habeat aliquod

Cap. Decimum quō confes. se geret erga etc.

mentum ad absolutionem percipiendam, nu. 2 Et quid debet praevidere in principio, medio, & fine, nu.

Confessarius quidnam sit acturus, si penitens, debitā contritionē non adfert, & cat. nu. 4. & sic confessionis initium facere docebit, nu. 5.

Confessarius qui grauem aliquam culpam in confessione audit, nequaquam se stupefactum ostendet, neque patiatur penitentem aliquam personam nominare. num. 6. & cautē, & prudenter debet penitentem deducere ad manifestandum peccata, quae ipsum palliare velle conspiciat, & cat. nu. 7.



I Confessarius rogatus a penitente ut ipsum audiat, iuxta rectū consilium debet id facere. Primum cor suum in Deum erigat, hos versiculos potius cum cordis humilitate, quam labiorum prolatione recitans, desumptos ex psalmo 50. & expositos iuxta glossam ordinariam, & alios. Cor mundum crea in me Deus, & in visceribus animae meae spiritum rectum, rectamque intentionem quaeso, in funde in me, ne ad hoc negotium peragendum moueat me (saltem principaliter) cupiditas gloriae, fortunarum, vel voluptatis carnalis, vel placendi hominibus, aut res novas discendi, sed potius totus meus finis, (vel saltem primarius,) sit domine gloria tua, & salus huius animae, quae me accersit, & rogat. Ne proijcias me à facie tua: Et spiritum sanctum tuum, ne auferas à me. Tollendo vel non concedendo mihi lucem necessariam, quam ipse videam & illuminem hunc, qui per ministerium meum hanc eandem lucem a tua misericordia obtinere confidit; Sed potius concede mihi animum & spiritum ad superandas tentationes, quae ex audiendis alienis peccatis pullulascunt. Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Illam (inquam) laetitiam concede, quae nascitur ex deuota memoria Saluatoris, & ex certa fiducia consequendi salutem huius animae, pariterque meam propter misericordiam tuam, & ne illam phantasmatis peccatorum quae auditurus sum, amittam, Et fortifica me illo tuo spiritu principali, qui veluti Princeps dominatur & regit cogitationes & appetitus inferiorum animae potentiarum ignobiles. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Nam spiritu illo tuo facile potero hunc, qui se peccatorem agnoscit, voluntatem tuam edocere, ut tandem ad te conuersus tuum sanctissimum nomen laudet in secula seculorum. Amen.

2 Secundò debet ipsum peccatorem suscipere cum hylari grauitate, & qualis illi esse debet, talem omnino se ostendere, nempe dulcem, cap. 1. col. 3. versiculo. Quibus cognitis, de Pœnit. dist. 6. vbi transcripsimus illos versus relatos à Tho. & alijs in 4. dist. 17. scilicet

Confessor dulcis, affabilis, atque suavis.

Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.

Talem inquam, sese debet ostendere qualem esse oportet, nempe affabilem, suauem, prudentem, sagacem, mansuetum, pium & benignum, ipsumque animet ad sua vulnera detegenda, & ad spē de ipsorum vulnerū sanitate cōcipiendū.

Tertiò,

Cap. Decimum quō confes. se geret erga etc. 69

Tertiò inducat penitentem, si nouit, ad faciendum actus exteriores confessioni conuenientes, qui sunt genua flectere, signo crucis se prae munire, & cat. & si ignorat, eum eos doceat, admonendo ipsum ut intelligat se potius Deo quam homini confiteri, ideoque cum maxima reuerentia id facere debere, iubeatque ei vtrunque genu in terram deflectere, & faciem ad vnum latus inclinare: Quod si eum non satis agnouit, de eius statu & conditione interroget, ut quod expedit possit illum rectius interrogare. Si autem ipsum satis nouit, ab his supersedeat, ut diximus in capitul. Consideret, in principio numero 60. de Pœnit. distinctio. 5. argum. l. 1. ff. de Actio. emptio. capitul. Eum qui, de Reg. iur. lib. 6.

Quartò, interroget eum an aliquo detineatur impedimento, cuius gratia ne utiquam ipsum debeat absolvere, quale est habere concubinam, quam nolit domino eiicere, quale est esse vsurarium, & nolit desistere, quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit ab animo expellere, ne postea penitens queratur dicens sacerdoti: voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionem denegas: Eodem modo se gerat erga ecclesiasticum multis impatibilibus beneficijs sine iusta dispensatione oneratum, ipsumque admoneat, ut ante omnia sibi consulat, quo pacto habeat securam conscientiam, & deinde eius audiet confessionem. Caiet. in Summa verb. Interrogationes confessionis, arg. c. Nihil, de Præscript. & c. 2. de oper. nou. nunciat. Quod quidem consiliū licet hucusque nobis placuerit, nunc tamen valde periculosum videtur; Tum quia hoc est penitentem ipsum pertrahere ad suos defectus manifestandos extra confessionem; Tum quia fieri potest, ut postquam fuerit confessus, pariterque admonitus à confessario, nouum animum induat exeundi à peccato, in quo prius residere destinabat. Non est etiam necessarium interrogare, an sit excommunicatus in hunc finem, ut confessarius vitet excommunicationem minorem, quam incurrunt qui excommunicato communicant, quia non incurrunt illam communicando in his quae ad eius animae salutem conducunt. capit. Cum voluntate, de senten. excommu. talis autem est confessarij cum penitente colloquutio, & communicatio circa peccatorum confessionem. Neque Clem. 1. de Priuil. neque Innoc. post quem facta fuit eadem, citatus malè à summa Rosella, verb. Confessus, l. §. 10. aliud senserunt. Quoniam satis est, ut absoluta iam confessione, prius penitens ab excommunicatione, quam a peccatis absoluitur, ut in c. præcedenti nu. 4. dictum est.

Quintò, A principio vsque ad medium, & à medio vsque ad finem confessionis sacerdos attente consideret, an propter aliquam causam ex supradictis in capitul. præcedenti, nume. 4. teneatur penitens iterare confessionem, vel confessiones alias præcedentes: & si inuenerit ipsum teneri ad eas repetendas, & quòd id penitens non aduerterat, debet ipsum admonere, ut iterum conscientiam examinet, si per tempus licuerit, maximè si multorum retro annorum confessiones renouari debeant; Si autem nulla adsit causa iterandi confessionem roget, an debitam adhibuerit diligentiam ad recolenda sua peccata, per quam excusatur à confessione obliuorum: & satisfacit confitendo ea, quae occur-

occurrerint, cum proposito confitendi alia cum ea meminerit. Vtileque fuerit accusare se ad cautelam de negligentia, & si quatenus eam admiserit.

4 Sexto, prudenter etiam consideret, an pœnitens debitam contritionem gerat, caueat tamen ne ipsum in tentationes superuacaneas conijciat, vt in c. 1. nu. 2 r. dictum est. & si non videatur ei sufficiens, eum ad maiorem habendam cohortetur, aliquot considerationibus iam antea tactis, quæ sunt priuatio gratiæ, mors animæ, amissio felicitatis æternæ, recessus a patrociniō diuino, & accessus ad subiectionem diaboli: Deinde ad Dei amorē ipsum inducat, propter quem dolorem & detestationem de peccatis præteritis, & propositum firmum cauendi sibi in futurum concipere debet; quod si adhuc his omnibus ad dolorem non sufficienter eum moueri consideret, interroget an doleat, quod non doleat tantum, quantum deberet, & an vellet huiusmodi dolorem sufficientē concipere; Quod si annuat, satis erit, per supradicta in cap. 1. nu. 2 r. At vero si eius dolor non eo vsque perueniat, vel quia non proponit in posterum se à peccatis abstinere, licet id quatenus desiderat, vel nolit restituere, vel concubinam relinquere, vel odium à se depellere, vel dicit, se non posse vel nolle castè viuere, uel officio quod sine peccato mortali exercere non potest renunciare, vel alia huiusmodi, nullo modo eum debet absolueret, per c. Quod quidam, de Pœnit. & remiss. poterit tamen sacerdos aliquam iniungere pœnitentiam iuxta idē cap. eum tamen admonendo non remanere absolutum, neque satisfacisse ecclesiæ præcepto de confessione semel in anno ad minus peragenda, quicquid dicat Syluest. verb. Confessor. 4. §. 3. vt sensit Adrian. in 4. de confess. q. 4. (& late probat Medina in Codice de confessione, de confess. sine pœnitentia) Nihil enim valet illa confessio propter essentialē defectum ex parte contritionis, vt supra in cap. præcedenti, nu. 10. dictum est: Et quia concilium generale Romanū in c. Omnis, de Pœnit. & remiss. & Florentinum decreto Eugenij IIII. aperte oppositam sententiam expresserunt. Debet etiam illum admonere, vt quotcunque bona opera possit facere, non omittat, quo Deus cor eius illuminare & emollire ad agendam pœnitentiam dignetur, iuxta dictum c. Quod quidā, & c. Falsas, de pœnit. dist. 5. sed non debet illi absolutionem impendere, etiam si eam importune fatagat extorquere, aliquod scandalum aut desperationem præ se ferens; Quoniam absque dubio sacrilegij peccatum comitteret absoluēdo, neque talis scandali aliquam rationem habere debet, quoniam ipse sibi illud accipit, nemine ei dante, ideoque scandalum pharisaicum est, & subinde negligēdum, arg. Math. 17. & c. Inter verba 1 r. q. 3. iuxta S. Tho. & omnes alios. An vero, qui tacet aliquod peccatum in confessione, incurrat excommunicationem synodaliū constitutionum: Hoc dubium tanquam insigne, & quotidie sese offerens, in hoc loco proponi solitum, inferius in cap. 27. nu. 269. decidetur.

5 Septimò, vile est, quamuis non necessarium, vt pœnitens iubeatur à confessorio hoc modo suam confessionem exordiri. Confiteor Deo omnipotenti, & B. Mariæ semper Virgini, & beatis Apostolis Petro & Paulo, & omnibus sanctis cœlestis curiæ, & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, opere, & cœt. Deinde vero si pœnitēs non statim id facere incœperit; ipsum admoneat

vt

vt omnia peccata quorum memoriam habet, & de quibus conscientia magis stimulatur statim exponat, imputando culpam sibi soli, vel potius & principalius quam celo, dæmoni, Mundo, carni, sodalibus, vel complexionī naturali, & circumstantias necessarias declarando.

6 Cū vero aliquod graue vel turpe peccatū ab ipso audierit, nulla signa admirationis, abominationis, aut pauoris ostendat, veluti spuendo, vel se cruce signando, vel se ipsum commonendo, quin potius ac si nihil audiret, vsque ad finem confessionis dissimulet, & tunc cū iam velit pœnitentiam imponere, peccatorum grauitatem & deformitatem exponat, secundum omnes, arg. c. 1. §. Cautus §. Diligens, & §. Quibus, de Pœnit. dist. 6. Porro si viderit pœnitentem velle aliquam personam nominare etiam propter aliquam circumstantiā necessariō explicandam, nullatenus id patiat, iuxta supradicta in c. 7. num. 2. Et si viderit se ipsum excusantem, in hunc modum, ego non occido, alienum non rapio, nulli male volo, mansuete & benigne reprehendat, insinuans locum illum non esse excusationis sed accusationis potius, subindeque verbis suauibus eum animet ad accusandum se, timore prorsus relegato. Et si pœnitens per se ipsum peccata recenset, patiat, pro libito suo ipsum dicere quantumcunque rudi & crassa Minerua, & sine ordine rem exponat, sic enim agnoscerit quibus peccatis magis implicatus extiterit, & de quibus debeat eum amplius interrogare, vt post Caiet. in dicto §. Diligens, nu. 6. diximus. At qui si maluerit de illis interrogari, quàm solus eadem referre, dummodo propositum habeat ad omnia mortalia crimina referandum (etiam si de illis non interrogaretur,) non esset ea de causa condemnandus, sed potius adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo confessarius interrogaret, peccaret mortaliter, & tunc confessarius, si forsā hoc intelligeret, ad detestandum hoc peccatum ipsum instigare deberet.

7 Octauò, si confessarius viderit pœnitentem peccata sua occultare velle, vel probabiliter credit ea obliuisci, vel existimare non esse peccata mortalia, debet caute & prudenter ad illa dicendum pertrahere, & ipsum docere ea esse lethalia, persuadendo vt illa de quibus dubitat an commiserit nec ne, confiteatur tanquam dubia, & non tanquam certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tanquam non admissa relinquuntur, & denique talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscat interius, in hunc modum se ipsum incusans, Videor mihi in hoc vel illud peccatum consensisse, atqui non sum omnino certus. Idem facere debet, si dubitat circa aliquod peccatum an sit mortale vel veniale; Quod si ambo dubitaauerint, tunc pœnitens sub conditione, peccatum in hunc modum detestetur, si hoc est mortale, me pœnitent de illo, tanquam de mortali. Similiter si de aliquo actu dubitaret an bonus esset aut malus, sub eadem conditione ipsum detestetur, scilicet, si & quatenus est malus, quoniam si bonus est, nullo pacto eum detestari debet, Maior in 4. dist. 17. q. 3. Si vero recordatur se lethale crimen admisisse, non tamē occurrit in specie, quod fuerit, tunc fateatur se deliquisse mortaliter, etiam si de eo in specie memoriam non habeat. Idem Maior, vbi supra.

Nond,

Nonò, postquam poenitens explicauit, quicquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti visum fuerit, illum non absolute & perfecte illa manifestasse, (vt non raro contingit) debet tunc sacerdos ipsum interrogare circa id, quod sibi necessarium videbitur, à decem præceptis decalogi initium facièdo.

Circa hoc raro, vt puto, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum, fauorem, curiositatem, vel carnalem voluptatè; Dixi (*principaliter*) quia qui minus principaliter tria prædicta horum quæreret, nõ peccaret etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret tanquam causam, sine qua id non faceret, per ea quæ latius tradimus in Comment. c. Cum minister. 23. q. 5.

Caput Undecimum, De primo præcepto Decalogi, nempe de colendo Deo, siue honorando, & alijs duobus præceptis, scilicet de amando Deo, & credendo in eum.

S V M M A R I V M.

Symbolum Apostolicum continet summam eorum, quæ Christianus tenetur credere, nu. 1.

Oratio Dominica continet summam petendorum a Deo, nu. 1.

Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur, nu. 1.

Decalogus in lege etiam noua perseverat, num. 2. & est veluti quoddam speculum, quod baptizato confertur, & c. nu. 3.

Præcepti transgressio mortalis, nisi vnum ex tribus ipsum excuset, & quæ sunt illa, nu. 4.

Præceptorum multorum transgressio, quæ vnicum peccatum, nu. 4.

Præceptum de diligendo proximum sicut seipsum non est de præceptis Decalogi, nu. 5.

Præceptum diligendi Deum super omnia, non est ex decem præceptis decalogi, & quare, nu. 5. est tamen maius omnibus illis, nu. 5. & quando impletur, num. 6. & quando debeat adimpleri sub reatu noui peccati mortalis, nu. 6. 7. & 8.

Præcepti obligantis sub pœna peccati mortalis, non solum transgressio mortalis est, sed etiam voluntas deliberata transgrediendi, imò & quicumque verus consensus in illam, vel in eius delectationem, nu. 9. Quin etiam consensus interpretatiuus, vel tacitus, vel delectatio morosa, si quatuor concurrant, & quæ sunt illa, n. 10.

Delectatio morosa, quæ sit, & quare sic vocetur, nu. 11.

Delectationi peccati mortalis resistere est virtus, & quando sit mortale aut veniale illi consentire, num. 11. Delectatio autem deliberate habita de aliquo mortali, mortalis, & qui dubitat an consenserit nec ne debet illud confiteri, nu. 13.

Censuræ non incurruntur per solum consensum, nu. 13.

Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu, nu. 13.

Præcepta Dei omnia impleri posse a nobis etiam in peccato mortali, quo ad substantiam actus, & contrarium esse hæresim, nu. 13.

AD



D rectè dilucideque discernendum modos, quibus mortaliter contra decem præcepta decalogi peccatur, præsupponimus Primò, cū S. Tho. in princip. opuscul. 4. & concilio Colonienfi fol. 161. §. Ceterum; Quòd quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere, in Apostolico Symbolo comprehenditur, & in oratione Dominica omnium, quæ à Deo petenda sunt; ita in Decalogo, quem Deus per manus magni illius serui sui Moysi electæ plebi suæ tradidit Exod. 20. Summa omnium, quæ faciendæ sunt exprimitur. Noluerunt tamen hi patres inauere, nihil quod non contineatur in Symbolo, esse de necessitate credendum, neque quicquam quod non comprehendatur in Decalogo esse faciendum, siquidem omnes tenemur credere mysterium sanctissimæ Eucharistiæ, c. 1. §. si. de summa Trinit. & Clem. si dominum, de reliq. & vener. Sanct. quod non continetur in Symbolo; omnes item obligamur Deum diligere su, per omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur, vt dicitur infra eod. cap. nume. 6.

Secundò, quòd Decalogus siue decem præcepta legis antiquæ adhuc in noua & Evangelica perseverant. Quoniam licet vetus illa lex quantum ad ceremonialia & iudicialia expirauerit, §. fina. 6. distinctio. & cap. 1. de purific. post part. non tamen quo ad moralia, quæ pertinent ad Legem naturæ, cuiusmodi sunt decem præcepta, excepto tertio, quantum ad Sabbathi obseruationem, secundum Gratian. in dicto. §. fina. S. Thom. 1. sec. q. 100. artic. 4. & omnes alios in 3. dist. 37.

Tertiò, quòd hæc decem præcepta, sicuti rectè dictum est in Colonienfi concilio, fol. 251. sunt veluti quoddam speculum, quod traditur baptizato, vt intueatur quantum per fidem acceptam vitam suam renouet & ordinet, vel quantum à via illa declinauerit, per quam spiritus sanctus in baptisate acceptus ipsum deducebat, & qua in re vel quantum candidam illam vestem, quam ibi induerat, transgrediendo quod ibidem promiserat, maculauerit; Et vt postquã maculas & vulnera probe conspexerit, de illis doleat, & cum integra fiducia redeat ad medicum, qui nullum ægrotum etiam in eundem morbum sapissimè relapsum à se repellit & reijcit; Matth. 9. & 11.

Quartò, quòd quicquid est contra aliquod ex decem præceptis, regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsum excusauerit. Prima est, defectus de liberationis, vt contingit in accidia siue tædio circa spiritualia, subito nos surripiente. Secunda est paruitas siue exiguitas rei, in his quæ sunt contra ipsa præcepta, cuiusmodi est paruus & exiguus furtum, iuxta S. Thom. 1. sec. quæst. 88. art. 5. & 6. & 2. sec. quæst. 3. art. 5. & quæst. 59. art. 4. & nos latius in Repet. cap. Inter verba, 11. quæst. 3. nu. 491. S. Anton. 2. par. tit. 4. cap. 5. §. 7. & 8. & Adrian. quolib. 8. pag. 11. communiter receptos, & vt colligitur ex quadam Augustini sententiã a Gratiano relata, in §. fin. cap. Vnum, 25. dist. ibi, ebrietas si assidua sit, & ibi, Si plus proximum exasperauerit. Tertia est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormientibus, aut semiebrijs, vel adeo perturbatis, quòd quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad comple-

Cap. Undecimum de primo præcepto decalogi.

completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Maiorem in 3. distinct. 37. q. 14. col. final.

Quintò, quòd peccatum contra plura præcepta commissum, quorum vnum est generale, alterum speciale in generali compræhensum, non est nisi vnum, exemplum; Homicidium est contra præceptum speciale de non occidendo, & contra generale de obsequendo & obediendo Deo in omnibus quæ præcipit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conseruandis, non est tamen nisi vnicum peccatum, sicut tactum est in cap. 6. num. 3. cum de circumstantijs necessariò confitendis ageremus. Ex quo colligitur responsio illius quæstionis nuper propositæ. An qui non ieiunat vigiliam Sancti Matthæi quâdo in quatuor tempora incidit, aut missam in die Dominico cum quo concurrat aliud festum obseruandum, non audit, aut Monachus Franciscanus, qui non ieiunat die Veneris, in quo aliqua vigilia incidit, satisfaciatur confitendo, se non ieiunasse, aut non audisse missam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur? Respondendum enim est, quòd non. Quia dicere debet, se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatum fuisse per dicta supra. Quanquam qui vnum peccatum ex quo alia sequuntur committit, vt qui aliquem indignum eligit, ex quo malæ gubernationes oriuntur, non nisi vnum peccatum peccat. Secundum Alexan. Halens. 2. part. de accept. person. & sentit Bonauent. in 4. distinct. 38. super litera Magistri, quæst. 2. Quòd autem non solum peccet mortaliter, qui facit opus, sed etiam qui vult deliberate id facere, aut delectatur in eo, & qui consentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infra num. 13. traditur infra nu. 9. & 10.

5 Sextò, quòd præcepta de diligendo Deum super omnia, & proximum sicut seipsum, non numerantur inter ista decem, quòd docuit S. Thom. 1. sec. quæst. 100. Quoniam in Decalogo non fuerunt hominibus tradita prima principia, quæ vnusquisque per se ipsum, natura magistra, vel per fidem intelligit; qualia sunt hæc quæ fons & origo Decalogi & decem præceptorum in eo contentorum existunt. Neque etiam in eodem Decalogo traduntur ea præcepta, quæ difficile vel per maximam industriam ingenij ex his decerpuntur, sed tantum illa, quæ ab omnibus possunt facile deduci. Vnde infertur, præcepta de fide & charitate non contineri in Decalogo, sed præsupponi ad illum, quòd multi graues doctores adnotarunt. Thom. 1. sec. quæst. 100. art. 4. 2. sec. quæst. 44. art. 4. q. 79. ar. 2. Caietan. 2. sec. quæst. 64. art. 8. & Anton. 4. par. tit. 4. cap. 1. §. 1. Et consequenter errant qui dicunt primum Decalogi præceptum esse de diligendo Deo. Est enim contra prædicta, & cõtra textum ipsius Decalogi. Exod. 20. Cuius primum præceptum est illud, Non habebis Deos alienos & cæt. quibus verbis solum peccatum superstitionis & idololatriæ, quæ sunt contraria virtuti religionis & latriæ prohibentur: Quæ quidem virtus non est theologalis, sed moralis, secundum Sanctum Tho. receptum 2. sec. quæst. 81. art. 5. & nulla ibi fit mentio de dilectione erga Deum & proximum, quæ pertinet ad virtutem charitatis 2. sec. q. 27. art. 1. quæ theologa est, 1. sec. q. 62. & 2. sec. q. 23. art. 6. Errat etiam qui putant præceptum de credendo in Deum esse primum Decalogi eadem

Cap. Undecimum de primo præcepto decalogi. 72

dem ratione, cum fides sit virtus theologa, & non moralis.

Septimò, quòd necessarium videtur hic tractare de præcepto amandi Deum, & credendi in eum; quæ duo, hoc præceptum primum, & omnia alia Decalogi præsupponunt, vt satisfaciatur his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, reducunt ad primum Decalogi. Et ita primò ponemus ea quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundò, ea quæ pertinent ad præceptum de credendo in eum. Tertiò, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum, quòd vere & proprie est primum præceptum Decalogi.

Octauò, quòd præceptum hoc non est quidem primum Decalogi, sed maximum omnium præceptorum tam Decalogi, quàm aliorum, iuxta D. N. doctrinam Matthæi 22. quæ diuersis verbis habetur in scriptura. Nam in Deuteronomio ca. 6. sic habetur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua; Et in Euangelio Beati Matthæi cap. 22. sic, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: & apud Beatum Marcum cap. 12. sic, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Apud Lucam cap. 10. loco illius verbi, (fortitudine tua, vel virtute tua,) dicitur, ex omnibus viribus tuis. Omnes tamen in sensu conueniunt, & in summa hoc sibi volunt, Deum præcipere vt se plene & integrè diligamus, non quidem quo ad hanc vitam, eo modo, vt omnibus horis & momentis id actu faciamus, hoc enim fieri non potest in ea, in qua cibo, somno, labore, & negotijs necessarijs id interrumpitur: sed vt explicat S. Thom. 2. sec. q. 44. art. 3. vt scilicet in omnibus totam intentionem nostram, quæ per cor exprimitur, in eius amorem & obsequium dirigamus, totumque nostrum intellectum, (qui per mentem significatur) illi subijciamus, omnesque appetitus, (qui per animam notantur) ad normam suæ sanctissimæ legis componamus; Et denique omnia nostra opera exteriora quæ nomine fortitudinis, virtutis, & virium significantur, eidem conformemus. In summa autem hoc totum nihil aliud significat, quàm Deum nobis præcipere, vt se propter se ipsum, & magis quàm cætera omnia diligamus, eidemque inferuiamus tam interiori quàm exteriori obsequio, magis inquam, nõ quo ad intentionem & feruorem, sed quo ad æstimationem & appretiationem: vt explicuimus in additione cap. Quando, de consec. dist. 1. num. 361. post S. Thom. 1. sec. quæst. 109. art. 3. & 2. sec. quæst. 184. art. 3. & alios Neotericos in quibus est Maior in 1. distinctio. 1. quæstio. 2. & in 4. distinctio. 14. quæstio. 1. Caiet. 2. secun. quæstio. 49. articul. 4. Hoc est, vt eum eiusque amorem pluri quàm aliquam creaturam, imò & quàm vniuersas æstimemus, & faciamus; & propter amorem eius potius eligamus mortem oppetere, quàm ipsum vel corde, vel verbo, vel opere negare mortaliter peccando.

Nonò, quòd hoc magnum præceptum de diligendo Deo super alia omnia, post peccatum Adæ non potest nisi in statu gratiæ adimpleri, secundum aliquos, de quibus videtur esse S. Thom. 1. sec. q. 100. art. 10. ad tertium. & 2. sec. q. 40. art. 1. & 6. & melius q. 109. art. 3. Contra quòd tamen facit quòd homo sola virtu-

te naturali etiam existens in peccato mortali potest concipere imò concipit par-
tem Deum esse super omnia diligibilem, & finem omnium vltimum, & conse-
quenter eum vt talem diligere potest: Deinde quod datur dilectio Dei super
omnia sine gratia, vt probat Caiet. 1. Tho. tracta. 4. de Attritione. Tertio, quòd
ipsemet Tho. in 2. sent. dist. 28. q. 1. ar. 3. affirmat, posse quem sine gratia imple-
re præceptum diligēdi Deum, quo ad substantiam actus, licet non quo ad meri-
tum beatitudinis, quo ad quod potest intelligi prædicta prior eius opinio, quòd
satis sentit concordia Thomæ 1648. quæ distinctio fit etiam in alijs præceptis
infra numero 13.

Decimò, quòd est quæstio difficilis non tam bene tractata quàm necessaria,
& quotidie occurrens, videlicet, quando teneamur ad hoc præceptum actu ad-
implendum sub pœna noui peccati mortalis, eo modo, quo in hac misera vi-
ta expleri potest, nā perfectè non nisi in alia adimpletur secundum Aug. in lib.
de perfecta iustit. & Thom. 2. sec. q. 44. art. 6. Difficultatem enim ingerit, pri-
mum quòd sit affirmatiuum præceptum, & consequenter nõ obligat, pro quo
cunque tempore. Thom. 2. sec. q. 33. art. 1. Archid. in cap. Si peccauerit 2. q. 1.
& in summa de Pœnit. dist. 5. ab omnibus recepti: & non videtur præfinitum
tempus, quo id fieri debeat; Deinde quod dura videtur Scoti sententia libr. 3.
sent. dist. 27. à quo recedit Adrian. q. 4. de confess. nempe, nos omnibus festiuis
diebus teneri ad illud, Quia nullus est textus, nec vlla ratio, quæ id necessariò
concludit, & ita non videtur asserendum capitul. Consuluiti. scund. quæstio.
quinta. §. Consideremus, Auth. de Trient. & semiss. colum. tertia. Nam
missa, quam illis diebus præcipimur audire, per capitul. Missas, de consec.
dist. 1. recte audiri, potest sine tali amore, actu concepto. Vnde rari vel nul-
li se huius omissionis accusant. Tertio, quòd nimis laxa videtur opinio dicen-
tium, non obligari nos ad implendum illud præceptum amplius quàm semel
in vita, quod, meo iudicio, Sotus q. 3. de iustit. & iur. & lib. 1. de nat. & grat. re-
cte confutat. Quarto, quòd dicta Soti non videntur satisfacere. Tum quia dicit
aliquando non obligari nos amplius quàm ad opus exterius in quocunque sta-
tu exhibitum, puta ad increpandum blasphemiam, & S. Thom. vbi supra dicit
hoc præceptum non impleri nisi in statu gratiæ. Tum quòd idem Sotus vbi su-
pra tenet obligare pro tempore baptismatis, & idem lib. 2. de nat. & grat. capit.
15. docuit, ad recipiendum baptisma non esse necessarium tantum efficere, quã-
tum requiritur ad recipiendum pœnitentiæ sacramentum, quoniam ad hoc
non sufficit attritio, quæ noscitur non esse contritio, ad baptisma autem sic, se-
cundum ipsum; Tum etiam, quia idem affirmat, vnumquemque quotiens in-
signe aliquod beneficium à Deo consequitur, teneri ad illud explendum, quod
tamen nulla lege neque ratione efficaci euinci posse videtur, & ita non est asse-
rendum, iuxta dictum cap. Consuluiti.

Tertio, principaliter, saluo meliori iudicio, dicimus, sanctissimum quidem
consilium esse, vt non solum diebus festiuis, verum etiam quotiescunque cõ-
modè potuerimus, nitamur implere prædictum mandatum, præmissa (si opus
fuerit) debita nostrorum criminum detestatione, sed non præceptum, quod nos
sub

sub reatu nouæ culpæ mortalis obliget, nisi cum primum ad vsum rationis
peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem referendi
& dirigendi nos ipsos nostraque omnia opera in Deum ipsum tanquam vlti-
mum finem nostrum, saltem in confuso, & eo modo, quo id pueri præstare
possunt, vt sensit subtiliter S. Thom. 1. sec. quæst. 89. artic. 6. quem etiam in re-
pet. cap. Quando, de consec. distin. 1. not. 2. num. 15. in alium scopum retuli-
mus. Secundo, quoties tenemur ad habendam contritionem de peccatis mor-
talibus, iuxta dicta in cap. 1. nume. 31. vt explicuit Caietan. in dicto articu. 6.
quoniam contritio sine hoc amore haberi non potest, vt ibi dictum est. Tertio,
quando baptismus est ab adulto recipiendus, vt ait Sotus lib. 1. de natura &
grat. cap. 22. Contra quem facit, quod ipsemet. libr. secundo de natura &
grat. ca. 15. asseruit, ad baptisma non esse necessariam contritionem, sed satis es-
se attritionem, etiam illam, quæ scitur non esse contritio, licet id nobis non vi-
deatur verum, per ea quæ in dicto cap. primo diximus. Facit etiam contra eũ-
dem, quòd eadem ratione teneremur implere hoc mandatum, quotiescunque
aliquod sacramentum recipimus, & consequenter quum contrahimus matri-
monium. Quod falsum est, satis enim est, vt non simus in peccato mortali,
aut probabiliter id credamus: quamuis huiusmodi adeo excelsum amorem
actualem animo non concipiamus. Facit item, quòd nullus peccati mortalis
reum diceret esse illum, qui octo dies ante baptismum rectam contritionem
de peccatis concipiens, & se ipsum probabiliter constituens in statu gratiæ, po-
stea ante noui peccati mortalis admissionem, sine hoc amore actuali bap-
tisma susciperet. Quare hic tertius casus est restringendus ad eos, qui ante ba-
ptisma non habuerunt contritionem. Quarto quotiescunque tenemur proxi-
mum ex charitate diligere, nam tunc pariter eodem amore Deum diligere te-
nemur, siquidem hi duo amores sunt eiusdem generis & naturæ: & in amore
proximi amor Dei tanquam finis includitur: vt colligitur ex vtroque Tho.
2. sec. quæst. 44. art. 2. & 2. sec. quæst. 25. ar. primo, vt infra cap. 14. nu. 4. dice-
mus. Addo tamen his, eum qui diligit Deum, probabiliter credens se esse in
statu gratiæ, subindeque suum amorem esse amorem Dei super omne aliud,
quamuis in rei veritate non sit huiusmodi, neque sit in eodem statu, nihilomi-
nus tamen adimplere hoc præceptum, quo ad effectum euitandi nouum pec-
catum, quod admitteretur ob omissionem implementi eius: quoniam sine
speciali reuelatione scire non potest quis, quando est in statu gratiæ. Iob. 9. Ec-
cles. 9. & cap. fina. de Purg. can. Thom. 1. sec. q. 112. artic. 5. & Concil. Trident.
sess. 6. capit. 9. Et ita nisi hoc teneatur, nequiremus scire quando hoc præ-
ceptum implemus.

Addo item, quòd posset (nostro iudicio) affirmari, quòd hoc supremum mã-
datum licet præcipue & principaliter excelsum illum amorem à charitate pro-
fectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen etiam obligat aliquando
ad diligendum Deum hoc eodẽ amore, vel alio bono & naturali, non obligã-
do nos ad præfatũ sublimem charitatis, vel saltem quãuis hoc præceptum ad
K id non

id non obliget. Lex tamen naturæ, quæ habetur in l. veluti, ibi, vt patriæ, parentibusque. ff. de iust. & iur. Et quæ iubet parere, vel amare patriam, Reges, parentes, & Dominos, quin etiam omnes proximos, in quibusdam casibus non obligat, etiam ad deum ipsum tanquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem saltem aliquo bono amore naturali amandum, & propterea, vt docuit bene prædictus dominus doctor Sotus vbi supra, quando deum audimus blasphemari, aut inhonorari, tunc tenemur ad actum diuinum amoris saltem naturalis boni, quo impulsus, eum qui in Deum blasphemus, vel contumeliosus extiterit increpemus. Quod quidem ita faciendum esse, Concilium Lateranense sub Leone decimo sess. 9. §. Ad abolendam, in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligatur, & quod nisi talis sit, non est bonus, vt videtur sentire S. Tho. 1. sec. q. 109. art. 3. Respondetur enim, quod licet diligere deum comparatiue minus quam illum vel æque ac illum, sit malum, diligere tamen eum absolute æque vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicunt. Quæ quidem omnia tanquam quotidiana & parum specificata debite correctioni subijcimus.

Undecimò, quod non solum est peccatum mortale transgressio præcepti sub eius pœna obligantis, sed etiam propositum transgrediendi, imò & desiderium deliberatum id faciendi, imò & quod maius est, ipse consensus, ipsa voluntas, seu voluntas vera, & expressa delectandi se illa transgressione, licet consentiens nec faciat, nec proponat, nec desideret facere: qualis est consensus illius, qui de aliquo peccato mortali cogitat absque proposito & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimo (quod maximum est) consensus, & voluntas interpretatiua vel tacita illius est culpa lethalis. Quæ omnia consonant communi opinioni, quæ colligitur ex beato Augustino libr. 10. de Trinit. & Magist. sent. in 2. distin. 24. cum suis commentatoribus, & ex S. Thom. 1. sec. q. 74. & Beato Anton. 3. partit. 5. cap. 1. §. 5. & Io. Maiore in 2. dist. 24. q. 18. & Caiet. in summa verb. Delectatio, & q. 16. lib. 27. quæst. & ex eis, quæ nos clarius & copiosius quam alij resoluiimus in cap. Cogitationis, de Pœnit. distin. 1. & in cap. Sed pensandum. distin. 6. vbi in summa diximus consensum verum & expressum, quem Caietanus positium vocat, ipsius delectationis esse illum quem supra docuimus. At verò tacitus consensus, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixere, Caietanus autem negatiuum non positium appellauit, tunc de minus est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primum vt id, de quo sumitur delectatio sit lethalis culpa. Thom. 2. sec. q. 74. artic. 8. Secundum vt qui delectatur aduertat se delectari; nam si circa id non aduerteret, (quamuis diem integrum delectatio perduraret) non peccaret, saltem mortaliter, iuxta textum mihi singularem, in cap. Sed pensandum, dist. 6. ibi. Ex deliberatione consentit. Neque satis est aduertere, nisi integre aduertat secundum Caietanum vbi supra. Tertium, vt non obstitat delectationi, eam à se depellere contendens

tendens, quoniam si id conaretur, iam potius virtuti quam vitio esset tribuendum, quamuis eam a se non omnino repelleret. dicto cap. Sed pensandum: Quartum, vt absque rationabili causa ommitteret eam à se rejicere: etenim si ommitteret eam depellere, quia nouit se ea vi & virtute animi pollere, vt certus sit, se non ita victum vel flexum iri ab ea, vt actum, de quo est velit, neque ita vt voluntas eius superior seu rationalis velit ea sensuali delectatione frui; non esset culpa, saltem lethalis, dummodo expresse non consentiret in illam. Idem dicerem, si ideo delectationi non resisteret, eamque à se non repelleret, eo quod credit quo magis velit tentationi obistere, & contra ipsam pugnare, illa magis augebitur quam minuetur, sicut erga carnis illecebras contingere solet, quæ quidem fugiendo potius quam resistendo superantur, secundum S. Thom. 2. sec. q. 35. artic. 1. ad quartum. Io. Gerson. de Pollut. not. 7. & alios alibi. Idem esset, si delectationem illam omisisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem, derelinqueret, quale est studium & lectio rerum impudicarum, ad huiusmodi delectationes prouocantium, necessaria ad prelegendum scholasticis vel concionandum populo. Quia le item audire confessiones de rebus impudicis, et alia huiusmodi, argumentorum, quæ singulariter scripsit Caiet. in q. 16. lib. 27. quæst. & consequenter, vt hoc sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, vt suæ imbecillitatis & consuetudinis præterite ratione habita merito credere teneatur, nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, verè & realiter consenturum. Ex hac resolutione intulimus in cap. Cogitationis, de Pœnit. distin. 1. multorum casuum, qui quotidie contingunt, decisionem, quos hic breuitatis gratia taceamus. Admonentes tamen & consulentes omnes, vt integro corde D. Nostrum deprecari contendamus, quo ab his interioribus animi conflictibus nos liberare dignetur, qui nimirum eo periculosiores censendi sunt, quo magis nostra voluntas ad se ipsam conformandam carnalibus istis appetitibus nostri desiderijs propendet.

Ex eadem resolutione infertur: Delectationem, quæ morosa nuncupatur, à mora videlicet deducto vocabulo, huiusmodi nomen non esse forsitran ratione temporaneæ durationis, sed propter moram, quam facit ipsa ratio, in ea expellenda. Quia nimirum eam non expellit, quam citissime potest & debet: vel (quod deterius est,) quia eam deliberatè acceptat, quod quidem vel in instanti fieri potest, secundum omnes. In his autem duobus casibus, peccatum mortale committitur, licet opus exterius nunquam fiat, neque adsit propositum faciendi. Quod quidem verissimum est, non solum in peccatis carnalibus, verum etiam in reliquis, iuxta mentem omnium, quod expresse S. Bonauent. in 2. dist. 24. in expositione literæ adnotauit.

Itaque resistere delectationi, quæ nascitur ex cogitatione alicuius peccati mortalis virtus est, assistere autem & assentiri expresse lethalis est culpa, non resistere autem neque assistere aliquando est veniale, & aliquando

mortale, scilicet quando quatuor illa supradicta concurrunt. Quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali, vel proprius loquendo, omnis voluntas deliberata se delectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera. cap. primo §. Ponderosus, 49. distin. & Thom. prima sec. quæst. 74. articul. 8.

12 At quoniam in huiusmodi delectationibus maximè si carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione naturæ humanæ corruptæ, expedit ut qui huiusmodi delectationes habuit, & non est certus an ipsis consenserit, neque an sufficienter resistit, de illis in confessione se ipsum inculcet, dicens se dubitare, an quantum debuit illis resistere contenderit: Nam si credit se consensisse, vel non resistisse ut eis frueretur, vel admodum negligenter se gessit in eis depellendis, cum probabili consentiendi periculo in easdem delectationes, vel in opera ex quarum cogitatione illæ nascuntur, tunc necessarium esset confiteri, quod circa hoc credit & sentit.

Duodecimò, quod non solum peccat, qui aliquod peccatum committit, & in eo perpetrando est præcipuus exequutor, verumetiam omnes alij, qui eidem culpæ consentiunt, iuxta illud ad Rom. 1. Non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt, c. 1. de offi. deleg. vbi glo. & omnes c. Notum 2. q. 1. c. Sicut dignum, per totum de homic. consentiunt, inquam, aliquo nouem modorum contentorum in duobus senarijs, quos S. Thom. 2. sec. q. 62. arti. 7. posuit, scilicet.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

13 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iubet, consulit, consentit, laudat, recipit principalem delinquentem vel adiuvat, vel non impedit verbo aut opere, vel non manifestat, cum teneatur & possit, quorum modorum interpretatio & dilatio, inferius cap. 17. num. 17. & num. 130. & seq. fiet. Nunc autem dicimus, peccare mortaliter eum, qui aliquo istorum nouem modorum, principali authori delicti consentit: quamuis non semper incurrat easdem censuras & irregularitatem, neque eandem restituendi obligationem, quas ille, cap. Cum quis, de sent. excommuni. lib. 6. & c. Felicitis §. Illud, de Pœn. eod. lib. Host. in summa, de Pœn. §. Quibus, & Caiet. in summa verb. Restitutio, & Felyn. in tractat. Quando conatus, & alij alibi. Diximus autem in tribus vltimis modis (*cum teneatur & possit*) non enim potestas sine obligatione satis est, secundum S. Thom. 2. sec. quæst. 44. art. 4. & quæst. 72. art. 6. & melius 1. 2. quæstio. 6. articu. 3. & vtroque Caietan. & melius in 2. sec. quæstio. 64. articu. 7. & diximus supra Prælud. 6. Vnde inferitur, quod cuilibet modorum peccandi, faciendo vel volendo facere aliquod peccatum, possunt adijungi alij nouem, iuxta nouem modos illi consentiendi, quos & si non semper infra expresserimus, aliquando ramen insinuabimus, illud tamen nunc admonentes, tunc aliquem consilio suo verbis aut operibus teneri impedire, quando ex officio quod habet vel alio titulo ad id faciendum obligatur.

obligatur. Tum etiam, quando proximus circa id extremam patitur indigentiam, & ipse potest id ipsum præstare, non se in consimilem necessitatem conijciendo, etiam si ob id rei familiaris aut honoris iacturam aliquam faciat: imò etiam cum proximus re illa maximè indiget, & ipse sine vitæ suæ, salutis, honoris & rei familiaris detrimento potest commodè id facere: per id, quod in c. 1. de resti. spol. & c. 24. & 25. infra, & cap. Inter verba 11. q. 3. nu. 713. & profundius in Commen. c. Non in inferenda, 24. q. 3. Diximus.

Decimotertio, quod vniuersa ista decem præcepta, & alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali, quo ad substantiam actus præcepti, & effectum euitandi nouum peccatū, quod incurreretur, si non adimpleretur illud, iuxta definitionem Sancti Tho. 1. sec. q. 100. ar. 10. & 2. sec. q. 44. ar. primo & fin. communiter recepti, quod Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. sensit, declarans hæreticum esse illum, qui dixerit, opera nostra, ob id solum, quod fiant extra statum gratiæ, esse peccata (quicquid dixerit Dion. ordin. Cisterciens. lib. 2. Sent. dist. 17. quem aliquot alij sequuti fuerunt: Est enim hoc vnum inter alia commoda, quæ opera facta etiam in peccato mortali secum afferunt, de quibus glo. c. Quod quidam de pœnit.) licet ad obtinendam gratiã in hac vita præsentis, & gloriã in futura, nihil valeat implementum præcepti in illo statu, cap. Nihil, de consecrat. distin. 5. vbi latius diximus, & §. fin. de Pœnit. distin. 4. sub qua regula includitur etiam præceptum de diligendo Deo iuxta declarationem nunc additam supra nu. 6. Per quod tollitur ratio, qua infans Lutherus insanè docuit, Deum dedisse nobis duo præcepta, quæ in hac vita non possumus implere, nempe præceptum de diligendo Deo, & de non concupiscendo. Quod efficacissime post alios confutat Castrensis in libr. contra omnes hæreses verb. Præceptum, & damnauit Concil. Trident. sess. 6. can. 18.

Modi visitationes peccandi mortaliter contra præceptum de diligendo Deo.

S V M M A R I V M.

O dium Dei ex genere suo, est maximum peccatum, & quare. nu. 14.
Præceptum de diligendo Deo quis frangit, & Deum quisnam dicatur odio habere, cum deliberatione. nu. 14.

Amat qui firmiter se ipsum, vel uxorem suam, maritum, Regem, vel quamcunque aliam creaturam, quam Deum, mortaliter delinquit, non autem qui feruentius. nu. 15.

Amat quisnam Deum potius propter dona eius, quam propter ipsum, & quisnam omittat ipsum amare cum tenetur, & quando ad id teneatur, numer. 16.

Peccat, qui vult semper hanc vitam viuere. nu. 16.

14



X supradictis infertur, quòd contra hoc præceptum de bene diligendo Deo peccat mortaliter primò, qui deliberatè odit Deū, quod quidem ex genere suo est maximum omnium peccatorū, vt probat S. Tho. 2. sec. q. 34. ar. 2. q. 39. ar. 2. ad tertiu & 1. sec. q. 73. ar. 4. ad tertium. Tum quia actus qui opponitur actui summe bono, summe malus est, secundum Arist. Ethic. 8. Actus autem maximè bonus est Dei amor, c. Caritas, 2. de Pœnit. dist. 2. cui odium Dei est contrariū, Tum quia maximo præcepto omnium contrarium est, Math. 22. Tum quia directè separat à Deo, quod alia peccata communiter non faciunt, sicut explicuit S. Tho. 2. sec. q. 34 art. 2. Dixi, (*Deliberatè*) quoniam subreptio iudicium præueniens in quacunq; materia excusat à mortali, vt diximus supra eodem cap. nume. 4

Secundò, qui omittit amare Deum super omne aliud amabile, quo tempore id tenetur facere, de quo supra, nu. 6. 7. & 8.

Tertiò, qui omittit referre ac dirigere se suaque omnia in Deum tanquā primum principium & vltimum finem suum, quo tempore ad id tenetur; quādo autem ad id teneatur, etiā ibidem dictum est.

Quartò, qui amat Deum, sed minus vel non plus quàm alia comparatiue, hoc est actu, vel virtute, expressè aut tacitè, gerens in animo, quòd tantum vel æque æstimat vel amat alium ac ipsum Deū, secus autem si absolutè sine cōparatione id faceret, iuxta declarationem superius, nu. 6. 7. & 8. positam.

Quintò, qui se ipsum, vel suam vxorem, filium, aut Regem suum, & dominum, vel quancunque aliam creaturam firmiter diligit, quàm ipsum Deū. Diximus (*Firmiter*) Quia peccato imputari non debet, se ipsum, vel aliū intensius, aut feruentius diligere quàm Deum, dummodo Deus firmiter & fortius diligatur, vt in additione cap. Quando, de Consec. dist. 1. nu. 35. enucleauimus, & supra eodem cap. nu. 7. etiam tetigimus. Admonemus item indirectè diligere creaturam amplius quàm Deum, non esse contra hoc præceptum. Quoniam quicunque peccat mortaliter, indirectè plus diligit aliud quàm Deum in quātum aliquid vult contra eius præcepta. At tamen huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptum, quoniam directè nō facit contra ipsum, neque aliquid operatur, quod secundum se & suam naturam separat à Deo, sed secundum accidens iuxta S. Tho. 2. sec. q. 34. art. 2. & Scotum in 1. distin. 1. quæst. 5. sub fin.

16 Sextò, qui diligit Deum eo solo, vel præcipuè & principaliter, quòd ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia vel temporalia bona, Francisc. Maijro in 1. dist. 1. Siluest. verb. Caritas q. 7. vt in dicta additione, a nu. 334 post Thom. 1. sec. q. 199. art. 3. sub finem diximus. Vnde infertur concilium Trident. sess. 6. can. 26. & 31. quatenus declarat esse hæreticum asserentem esse peccatū operari rectè ob remunerationem obtinendam; esse intelligendum de eo qui tacitè vel expressè minoris æstimat præmium quod sperat, quàm ipsum largitorè, vel saltem absque cōsideratione aliqua vnus vel alterius, & absque eo, quod finem vltimum & principalem constituat, rectè operatur.

Septimò

Septimò, qui eo tempore Deum amare neglexit, quando sub peccati mortalis reatu de sua salute spiritali cogitare tenebatur; veluti quando mortis periculum, vel necessitas recipiendi vel administrandi sacramentum sese obtulit. Ioan. Tab. verb. Caritas, §. 30. & senserat antea Maior. in 3. distinctio. 37. quæstio. 13. colum. 4.

Octauò, qui deliberate vult in hoc misero seculo perpetuò viuere, quia bonis eiusdem, nempe diuitijs, gaudijs etiam licitis, scientia, & alijs huiusmodi delectatur, vel propter alias causas, secundum Adrian. in 4. de Confess. q. 4. sub fin. quamuis peccatum non sit longam vitam exoptare, etiā aduertendo quòd ob id æterna gaudia differuntur secundum eundem.

Nonò, qui festiuis diebus omisit producere actum de diligendo Deo super omnia alia, secundum Ioan. Tab. verb. Caritas, §. 20. sed oppositum cum Adriano, in 4. de Confess. quæst. 3. colum. 2. sub finem, verius supra num. 6. existimauimus.

Modi vltiores peccandi contra præceptum de recte credendo in Deum.

S V M M A R I V M.

Preceptum de credendo tam differt à præcepto de diligendo quàm fides à charitate. nume. 17.

Infidelis duplex posituè & negatiuè, hic non peccat, ille sic, nu. 17.

Præceptum de rectè credèdo infringit, qui credit aliquod, quod scit aut scire tenetur esse contra fidem catholicam, nu. 17.

Excommunicatus est, qui dicto vel scripto affirmat contrarium fidei. nu. 17.

Dubitatur qui deliberate de eo, quod de fide esse scit, aut scire tenetur; aut pertinaciter tenet esse de fide, quod non est de illa, peccat mortaliter, licet non qui subreptitiè vel solis vexatus scrupulis, nu. 18.

Credens unumquemque posse saluari in sua lege vel secta, peccat, nu. 18. & quid de credente patrem antiquiorem esse filio, aut filium & spiritum sanctum minus antiquos, iuniores, aut minus potentes & cat. quàm patrem, nu. 18.

Fidei articulos expresse & in particulari non credens, quando peccat nu. 18.

Fidem solam ad salutem sufficere credens, hæreticus, nu. 17.

Hæresis quid sit, & quis hæreticus, & pure mentalis, non est excommunicatus, nu. 17. neque etiam pure vocalis infra, nu. 24.

Pertinax quisnam sit. nu. 17.

Articuli qui sint explicite credendi. nu. 18.



RAESVPPONIMVS Primò, quòd præceptum de rectè credendo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quòd pertinet ad virtutem charitatis, quàm virtus fidei

K 4 quæ

quæ inclinatur ad credendum à virtute charitatis, quæ inclinatur ad diligendum, quæ longè alia & maior est, quàm illa 1. Corint. 12. & c. Charitas, in 2. de Pœnit. dist. 2. & monstrat Thom. 2. sec. q. 23. ar. 6.

Secundò præsupponimus, quòd licèt Thomas 2. sec. q. 16. a Caietano declaratus dicat, quòd licèt in multis locis veteris & noui testamenti supra num. 5. citatis, fuerint data præcepta de diligendo Deo, in veteri tamen non fuerunt data de fide, quanquam certum est, neminem vnquam saluum factum esse, neque placuisse Deo sine fide. Heb. 11. cui consonat principium symboli Athanasij: Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem: Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit, & cap. Firmiter, de summa Trinit. Nam infidelis positiuè, qui est omnis qui non vult credere post fidem sibi satis notificatam, peccat peccatum infidelitatis, per quod damnatur; & infidelis negatiuè, qualis est omnis, qui non credit, eo quòd non est sibi satis notificata fides, licèt non peccet non credendo, nec ob hoc damnatur, damnabitur tamen propter alia peccata, vt eleganter declarat vterque Tho. 2. sec. quæst. 10. arti. 1.

Tertiò, quòd ex his inferitur innumeros esse, qui contra hoc præceptum peccant: Siquidem id faciunt omnes infideles, quibus satis notificatum est CHRISTI Euangelium, & non credunt ei, & omnes fideles, qui credunt quidem ei, sed peruerse intelligunt illud, vel alia loca sacræ scripturæ contra sensum ab Ecclesia catholica definitum, vel ignorant aliquod tale, quod explicitè scire tenentur: Et consequenter peccant. Primò, qui non credunt Euangelio satis sibi notificato. Secundò, qui pertinaciter credunt aliquam hæresim, qualis est, quicquid sanctæ fidei Catholicæ contrarium est, cap. Arecta, & cap. Hæc est fides 24. quæst. 1. & est hæreticus secundum communem, in Rub. de hæret. & trad. Alfonso Castrensis libro primo contra Hæreses cap. 9. & nos in cap. Nouit, de Iudic. notab. 3. nume. 4. & subinde sunt excommunicati in cap. Excommunicauimus, de hæret. & cap. Audiuimus 24. quæst. prima per bullam Cœnæ Domini, vt in ea videre est, Anton. 3. part. titu. 23. cap. 72. & latius infra cap. 27. nume. 56. dummodo errorem illum, verbo, vel scripto, vel opere etiam sibi soli expressit, alioquin verè non est excommunicatus. Quoniam ob solum actum interiorem non incurritur excommunicatio, vt post Caietanum in summa verb. Hæresis, diximus in cap. Inter verba 11. quæst. 3. nu. 491. Addimus (*Pertinaciter*) quoniam si præ simplicitate vel ignorantia id credit, quia sibi videtur ecclesia ita tenere, & est paratus errorem deponere, quandoque veritatem fuerit edoctus, ille non est hæreticus, neque excommunicatus, vt etiam post Innocentium in c. Firmiter, de summa Trinit. communiter recept. nos in addit. cap. Quando de consecrat. distin. 1. num. 72. & supra Præclud. 1. nu. 10. diximus, addendo, quòd nec peccat mortaliter quidem regulariter. Ille autem dicitur pertinax, qui credit animo non discedendi à sua persuasione etiam monitus contrarium ab Ecclesia teneri, argumen. gloss. fina. Clem. 1. §. Porro, de sum. Trinit. Imò & qui credit aliquid, quod scit esse
contra

contra fidem, vel contra Ecclesiæ diffinitionem, licèt affirmet, se esse paratum ad corrigendum se ipsum, vt post Caietanum 2. sec. q. 11. ar. 4. in Repet. c. Nouit, de Iudic. not. 3. nu. 41. diximus, & in dicto Præclud. 1. nu. 10. repetimus. Porro verum est, quòd quamuis Ecclesia iudicaret esse hæreticum illum qui aliquid credit, quod manifestè fidei Catholicæ & articulis eiusdem est contrarium, esto quod assereret se esse paratum ad correctionem suscipiendam coram Deo, tamen neque hæreticus, neque excommunicatus est, si ignoranter id facit, & quicquid sancta Mater Ecclesia docet, verè & implicite credit, iuxta tradita in prædicto Præclud. 1. nu. 10.

Tertiò, qui de rebus fidei pertinaciter dubitat c. Dubius, de hæret. At verò subreptitia dubietas, & non deliberata, maximè illa, quæ renitente voluntate euenire solet, & contra voluntatem habentis illam perdurat, vel non est peccatum, aut solū veniale, Io. And. receptus in dicto cap. Dubius, & multo minus scrupuli qui contra fidem exoriri solent, & contra voluntatem habiti moleste perdurant, vt post maiorem in 3. dist. 25. q. 4. col. 3. nos in repet. c. Inter verba, 11. q. 3. conclus. 6. nu. 492. diximus.

Quartò, qui deliberatè credit, quemcunque infidelem, si bene moraliter vixerit, posse in sua secta saluari, cap. 1. §. si. de summa Trinit. & princip. & fin. Symboli Athanasij.

Quintò, qui iam discretionem pollens negligit scire explicitè ac in particulari esse vnum Deum solum, qui mundum vniuersum iustissime regit, ipsumque esse vnicum solum in essentia, & trinum in personis, scilicet Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, in quo ineffabile sanctissimæ Trinitatis mysterium continetur, iuxta mentem Tho. 2. sec. q. 2. ar. 8. communiter recepti. Nam licèt ante aduentum CHRISTI Redemptoris nostri satis erat, vnum Deum credere, qui remunerat bonos, & malos punit, iuxta Apost. Heb. 11. post sui tamen euangelij promulgationem, non satis est illud credere, quamuis in genere vel implicitè credat, quicquid sancta Mater Ecclesia tenet, & credit secundum eundem & communem.

Sextò, qui prædictam discretionem habens, negligit scire explicitè & in particulari, Filium Dei Patris, qui est vnus deus cum ipso Patre, propter nostram salutem factum esse hominem, natum & mortuum iuxta mentem eiusdem ibidem art. 7. quicquid directè & Rosella dicant, quos iuste Syluest. confutat. Imò & qui ignorat illos alios articulos prædicti Symboli, saltem quos ecclesia solennizat vt prædictos, secundum eundem Tho. ibidem, & diximus supra præclud. 4. nu. 19. Quocirca omnes parochos, patrinos, parentes, & confessarios, præsertim plebeiorum, & etiam concionatores obsecramus, vt fidem istam articulorum explicitam, & in particulari, cæterorumque qui in Symbolo Apostolorum continentur, sæpissime commendare & inculcare non resistant. Quoniam in vniuersa Christiana Republica circa hæc tanta est socordia, vt multos passim inuenias nihil magis in particulari & explicitè de hisce rebus credere, quàm ethnicum quendam philosophum sola vnus veri Dei naturali cognitione præditum, quamuis modò non auderem cæterorum articulorum quos
non

Cap. Undecimum de primo præcepto decalogi.

non adeo solennizat Ecclesia ignorantiam, tanquam lethalem & mortiferam condemnare, dummodo saltem implicitè & in genere credatur, quicquid sancta Mater Ecclesia credendum præcipit.

Septimò, qui non ediscit, & memoriæ mandat Symbolum Apostolicum, Orationem dominicam, latina vel alia lingua, quod saltem est veniale graue, per c. Vos, de Consec. dist. 4. diximus in repet. c. Quando, de consec. dist. 1. no. 20. nu. 20. post Palud. in 4. distin. 15. q. 5. col. 2. vt etiam inferius, in cap. 13. nu. me. 137. dicemus.

Octauò, qui circa Trinitatis mysterium credit, Patrem Filio, aut filium spiritus sancto antiquiorem, vel patrem aut spiritum sanctum humanam vel aliã corpoream formam habere, vt filius in quantum est homo habet, vel diuinam generationem aut processionem spiritus sancti esse instar generationis humanæ, vel alterius corporeæ, vt in prælud. 3. nu. 19. diximus, nisi ignorantia, aut rudis simplicitas ipsum excuset; quæ quidem ipsum excusare possunt, imò & quasi semper excusant ad hoc vt non sit hæreticus nec excommunicatus, licet non semper excusent à peccato, vt supra Prælud. 1. nu. 10. post Inno. & alios ibi citatos, tradimus; & in dicto prælud. 3. nu. 19. explicauimus generationem filij in diuinis esse instar productionis notitiæ ab intellectu emanationem autem spiritus sancti esse similem processionem amoris ab intellectu & voluntate, nullo autem modo per modum corporeæ generationis, id quod aliqui temere ac stulte comminiscuntur, vt ibi admonuimus.

Nonò, qui contra Concilium Tridentinum sess. 4. cap. 2. asserit, translationem vulgarem sacræ scripturæ non esse pro authentica habendam, vel qui eã contra vniuersalis Ecclesiæ declarationem, & contra concordem sanctorum partium sensum, interpretatur, quamuis eius interpretatio nunquam sit edenda.

Modi visitationes peccandi mortaliter contra præceptum de rectè colendo, & honorando Deo, quod proprie est primum Decalogi.

S V M M A R I V M.

Præceptum de colendo Deo, quàm differat à præcepto de diligendo eo, & credendo in eum. nu. 19.
Superstitio est maximum omnium vitiorum moralium. nu. 19. & est quadruplex, nu. 20. & quælibet lethalis præter primam. nu. 21.
Dæmones bifariam inuocantur, expressè, & tacitè, nu. 22.
Inuocatio Dæmonum tacita fit quinque modis, nu. 22.
Præceptum de colendo Deo frangitur 38. modis præter participantes, à nu. 23. vsque in finem, Nempe qui adorant aliquam creaturam tanquam Deum, Qui habet spiritum malum familiarem, qui etiam facit opus infidelitatis, 24. Qui portat in signe

Cap. Undecimum de primo præcepto Decalogi. 78

signe Iudæi vel Sarraceni. nu. 25. Qui Laicus disputat de fide. nu. 26.
Qui falsas sanctorum reliquias, adorandas exponit, qui inuocat, aut adiurat Caco- 15
dæmones, nu. 27.
Qui Magicam artem discit, aut eiusdem libros habet, aut vult inuenire thesauros
opera Demonis. nu. 28.
Qui vnum maleficium altero tollit. nu. 29.
Qui interrogat Dæmonem furta & alia arcana. Qui sortilegijs & iactibus alia-
rum vitur & cat. Qui facit incantationes pro animalibus seruandis vel inue-
niendis. nu. 30.
Qui Veneficorum, aut Dæmonum, aut incantatorum verbis fidem adhibet & cæ.
num. 31.
Qui interrogat Ægyptios de fortuna sua, Qui porrigit poculum amatorium, aut fa-
cit incantationes supra res sacras ad sanandum & cat. nu. 32.
Qui adhibet fidem somnijs nu. 33. Qui portat nomina collo appensa, absque qua-
tuor conditionibus, & quæ sint illa. nu. 34. vel carmina certis diebus scripta
& cat. vel reliquias aliquas cum vana superstitione gestat, nu. 34. & 35.
Qui die beati Iohannis herbas sic colligit, bestijs venam pertundit, benedicit vel sa-
lutat & cat. nu. 36.
Qui credit Augurijs, cantibus auium, ululatus & mugitibus animalium, & cæ.
aut respicit constellationes vel dies tanquam sinistros ad incipiendum aliquid.
num. 37.
Qui credit herbas, aut musicam, virtutem habere contra Dæmones. Qui vitur arte
notoria, & quanam sit illa? Qui credit Striges, seu sagas, ad hunc vel illum lo-
cum pergere. nu. 38.
Qui credit sortibus illicitis, & quanam sint illa, & quales. Qui credit prouoca-
tionibus & duellis, quæ sunt species quædam sortis illicitæ, exceptis duobus casibus, & qui sunt isti. nu. 39.
Qui capit feruentem aquam, vel ferrum candens & cat. vel tentat Deum offerendo
se martyrio non necessario. nu. 40. Qui in his participat vno ex illis nouem mo-
dis supradictis. nu. 42. Imagines quæ licent. nu. 23.
Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis. nu. 24.
Disputare de fide laico illicitum, nu. 26.
Ars Magica vetita. nu. 28.
Maleficium an maleficio tolli possit. nu. 29.
Sortes, quæ prohibita & quæ licita. nu. 30.
Incantatio prohibita, & fide indigna, nu. 31. & 39.
Philtra quæ illicita. nu. 32.
Adoratio imaginum quæ illicita. nu. 32.
Somnijs quibus non credendum. nu. 33.
Reliquias, nomina, & breuia, vt gestanda. nu. 34. & 35.
Augurijs non credendum, nu. 37.
Dæmoni herbam, & musicam nil resistere. nu. 38.
Ars notoria illicita, & quæ sit illa. nu. 38.

Striges

Cap. Undecimū de primo praecepto Decalogi.

Striges & sagas reprobatae, nu. 38.

Duella illicita exceptis duobus, & quae prohibita per Concilium Tridentinū, n. 39.

Tentare Deum illicitum etiam per martyrium nu. 40. & 41.

Martyrium pati quando crimen mortale. nu. 40.

Dij, Deabusve gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impiū. nu. 40.

Magister Poetas gentiles praelegens ut peccet. nu. 40.

19



Ro luce discernendi praedictos modos peccandi mortaliter contra praeceptum de colendo siue honorando Deo, quod est primū Decalogi, & pertinet ad virtutem patriae siue religionis, primò supponimus, quòd illud tam differt à praedictis duobus praeceptis de diligendo Deum & credendo in eum, quā differt virtus religionis, quae est moralis licet omnium suprema, secundum Tho. receptum, 2. sec. quaest. 81. ar. 2. & 6. à virtutibus fidei & charitatis quae sunt Theologicae, & longè omnibus moralibus maiores secundum eundem, receptum 1. sec. q. 62.

Secundò, quòd nemini debet videri praeceptū hoc non fuisse conuenieter datum, Exod. 20. eo quòd datum fuit negatiue & non affirmatiue sicut praeceptum quartum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione, quam alte declarat Thom. 2. sec. q. 122. ar. 2. Tum quia dum ibi vetatur cultus falsorum deorum, praecipitur cultus veri Dei, argumento à contrario sensu, quod est fortissimum l. 1. de offic. eius, cui mand. est iur. & ca. Apostolica de his, quae fiunt à Prælat. sine consensu c. praterquā quod in secundo praecepto directè iubetur sabbata sanctificari.

Tertiò, quòd sicut virtus patriae seu veræ religionis, ad quam pertinet hoc praeceptum, est maxima inter omnes morales virtutes, vt probat S. Tho. 2. sec. quaest. 18. receptus, ita vitium superstitionis, & falsæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur, ex genere suo est maximum omnium peccatorum, quae actibus virtutum moralium opponuntur. Quod S. Thom. 2. sec. q. 92. art. 1. adiunctis quæ ait q. 94. art. 3. sentit, & nititur ea ratione, quod contraria de contrarijs dicuntur, cap. Sciendum 8. q. 1. & l. & si contra tabulas. ff. de vulg. Vnde quemadmodum virtus religionis & patriae inclinatur & ordinatur nos ad Deum ipsum debito modo colendum & honorandum, tanquam primum principium, supremumque gubernatorem nostrum, qui nos creauit, & regit, 2. sec. q. 81. art. 2. & 3. Sic etiam à contrario vitium hoc superstitionis & falsæ religionis inclinatur ad reddendum Deo cultum perniciosè aut superflue, vel etiam ipsi creaturæ tacite vel expressè, 2. sec. q. 92. art. 1. & 2.

Quartò, quòd quatuor sunt falsæ religionis vel superstitionis species, vt ex beato Augustino, in lib. 2. de Doc. CHRISTIANA relato in c. Illud 26. quaest. 2. & S. Tho. eiusque commentatore 2. sec. quaest. 92. art. 2. colligitur. Prima est, qua perniciosus vel superfluous cultus exhibetur Deo. Est autem perniciosus cultus, qui caeremonijs mendacibus, falsitatem aliquam præ se ferentibus, redditur, quales sunt iudaicæ caeremoniæ, significant enim Messiam esse venturū, secundum S. Tho. 2. sec. q. 93. ar. 1. Superfluous cultus est, qui illis caeremonijs exhibe-

Cap. Undecimū de primo praecepto Decalogi. 79

exhibetur, quæ neque ad Dei gloriam, neque ad subijciendam carnem spiritui, & spiritum Deo ipsi, quicquam conferunt, iuxta S. Thom. dicta q. 92. ar. 2. Facit cap. Quisquis, 41. dist. qualis est caeremonia quædam orandi ante solis ortum, vel audiendi sacrum à sacerdote, qui vocetur Iohannes, vel dicendi bis Alleluia, vel Pater noster &c. quando semel tantum est dicendum. Secunda species est, qua cultus diuinus alicui creaturæ redditur, gratia ipsam honorandi, & hæc dicitur Idololatria. Tertia species est, qua cultus diuinus redditur creaturæ ad assequendam aliquam scientiam vel instructionem, & hæc dicitur Diuinitio. Quarta spēs ē, qua idē cultus tribuitur creaturæ vt ab ipsa opera nostra dirigatur.

Quintò, præsupponimus omnes istas superstitiones ex genere suo esse lethalia crimina, valde graua, excepta prima specie, qua parte continet cultum superfluum, sed non contrarium diuinæ aut humanæ legi, sicut ieiunare in die dominica, vel dicere Pater noster &c. adeo priuate & sibi soli, ac si non esset pars & membrum Ecclesiæ, secundum Caiet. 2. sec. q. 92. ar. 1. Quarta etiam species non est peccatum mortale, quando bona fide vel præ ignorantia aliquis ea vitur antequam veritatem edoceatur, vt ex mente S. Tho. vbi supra, S. Anton. 2. par. tit. 12. c. 1. §. 12. & Caiet. 2. sec. q. 95. ar. 2. colligitur, secundum quos in istis duobus casibus non est communiter amplius quam veniale peccatum, vt inferius explicabimus.

Sextò, quòd duplex est modus inuocandi Dæmonē, vnus est expressus, alter verò tacitus: Expressus est, quo apertè vocatur vel inuocatur Dæmon, vel fit aliquid, quod creditur opera ipsius Dæmonis fore perficiendum, secundum mentem S. Tho. quam Caiet. 2. sec. q. 95. ar. 3. expressit; Nam priore modo verbo, posteriore autem opere, auxilium Dæmonis imploratur: Tacita inuocatio Dæmonis toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, neq; ex diuina aut ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tanquam necessariae adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere, iuxta mentem S. Tho. 2. sec. q. 96. art. 1. & in multis art. q. 95 eiusdem 2. sec. Exempla huius diffinitionis esse possunt quidam rami ab ista radice procedentes, quos posuit Caietan. in summa verb. Incantatio. Quorū primus est vti verbis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa vel illa materia, vel tali tēpore, aut hora, & alijs huiusmodi, quæ neque ad diuinū cultū, neq; eius honorē, neq; ad rectā rationem pertinet. Secundus est, adiungere causas naturalibus aliquos characteres vim significandi habentes, qui quidem ad Dæmones illos probe intelligentes referuntur, vel sunt nomina ignota, quæ ipso quòd sunt talia tacite ad eos referuntur. Tertius est, vti causis naturalibus ad effectū supernaturalē, veluti ad agnoscēdas hoīum arcanas cogitationes, vel ad subito medendū. Quartus est vti verbis sacris ad inanē effectū, sicut ad mouendū anulū supra filū, vel ad voluedū cribrū, quæ quidē nō verba sacra sed ipse Diabolus mouet, vt illis verbis honorē sibi faciat exhiberi. Quintus est, miscere falsa, veluti dicēdo CHRISTVM habuisse febres. Qua quidē in re iure quis miretur illorū hominum imprudentiæ, qui his & alijs similibus superstitionibus credūt, & quā Deus ipartitus fuerit vetulis quibusdā delirij, &

Cap. Undecimum de primo præcepto Decalogi.

ris, & hominibus ignorantibus, (& ut plurimum) corruptis moribus, vitaq; reprehensibili ea quæ non est elargitus sanctis, quibus in gradu adeo alto profunda suæ diuinæ sapientiæ arcana, virtutemq; suæ infinitæ potætiæ qua tot miracula fecerunt, communicauit.

Septimò, quòd concilium Tridentinum, sess. 25. post principium declarat hæreticum eum, qui dixerit à nobis sanctos rogandos non esse, aut eorum preces nobis apud Deum non prodesse, aut eorum reliquias & imagines non esse nobis venerandas, declarando simul, quòd ut sanctissimum est, imagines honestas sanctorum, maximè D. N. IESV CHRISTI & eius matris habere & colere, sic peccatv est imagines ornare & habere, quæ sua venustate, nuditate, forma, aut habitu, ad libidinè & alia vitia alliciant: In quo multos, èt religiosos errare vi deo, vestientes dominam nostram, & Magdalenam & alias sanctas, ornamentis profanis, & vanis ac meretricijs, quibus etiam matronæ honestæ sese vestire vererètur. Item declarauit vbi supra, esse idololatriam credere illis aliquam diuinitatem aut virtutem inesse, præterquam ad ea, quorum sunt imagines representanda. Item declarauit ibidem, Neminem debere in ecclesia collocare, nec domi habere imagines insolitas, & inusitatas sine approbatione Episcopi. Vide infra additionem cap. 17. nu. 169.

23 Octauò, quòd ex his colligitur infra scriptos peccare mortaliter, Primò, qui se ipsum, vel alium circumcidit, vel vitur aliqua cæremonia iudaica, vel Machometica, quæ aliquam falsitatem nostræ sanctæ Catholicæq; fidei contrariâ significat, etiam si minimè veram esse credit, per supradicta nu. 19. & 20.

24 Secundò, qui expresse Dæmonem, Solem, Lunam, Idolum, vel creaturam aliquam, tamquam deum adorat etiam solo cultu exteriori, supra nu. 19. Vel habuit dæmonem seu spiritum, quem vocant familiarem, ut ipsum admoneret, vel ei ostenderet renuntiaretve quæ in locis remotis, aut secretis geruntur, sicuti copiose in Repet. cap. Nouit. not. 1. de Iudic. probauimus. Circa quod nullatenus excusamus Reges, qui non puniunt eos, qui huiusmodi dæmonibus familiaribus vtuntur, sed potius experunt ab eis certiores fieri, de his, quæ in hostium castris geruntur, aut quæ aduersarij moliuntur.

Tertiò, qui ex metu vel aliam ob causam dicit ex animo aliquid contra fidè, vel consensit in aliquod opus infidelitatis exterius, etiam si intra se, & in corde suo oppositum crederet: Sicut Marcellino Papæ legimus contigisse cap. Nunc autem, 21. dist. qui nõ solum est excommunicatus in foro exteriori, sed etiam in foro conscientie, secundum Caietanum, 2. sec. q. 94 art. 1. Sed huius oppositam sententiam olim pro responso dedimus interrogati de certis casibus, qui

25 cuidam religioso Societatis IESV apud Sarracenos agenti occurrerunt erga CHRISTIANOS quosdam, qui timore perculsi, & propter alias causas, se esse Sarracenos finxerunt, & sequuti sumus eum qui repertorium Inquisitorum composuit, in verb. Hæreticus, col. 24. Quod nunc quoq; verius arbitramur, quã quod Caiet. asseruit, sic enim Syluestr. verb. Hæresis q. 9. & Io. Tabiensis. verb. Hæreticus, nu. 2. & verb. Apostasia nu. 3. visum est, Et profecto etiam si hoc nullus assereret, nos eandem sententiam teneremus: Quoniam huiusmodi ho-

Cap. Undecimum de primo præcepto Decalogi. 80

di homo non est vere hæreticus, quamuis grauissime peccet, secundum Alex. Halensem. 2. par. tit. 183. memb. 2. & Ocham. 2. par. Dialog. cap. 6. id quod ex hæretici hæresisq; diffinitione, quam in repe. c. Nouit, de Iudic. notab. 3. n. 41. adduximus, comprobatur. Et excommunicatio illa iuris quæ continetur in bulla cænæ Domini, solum infertur contra hæreticos credentes, vel contra fautores, & receptatores hæreticorum, quorum de numero non est censendus is, de quo modo loquimur, nisi quando aliquod opus exterius hæreticum commisset, alicui hæresi auxilium præstando, in quo casu excommunicatus remaneret, non quia hæreticus sed quia fautor hæreticorum est.

Quartò, qui aliquem habitum vel signum Iudæi vel Sarraceni defert in loco vbi in veste, vel quouis alio caractere vnusquisq; suæ legis professionem indicat, Angel. verb. infidelitas §. 9. Siluest. eo. Caiet. in summa, verb. Habitus omisso. Id enim facere perinde est, ac præ timore se Iudæum esse aut Sarracenum confiteri. Non autem peccaret propter solam omissionem signi vel habitus Christianismi: dummodo signa Iudæorum aut Sarracenorum non acciperet, sicut rectè docuit idem Caiet. 2. sec. q. 3. art. 2.

26 Quintò, qui disputat de fide cum sit Laicus, sciens Laicis esse prohibitum sub excommunicationis pœna, de illa disputare, c. Quicumque, de hæret. lib. 6. & l. penul. C. de summa Trinit. & Caietanum verb. disputatio.

Sextò, qui aliquas reliquias falsas, tanquam si vere sanctorum essent, adorandas proponit, vel votiuas imagines pro miraculis falsis obtulit imagini crucifixi, vel beatissimæ Virginis, aut aliorum sanctorum, ut alij simili exemplo pro uocati aliquid templo offerrent, vel alia similia ad offerendum compararèt, ut inde aliquid accederet lucri. Quoniam magna diuino cultui infertur irreuerentia, mendacia circa res sacras persuadendo, Caiet. vbi supra in verb. Superstitio, & quia est primæ speciei superstitionis per dicta nu. 20.

Septimò, qui Dæmonem expresse, corde, vel verbo inuocat, quo sibi sit auxilio, consilio, vel fauori. Quia est tertia species superstitionis, de qua supra dicto numer. 20.

Octauò, qui Dæmonem per modum obsecrationis adiurat, ut ab eo aliquid discat, vel ut auxilium ab eo accipiat, c. Illud, 26. q. 2. & supra eodem dicto nu. 20. Quamquam licitum est Dæmones adiurare per modum coactionis, obstrigendo eos ecclesiasticis exorcismis, vel quando sine inuocatione ipsi adsunt, ut solent in arreptijs adesse. Nam licet tunc eos interrogare, sine prece tamen, & sine aliquo societatis pacto ad aliquorum vtilitatem, secundum B. Anton. 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 5. Quin etiam colloqui cum ipsis Dæmonibus corpora hominum obsidètib, ob curiositatem vel vanitatem tantum, non est plusquam veniale, erit nihilominus veniale, quoniam nullo pacto illis couti licet, nisi tanquam inimicis, Caiet. verb. Interrogatio primi præcepti.

28 Nono, qui Necromantiam vel aliquam aliam magicam artem discit, vel ea vitur, vel deliberato animo eam vult ediscere, vel ea vti. Quoniam iuxta Richard. in 2. lib. dist. 17. nõ est scientia, sed potius superstitio. l. Culpa, C. de Malef. & mat. Quod si libros huiusce facultatis habet, & nolit eos comburere, nõ est

Cap. Undecimū de primo præcepto Decalogi.

est absoluendus secundū Angel. verb. Curiositas. §. 10. Nam tertia species est superstitionis, de qua supra eod. nu. 20.

Decimò, qui vult Dæmonis opera vel alijs illicitis modis thesaurum inuestigare, arg. c. Illud. 26. q. 2. vel si consulit aut consuli suadet maleficos, aut eos in domum suam accersit causa percontandi aliquid. Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & cæt. l. Nemo. C. de malef. & mat. vel veneficia aliqua composuit, vt incantationibus aut inuocationibus dæmonum tacitis vel expressis noceret alicui. Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. l. Multi. C. de Malef.

29 Undecimò, qui aliquod maleficium aut incantationem alio maleficio aut incantatione dissoluit, aut precatur alium vt dissoluat, quamuis ille esset ad id agendum paratus, secundum S. Thom. in 4. dist. 34. q. 1. art. 3. & Io. Maiorem, ibidem, q. 2. col. 6. communiter receptos. Id quod etiam Syluest. verb. Maleficium q. 8. arg. l. Nullus, & l. Nemo, C. de Malefic. & c. Non obseruetis 26. q. 7. comprobatur, quicquid dicat Angelus verb. Superstitio, §. 13. nūquam enim est licitum alium ad peccandum inducere, quamuis ille sit ad id paratus. Quia nō licet consentire peccanti. arg. c. 1. ad Rom. & c. Notum, 2. q. 1. quamuis liceat alieno peccato uti, dummodo res ipsa, quæ petitur, non sit peccatum. c. Mouet. 22. q. 1. Quod latius tradidimus in Repet. c. inter verba 11. q. 3. nu. 83. & 159. Atqui fas est maleficium licitis modis dissoluere, puta exorcismis approbatis, aqua benedicta, sanctorum precibus, vera pœnitentia, deuota Eucharistiæ perceptione, secundum omnium doctorum sententiam, præcipue Io. Maioris, in 4. dist. 34. q. 2. & etiam sine vlla inuocatione absoluendo vinculum capillorum vel aliarum rerum quibus incantatio continetur.

30 Duodecimò, qui interrogat, vel vult interrogare diuinos siue diuinatores circa aliquod furtum, vel quidpiã aliud secretum, vel id ipsum fortibus, aleis, chartis, libris, cribro, astrolabio, tentat cognoscere. Deuter. c. 18. Non inuenitur in te, qui Pythones, ac diuinos consulat, l. Nemo, C. de Malefic.

Decimotertio, qui adhibuit incantationes ad animalia seruanda vel inuenienda, & cæt. vtendo verbis sacris aut profanis, vel aliqua alia vana obseruatione. Th. 2. sec. q. 96. art. 4. ad 2.

31 Decimoquarto, qui credit effectum illum, qui ex operibus magorum diuinantium & incantatorum procedit, etiam si ad sanitatem perueniatur, virtute verborum vel rerum quas applicant effici: quando huiusmodi res iuxta naturam suam ad similem effectum producendum tali virtute careant: quoniam talem effectum Dæmon efficit per alias causas naturales, quas ad id ob pactū expressè vel tacitè cum incantatore conuentum applicat, secundum S. Thom. 2. sec. quæst. 96. artic. 2. Sanct. Anton. 2. par. titu. 12. cap. primo, & reliquos omnes in secunda distin. 7.

Decimoquinto, qui aliquem peregrinum, quem Hispani Gittanum, Itali vero Cingarum, & Galli Aegyptium vulgò vocat, de fortuna sua percontatur, animo credendi id, quod ille responderit, quauis si ex curiositate, vel ridendi gratia id faceret, non esset lethalis culpa, nisi persona talis esset conditionis, vt ex illa

Cap. Undecimū de primo præcepto Decalogi. 81

illa interrogatione alij grauiter offenderentur, tunc enim ratione scandali grauius esset scandalum c. 2. de nou. oper. nunciat.

Decimosexto, qui alicui philtrū siue poculum amatorium propinat, vt ab ipso ametur. Ang. verb. Interrogatio primi præcepti. 32

Decimosseptimo, qui rebus lacris & ecclesiasticis aliquam incantationem aut maleficium facit, aut fieri procurat, veluti aqua baptismali, oleo sancto, ara consecrata, verbis consecrationis, & cæt. vel aliquid horum secum ob malum finem gestat, Anton. part. 2. tit. 12. c. 1. §. 12. Cui casui in plurimis diocesisibus excommunicatio synodalis annexa esse solet.

Decimooctauo, qui ob sanitatem alicui restituendam aliquid applicat, quod nulla virtute pollebat ad sanandum, veluti cingulum metiri, vimen findere, aperire arborem, vti nam supra certam herbam emittere, lienis morbos secare, nisi propter ignorantiam excusentur.

Decimonono, qui sanctorum imagines solū propter ipsasmet adorat, sine vlla in ipsos sanctos tacita vel expressa relatione, & sine respectu quod repræsentent ipsos sanctos in cælos degentes, aut ipsum Deum, de consecrat. distin. 3. c. Perlatum, & c. Venerabilis.

Qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines sanctorum, vel alias ita nudas, lasciuas, & inhonestas, vt probabiliter credi possit, motū iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia, vt supra. nu. 23. diximus.

Qui fingit, parat, aut habet imagines aliquas probrosas virgini matri, sanctis, summo Pōtifici, Cardinalibus, Episcopis, alijsve prælatis ecclesiasticis, aut iurias orthodoxæ catholicæque fidei.

Vigesimo, qui aliquid futurum vel arcanum credit ob id maximè, quia aliquid somniauit, propter expressam aut tacitam dæmonis inuocationem videlicet, quia propter insomnium credidit illud, ad quod vis somnij extendi nō potest, veluti se nunquam fore interficiendum, vel quod thesaurum inueniet, vel scire quam sit vxorem ducturus, secundum S. Tho. 2. sec. q. 92. ar. 6. Deuter. 18. c. Sciendum 26. q. 4. Quamuis credere aliquid quod in somnijs accepit, dum existimat esse reuelationem diuinam, vel causam aut signum naturale sufficiens ad significandum, quod portendit, non est peccatum, iuxta eundem S. Tho. in d. ar. 6. & Caiet. in summa verb. somniorum obseruatio. 33

Vigesimo primo, qui propter ea quæ somniauit, omittit facere aliquid ad salutem animæ necessarium, vel operatur aliquid eidem saluti contrarium, licet si nō est tale, solū venialiter peccat, idem Caiet. ibidem. 34

Vigesimo secundo, qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis, firmiter credens propterea fore vt nunquam in bello vulnerabitur, ferietur, vel repentina morte rapietur, aut quod neque aqua neque igne peribit, vel quod erga Principes omnia sint illi prospere cessura, & cæt. Quoniã huiusmodi nomina neque virtute naturali, neque ordinatione diuina, vel ecclesiastica vllam vim habent ad tales effectus producendos, & cōsequenter vana est eorum obseruatio, per dicta supra nu. 22. Quocirca talia breuia vel nomina sunt reprobata, & peccant mortaliter qui ea confingunt, vel qui illis vtuntur.

tur, vel qui consulunt, vt alij eisdem vtantur, iuxta B. Anton. 2. par. tit. 1 2. c. 1. §. 1 3. nisi adeo ignorantes & rudes fuerint, vt eos ignorantia excuset.

Vigesimalterid, qui breuia aliqua (vt vulgò vocant,) vel coniurationes vel nomina, collo appensa gestant, nisi hæc quatuor conditiones concurrant. Prima, quòd sint nomina cognita, & intellecta & sancta, veluti ex euēgelio & scriptura sacra, aut aliquo viro sancto desumpta. Secūda, quòd in eis nullus alijs character aut signum præter CHRISTI crucem, aut aliud sacrum contineatur. Tertia, quòd in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationem dæmonum pertinens. Quarta, quòd nullam constituat spem in modo scribendi vel ligandi, neque in eo quòd in membrana vt vocant virgine, aut cum sol oritur, vel quādo legitur euangelium, conscribatur; vel quòd debeant tot filis ligari & a puella virgine, aut quòd a nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel institutum deseruiunt, secundū Anton. 2. par. tit. 1 2. cap. 1. §. 1 3. arg. c. Non licet, 2 6. q. 6. Martinum ab Arles, conterraneum nostrum, de superstitionibus. nu. 4. vol. 1 0. tract. & satis colligitur ex Tho. 2. sec. q. 9 6. art. 4.

3 5 Vigesimoquartò, Qui facit aut defert aliquos versus scriptos in die Ascēnsionis, credens minorē virtutē habituros si ante euangeliū decantatum, vel post sacra peracta, vel in alio die in quo talia verba Euāgelij in eiusmodi schedulis contenta decantari non solent, fuissent descripti. Rosell. verb. Sortilegium §. 2.

Vigesimoquintò, qui defert aliquas reliquias superstiosa quadam & vana obseruatione ductus, veluti si vas vbi sunt gestandæ, sit trigonum vel rotundū &cæt. quæ nimirum & alia huiusmodi ad diuinum cultum nihil attinēt. Th. 2. sec. q. 9 6. ar. 4. neque ad alium effectum naturalem, vel alium institutum deseruiunt: Veruntamen religiosum est, cum decenti veneratione reliquias portare, absque aliarum vanitatum interpositione iuxta eundem Tho. vbi supra.

3 6 Vigesimo sextò, qui in die Beati Iohannis herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollere, quā si in alio die, vel post ortum solis colligerentur, vel in die S. Petri, vel alterius sancti iumentis venam pertundit, id vtilius fore credens, nam id illicitum est, iuxta Martinum de Arles in d. tract. de superstitionibus nu. 8. Quoniam quamuis peccatum non sit herbam medicinalē colligere simul cū oratione dominica vel simbolo, si ex deuotione fiat, & absque superstitione, vel etiam eadem herba vti, arg. c. Non licet 2 6. q. 5. attamen si aliqua vanitatis species inseritur, peccati rationem habet, licet aliquādo propter ignorantiam aut simplicitatem lethale non sit, per dicta nu. 2 0.

Cui addo, quòd mulieres quibusdam signis & benedictionibus sine superstitione & vanitate licitis orationibus & exorcismis vtentes, verbi gratia, obtestantes per passionem CHRISTI & alia huiusmodi, non peccant mortaliter; veruntamen, horū vsus debet illis meritò interdici, quoniā sæpissime multa vana & superstiosa intermiscēt, nisi aliàs sint personæ & honestæ & prudentes, de quarū vita bona habeatur in populo existimatio, nisi ex hoc aliæ simplices personæ ansam arriperēt ad quidpiā simile faciendū, si enim ea illis præbeatur occasio, deberent huiusmodi personæ honestæ ab his protinus abstinere, iuxta

iuxta verbum Apostoli ad Theffalon. 5 Ab omni specie mali abstinete vos, c. Cū ab omni, de vit. & honest. cleric. vt sensit B. Anton. 2. par. tit. 1 2. c. 1. §. 1 1.

Porrò, illi qui vulgò salutatores vocantur (quantuncunque aliàs sint perditissimi homines) licite possunt suo munere perfungi, quoniam gratia illa gratis data huiusmodi hominibus, à Deo solo cōceditur in vtilitatem aliorum, Margarita, confess.

Vigesimo septimò, qui eo quòd audit aues garire, vlulare Lupos, mugire boves, & rugire leones & alia animalia &c. vel quia obuiabit Lepori, aut mulierigravidæ, certò credit sibi mali quicquam imminere. c. Illos 2 6. q. 2. & seq. 3 7

Vigesimo octauò, qui certò credit aliquem, quia sub tali sydere vel constellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut Physiognomiā, cogi ad bene vel male operandum, cap. Illud quod est, 2 6. quæst. 2.

Vigesimo nonò, qui alium diem potius quā illum obseruat ad exeundum domo, vel ad iter agendum, vel quo pede statim à somno terram contingat, vel quem pedem primum calcēet, vel quòd domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit, vel quia simulatq; excitatur à somno, statim sternutauit, & ob id in lectum reuertitur, qui has & similes vanitates obseruant, vt plurimū venialiter peccant, antequam à suis curatis, vel concionatoribus, vel confessarijs admoneantur. Post admonitionem autem, secundum B. Anton. 2. par. tit. 1 2. & citata in 4. præsupposito sup. eod. c. nu. 2 1. iā mortalia crimina iudicātur.

Trigesimò, qui discit vel vult discere artem, quam notoriam vocant, quæ certis ieiunijs & varijs quibusdam obseruationibus, sapientiam infusam pollicetur. Thom. 2. sec. q. 9 6. art. 1. 3 8

Trigesimoprimò, qui credit herbas, vel musicam contra dæmones aliquid posse, quamuis verum sit cōtra passiones & humores corporeos vim habere, quæ si ad quandam temperiem reducantur, non adeo potest vexare Dæmon, Angel. verb. Superstitio, §. 6.

Trigesimosecundò, qui credit Veneficos aut Veneficas, vel striges, corporaliter per aera vehi ad diuersa loca (vt illi existimant) c. Episcopi, 2 2. q. 5. Quamuis credere quod aliquando, licet rarò, Dæmon aliquos de loco in locum Deo permittente transportet, non est peccatum, Caiet. 2. sec. q. 9 5. art. 3. & experientia iudicium compertum est in Germania, vti traditur in Malleo maleficarum, 2. par. cap. 3. & probatur rationibus latè deductis in 1. par. quæst. 1. eiusdem libri.

Trigesimotertid, qui vult sortes experiri, aut expertus est, vt per eas Dæmon, vel cœli constellatio ipsum admoneret, quid facto opus esset, vel aliquid arcani aut futuri reuelaret, uel sortes iacit ad electionem ecclesiastici beneficij, nullo prius facto bonorum & idoneorum delectu. Tho. 2. sec. q. 9 5. ar. 8. c. 1. 2. & 3. de sortileg. quāuis sortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum cōsiliū, ingruente necessitate, submittendo se fortunæ quatenus diuina prouidentia est, non est illicitum, verbi grat. tempore pestis aut belli quinam clerici aut monachi etiam cum periculo uitæ remansuri sint ad ministerium ecclesiæ, & quinam discessuri, ne omnes periclitentur, neque ecclesia deserta re

Cap. Undecimum de primo præcepto Decalogi.

linquatur, secundum eundem autorem.

Trigesimoquartò, qui prouocat ad duellū, vel prouocatus acceptat, quod inter fortium species potest numerari, secundum S. Tho. & eius Commentatorem, 2. sec. q. 95. ar. fi. c. 2. de purg. vulg. c. Monomachiam 2. q. 5. duobus duntaxat casibus exceptis. Primus est quando Rex quispiam iniuste impugnatus videt se viribus inferiorem alio ad descendendū in prælium. Secundus est, quando aliquis falso accusatus se interimendū præuidet, vel iniuste sibi membrū aliquod amputandum, nisi duellum acceptauerit, secundū Caiet. ibidem, quāuis Nicolaus de Lyra, 1. Reg. 17. laxius hoc loquatur. Idem est dicendum de eo, qui vult, consulit, delectatur, copiamve ad id peragendum alijs cōcedit, vt in addit. c. Quando, de consec. dist. 1. nu. 120. diximus: & quamuis exurgente aliqua causa Rex ipse tolerare possit, nullatenus tamen id concedere valet, secundum eundem Caiet. vbi supra. Nunc autem sacrosanctum Conc. Trid. excommunicat eum, qui in terris suis permittit duellum siue singulare certamē aliquod, quamuis sit Imperator, & priuat iurisdictione territorij in quo id permittit, si illud obtinet ab ecclesia, & etiam dominio directo, si est feudum, & facientes, & eos quos vocant paternos excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientem in eo priuat facta sepultura, & eū qui consuluerit, aut spectauerit illud, excommunicat.

40 Trigesimoquintò, qui sumit vel cogit, aut vult sumere vel cogere ad fumendum feruentem aquam, ferrum candens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vel quid aliud simile tentat, vt à suspitione criminis, quod si bi imponitur, se ipsum expurget, c. fin. de Purg. vulg. c. Mennam, & c. Consulisti, 2. q. 5. Tho. 2. sec. q. 95. ar. 8. ad 3.

Trigesimosexto, qui Deum tentat, se martyrio temerè offerens, ipsosque infideles irritans, & occasionem illis suggerens ad eum occidendum sine aliqua causa, quæ vi præcepti aut consilij ad id ipsum obliget, & dirigat, arg. c. fina. de iniur. Thom. 2. sec. q. 124. ar. 1. ad 3. Est autem martyrium in præcepto quantum ad animi præparationem: tenemur enim potius velle mori, quàm fidem deserere, aut peccare mortaliter, secundum S. Tho. communiter receptum in quolib. 4. ar. 20. Est etiam in præcepto quantum ad effectum, id est ad ipsum actualiter perferendum, quando subire ipsum est necessarium ad fidem aut bonitatem multorum conseruandam, vel ad vitandas blasphemias. Est autem solum in consilio, quando ex eo nil amplius quàm Dei gloria vel fidei exaltatio consequitur, secundum mentem eiusdem doctoris 2. sec. q. 126. ar. 3. ad 1. Neque ad perferendū martyrium est necessaria perfecta charitas, quamuis huiusmodi charitas exigatur, quò cum voluptate & gaudio toleretur secundum eundem S. Tho. in d. Quolib. 4. ar. 19. Quoniam et in statu peccati mortalis potest subire, iuxta Apost. 1. Corint. 13. & S. Th. sententiam in dicto Quolib.

41 Trigesimoséptimò, qui Deum tentat dicendo aliquid aut faciendo intétione expressa experiendi diuinam potentiam, sapientiam, vel pietatem, vel tacitè faciendo aliquid, quod tantum ad hanc experientiam faciendam conducit, verbi gratia, Concionari nulla præuia meditatione, (cum eam posset adhibere,) secum

Cap. Vndecimū de primo præcepto Decalogi. 83

secum reputans per interiorem inspirationem à Deo sibi necessaria subsidia præstitum iri, secundum Ludolphum, 1. par. vite CHRISTI cap. 32.

Trigesimo octauò, qui se periculo mortis aut mutilationis obiecit sine necessitate aut vtilitate, veluti ægrotus, qui respuens humanum remedium, quod facile haberi potest, soli se diuine prouidentie committit, Thom. 2. sec. q. 97. ar. 1. Quamuis nolle vti medicina tempore martyrij vel alio propter commo dum spirituale, puta propter carnem domandam, passionesque efferuescentes comprimendas, vel vti melius CHRISTI passionem sentiret perferendo vulnera, vel cauteria, morbum iliacum, aliasque huiusmodi corporum ægrotudines, quæ mortis periculum secum non afferunt, nullum esset peccatum, sed potius meritum, vt rectè docuit Caietanus ibidem.

Trigesimononò, qui credit habere aliquid diuinitatis Cœli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam, vel credit cœlicolas homines illos Idololatrias & facinorosos Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios; vel fœminas inhonestas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias; quos & quas Gentiles suis in libris laudant, & stolidissimè extollunt.

Quadragesimò, qui magistri prælegentes discipulis suis libros & fabulas gētilium poetarum, & aduertentes vel aduertere debentes quòd incipiunt credere illos vel illas habuisse habereve aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem catholicam. Quia firmiter sibi persuadent, illos fuisse homines puros & vitijs magis quàm virtutibus deditos, cruciariq; ī inferno, cruciatūq; iri æternū: Tū quia ni hoc fecerint, videntur eorū errori cōsentire, & quos possunt ab eo nō reuocare contra c. 1. Pauli ad Rom. & c. 1. de offic. deleg. & c. Notum. nu. 2. q. 1. & c. Qui potest, & multa alia 23. q. 3. In quo, vt scio magistros meos olim peccasse, ita credo plurimos nunc quoque peccare, quos à concionatoribus frequenter moneri è re CHRISTIANA arbitror.

Participantes.

Quadragesimoprímò, qui esto non faciat, neque velit facere quicquam ex 42 supradictis, tamen consentit aliquo ex illis nouem modis supra eod. c. nu. 12. relatis, scilicet iubendo, consulendo, consentiendo simpliciter, laudando, recipiendo, adiuuando, vel cum deberet & posset non impediendo verbo, aut opere, vel imminentis periculi certioratione, vt ibidem dictum est.

Caput Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

S V M M A R I V M.

Præceptum secundum Decalogi, quid per nomen Dei comprehendat. nu. 1.

Jurare quid sit, nu. 1. & est actus Patriæ & religionis. nu. 2.

Juramentum sine tribus comitibus peccatum, & est duplex. nu. 3.

L 3

Præceptum

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

Præceptum secundum de non iurando, quando violat mortaliter, qui credit nunquã esse licitum iurare. nu. 4.

Qui iurat per Dæmonem vel alias creaturas & cæt. nu. 4.

Qui iurat falsum prudenter, scienter, vel ignoranter. nu. 5. 6. & 7.

Qui iurat secundum suam intentionem, & non illius cui iurat, nu. 8. & 9.

Qui iurat facere, & non facit. nu. 10. etiam non ludere. nu. 11.

Qui iurat sub conditione. nu. 12.

Qui iurat facere sine animo faciendi. nu. 13.

Qui dolosè iurat, & non implet. nu. 13. & 14.

Qui iurat contra aliqua præcepta, vel consilia. nu. 15. & 16.

Qui iurat vana sine otiosa. nu. 17.

Qui iurat redire in carcerem, & non redit. nu. 18.

Qui iurat secundum intentionem remotam eius cui iuratur. nu. 19.

Qui iurat seruare bonum commune. nu. 19.

Qui inducit ad iurandum, quem credit peieraturum. nu. 20.

Qui accipit iuramentum à famulis super reuelandis delictis. nu. 21.

Qui iurat facere quod non potest. nu. 2.

Qui reuelat secretum iuratum. nu. 22.

Hæreticum est dicere, non licere iurare. nu. 4.

Blasphemia est iurare sic per creaturas. nu. 4.

Iuramentum rei parua an obliget ad mortale. nu. 10.

Iuramentum conditionale quando ligat, nu. 11. & 12. & quando factum sine animo adimplendi. nu. 13. & quando factum contra consilia. nu. 15. & 16. & quando dolosum. nu. 13. 14. & quando factum de re vana. nu. 17.

Iuramentum de redeundo in carcerem, quando ligat. nu. 18. & quando factum secundum intentionem remotam eius cui iuratur. nu. 19.

Iuramentum de secreto seruando, quando ligat, nume. 22. & quando pactum de reuelando delicto nume. 21. & de inducente ad iurandum, quem credit peieraturum, num. 20.

Ro fundamento dicendorum, præsupponimus primò, non solum illum assumere nomen Dei in vanum, qui per eum malè iurat, vel bene iuratum male adimplet, iuxta glossas & opinionem communem Exodi 20 sed etiã eum qui male vouet, vel male adimplet, quod bene vouit, vel qui effutit blasphemias, aut iniuriosa verba contra Deum & sanctos, quod rectè sensit Concilium Colonienſe in explicatione secundi præcepti, & alij, in quibus est Angelus in verb. Interrogatio 2 præcepti. Primò autem dicemus de hoc præcepto, quatenus agit de iuramento, & mox de eodem quatenus cõprehendit votum. Tertio de eodem, quatenus verat blasphemiam.

Secundò præsupponimus, quòd iurare est affirmare vel negare aliquid adducendo expressè vel tacitè Deum in testem tanquam infallibilem veritatem, iuxta ea, quæ in Rub. de iureiuran. diximus sequentes sensum gloss. In summa 21. quæst. 1. & mentem S. Thom. 2. sec. quæst. 79. artic. 2. & in 3. distinct. 39. quæst.

De non vanè iurando.

84

quæst. 1. & aliorum ibidem, & Goff. & aliorum in Rub. de Iureiu. & Ant. 2. par. tit. 10. cap. 3. Dixi (expressè,) ad includendũ iuramenta quæ fiunt huiusmodi verbis: allego vel facio Deum testem huiusce rei; tacitè autem cum dicimus: viuit Deus, per Deum & cæt. vel nominando aliquam creaturam in quantum in ea resplendet diuina veritas, vt quando quis iurat per euangelia, per sanctos, per cælos, vel per salutem Domini sui, quod perinde est, ac si iuraret per Deum, cuius veritas est in Euangelio, vel per veritatem, quam sancti crediderunt, vel per Deum, à quo pendet salus Domini sui, arg. Iacob. 5. & c. Et si CHRISTVS de iureiur. & glo. sing. cap. Quoties 1. q. 7. & cæt. Idem facit, qui nominat creaturam aliquam à se dilectam, vt in ea diuina exerceatur iustitia, si verum non sit, quod iurat. Et qui iurat per vitam suam, aut patris, aut filiorum; vel iurat adiuncta execratione, nisi quod iurauerit verum fuerit, quod appellatur iuramentum per execrationem, vt sentit S. Thom. in dicta quæst. 89. art. 1. & Caietanus declarauit, illud interim singulariter adnotans, videlicet non committere duplex peccatum, nempe execrationis & periurij, qui asserens aliquid falsi, insuper adiungit, hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, nisi verum sit, quod assero: Cum enim ea execratio prolata sit sola causa aduocandi Deum in testem, non erit amplius quam periurium. Nam actus agentium non extenduntur ultra intentionem eorum, l. Non omnis. ff. de reb. Cred. & c. Ad audientiam, de Decim.

Tertio, quod ex hoc sequitur, iurare esse actum suapte natura bonum, quia est actus patriæ siue religionis, quo diuinum honorem illi per quem iuratur exhibemus, allegatur enim tanquã infallibilis testis & prima veritas, quæ Deus est. c. A nobis 2. de sent. exc. secundum S. Thom. 2. sec. q. 89. art. 4. & probat dictum cap. Et si CHRISTVS.

Quarto inferitur, etiam eum qui aliquid affirmat vel negat, dicens per fidem meam, vel in fide mea, vel in veritate, nihil iurare, si nomine fidei aut veritatis nihil amplius quàm fidem & humanam veritatem intelligat, iuxta illam loquendi normam, qua Principes & nobiles communiter vt solent dicentes, per fidem meam regalem, vel per fidem gentilis siue nobilis hominis: Neque etiam iurat, qui dicit, Deus scit an ego verum dicam; neque qui dicit, hoc dixerim coram Domino, si careat intentione iurandi, non enim inuocat Deum, tanquam testem eorum quæ dicit, sed tanquam spectatorem, secundum Caiet. 2. sec. q. 89. ar. 2. Quem ramen non sequimur in eo quod asserit, non iurare illũ, qui dixerit, Deus scit me verum dicere: Qui enim huiusmodi verbis vtitur, Deum vt testem adducit, secundum sanum & communem intellectum.

Quinto, quòd omne iuramentum, ad hoc vt licitum sit, requirit tres comites, nempe veritatem, iudicium, & iustitiam, hoc est, quòd verũ sit quod iuratur, & quòd sit iustum, & quòd cum reuerentia debita, Deo fiat. Et si aliquod ex his tribus ei desit, peccatum est, per illud Hier. 4. & iurabunt in veritate, iudicio, & iustitia: relatum in c. Et iurabunt, 22. q. 1. & dicto c. Et si CHRISTVS. & Tho. 2. sec. q. 89. ar. 2. & 3. Peccatum, inquam, mortale regulariter cum ei veritas deest, vel tanta iustitia, vt sit mortale, id quod iuramento confirmatur.

L 4 Veniale

Veniale uero, cum non deest nisi iudicium, siue reuerentia, vel iustitia leuis, ut cum iurat quis se facturum aliquid, quod solū est illicitū uenialiter, non enim erit tunc amplius, quam ueniale, secundum communem sententiam, à Caietano ibidem optime, & à nobis in dicto cap. Et si CHRIS TVS, explicitam.

Sextò, quòd duo sunt genera iuramenti, Alterum quo vel præterita vel præsentia solemus asserere, Alterum uero quo futura promittimus, secundū Goffred. in Summa de iureiur. col. 2. ab omnibus receptum, subindeque duobus etiam modis peccari potest ratione iuramenti, scilicet, aut perperam iurando, vel male adimplendo quod recte iuratum est.

Septimò, quòd peccant mortaliter contra hoc præceptum, quatenus habet non male iurandum, & bene iuratum bene adimplendum, Primò, qui credit iurare suapte natura esse malum, & nūquam licitum, & non solū mortaliter peccat, sed et est hæreticus, si pertinaciter id facit, quia id est contrariū contextui cap. 6. Deuter. & c. Et si CHRIS TVS, de iureiur. Tho. 2. sec. q. 89. ar. 2. & in 3. di. 39. Castrensis in verb. Iuramentū, lib. contra oēs hæreses: Est enim ex se, ut supra dictū est. n. 2. actus patriæ & religionis, quæ inter virtutes morales supremū obtinet principatū secundū Th. 2. sec. q. 89. ar. 4. adiūctis quæ ait, q. 81. ar. 2.

Secundò, qui iurat per Dæmonem, vel Mahometum, vel per Idolum aliquid, aut Deum falsum, c. Mouet, 22. q. 1. simulque blasphematur. Quoniam id, quod Dei propriū est, scilicet, esse infallibilē ueritatē, tribuit creaturæ, quæ est blasphemia, iuxta notata à Th. 2. sec. q. 13. ar. 1.

Tertiò, qui iurat per aliquam creaturam, nulla Dei habita ratione, aut respectu tacito vel expresso, eam adducens tãquam testem infallibilem suæ sententiæ, subindeque diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, secundū omnium mentem, & ea quæ diximus supra eod. nu. 2. & per c. Clericum 22. q. 1. & Thom. 2. sec. q. 89. art. 6. Diximus, (*eam adducens ueluti testem, & cat.*) Quoniam iurare per creaturam absque respectu tacito vel expresso bonitatis diuinæ in ea resplendentis, & sine tacita vel expressa intentione adducendi eam in testem infallibilem, sed in talem, qualis ipsa est in se, & non designando ipsam tanquam obiectum, in quo diuina iustitia exerceatur, non esset meo quidem iudicio iuramentum; non enim tunc adducitur Deus tanquam testis. Neque etiam esse peccatum existimarem, quoniam non exhibetur diuinus honor creaturæ coram deo, ut patet ex supradictis, nu. 1. & 2. & ex mente S. Thom. in 3. distin. 39. q. 1. ar. 1. ad 4. & ad ultim. communiter receptum. Verum est tamen quòd Christiani quando iurant per creaturam aliquam sacram, vel in qua ualde notabiliter relucet bonitas diuina, qualia sunt, cælum, Sol, Luna, Stella, lumen, & alia id genus, per deum ipsum, qui eorum est dominus, communiter iurare uidentur, & saltem in foro exteriori excusabuntur à peccato grauissimo deferendi honorem diuinum creaturæ, sed iudicabuntur obstricti vinculo iuramenti, quamuis in foro interiori & coram deo peccatum grauissimè superstitionis admittant, si prædictas creaturas tanquam testes infallibilis infallibilis ueritatis allegarent, etiam si per Deiparam Virginem iurarent: in foro autem interiori nullo iuramenti vinculo obligarentur, si neque actu seu

seu actualiter, neque uirtute seu virtualiter Deum in testem, sed potius ipsam creaturam, ut talis est, aduocare uellent. arg. cap. Et si CHRIS TVS, in principio de iureiur. cap. Consideret, cap. Clericum, ca. Si quis per caput, 22. q. 1. & Tho. ubi supra. Quod quidē facere uidentur, qui iurant per suā ueritatē, aut fidē, vel per fidē, quā suo generi vel dignitati debent. Per has barbas, per has uestes, per hos capillos, per has paleas, & per alia uilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis speciatim relucet, quos arbitror non iurare bene, neque male, neque intentionem id faciendi habere, per supradicta nu. 2.

Quartò, qui iurat falsum, sciens aut existimans esse falsum, & aduertens se iurare, quod quidam docti appellare solent, aduerrere de dicto, & iuramento, cap. Animaduertendum, 22. q. 2. siue fuerit maior natu, siue puer, dummodo annos discretionis attigerit, cap. 1. de delict. pueror. siue ob uilitatem suam, siue alienam, siue ex leuitate, siue iocandi, vel excusandi, & se expurgandi gratia, siue ob timorem mortis, siue ob alias quascunque causas iurauerit, quamuis id iræ furore percitus faceret, iurando non solū per Deum, per sacrosancta euangelia, per beatam Virginem, per sanctos, sed etiam per uitam propriam, & per conscientiam: vel dicendo, Ita Deus me adiuuet. S. Bonauent. in 3. dist. 39. q. 3. & Gabri. ead. dist. Neque obstat solennis gl. c. Veniens, de iureiur. quæ dixit, non esse amplius quàm ueniale, iurare falsum iocandi gratia: nam cōmuniter & merito reprobat, ut & nos eam prælegentes reprobauimus.

Quintò, qui iurat falsum, non aduertens esse tale, ueruntamē ita dispositus iurat, ut etiā si aduerreret esse falsum, nihilominus iuraret propter peruersam consuetudinem, qua tertio quoque uerbo tam falsa, quàm uera iuramento cōfirmat, secundū Caiet. 2. sec. q. 89. ar. 3. quoniam inconsideratio illa non fuit causa, sed potius comes iuramenti. Quanquam communiter iurare falsum, non considerando an illud sit falsum, vel an iuret, non est amplius quàm ueniale secundum S. Tho. dicto ar. 3. & communem opinionem.

Sextò, qui per ignorantiam, (quam crassam, vel supinā uocant) iurat falsum, credens se iurare uerum, Io. And. in c. tua, de iureiur. Ang. & Sylu. verb. Periurium, quamuis si debitam adhibet diligentiam, nihil peccat. c. Homines, 22. q. 1. si tamen aliquam adhibet, sed non quantam debet, non amplius quàm uenialiter delinquit, secundum eosdem.

Septimò, qui iurat ueritatem, credens esse falsum quod iurat, & consideras id quod iuramento firmat, & aduertens se iurare, quamuis iocandi gratia id faciat, dicto c. Homines, secundum omnes. Cæterum si quod iurat aduertit, non aduertendo se iurare illud, vel contra aduertit, se iurare non aduertendo quid iurat, non peccat mortaliter, licet graue ueniale peccet. Si autem neq; hoc, neq; illud aduertit, imò utrunq; sine deliberatione & consideratione facit, peccat quidem, sed tantum ueniale leue. S. Bonauent. in 3. dist. 39. q. 3. ar. 1. nisi forsitan ipsa inconsideratio ex uoluntate deliberata & ex contemptu oriretur, tunc enim esset mortale ratione contemptus; Ang. verb. periurium, ante §. 1.

Octauò, qui iurat aliquid, affirmans illud esse uerū, nesciens an ita sit, Aureol. 3. dist. 39. Ang. verb. Periuriū, §. 4. nisi affirmet eo solū modo, quo illud nouit, ad

ad normam videlicet illam, qua Archidiaconus respondet Episcopo super eo, qui sacros ordines suscipit, respondet enim, eum esse bonum & dignum, cum tamen id non rectè percalleat, quoniam id non simpliciter asseuerat, sed hoc interim adijciens, quantum humana fragilitas nosse permittit, c. 1. de scrut. in ord. faci. & omnes ibi & Angel. verb. Periurium. §. 3.

8 Nonò, qui iurat id, quod est verum secundum mentem suam, non autem secundum intentionem illius cui iurat, cum esset iussus iurare à iudice competente seruato ordine iuris, vel se offerendo sponte ad iurandum, c. Quacumq; arte. 22. q. 5. Tho. 2. sec. q. 89. ar. 7. ad 4. Diximus (à iudice competente & c.) Quoniam si iudex iuramentum exigens talis non fuerit, vel esto quòd sit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, vel est alius homo priuatus, qui per metum aut importunitatem iuramentum extorquet, tunc iurare poterit id quod secundum suam mentem est verum, falsum autem secundum mentem alterius cui exhibet iuramentum, c. Humanæ aures. 22. q. 5. in cuius Commen. late de hoc differimus. Sicuti magnum illum beatumq; Franciscum fecisse ferunt, qui rogatus, qua perrexisset quidam homicida, qui iuxta eum transierat, manus per manicas immittens respondit, non transisse illac, intelligens non transisse per illas manicas, vt referunt Angel. de Perusio, in l. Idem §. Si tibi, ff. de Condi. ob turp. causam, & Io. de Anan. in c. Qui cum fure, col. fin. de fur. Quamuis idem Angel. dicat, in l. Quibus, §. Qui ex voluntate ff. de fur. eum manu aure tetigisse, de quo nos in c. Inter verba. 11. q. 3. conclu. 6. nu. 767. mentionem fecimus, Addetes illud, cum Adria. in. 4. de confel. dub. 10 col. 3. & in quodli. 11. litera C. quod qui sic inique interrogatur potest optime respondere, quod nescit, intelligendo, non eo modo se scire, quo illud dicere teneatur: Dubio autem 4. P. Vinc. super hoc moto, respondetur infra n. vlt. A. Vnde infertur, quòd quando iudex interrogat de aliquo delicto, quod notorium non est, neque de eo habetur semiplena probatio, neque eius infamia præcessit, neque indicia approbata intercedunt, neque ex eius occultatione alteri euenit notabile præiudicium, quamuis indirecte in damnum accusatoris redundet, non teneri illum iudici respondere secundum eius intentionem, rei veritatem manifestando, satis enim est eum qui iurat dicere veritatem iuxta intentionem suam, vti diximus in dicto c. Inter verba, 11. q. 3. conclu. 6. nu. 700. post Thom. 2. sec. q. 70. ar. 1. vbi Caiet. & Maior. in 4. dist. 15. q. 18. & consequenter mulier, quæ secretum habet impedimentum, ratione cuius neque velit neque possit habitare cum viro, & propterea excommunicationis sententiam patiatur, cum postea eam in articulo mortis constitutam oporteat iurare se cum marito vitam facturam, vt possit absolui, tunc temporis potest & debet iurare se id facturam, concipiendo intra se conditionem illam, si id sine peccato fieri possit, & ob hoc si postea conualuerit ex infirmitate, & ad maritum nequaquam redierit; periurij rea nullatenus erit, Arg. eorum quæ notat Panor. post Host. & communem, in c. Literas, num. 20. de Rest. spol. iuncto d. c. Humanæ.

10 Decimò, qui iurat se aliquid licitum effecturum, quod postea non facit, secundum omnes, in 3. dist. 39. & c. Si verò, de iureiur. quamuis ira percitus iuret,

ret, modò non esset tanta quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam sufficiens adimeret, iuxta not. in simili de Vot. per Io. And. & communem in ca. dudum de Conuers. Coniug. de quo infra eod. num. 24. An autem idem sit de illo qui iurat rem leuem licitam, est dubium. Nam Caiet. 2. sec. q. 89. ar. 7. tenet quòd sic. Cuius sententia aliàs magis placuit quam contraria, quam tenuerunt, B. Anton. 2. par. titu. 10. cap. 4. §. 1. col. 4. & Sylu. verb. Iuramentum 1. & post eos Sotus lib. 7. q. 2. art. 1. & lib. 8. q. 1. ar. 7. & q. 2. ar. 3. de iust. & iur. Nunc autem magis placet prædicta opinio diui Antonini. Tum quia videtur esse receptio, à quali non soleo recedere sine textu, vel efficaci ratione ad id cogente, per c. De quibus, 20. dist. & doctrinam Io. And. receptam, in cap. 1. de constit. Tum quia paruitas rei in omnium præceptorum materia excusat à culpa mortali, per §. Nunc autem, sub fin. 25 dist. & alia late citata supra c. 11. nu. 4. ergo etià in materia præcepti de implendo votum paruitas & leuitas rei excusabit à culpa mortali. Tum quia lex Dei de non furando, vel non iniuriando, non minus ligat, quam lex voti. At paruitas furti, & iniuriæ excusat à mortali secundum omnes, vt in dicto nu. 4. diximus. Tum quia, qui præcepto Ecclesiæ vel voto tenetur recitare diuinum officium, & qui sine contemptu vnum vel alterum versiculum omittit, non peccat mortaliter, secundum omnes. Tum quia non obstat consideratio illa Caietani, qui me aliàs in eius opinionem flexit, videlicet, quòd versiculus vnus psalmi relatus ad totum officium, quod est quid magnum, quia est pars eius exigua & reputatur pro modico & nihil, idem tamen versiculus, per se ab aliquo promissus, non est pars alterius magni, sed est quoddam totum per se. Non, inquam, obstat illa consideratio: eo quòd non omnem totum est quid magnum, ouum enim per se consideratum, quoddam totum est, sed non est quid magnum, imò paruum, & cuius furtum non inducit culpam mortalem, nec actionem de dolo, secundum eundem & alios omnes, quāuis ad actionem furti pro eo dandam, de rigore iuris sufficiat, iuxta gloss. receptam in §. Gallinarum, Instit. de rerum diuis. Verb. Animo. Tum quia ipsemet fatetur iuramenta matrum de dando filiis plorantibus poma, vel castigando eos, non impleta, non facere eas reas culpæ mortalis, secundum communem, & difficilè est excusare illas alia ratione quàm paruitatis, quamuis aliàs fatēgimus eas fortiore ratione excusare quàm ipse Caiet. Tum quia iuramentum de faciendo peccato veniali, non est plusquam peccatum veniale, vt supra dictum est, & factio iuramenti de facienda re leui & parua, non videtur esse peior iuramento de faciēdo aliquid quod est peccatum veniale. Tum denique quod par est credere CHRIS TV M misericordissimum, non condemnaturum morte æterna illum, qui iurauit vni vel alteri se salutaturum salute parui momenti nomine illius vnum vel alterum, vel dicturum aliquid minimi momenti: Quare tenendum videtur cum communi peccare quidem venialiter, qui iuramentum de re parua & leui non implet, non autem mortaliter, quod ipsum de voto rei leuis dicemus, infra nu. 40.

Ex quibus infertur responsio ad illam interrogationem nuper nobis propositam. An qui dixit, Deus male mihi vertat, & me non adiuuet, si amplius iuro,

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

fero, ab hoc iuramento absolui possit, nulla alia de causa, quàm quòd ipse magnum ludendi desiderium & tentationem patiatur? Responderi enim debet, quòd non quia est verum iuramentum per id quod nume. 1. & 4. dicitur, & de re graui factum, & sine iusta causa à iuramento iusto de re graui absolui nemo potest, glo. solennis c. Quando, de iureiuran. quamuis in rem meliorem aut æque bonam, aut alia iuramenta commutari possent, quod tamen interrogati ne faceret consului & persuasi. Quia illud iuramentum, de ludo illicito in magna quantitate intelligebatur, quod è Republica est etiam è Castris militum exulare, & non de ludo licito in parua quantitate, qui animi causa etiam togatis licet, & ita nuper Sanctissimus D. Pius V. reuinit in simili casu dispensare.

Vndecimò, qui iurat aliquid facere, & postea id non facit eo, quòd aliquid euenit, quod si euenisset à principio nullatenus se id facturum iurasset, aliquando peccat mortaliter, aliquando verò minimè, sicut inferius cap. 18. num. 19. dicemus.

12 Duodecimò, qui iurauit se non iturum, aut non transiturum per illum aut illum locum, ne libidinis aut illiciti ludi occasione tentetur, & post eadem occasione permanente pertransit, quamuis qui hoc iuraret absque alicuius finis boni & honesti aut vtilis intuitu, non peccaret mortaliter contrafaciendo, quia iuramentum esset vanum, iuxta Caiet. in summa verb. Periurium, & mentem sancti Antonini vbi supra.

Dubio autem quinto P. Vincent. super hoc moto, respondetur in fra numero vltimo B.

Decimotertio, qui iurat deliberate se aliquid facturum sine animo adimplendi, c. 1. & 2. 2. 2. q. 2. Quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum id adimplendi sub pena lethalis culpæ. Vnde qui iurat aliquid illicitum facere cum animo faciendi, bis peccat, scilicet volendo illicitum admittere, deinde iurando se id facturum, quoniam contra iustitiam iurauit. Qui vero iurat se aliquid illicitum perpetraturum sine animo adimplendi, vno tantum modo peccat secundum mentem Caiet. 2. sec. q. 89. ar. 7. iuxta quem etiam rationabilis timor mortis in casu simili nullatenus excusat, ibidem.

13 Decimoquarto, qui sophisticè & dolosè aliquid iurat, aliter intelligens quàm ille cui iurat intelligit, nulla intercedente causa aut iusta ratione vtendi tali duplicitate, non solum peccat mortaliter, (vt dictum est) verum etiam postea non adimplens illud secundum sanum & communem intellectum illius cui præstitit iuramentum: Quoniam quando iurans vtitur dolo, alter verò minimè, iuramentum adimpleri debet secundum sanam & communem intentionem illius, cui iuratum est, c. Quacunque arte 2. 2. q. 1. & omnes ibidem, Inno. & Communis in c. Veniens de iureiur. quamuis quando qui iurat est in bona fide, alter verò vtitur dolo, debet tunc promissum adimpleri secundum intentionem iurantis. c. Humanæ. 2. 2. q. 5. Innoc. cum communi in dicto c. Veniens, Tho. 2. sec. q. 89. ar. 7. ad 4. Quamobrem non peccat non adimplendo, quod iurauit, qui dolo aliquo circumuentus iurauit, si dolus est eiusmodi, vt si à principio rem præuidisset, nullatenus iurasset: quoniam iuramentum non obligat
extra

De non vanè iurando. 87

extra intentionem illius, qui bona fide iurat, siue in genere, siue in particulari iurauerit se hoc vel illud facturum, quod sibi ab alio fuerat iniunctum. c. Quinta vallis, c. Veniens de iureiur. Neque Deus tale iuramentum bona fide emissum, alio modo acceptat, quàm illo secundum quem ex corde processit, cap. Humanæ, 2. 2. q. 5.

Decimoquinto, qui ob metum iurat aliquid licitum facere absque intentione 14 ne obligandi se ad explendum illud, vel cum intentione adimplendi, quod tamen minimè facit. Thom. 2. sec. q. 89. ar. 7. ad 3. & Anton. 2. par. tit. 10. cap. 6. §. Quintus casus, Quoniam redimere propriam vel alienam vexationem virtutis opus est, l. Nec timorem. §. fin. & l. Isti quidem. ff. Quod met. cau. & cap. Dilectus, 1. de Symon. Et omne opus virtutis iuramento promissum est faciendum, cap. Si verò, de iureiuran. cap. Quamuis pactum, de pact. libr. 6. vt nos in cap. Verum de iureiuran. respondendo cum communi illi textui, post Caietan. in dicto arti. 7. diffusè probauimus. Verum est tamen secundum prædicta, quod si quando iurauit ob metum, habuit intentionem perficiendi quod iurauit in aliquo sensu verò, licet diuerso ab illius mente, qui ipsum iurare compulit, tunc neque peccaret iurando, neque etiam non adimplendo amplius quàm ipse intellexit. Quoniam non tenetur aliquis iurare secundum intentionem illius, qui perperam ipsum ad iurandum cogit, iuxta ea quæ dicta sunt nume. 13. Quapropter qui iurat Latroni se centum aureos illi daturum sub conditione intra se concepta, si forsitan illi debet, non tenetur illos persolvere si aliàs non debet, secundum Syluestr. verb. Iuramentum 4. quæstio. 7. versic. secundum. Et quamuis hoc exemplum non placeat Caietano in dicto articul. 7. ad 3. rectè tamen potest defendi, quoniam nihil falsi in eo iurari liquidò constat.

Decimosexto, qui iurat quicquam facere contra diuinum aliquod præceptum, puta furari aliquid notabile; aut non deponere odium, vel alteri auxilio 15 esse in opere peccati mortalis, veluti si cum alijs coniurauit ad defendendum vel perpetrandum aliquod scelus, vel agendum aliquid contra obedientiam. c. In malis, c. Qui Sacramento, & c. Necessè, 2. 2. q. 4. Diximus, (in opere peccati mortalis) quoniam qui iurat aliquid facere quod non est amplius quàm veniale, solum venialiter peccat iurando & adimplendo, secundum B. Anton. 2. par. tit. 3. c. 4. §. 1. col. 4. quamuis ea potissimum ratione completeret, quia videlicet iuramentum apposuit, sicut rectè insinuauit Syluestr. verb. Iuramentum, 4. q. 1. etiam si oppositum Angelus verb. Iuramentum, 5. §. 2. asseueret. Quoniam circumstantia illa committendi veniale ob id quod iurauerat, potius extenuat, quam exaggerat culpam, quia in eo aliqua reuerentia erga Deum habetur.

Decimosextimo, qui iurat se non facturum aliquid ad quod non tenetur, 16 est tamen secundum se melius id facere, quàm non facere, si forsitan erat aliquid ad consilia euangelica pertinens, veluti si iuraret, se non mutuo daturum, aut non crediturum rem suam, vel non collaturum eleemosynam ei, qui grauè non pateretur indigentiam, vel non ingressurum religionem, vel non accepturum sacros

facros ordines, vel episcopatum & alia similia, secundum Angel. verb. Iuramentum, 5. §. 3. & Syluest. verb. Iuramentum, 2. §. 7. Sed nobis oppositū magis placet. Quoniam neque S. Tho. 2. sec. q. 89, art. 7. ad 1. neque S. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 6. §. Tertius casus, dicunt hoc esse mortale, vt aliqui existimarunt. Caietanus etiam in dicto ar. 7. ad 6. & Io. Tabienfis verb. Iurare, §. 10. & glo. communiter recepta, in c. 1. 3. 5. dist. sed à nemine in hoc adducta, tenent non esse lethale: ratio est, quoniam deterius videtur iurare se aliquid facturum, vel facere omitturum, quod quidem factum vel omittum est veniale, quàm iurare se facturum aut omitturum, quod ex genere suo non est peccatum, licet cōtrarium eius sit melius eo. Iuramentum autem peccandi venialiter, non est amplius quàm veniale, vt supra dictum est, quod quidem intelligendum est, quando non iurauit animo non adimplendi etiam in casu, in quo id non faciendo peccaret mortaliter. Quoniam hoc perinde iam esset, ac iurare se scelus lethale commissurum; quod quidem semper esset mortale, vt in præcedentibus iam dictū est. Et quamuis huiusmodi iuramenta sine peccato obseruari possint, nihilo secius tamen ad sui obseruationem minime obligant. Quoniā vt docuit S. Tho. dicto art. 7. ad 3. huiusmodi iuramentis spiritui sancto apponitur obstaculum, cuius est proprium sancta desideria animis instillare. Quocirca talia iuramenta propria etiam autoritate iurantis possunt infringi, iuxta B. Anton. 2. par. tit. 10. cap. 6. §. Tertius casus, per. c. Si aliquid 1. & 2. 2. q. 4. quicquid Archid. in dicto cap. Si aliquid, Io. And. & Panor. in cap. Si verò, de iureiuran. dixerint. Quin etiam addimus fore melius frangere, quàm seruare iuramentum de re, quæ suapte natura sit otiosa, vel ad malum & bonum pariter indifferēs, vt verbi gratia, qui iuraret se non habiturum in suum ministerium illum aut illum, vel se non alloquturum aliquem de hac vel illa re, vel non aditurum alterius domum, vel non missurum panes coquendos ad furnum illius, vel eius apothecā non adire vt aliquid emat, &c. nisi huiusmodi iuramenta proximo fierent ex aliquo pacto, Ang. verb. Iuramentum, 5. §. 5. vel soli Deo propter vitandam aliquam occasionem peccandi, quæ inde sibi subministratur, sicut supra nu. 12 dictum est.

17
18
Decimooctauò, qui iurat se in carcerem rediturum, & non reuertitur, quamuis sciat, se ob id mortem obiturum, eamque sibi inferendam iniuste secundum Caiet. 2. sec. q. 89, art. 7. ad 4. licet Io. Tabienfis in verb. Iurare, §. 10. nittatur Caietano respondere, verum non satis sufficienter id facit. Hoc tamen est intelligendum, dummodo carcer non sit iniuriosus, qualis esset si foret priuatus alicuius Latronis vel tyranni, Panor. in dicto c. Si verò, glo. communiter recepta. Clem. Pastoralis de sent. & re iudic. verb. Per violentiam, & Io. And. in specie, in rubric. de iureiur. vel iudicis non competentis, siue etiam competentis, absque tamen iuris ordine procedentis, & quamuis cum iurat se rediturum, non habeat animū reuertendi, secundū Angelū, verb. iuramentū, 1. §. 37.

Decimononò, vxor quæ marito iurat se adulterij crimine carere, hac ratione persuasa, quia videlicet poterat id iuramento confirmare, quoniam egerat pœnitentiam, fueratque iam adulterium sacerdoti confessā, arg. c. fin. de Purg. canon.

canon. Syl. verb. Iuramentum 2. §. 8. quamuis si maritus eam circa hoc ad iurandum compellit, tunc quia id iniuste agit, potest illa iurare, quod secundum suam intentionem verum est, falsum autem iuxta mariti mentem, vt constat ex supradictis nu. 8. Ang. verb. Iuramentum, 4. §. 1. quod nos latius & profundius confirmamus in Commentario prædicti cap. Humanæ, 22. q. 5. Ex quo infertur responsio ad interrogationem nuper factam, an qui iurat se non habere rem aliquam ab alio petitam, vt ab ea danda vel commodanda se excuset, peccat? Responderi enim debet, peccare, si mens eius verbis consonat, sed non si non tenetur ad dandam vel commodandam, neque respondendum iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quod non habeat illam, ad eam illi dandā aut commodandam, per prædicta.

Vigefimò, qui tempore pestis iurat verum ad portas ciuitatis, sed dolose cōtra intentionem interrogantium, Syl. verb. Iuramentum, 3. q. 2. Quoniam ad ingrediendum ciuitatem sua sponte se offert, nisi forte custodes ciuitatis crederent aliquam urbem esse infectam à peste, quæ re vera non erat, vel ingressurus rationabiliter credit, neque se, neque aliquid suum esse peste contaminatum, & subinde verum iurat, se non transisse per talem ciuitatem vel per talem locū secundum præcipuam intentionem, licet remotam, ipsorum custodum. Eadem est ratio de scholasticis vniuersitatum, qui cathedrarum candidatos siue oppositores (vt vocant) extra scholas alloquuntur de illis rebus, quæ ad subornandum minime faciunt, quod tamen si postea cum suffragaturi sunt confiterentur, exinde redderent inhabiles ad suum suffragium conferendum, & ea de causa iurati respondent, se nulli candidatorum quicquam fuisse loquutos, intra se intelligentes nihil egisse de illis rebus quæ contra statutorum mentem fuisse videbantur.

Vigefimoprimum, qui iurat se rationem habiturum boni vel vtilitatis ad aliquam comunitatem pertinentis, vel ad munus, quo fungitur, quam tamē postea non habet, arg. c. Si verò, c. Ego, & c. veritatis, de iureiur.

Vigefimosecundò, qui inducit ad iurandum eum, quem falso iuraturum arbitrat c. Ille, 22. q. 3. nisi cum inducit iuris ordinem sequutus, sicut iudex ad alterius partis instantiam, secundum Richardum, in 3. dist. 38. Quocirca rationi consonum videtur, non esse deferendum iuramentum illi, de quo magna habetur præsumptio, quod illud non obseruabit. Quod sentit Alexander. 4. in c. Clericus, de Cohabit. cleri. & mulier. quatenus afferit, ob hoc non esse recipiendum iuramentum à clericis se non redituros ad suas concubinas, vbi Panor. inquit, rectè fuisse cōsultum, si Scholastici Vniuersitatum non obstringerentur iuramento se Rectori parituros, esset enim præstantius vt alijs pœnis ad id agendum stimularentur. Vnde infertur, perperam agere confessarios, cū pertrahunt pœnitentes ad vouendum vel ad iurandum, se ab aliquo carnali peccato, vel alioquod perinde ac illud allicit, abstenturos, Angel. verb. Iuramentum 3. §. 11. & Syluest. eod. verb. q. 9. Caietan. 2. sec. q. 88, art. 2. col. 3. Diximus, (Inducit) quia textus de tali loquitur; Vnde videtur inferri, quod si alter sponte se offert ad iurandum, ad sitque rationabilis causa ad recipiendum iuramentum, non

tum, non peccat ille qui recipit, secundum Syluest. vbi supra.

21 Vigesimo tertio, qui iuramentum exoptulat à famulis vel seruis suis vel quibuscunque alijs, vt declarent auctorem alicuius furti ei facti, ea intentione, vt furem in omnibus casibus prodant, quoniam id licite fieri nequit, nisi in illis, quibus alij externi possent furtum reuelare, ipse autem vult obligare suos ad id faciendum in omnibus casibus, quod minime fas est, vt latius inferius in c. 18. dicemus. Petere tamen ab eis iuramentum, quo adstringerentur vera dicere in illis casibus, in quibus externi etiam veritatem detegere licite possent, nõ esset peccatum iuxta mentem B. Anton. 2. par. tit. 10. cap. 5. §. 6. & etiam Ang. Syluest. & Tabienf. verbo Familia, licet paulo aliter loquantur, & diximus in c. Inter verba, 1. 1. q. 3. conclus. 6. nu. 783. Neque etiam liceret simpliciter exposcere iuramentum, vt verum expriment, etiam si non addatur, vt in quolibet casu id faciant, vt patet ex eis, quæ nos in dicto c. Inter verba, numero prædicto & 792. diximus.

22 Vigesimo quarto, qui iurat facere vel implere aliquid, credens se non posse illud præstare; veluti si iurat se ad certum tempus persoluturum debita, probabiliter credens non futuram ei facultatem id eo tempore facendi, Sylu. verb. Iuramentum, 4. q. 25. Cæterum si iurat credens se posse persolvere, & facit quod in se est vt soluat quamuis non satisfaciatur, non peccat. c. Querelam, de iureiur. Si tamen transacto tempore ad id definito, quam citissime poterit non persoluerit, peccabit arg. c. Cum dilecti, de dolo & contum. l. Celsus, ff. de recept. arbit.

23 Vigesimo quinto, qui iurat, sub sigillo secreti se aliquid habiturum, quod in consilio senatue pertractatum est, vel suæ fidæ commissum fuit, & non occultat, & manifestat in quibus casibus nullatenus debet. arg. c. Qui ambulat, 5. q. 5. Idem est de illo, qui alterum inducit ad violandum eiusmodi secretum, secundum B. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 8. §. 3.

De Præcepto secundo, quatenus continet, non male vouendum, & bene votum bene adimplendum.

S V M M A R I V M

Votum quid sit, & quæ ira illud impediatur, nu. 24. & 25.

Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalitatis culpe, nu. 26.

Votum non facit propositum solum, nu. 26.

Votum mentale quid sit, & qualem deliberationem requirat, nu. 26.

Votum absque animo adimplendi quo modo obligat ad sui complementum, nume. 27.

Votum de re necessariò futura, & de re illicita, & de indifferenti vt indifferens est, & de eo, quod est contra consilium CHRISTI, non valet, nu. 28. & 29.

Votum in finem malum non valet, sed sic in bonum ex illo exortum, nu. 30. & 31.

Finis malus, & bonum ex malo natum, differunt, nu. 30.

Votum

Votum proprie non est malorum renunciatio, quæ fit in baptismo, nu. 32.

Votum est duplex, nempe solenne & simplex, nu. 32.

Votum plus obligat quàm iuramentum, cum concordia contradicentium, nume. 32.

Voti opus melius est, quàm voluntarium, & voluntarium melius quàm præceptum, nume. 32.

Confessarius sic admonet pœnitentem, qui votum violauit, & cæc. nu. 33.



PXPEDITIS ijs, quæ pertinent ad iuramentum, expediamus quæ 24 pertinent ad votum: Pro quorum luce, præsupponimus primò quòd secundum mentem Magistri, Thomæ & aliorum in 4. distin. 38. & Thom. 2. sec. q. 88. ar. 1. & 2. & aliorum alibi. Anton. 2. par. tit. 1. 1. c. 2. in princip. Archid. in c. Qui bona 17. q. 1. & Panor. & aliorum in c. Literaturâ, de Voto, & communem opinionem, Votum est promissio, (saltem interior) deliberate Deo facta, de aliquo bono maiori, a superiori non reuocata. Dixi (promissio) pro genere, & ad insinuandum, quòd non sufficit desiderium, neque propositum etiam valde deliberatum faciendi, nisi simul ad sit animus se ipsum obligandi, secundum eandem communem vbi supra. Dixi (saltem interior) ad significandum, quòd vt aliqua promissio sit votum, sufficit vt homo sola mente interius, (etiam si nihil dicat aut scribat,) promittat animo seipsum obligandi, secundum communem vbi supra. Diximus (deliberatè) Quoniam promissio subita, & absque consideratione facta non sufficeret. Sufficit autem tanta deliberatio & consideratio, quanta ad peccandum mortaliter, vel merendum sufficeret, secundum Palud. in 4. distin. 38. nu. 1. col. 2. Communiter receptum: Nam vt ait gloss. singularis in c. Mulier, 32. q. 2. iudicium quod sufficit ad obligandum diabolo, sufficit ad obligandum Deo: Vnde infertur votum factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem vouentis non absorbet adeo, vt tunc posset mortaliter delinquere, validum esse, vt ex Io. And. & ex cõi opinione in c. Dudum, de conuers. cõiug. colligitur, etiam si multi graues authores, Ludouicus Roman, sing. 408. & Iaf. in l. si filiam. C. de inoffic. testam. oppositum senserint. Quod ipsum est dicendum de iuramento, vt tactum est supra eod. num. 10. Dixi, (facta Deo) quoniam omne votum tacitè vel expressè, mediatè vel immediatè, fit Deo; secundum S. Tho. in dicta quæst. 88. artic. 5. ad 3. Ex quo colligitur responsio ad interrogatiõnem nuper factam, an voueat qui dicit alteri. Ego promitto tibi, me cum illo aut illo amplius non lufurum? responderi enim debet, quòd non, quia non est promissio facta Deo, & ita illi diffinitio voti supra positi nõ cõuenit. Dixi, (De aliquo bono) ad significandum, quòd promissio de re illicita, quæ vel veniale vel mortale peccatum est, non est votum, cap. Si aliquid & cap. In malis, 22. quæst. 4. Dixi (Maiori bono) non quidem vt Richard. Maior, & aliquot alij in 4. dist. 38. dicunt, quia votum necessariò fieri debeat de his, quæ sunt de consilio, non autem de præcepto, satis enim est, vt sit maius bonum, siue sit de consilio, siue de præcepto, secundum eundem S. Tho. in 2. sec. q. 88. ar. 2. Quamobrè

M qui

qui uouit non fornicari, neque adulterari & non furari, per huiusmodi uotum ita obligatur, ut si fregerit illud, non solum censeatur transgredi preceptum de non fornicando vel non adulterando aut non furando, sed etiam preceptum hoc de adimplendo uoto, & subinde non sufficeret tali transgressori culpam sine huiusmodi circumstantia confiteri, ut bene adnotauit S. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 2. §. 1. & melius Caietanus in dicta quaest. 88. ar. 1. licet oppositum sed male teneat Io. Tabiensis uerb. Uotum 1. §. 2. Dixi etiam (*de bono maiori*) ad significandum, quod uotum faciendi vel omittendi aliquid facere, cuius contrarium secundum se melius est, nihil ualet; cuiusmodi esset uotum non ingrediendi religionem, non mutuandi pecunias, & alia huiusmodi, secundum S. Anton. in dicto cap. 2. §. 1. Dixi (*a superiori non reuocata.*) Quoniam uota filiorum familias, religiosorum, & aliorum qui alterius potestati subduntur, legitime à suis parentibus, praelatis, alijsque superioribus irritata, non obligant, cap. Puella, & c. fin. 20. q. 2. secundum S. Tho. in d. q. 88. ar. 9. & omnes alios.

26 Secundò præsupponimus, quod ex hac definitione infertur, Primò omne uotum ad sui obseruantiam obligare sub pœna peccati mortalis. Eccles. 5. ca. Licet, c. Magnæ. de uoto, Tho. 2. sec. q. 88. ar. 3. & omnes in dicta dist. 38. lib. 3. Secundò infertur, solum propositum faciendi aliquid boni, atque promissione & animo se ipsum obligandi, nõ obligare communiter sub reatu mortalis culpæ, neque uenialis, quicquid glo. celebris cap. Qui bona 17. q. 1. uideatur asserere. Tertiò infertur, uotum fieri posse absque uerbis expressis, arg. c. Cum apud, de sponsal. Quartò, quod deliberatio, quæ satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortiferum, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per uotum, ad vitam æternam conducens, ut supra dictum est, per glo. sing. in c. Mulier. 3. r. q. 2. quæ id ante Palud. & Caiet. ubi supra, & alios dixit. Quintò, quod huiusmodi deliberatio in momento temporis fieri potest, & satis est quod actu vel uirtute fiat. Quapropter illud Panor. in c. Literarum. de uoto, col. 2. quod deliberatio, & propositum debent promissionem præcedere, intelligendum est, de præcedentiã ut Philosophi aiunt naturæ seu causæ, & non temporis, idest, quod non est opus, ut per aliquod spacium temporis deliberatio præcedat uotum, sed ut ad merendum, vel peccandum mortaliter, sufficit facta in eodem momento temporis, in quo bonum opus aut peccatum admittitur; sic etiam ut uotum sit validum satis est, ut in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit uotum ipsum. Nam quamuis utrunq; simul & in eodem tepore efficiatur, semper tamen deliberatio præcedit uotum natura, quemadmodum substantia solis præcedit suam lucem, & ignis calorem suum. Est tamen valde magna differentia inter uotum, quod magna præcedente deliberatione fit, & illud quod subitaneo & repentino motu uel passione aliqua intercedente, cuiusmodi sunt illa quæ passim à quibusdam, & ex quacunque leui cupiditate fiunt. Quoniam huiusmodi uota facile dispensantur, commutantur, uel redimuntur. capitulo primo de uoto, cætera uerò non sic: Quod etiam Caietan. ubi supra articulo 1. col. quarta probat.

Sextò, quod solum propositum ingrediendi religionem, sine promissione tacita

cita uel expressa, etiam si induat quis habitum religionis, non efficit uotum, quæuis Palud. in dicta q. 1. articulo 1. & Anton. in dicto c. 2. §. 1. & aliquot alij per c. Consulti. de Regul. oppositum tueantur, quoniam in casu illius capitis fuerat promissio, saltem implicita, aut uirtualis, ut declarat optime Panor. in d. c. Literaturam, & Caietanus in dicta q. 88. ar. 1. col. 4. & alij etiam alibi.

Septimò, quod qui Deo aliquid promittit, quamuis sine animo adimplendi promittat, re uera uouet, & tenetur adimplere; secus autem esset, si uerbo tenus absque animo se obligandi promitteret, ut eleganter prædictus Cardinalis in d. ar. 1. col. 4. & 5. confirmat, ubi subdit quod quemadmodum Ecclesia, ei qui uouit, si postea dicat non habuisse intentionem se ipsum obligandi, non credit, sic etiam perperam agunt religiosorum praelati, qui sine alijs coniecturis, suis subditis iurantibus se non habuisse intentionem profitendi cum professi sunt facile credunt.

Octauò, quod non est uotum, promissio quæ de rebus necessariò euenturis fit, quale est uotum de moriendo, arg. l. 1. ff. de condit. & demonstrat. neque etiam uotum de re, quæ in se sit culpa lethalis aut uenialis: Quoniam illud non est bonum, & multo minus erit maius bonum: Imò promissio facta de faciendo aliquid quod est peccatum mortale, est mortalis: Et promissio de faciendo ueniale, est uenialis, ut supra nu. 15. dictum est de iuramento.

Nonò, quod promissio de re indifferenti, quatenus indifferens est, non est uotum, quoniam res indifferens non est quid bonum secundum se, nisi aliqua circumstantia apponatur, quæ rem alioqui indifferentem bonam efficiat, exempli causa. Uotum de non nendo in die sabbathi, etiam in honorem beatissimæ Virginis Matris, uel uotum eundi in ciuitatem Genuensem, uel nõ adeundi talem domum, absolute & simpliciter emissum, non est dicendum uotum, quoniam nihil horum secundum se est malum, aut bonum: Neque enim in die sabbathi nere ex natura sua deputari potest inter obsequia beatæ uirginis. Licet uotum de non nendo die Sabbathi, ut aliquoties uirginis Rosarium recitetur, uel de ciuitate Genuensi adeunda ob uidendam adorandamque CHRISTI imaginem, quam Veronicam appellant, uel non ingrediendo talem domum, ne quam personam impudicam inspectet, quæ se ad libidinem uel ad ludos illicitos prouocaret, sunt ualida. Quoniam per has circumstantias, quæ alioquin erant indifferencia, fiunt bona, arg. c. Paratus, 23. q. 1. cap. Disciplina. & c. Et qui emendat, 45. distin. Quamobrem circumstantijs istis deficientibus, uoti uinculum cessaret, ut Caiet. in dicta quaest. 88. arg. 2. singulariter diffiniuit.

Decimò, quod uota de non faciendo aliqua, quæ Redemptor noster consulit, ut uouere non seruare castitatem, paupertatem, & alia huiusmodi, quæuis licite ualeant obseruari, minime tamen obligant, cap. fin. 22. quaest. quarta. Palud. cum communi in 4. distin. 38. quaest. prima, col. 4. quin potius ita uouens peccat, licet ut plurimum non grauius quam uenialiter, quod satis diffusi idem Caietanus in dicta quaest. 88. ar. 2. confirmat, præterquam si huiusmodi uota fierent gratia displicendi talium consiliorum diuino auctori, uel ani-

mo non adimplendi talia consilia, quamuis occurreret casus in quo vim præcepti obtineret.

30 Undecimò, quòd votum maioris boni ob malum finem emissum non obligat, siue finis ille malus sit finis illius boni quod vouetur, quale est votum faciendi eleemosynam ob inanem gloriam aucupandam, vel ob aliquam voluptatem illicitam; siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votum, quo dux ad bellum iniustum proficiscens, promittit se alicui operi pio mille ducatos oblaturum, vt victoriam licet iniquam consequatur, ea intentione vt illud votum sit medium ad talem victoriam assequendam, vel in gratiarum actionem victoriæ iniquæ. Quoniam omne opus cuius finis est malus, ipsum quoque malum est. c. Cum minister, 23. q. 5. in cuius commentario latè hoc discufsum, & ca. Non est putanda 1. quæst. 1. Et consequenter quamuis id quod vouetur, bonum sit, votum tamen de illo propter malum finem malum est, & ita non est conueniens materia voti. Dixi, (*Iniquæ.*) Quoniam si quis voueret aliquod bonum, in gratiarum actionem euentus victoriæ absolute sine iniquitate & iniustitia considerata, quatenus est quoddam donum Dei, valeret votum, sicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem profilio, quem dederit Deus ex concubina, attenta illa datione filij absolute sine iniustitia fornicationis, tâquam quodam Dei dono, vt mox dicitur. At verò, si neque finis boni quod vouet, neque eiusdem voti esset malus, licet causa quæ impellit ad vouendum; mala esset, non ideo votum desineret esse bonum, exemplum de eo, qui aliquam religionem profiteretur, non collimando, neque dirigendo suam professionem, & sua vota in sinè luxuriandi, licet ad id impellatur spe ibi reperiendi occasionem luxuriandi. Idem est omnino dicendum de eo, qui aliquid vouet anteaquam in duellum siue singulare certamen descendat, hac intentione, vt à morte vel vulnere liber certamine egrediatur. Idem quoque de eo qui vouet aliquid, si Deus illi concedat filium generare ex muliere quæ sua non est. Etenim quamuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniusto malum sit, velle tamen sine vulnere sanum & incolumem euadere, non est tale. Et quamuis rem habere cum illa, quæ non est propria vxor, scelus sit, suscipere tamè filium ex illa dono Dei, non est tale. Idè dicendū de illo, qui huiusmodi votum fecerit. Si à Deo illa aut illa temporalia bona per fas aut nefas consequar, illud aut illud opus bonum faciam: quoniam huiusmodi votum non adhibetur tanquam medium ad peccatum, neque vt gratiarum actio pro peccato, sed vt gratiarum actio pro re in se bona, & dono Dei data, & à fortiori validius erit votum, quod fit in vltionem proprii peccati, verbi gratia: Aliquis vouet illam aut illam pœnitentiam vel pœnam subire, vel petere Hierosolymam, vel summam aliquam pœcuniæ erogare pijs operibus, si tale, vel tale scelus admiserit, vt subtiliter & latè post alios Card. Caiet. in dicta q. 88. ar. 2. confirmat.

Duodecimò, quòd abrenuntiatio illa malorum, quæ fit in baptismo, nõ est propriè votum, vt dixit Palud. in 4. dist. 38. q. 2. col. 2. & neruose probat Caiet. in dicta quæstion. 88. art. 2. col. 2. quamuis Magister & alij multi oppositum docuerunt

docuerunt, quorum opinio vera est, intellecta de voto improprio.

Decimotertio, quòd duplex est voti genus, alterum solène, alterum simplex. Votum solenne est, quod professione tacita vel expressa religionis approbatæ, vel ex sacrorum ordinum susceptione celebratur, c. 1. De voto libr. 6. Simplex autem est quodcunque aliud, siue occultum, siue publicum fuerit, Palud. cõmuniter receptus in 4. dist. 28. q. 2. col. 3. & anton. 2. par. ti. 11. c. 2. §. 1. Et quãuis lethale crimen admittat, qui violauerit votum simplex, & nonnunquam etiam scandalum præ se ferat, maius tamen crimen est, grauiusque scandalum communiter sequitur ex voti solennis transgressione, arg. cap. Homo. 40. dist. & cap. Præcipue. 1. 1. quæst. 3.

Tertio præsupponimus, Votum maiorem vim obligandi habere quàm iuramentum secundum S. Thom. 2. sec. q. 89. arti. 8. quamuis Maior prædictus in 4. dist. 38. q. 5. in fine oppositum tueatur. Cuius quidem opinio vera est, quãdo vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel vtrumque principaliter in vtilitatem proximi. Opinio autem sancti Thom. cum votum principaliter fit in honorem Dei, iuramentum autem principaliter fit in vtilitatem proximi, vt comuniter fieri solent, quod nos in cap. Quanto, de iureiur. vtranque opinionem conciliantes, diffiniuimus.

Quarto præsupponimus, bonum opus ex voto plus meriti habere quàm aliud non ex vi voti factum, secundum S. Thom. 2. sec. q. 88. art. 6. & Richard. & alios omnes in 4. dist. 38. & glos. singularem in Clem. 1. de reliq. & venerat. sanct. Qui quidem omnes sequentes beatorum Anselmum in lib. de Similit. asseuerat eum, qui aliquid bonum facit ex vi voti, similem esse illi qui arborem cum fructu suo donat: Eū verò qui facit opus sine voto, offerenti fructum sine arbore: Quamuis opus consilij plus meriti habeat cæteris paribus, quàm opus præcepti, c. Cum in officijs, de testament. iuxta communem opinionem, quam doctissimus Medina declarat in codice de Pœnit. fol. 163. col. 2.

Quinto præsupponimus, Confessarium teneri admonere pœnitentem, qui non adimpleuit votum tempore quo debebat, non liberari ab obligatione postea adimplendi illud propter pœnitentiam quam iniungit, eo quod votum non adimpleuit tempore debito, nisi aliqua impossibilitas iuris, vel facti superuenerit, vel eiusmodi erat, quod debito tempore transcunte, eiusdè etiam obligatio transibat, iuxta mentem omnium, quam explicat Caiet. in summa de materia voti.

*Modi visitationes, quibus peccatur male vouendo,
vel male votum implendo.*

S V M M A R I V M.

Vouens id quod est peccatum mortale, vel veniale nu. 33.

Vouens id ad quod tenetur sub reatu lethalis culpæ, vt non fornicari, nu. 34. vel illud

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

- illud quod est consilium euangelicum. nu. 35. vel quod sit contra illud. nu. 36.*
Vouens stulta vota, ut non peccandi se, non edendi caput, &c. adiectis quotidianis exemplis nu. 37.
Vouens illud, quod sciebat, se non posse præstare. nu. 38.
Vouens, qui multoties frangit, quod rectè vouit, nu. 38. vel qui omittit adimplere ob causam superuenientem, nu. 39 vel qui omittit adimplere partem exiguam rei quã vouit, vel vouit rem minimam. nu. 40.
Vouens qui tenetur statim implere, vel ad certum tempus, &c. nu. 41.
Vouens sub conditione, & satagens ne adimpleatur illa. nu. 42.
Vouens si perpetraverit, illud, aut illud crimen. nu. 42.
Vouens ob malum finem, vel ob bonum, quod nascitur ex malo, nu. 43.
Vouens virginitatem, & eam postquam violauit non obseruat. nu. 43.
Vouens se uxorem ducturum, & postea non ducit nu. 43.
Votum Religionis impediens, vel ab illa abstrahens an teneatur ad restitutionem, vel ad ingrediendum loco alterius, nu. 44. & 45.
Votum Religionis suadens, vel ingressum ordinis dissoluti &c. nu. 45.
Vouens ingredi Religionem, vel aliquod monasterium, et quia non recipitur ut ipse vult et c. num. 46.
Vouens ingredi religionem intentione obligandi se ad statim obseruandam continentiam. &c. vel non dicit officium diuinum, aut ducit uxorem &c. nu. 46.
Vouens ingredi & profiteri, & postea exit, nu. 47
Vouens religionem strictiorem, & laxiorem ingreditur, &c. nu. 48.
Religionis de ingressu qui consultat. nu. 49.
Religionem relaxatam ingrediens nu. 50. vel in eam filios intrudens, nu. 51.
Vouens præ timore mortis spiritualis, aut corporalis, vel alterius magni &c. nu. 52.
Vouens rem dignam voto, quæ tamen maius bonum excludit, nu. 52.
Vouens non bibere vinum & crebro id violat, nu. 53. vel facere aliquid in tempore certo, quo transacto illud non adimplet, nu. 54.
Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipsum violat, nu. 54.
Votum qui non curat adimplere per alium, quod per se ipsum implere non valet, num. 55.
Vota defuncti, qui non adimplet, adiunctis exemplis. nu. 56. & 57.
Dispensatus super voto per falsam aut iniustam causam, nu. 57.
Vouere qui pertinaciter tenet esse malum, nu. 58.
Vouens matrimonio vincetus continentiam, cum consensu uxoris, vel mariti, vel ambo simul, & postea soluit, aut exigit debitum, quamuis non esset idem, si absque voto inter se pepigerunt, eandem obseruare. nu. 59. quid autem si absque consensu, nu. 60.
Votum mariti & uxoris sine licentia, quando valet, nu. 60.
Coniugatus vouere potest aliquid, quod non vergit in præiudicium alterius coniugis, & quid si post habitam facultatem, contradixerit. nu. 61.
Vouet qui ligatus est matrimonio, absque coniugis præiudicio nu. 61.
Vouens cum licentia coniugis, vel sine illa terra sancta auxilium præbere. nu. 62.

QVI igitur

Quatenus agit de voto.

92



V igitur vltimius peccant, contra hoc secundum præceptum, 33 quatenus de voto agit, sunt hi. Primus qui vouet aliquod peccatum mortale, vt occidere & odisse seu odio habere, &c. per supradicta, nu. 28. Diximus (*Mortale*) quoniam votum de re, quæ in se solum est peccatum veniale, non erit plusquam veniale, nisi si vouens ea mente votum emitteret, vt etiam si esset peccatum mortale, nihilominus id se facturum voueret, supra eodem.

Secundus, qui vouet se facturum id, ad quod sub pœna mortalis culpæ tenetur, vt non fornicari, vel confiteri in quadragesima, & non implet, peccat non solum quia fornicatur vel non confitetur, sed etiam quia transgreditur votum, quo fit, vt huiusmodi peccatum cum hac circumstantia confiteri teneatur, per supradicta cap. 6. num. 3. & 4. quicquid dixerit Io. Tabiensis, in verb. *Votum*, §. 2. Cuius opinio non habet locum etiam in illo, qui vouet in genere se non amplius peccaturum, quicquid Maior in 4. dist. 30. q. 1. col. 5. in sinuauerit, in nostram tandem sententiam condescendens.

Tertius, qui id ad quod solum de consilio tenebatur, vouet se non facturum 35 etiam si occurrerent casus, ad quos ex vi præcepti obligaretur, vt qui vouet non mutuare, aut non facere eleemosynam, etiam in casu extremæ necessitatis, non solum quia huiusmodi voluntas secundum se talis erat, verum etiam quia eam voto firmat: Idem dicendum est de illo, qui vouet se non facturum id quod est de consilio, eo animo, vt displiceat Deo tantum, quantum mortalia crimina ei displicere solent, secus tamẽ esset, si voueret Deo, vt displiceret ei eo gradu, quo venialia ipsi displicent, tunc enim non amplius quã venialiter delinqueret, quod ipsum leuius esset, quando quis votum emitteret non aduertens se in eo diuinæ bonitati rem ingratiã admittere, vt Cardinalis Caiet. egregie docet, 2. sec. q. 88. ar. 2. & tactum est supra, nu. 3.

Quartus, qui vouet aliquid quod suapte quidẽ natura contra consiliũ euangelicum, aut malum, vel non ita bonum, sicut oppositum vel indifferens est, sed 36 id facit cum aliqua circumstantia vel respectu, quo fit bonum & honestum, & non adimplet, vt si vouet ingredi aliquod monasterium quandiu in eo regularis obseruantia non viget, vel vouet non facere eleemosynam, vel non fideiubere; aut non mutuare aliquid illi vel illi extra tempus cuiusdam eximie aut extremæ necessitatis, ne aliquam exinde occasionem peccandi caperet. Nam sicut multa sunt ex genere suo bona, quæ ratione circumstantiæ mala fiunt, sic etiã multa sunt ex genere suo mala, vel non adeo bona, sicut eorum opposita, vel indifferentia, quæ ratione alicuius circumstantiæ bona redduntur vel meliora, quàm eorum opposita, arg. textus singul. c. Venerabilibus. §. Potest de sent. excommunicationis lib. 6. cap. Ne quis 22. q. 2. c. Noli. 23. quæst. 1. & c. cum minister. 23. quæstio. 5.

Quintò, qui emittit aliqua vota stulta vel temeraria, qualia sunt, non peccare capillos in die sabbathi, non filare, non lauare caput, non edere animalium capita in honorẽ beati Iohannis Baptistæ. Non immittere ossa in ignem in honorem sancti Laurentij, & alia huiusmodi, quæ neq; ad honorem Dei, aut suã

M 4 proximiue

proximie vtilitatem videntur expectare: Et ea absque vlla dispensatione & licentia sui confessarij transgreditur, secundum Syluest. verb. Votum, 1. quæst. 3. Quod est verum intelligendo de illo vouente, qui credit eiusmodi vota valere vel dubitat de eorum valore, & ante depositionem conscientie erronea illa transgreditur, non autem de eo, qui scit vel credit ea non valere, quamuis possent licite obseruari, vt Gratianus in c. fi. 2. 2. q. 4. docuit. Quoniam propria vouentis autoritate possunt dissolui: Quippe quæ secundum S. Thom. 2. sec. q. 88. ar. 2. sub finem, ridicula sunt, & magnam superstitionis speciem præ se ferunt, secundum Raymundum, in summa huius tituli, & Albertum in 4. dist. 38. Quod ipsum fere dici potest de illo qui vouet se nudum peregrinaturum, quoniam id inhonestum est, & posset valetudini corporis maxime officere, præsertim in hyeme: quamuis sancto Antonino 2. par. tit. 1. cap. 1. §. 3. videatur huiusmodi votum in aliud fore commutandum.

38 Sexto, qui vouet aliquid sciens & animaduertens, se non posse illud adimplere. Angel. verb. Votum 2. §. 9. Dixi, (*Animaduertens*) quia secus esset si non aduerteret illam impotentiam, Nam ream linguam non facit, nisi rea mens. c. Homines, 2. 2. quæst. 2.

Septimo, qui vouet animo se obligandi & non adimplendi, secundum Caiet. 2. sec. q. 88. ar. 1. & rectè quidem quia habet animum non soluendi Deo, quod ei debet. Dixi, (*Animo se obligandi*) quia qui vouet animo non se obligandi, nõ tenetur uoto in foro conscientie: nam id non est uere uotum per supra dicta nu. 25. ita quod ille teneatur uoto, qui vouet animo se obligandi & adimplendi, uel saltem animo obligandi: non autem qui vouet sine animo saltem se obligandi per prædicta ibidem, & quia actus agentium non operantur ultra intentiones eorum. Quare apte responsum fuit nuper, bis peccasse illum non implendo suum votum factum animo vouendi, & non implendi. Primo uouendo, secundo non implendo.

39 Octauo, qui vouet votum licitum ipsumq; violat, peccat inquam, mortaliter toties, quoties ipsum violat, c. Licet, & c. Magnæ de vot. secundum omnes, nisi id fecerit per obliuionem tolerabilem, vel ægritudinem, vel ob aliam iustam impotentiam, vt qui vouet templum aliquod, siue pauperum xenodochium ædificare, vel certam eleemosynam facere, & postea fit inops, aut vouet ieiunare, & postea ægrotat. Ang. verb. Votum, 3. Porro si postea redit ad pinguiorem fortunam, vel sanitati restituitur, totum vel partem quam possit, tenebitur adimplere; sicut illa, quæ vouet castitatem, & postea nuplit consummauitque matrimonium, non tenetur ad plene perfecteque castitatem seruandam; quoniam debitum coniugale viro suo tenetur persoluere, cum ille ab ipsa exoptularit, tenetur tamen obseruare secundum partem sibi possibilem, scilicet ad non exigendum debitum; Tum etiam debet voluntatem habere seruandi castitatem perfecte & integre quando sibi fuerit licitum & possibile, puta marito uita iam defuncto, Caiet. in summa, de materia voti. Vnde inferitur, quod non liberatur quis a voti obligatione propter omnia illa, quæ voto iam emisso superueniunt, quæ si a principio acciderent, ille qui uouit, a uouendo desisteret, vt inferius

inferius in cap. 18. nume. 9. apertius dicemus.

Nono, qui vouet aliquid etiam minimum, puta dicere vnum tantum psal. 40 terij versiculum, vel Aue Maria, postea verò non dicit, vel dare poculum aquæ frigidæ amore CHRISTI, & non dat, secundum Caietanum, 2. sec. q. 89. art. 7. Cuius opinio licet alias placuerit, nunc tamen contraria, quam tenet Sotus li. 7. q. 2. ar. 1. de iust. & iur. magis placet, per ea quæ supra nu. 10. de iuramento rei leuis & paruæ diximus.

Decimo, qui vouet aliquid se statim facturum, vel intra certum tempus, siue 41 votum esset tacitum siue expressum, quod tamen non statim, vel intra tempus præfinitum implet, secundum S. Tho. cõiter receptum 2. sec. q. 88. ar. 9. ad 3. & in 4. dist. 38. q. 1. ar. 1. per textum Deuter. c. 23. Quod si certò nouit, se non uouisse animo statim adimplendi, neq; tempori terminum præfuisse tacite vel expressè, intra quod votum adimplere teneretur, non peccat mortaliter non adimplendo, quandiu conscientia non remordet, se esse in mora circa eius implementum. Hoc enim est signum, quod non est transactum tempus intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem prædicti Cardinalis 2. sec. q. 88. ar. 3. colu. 6. & in summa de materia voti. Et si culpa sua factum esset, vt iam non posset implere, iam peccauit, eo quod ad voti executionem se ipsum reddidit impotentem, vt quæ uouit uirginitatem, si se corrumpi pateretur, non solum teneretur obseruare, quod supererat adimplendum, verum etiam dignam agere pœnitentiam, quia culpa sua effecta sit impotens ad id integre obseruandum. arg. l. In iure ciuili. ff. de reg. iur. Et c. commissa de elect. lib. 6.

Vndecimo, qui facit votum adiecta tamen aliqua conditione, cuius imple- 42 mentum ipse impedit, & postea non implet votum, secundum Richar. in 4. dist. 38. ar. 3. q. 3. Vnde inferit, non eum esse liberum ab obligatione voti, qui uouit Deo aliquid cum conditione, si deus ipsum ab aliquo peccato præseruaret, postea verò non facit id quod fecisset, aut deliberabat facere ad se præseruandum ab illo peccato, quando promisit, si non promississet, vel se in illud peccatum præcipitem dedit, ne ad implendum remaneret adstrictus, quamuis Angelus, verbo. Votum 1. §. 10. & alij, non adeo bene sententiam Richardi referre videantur.

Duodecimo, qui vouet ingredi religionem, si fornicationem, vel adulteriũ, 43 aliudve scelus admitteret hac intentione, vt huiusmodi peccata vitaret, vel gratia imponendi sibi aliquam pœnitentiam, vel absolute se obligat, si hoc vel illud sibi accideret: quod quidem postea etiam completa conditione non implet, Quoniam huiusmodi vota conditionalia sunt, & ideo conditione adimpleta obligant, arg. l. Cedere diem, ff. de verb. signif. c. Si pro te De rescript. lib. 6. Quamuis si contentum in conditione poneretur pro fine, non valerent, vt dictum est supra num. 3. nec facta sub conditione obligarent ante adimpletam conditionem, nisi uouens ipse esset in causa, quo minus adimplerentur, vt Mater, quæ vouet ieiunare, si filius recuperet sanitatem, non tenebitur ad ieiunium, si filius moriatur. Ang. verb. Votum. 3. §. 1.

Præsupposito igitur, quod vota huiusmodi conditionalia, etiã pœnalia quibus

bus quis vouet ingressum monasterij, vel peregrinationem in terram sanctam, vel Urbem, &c. Si illud aut illud euenerit, aut illud peccatum admiserit questum est nuper, quis in eiusmodi dispenset? Ad quod d. doctor Sotus, respondet libr. septimo quest. quarta articul. tertio de iustit. & iure, antequam peccetur episcopum posse, & postea, non nisi Papam: Sed nobis vedetur discrimen esse, inter casum, quo quis vouet ingredi religionem vel peregrinari in terram sanctam vel Urbem, &c. Si tale vel tale peccatum commiserit: & inter casum, quo quis vouet non admittere tale peccatum sub pena eundi Hierosolymam, aut ingrediendi religionem &c. Quia in priori casu, solum est vnum votum conditionale religionis, in quo neque ante, neque post adimpletam conditionem episcopus dispensare potest, vt dicitur infra, num. 75. In secundo vero duo vota sunt. Alterum absolutum tale peccatum non committendi, alterum conditionale & poenale ingrediendi religionem, &c. si peccauerit &c. Quorum prius est principale, & posterius accessorium; & certum est in priori voto principali Episcopum dispensare posse, per notata in praefato, n. 75. cum non sit votum perpetuae castitatis; neque religionis, neque aliud ex quinque Papae reseruat. Et ita videtur antequam prius absolutum violatur, & per illius violationem posterius conditionale purificetur, episcopum in utroque dispensare posse, tum quia accessorium sequitur principale, c. Accessorium de reg. iur. lib. 6. l. Cuius principalis. ff. eod. Tu quia, quod est peremptorium, sublato priori principali per episcopi dispensationem, tollitur secundum conditionale, quum per violationem prioris, quod non est, non possit purificari. Ex quibus infertur solutio quaestionis nuper propositae, an valeat iuramentum, aut votum non ludendi, aut non ingrediendi talem domum, quae illi occasionem peccandi praebet, sub poena eundi genibus Hierosolymam, ore bufonem ferendo? Responderi enim debet, valere quidem quo ad ipsam professionem, sed non quo ad circumstantiam ferendi bufonem, quia id inhonestum est, & nullius erga Deum reuerentiae; Neque quo ad circumstantiam eundi genibus, quia est impossibile, saltem moraliter, quod sub votum non cadit, argu. l. Nepos Proculo, ff. de verb. signif. & c. Faciet 22. q. 2. Professio vero ipsa est honesta & possibilis, & ita merito quo ad ipsam valet, licet non quo ad circumstantias, Arg. cap. Vtile p. inutile non vitatur, de reg. iur. lib. 6. quando sunt separabilia, vt haec.

Decimo tertio, qui vouet aliquid propter malum finem, veluti ieiunare vel eleemosynam facere, vt consequatur iniustam vinctam vel voluptatem illicitam, Richar. in. 4. dist. 38. quest. 1. Et late Caietanus, 2. sec. quest. 88. art. 2. & per dicta supra eodem num. 30. & sequen. Vbi tamen diximus, qui concubinam habes promittit Deo aliqua pia, si dederit ipsi filium ex ea, non vouere propter malum finem, & ideo teneri ad implendum illud adimpleta condicione, per rationem ibidem allatam.

Decimo quarto, qui vouet virginitatem animo perpetuo eam seruandi, & post votum semel vel pluries violatum, proponit non continere, secundum S. Tho. 2. sec. q. 88. ar. 3. ad 2. communiter receptum in. 4. dist. 38. secus autem esset, si eo animo eam voueret, vt ad eam semel amissam seruandam non teneretur

tur; Quia actus agentium non operantur ultra fines eorum, l. Non omnis. ff. si cert. petat. c. Ad Audientiam, de Decimis, Porro, qui vouet non ducere uxorem, non censetur vouere continentiam, & ideo fornicando non peccaret plus, quam si illud non vouisset, Rosel. verb. Impedimentum 4. cap. 12. Licet qui vouet continentiam, ducendo postea uxorem, peccet mortaliter, secundum omnes. Verum est item, quod votum absolute ducendi uxorem non valet, siquidem uxorem ducere, est a statu perfectiori ad minus perfectum descendere, scilicet a statu continentium, ad statum conjugatorum arg. c. Nuptiae. 32. q. 1. Dixi, (absolute) quoniam si voueret ea de causa, quod se imbecillum, & vix sufficientem ad resistendum peccato fornicationis agnosceret, & quod nisi uxorem duceret, carni succumberet, obligaretur, ut recte adnotauit Caiet. in Comment. 2. sec. q. 88. ar. 1. col. pen. Quoniam illa circumstantia de adhibendo remedio propriae carnis imbecillitati facit, vt quod alioquin erat minus bonum, efficiatur maius bonum, Per quod ante tres annos respondimus teneri ad ducendam uxorem quandam, qui vouit uxorem ducere, dum periculum mortis nauigando incurrisset, vt vitio carnis, quo maxime laborabat, commodius resisteret.

Decimo quinto, qui aliquem retrahit a proposito religionis, quod volebat exequi oblata iam oportunitate, & alijs circumstantijs ad id necessarijs secundum Palud. in 4. dist. 15. q. 2. ar. 2. & S. Anton. 1. part. tit. 2. cap. 2. §. 1. & Idem, Angel. Syl. Tabien. & communis verb. Restitutio. Granius tamen peccaret, si post ingressum religionis, in qua animo stabili perseverabat, egressum ei persuaserit: grauius vero si post professionem, sine iusta dispensatione fecit eum apostatari, iuxta mentem praedictorum. Quinimo in tertio casu tenetur eundem ipsum restituere religioni si potest, vel si non potest alium similem vel se ipsum religioni tradere, secundum Scotum in 4. dist. 15. quest. 3. in responsione ad 2. quest. Quod etiam in duobus praecedentibus casibus esse faciendum tradunt B. Anton. vbi supra, & Adrian. in 4. de restit. quest. 3. sub fin. Nobis tamen videtur sufficere in illis casibus, suadere alteri aequo bono, vt ingrediatur religionem, etiam si hoc illi omnino non persuadeat, quod etiam idem Scotus, vbi supra videtur sentire, & ex sancto Thom. eiusque commentatore, 2. sec. q. 62. ar. 2. potest facile deduci: Quin credimus in nullo casu teneri, se ipsum religioni tradere, sicut Maior in 4. dist. 15. q. 17. sub fin. non exiguis argumentis persuasus, & horum contraria dissoluens tenet. Illud vero cum opinione communi persuasum habemus, illum qui retrahit alium ab ingrediendi vel profitendi religionem proposito aliqua bona intentione iustisque de causis, non peccare, neque incidere in canonem, cap. 18. de regul. sess. 25. Concilij Trident. cuius tenor refertur infra capit. 14. numer. 17. in quibus iustis causis sunt, quod volens ingredi est conjugatus, & sine consensu coniugis vult id facere, vel quia credit ipsum nullatenus religioni conuenire, ipsique fore vtilem, vel propter suum spirituale commodum, quod ex ipsius ingressu consilij percipit, sibi ad honeste viuendum conducens, praesertim ea de causa, quod in monasterio, in quod ingredi destinat, male contra disciplinam regularem viuatur; Nam inducere ad talem religionem & eadem ingredi, & in ea recipi peccatum

catum est, siue sit virorum siue fœminarum, non obstante, quòd ab ecclesia tolleretur, secundum opinionem communem, quam rectè explicat Caiet. 2. sec. q. 189. art. 9. Præterea in ea sumus sententia, quòd etiam si laude dignum sit, aliquem ad religionem inducere, secundum S. Tho. 2. sec. q. 189. ar. 9. non esse tamen valde laudandum illum, qui persuadet alteri vouere religionis ingressum; quoniam vt rectè tetigit Caiet. vbi supra art. 2. & idem experientia ipsa nos docet; minus alacri animo perferunt onera religionis, minusque perseuerant, qui uotis ipsis quasi coacti ingrediuntur, quàm qui libera spontaneaue voluntate id faciunt, et si vtrunq; ex genere suo rectum & licitum sit, secundum Th. 2. sec. q. 189 ar. 2. Præterea hoc etiã addimus, quòd sicut qui inducit alium ad religionem, vbi accurate regula obseruatur, laudabiliter facit, iuxta Thom. vbi supra ar. 9. sic è contrario qui alteri suadet ingredi religionem adeo relaxatam, qualem modò dicemus, & vbi regula perperam obseruatur, peccare. Adijcimus etiam, eum qui vouet ingredi religionem, non satisfacere ingrediendo, vbi regula nõ seruatur, & vbi cum dissolutione viuatur, & si quando vouet, non intendit ingredi aliam religionem præter illam, & nulla sit spes breui postmodum tempore, illam suã pristinã sinceritati restitutum iri, non tenebitur ingredi illam, neque aliam, quoniam eius votum quodammodo ratione euentus, iam factum est illicitum, vt subtiliter adnotauit Maior, in 4. distin. 38. quæst. 20. colu. 20. Idem dicimus de illo, qui monasterium reformatum vbi recipiatur non inuenit, quamuis inueniat aliquod quod vocatur reformatum, sed re vera constat non esse tale, quoniam ibi vnusquisque pro sua voluntate vitam agit, & ferè omnes putantur esse malæ conscientie. At verò contrarium esset dicendum, de illo qui inueniret monasterium, quod non diceretur reformatum, nihilominus tamen re vera in timore domini, & votorum essentialium obseruantia, & sub regimine obedientieque sui prælati, ibi communiter viuatur, etiam si non adeo strictè sicut regularis disciplina exigit, quo ad ea, quæ accidentaria sunt ibidem viueretur. Caietan. 2. sec. q. 189. ar. 3. col. 3.

Decimosextò, qui uouet religionem in genere & absolute, neque saltem animo suo votum restringit ad hanc vel illam religionem, hoc uel illud monasterium, & quia eum nolunt recipere, vbi ipse uellet, non uult intrare aliam, quæ ipsum reciperet, arg. c. Non est, & c. Magnæ de uot. Dixi, (*non restringit*) quia si restringeret saltem animo ad certam aliquam religionem, vel certum monasterium, & ibi nolunt ipsum recipere non tenetur aliam ingredi, etiam si eum ibi libenter reciperent: Quia limitata causa limitatum producit effectum l. Non omnes, ff. si cert. petat. cap. Super literis, de rescript. quamuis præfatus Sotus lib. 8. de iustit. & iur. q. 2. art. 1. secundum primam impressionem, absque sufficienti fundamento dicat, debere eum prius curare ingressum in illam, & si eum illa non receperit, tenetur intrare aliam, quod tamen nullo iure nullaque efficaci ratione probatur, & ita non est tenendum. cap. Consulisti, 2. quæst. 4. S. Consideremus, Auth. de Trient. & semiff. collat. tertia, sicut statim infra nume. 48. dicemus.

47 Decimosseptimò, qui uouet certum aliquod monasterium, uel certam religionem

gionem ingredi, intentione se ipsum obligandi ad obseruandam continentiam, etiam si non admittatur neque ad habitum neque ad professionem, & nõ uult eam dum uixerit seruare, eo quòd non fuit admissus. Dixi, (*Vouet intentione se ipsum obligandi*) & cæt. Quoniam si ea caruit intentione, sed absolute vouet tale monasterium vel religionem intrare, quin etiam (quod amplius est) perseuerare vel professionem emittere, ad nihil eorum erit obligatus, & poterit vxorẽ ducere, si non admittatur. Imò etiam si fuerit admissus ad habitum; si postea contraxerit matrimonium, licet peccet contrahendo, non tamen obligatur ad continentiam obseruandam, & quandiu matrimonij vinculum durat, poterit coniugale debitum postulare. Nam quemadmodum, qui promisit Deo, intra annum sacros ordines suscipere: si eo tempore non suscipiat, peccati quidem reus erit, sed non erit adstrictus ad diuinum officium recitandum, id quod ordo sacer si ipsum suscepisset, obligabat, iuxta late tradita per nos in cap. Quando. de consec. distin. 1. notab. 7. num. 2. neque si in peccatum fornicationis prolabatur faciet contra votum vel continentiam, quam ordo sacer sibi habet annexam; sic etiam qui vouet ingredi religionem, & in ea permanere, si postea duxit vxorem, tenebitur quidem ratione huius magni peccati non exiguam agere pœnitentiam, & etiam retinere voluntatem adimplendi votum, si aliquando poterit; at quandiu matrimonij vinculum durat, non tenebitur ad continentiam obseruandam, vt copiose & subtiliter Card. Caietanus in. 2. sec. q. 189. art. 4. comprobatur. Cæterum ei magister Sotus lib. 8. q. 2. art. 1. de iustit. & iur. contradicit circa differentiam quam assignat inter illum, qui voto simplici se obligauit ad religionem, & inter eum, qui vouet ingredi & profiteri: sed nobis opinio prædicti Card. magis arridet, primùm quia sicut longe distant inter se votum de ingrediendo religionem ad eam probandam, & de ingrediendo eam ad eam profitendam eamque perpetuo retinendam. c. Ad Apostolicã, de regul. c. 1. & c. Non solum. eodem titu. libr. 6. Sic etiam votum obligandi se ad vnum ex his duobus, erit valde diuersum à voto, quo se quis obstringit ad alterum; Deinde quia nullus iuris peritus (meo quidem iudicio) inuenietur, qui non iudicaret dispensationem illam esse subrepticam, quam qui uouit ingredi simul & profiteri impetraret, exprimendo tantum, quòd uouit ingredi, & tacendo, quòd uouit etiam profiteri. arg. c. Postulasti. de rescript. Tertio, quòd qui vouet tantum ingredi religionem, eamque ingreditur, & post ingressum vouet profiteri, multo amplius obligabitur ad professionem faciendam, quàm alter, qui postquam ingreditur, non emisit votum de profitendo in ea, arg. c. 1. de Treug. & pac. & Auth. Itaque C. Communia de success. Quarto, quòd ius commune non adeo obligat ad perseuerandum eum, qui vouet ingredi ad probandum, sicut obligat votum, quod quis facit perseuerandi & Profitendi, siue id ante ingressum, siue post faciat. Quoniam iuri communi satisfacit ingrediendo bona fide & sine dolo, vt probet viresque suas experiatur, quamuis si talis vitæ ratio displiceat, poterit si libeat exire, dicto c. Ad Apostolicam, & dicto, c. Non solum, ibi, pro voluntate, & cap. 1. ibi, libere. At verò si emisit votum profitendi, nihil tale ei facere licebit, nisi iusta causa in id eum iuuet, arg. c. Non est, & c. Magnæ

gnæ de voto. Quocirca mihi persuasum habeo, eum qui prius horum votorū emiserit, posse intra annum probationis religionem, quam elegit, relinquere eo solo, quod modus ille viuendi displiceat; non autem ille qui posterius emisit, nisi post dispensationem impetratā ex causa quæ viro prudenti videatur iusta, argum. dicti c. Non est, iuncta glo.

- 48 Decimo octauo, qui vouet strictiorem ingredi religionem, & postea laxiorem ingreditur secundum S. Thom. 2. sec. q. fin. arr. penul. ad 3. sed iam non tenebitur illam strictiorem intrare si professionem emisit in ea, vbi laxius viuatur, c. Qui post votum de reg. lib. 6. alias verò sic, secundum Archidiaconū communiter ibi receptum. Adijcimus etiam eum, qui vouet religionem, si nulla eum velit admittere, posse in seculo remanere, & vxorem ducere, secundum Angel. verb. Votum, 3. §. 11. & Card. Caiet. 2. sec. q. 189. ar. 3. quamuis Innoc. iij. in c. Porrectum, de regul. oppositum sentire videatur. At verò qui vouet aliam quam intrare religionem, sine expressa tamen vel tacita limitatione huius aut illius monasterij, si in finitimis & propinquis cænobijs non admittatur, tenebitur ad remotiora externaque proficisci, vbi sit aliqua spes quod eū recipiant. At verò si saltem tacite secum intellexit de monasterijs tantum suæ regionis, aut Regni, vel linguæ, si in his non inueniat receptores, non tenebitur ad alia monasteria tentanda; quod etiam placuit prædicto Cardinali in dicta q. 88. ar. 3. Dicimus tamen quod quamuis S. Thom. 2. sec. q. 189. ar. 10. affirmet; non esse opus nimio consilio longaque deliberatione ad statuendum propositum ingrediendi religionem, propter rationes & auctoritates quas ibidem adducit, & propter alias quas nos etiam in additione c. Quando, de consec. dist. 1. num. 382. scripsimus: nihilominus tamen hoc esset intelligendum de illo, cui specialia non obstant impedimenta, puta morbus, debita, cæteraque huiusmodi: sicut idem in eodē loco exprimit, & de illo, qui adeo bene sit ad ingressum religionis dispositus, ut ita in Deo totam suam collocarit fiduciam, quod eius auxilio quodcumque onus religionis valebit sustinere, secundum prædictum Cardinalem, qui ait hoc adeo esse necessarium, quod qui huiusmodi fiduciā non habet, eam debet procurare multa oratione, sacra confessione, sacra Eucharistiæ assidua perceptione, & sacra scripturæ lectione: neque prius ingrediatur, quam saltem speret huiusmodi voluntatem fiduciamque post ingressum sibi à Deo præstitum iri. Quæ quidem conclusio singularis & quotidiana est Gerson verò, in regul. moral. & Maior in 4. dist. 38. q. 16. sub finem aliquid amplius videntur exigere.
- 50 Decimonono, qui ingreditur & profitetur religionem aliquam, & quia ibi regularis obseruantia nequaquam viget, non obseruat illa religionis præcepta, quæ sub reatu culpæ mortalis obligant, neque excusabitur, eo quod non intendat obligare se ad viuendum arctius, quam in tali monasterio viuatur eadē ratione, qua non excusatur à continentia obseruanda, qui sacros ordines suscipit absque intentione obligandi se ad eam seruandam. Quocirca qui huiusmodi religionem vel monasterium ingreditur, & profitetur, si tunc non omnia, quæ ibi sub reatu mortalis delicti obligant, præmeditatur, vel si ea præmedita

tus non intendit se ad illa obligare, tenetur huiusmodi intentionem mutare in illam, qua intendat talia religionis præcepta in posterum obseruare, vel eā noue profiteri, vt rectè adnotauit prædictus Maior in 4. dist. 38. q. 20. Quod quidem verum est quo ad essentialia vota, non autem quo ad alias accidentarias obseruationes, quæ sunt iam sublatae vel mitigatae, apostolicis priuilegijs veris, vel tempore immemoriali præscriptis, vel ex licentia tacita vel expressa proprii prælati ad hoc facultatem habentis: vel ex consuetudine, quæ licet non sit immemorialis, est tamen adeo rationalis, & tot annorum, adeoque vetus & antiqua, quæ ad ita emolliendas prædictas obseruationes sufficeret. Quo ad quas obseruationes rectè poterit defendi opinio Panor. in c. Super eo, de reg. & c. Deus qui, de vit. & honest. cleric. quem prædictus Maior licentiosus, liberiorque quam par erat carpsit, cum constet etiam Cardinalem Florentinum, in c. Cum ad monasterium, de stat. monach. & post eum multos alios (in quibus sunt Fely. in c. Nam concupiscentiam, col. 2. de Constit. & Auferrius decis. Tholos. 448. imò & S. Anton. 3. par. tit. 16. c. 1. §. 11. & 12.) idem tenuisse. Cumque constet totius orbis Christiani maximam partem idem obseruare ipso summo Pontifice sciente & tolerante, & consequenter ipsum aliquatenus dispensante, iuxta gloss. singularem, c. Quia circa, de consang. quamuis capitulum illud cuius est illa glossa, non probat id quod illa dicit, sed aliud singularius, vt in capit. Si quis autem. à nume. 67. ad 75. de Pœnitent. distin. 7. diximus.

Vigesimo, qui filios vel filias offert monasterijs religiosi, vbi nimia cum libertate & licentia viuatur, & promissa secundum regulam suam & religionem non obseruantur, iuxta mentem Cardinalis Caietani 2. sec. q. 189. ar. 5. quod tamen limitandum est procedere, quando filia vel filij traduntur monasterijs in eisdem educandi instituendi que, quo in eis fiant monachi vel monachæ, & ibi tam licentiose viuatur, ac supra eodem cap. nu. 46. dictum est; alia non esset peccatum, saltem lethale, vt patet ex his, quæ ibi, & in præcedenti casu diximus.

Vigesimoprimo, qui vouet præ timore mortis animæ vel corporis naturalis vel casualis cōcepto in periculo infirmitatis, Maris, partus, naufragij, belli, hostium, alijue similibus, & non implet, etiam conditione, sub qua forte vouit, completa. Quoniam timor, quo mors animæ timetur, qui à Deo proficiscitur, neque ille, quo timetur mors corporis naturalis casualis vel accidentaria, imò neque timor mortis violentæ, qui non infertur ad extorquendum votum, infirmat illud c. Gonfaldus. 17. q. 2. c. Sicut nobis, de Regul. nisi tantus sit, vt hominem ab vsu rationis alienet. c. Sicut tenor. eodem tit. Impediret autem timor, qui dicitur iustus mortis violentæ, vel alterius mali ad id sufficientis ordinati ad extorquendum votum, c. 1. de his, quæ vi: per quod id tradunt Panor. & alij ibi, & in dicto cap. Sicut nobis, adiunctis quæ aiunt Gloss. Idem Panor. & cōmunis, in c. Abbas, de his, quæ vi, & Fortun. de vltimo fine, illat. 21. nu. 342. & nos etiam in cap. Verum, de iureiuran. diximus, quicquid dixerit Sylu. verb. Metus, q. 8. post Cardin. in dicto cap. Abbas, dum loco eius Panormitanū allegat.

53 Vigefimosecundò, qui vouet aliquid dignum, quod voueatur, sed est huiusmodi naturæ, quòd de se aliud maius bonum excludit, vt qui vouet perseuerare in religione aliqua de laxioribus, quòd de se excludit aliam arctiorem, & neque hoc neque illud adimplet, quoniam illud votum ad alterum ex duobus su prædictis obligat, non autem ad perseuerandum in minus bono, si ad alterum perfectius transire voluerit, iuxta sententiam omnium, quã Io Tabien. in verb. Votum 1. §. fin. explicuit.

Vigefimotertiò, qui vouet se nunquam (dum viuet, vinum, vel quid aliud simile bibiturum, postea tamen bibit, quotiescumque id facit, etiam si in eadem die multoties biberet, quin etiam quamuis non promittat, se non bibiturum, nisi quodã die certo, puta die Veneris, aut Sabbathi. Nam licet Palud. in 4. di. 15. q. 4. innuere videatur, quòd tunc tantum prima vice est lethale crimen, nõ autem secunda, vel vteriori, nisi id ex contemptu faceret, oppositum tamen, scilicet quòd qualibet vice mortale scelus admittatur, verius apparet, in quòd etiam tandem ipse Paludanus ibi, & in alio loco magis propendet, & Maior in eadem dist. q. 6. col. 4. id asseuerat.

54 Vigefimoquartò, qui vouet aliquid facere, aliquo certo tempore, veluti orare, ieiunare, aliquo certo die, & nõ facit illud præscripto tempore, imò & si post illud non fecerit, quantocius commode poterit; quoniam qui tenetur debitum aliquod persolvere suo creditori ad præstitutum diem, si eo non soluerit, tenetur postea soluere l. Celsus ff. de recept. arbit. c. Cum dilecti, de dolo, & contum. Quòd tamen limitandum est procedere, quando qui vouet non respexit principaliter diem vel tempus, quo promisit explere votum, vt communiter non respiciunt confessarij in diebus, quos imponunt ieiunandos pœnitentibus, iubentes, vt diebus veneris & sabbathi vnus mensis, vel anni ieiunent: pœnitens enim qui aliquo illorum dierum non ieiunaret, teneretur alio postea ieiunare Quo quidem casu, sententia Syluestri in verb. Votum, 2. q. 4. poterit defendari: secus esset tamen, quando principaliter respexit tempus: rem autem quã vouit, veluti onus, aut quid adiacens ipsius temporis sibi præfixit, qualis est mens & intentio Sanctæ Matris Ecclesiæ circa ieiunia, quæ in honorem huius vel illius sancti, vel alijs statutis diebus anni, fidelibus proponit obseruanda, ex quibus, si aliqua omittimus, quamuis in eo peccemus, & ob id pœnitentiam agere teneamur, nihilominus tamen nulla deinde remanet obligatio ad totidem alijs diebus, quot omisimus, ieiunandum, vt luculenter Cardinalis q. 88. art. 12. sub. finem explicuit: sicut neque qui diuinum officium vno die dicere omittit, illud idem alio die tenetur persolvere, sed solum ad pœnitentiam agenda pro delicto, sicut diffusius in repet. c. Quando, de conse. dist. 1. not. 12. nu. 35. diximus.

55 Vigefimoquintò, qui vouet, & pœnitentia ductus, nõ vult illud adimplere, arg. c. Vouentibus, 17. q. 2. Non tamen peccaret, saltem mortaliter, ob hoc tantum, quòd pœnituerit vouisse, modo postea adimpleat, & propositum non adimplendi non concipiat, Ang. verb. Votum, 3. §. 13. Sylu. verb. Votum, 2. q. 20. licet additio ad prædictum Ang. oppositum teneat, præsupponens, paria esse, quem

quem pœnitere, se vouisse, & nolle adimplere votum, quòd falsum est.

Vigefimosextò, qui vouet aliquam abstinentiam, aut quid aliud simile, & dubitans postea an debeat implere necne absque superioris dispensatione, quæ facile poterat adire, votum violat. Rosel. Votum, 5. §. 7.

Vigefimosseptimò, qui vouet aliquid quod per se ipsum adimplere non valet, nec per alium curat adimpleri, illis casibus in quibus id agere tenetur, secum mentem Innoc. in cap. Scriptura. de voto & Panor. in c. Licet. eod. titul. S. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 5. Angel. verb. Votum, 3. §. 7. & Sylu. verb. Votum, 2. q. 12. Casus autem in quibus aliquis tenetur alium sibi sufficere vel substituere ad complendum votum, quando per se ipsum id minime valet, sunt qui sequuntur. primus, quando votum ipsum saltem tacite ad id videtur extendi, vt votum opitulandi his, qui in terra sancta pugnant, exteditur ad opem per alium ferendam. Secundus, quando aliquis vouet id quòd nullatenus per se ipsum poterit executioni mandare, secundum eosdem authores, vbi supra. Tertius, quando sua culpa effectus est impotens ad votum implendum, secundum maiorem prædictorum doctorum partem, id quòd sine solido fundamento dicitur, quo circa oppositum cum Syluestro vbi supra verius arbitramur.

Vigefimo octauò, qui relictus hæres vota realia defuncti nõ adimplet, sunt 56 autem illa, quæ ad rem familiarem illius pertinere videntur, vtpote si vouisset templum struere, vel pro amore Dei elemosynam aliquam elargiri. Quoniam ita tenetur eiusmodi votis satisfacere, ac alia debita persolvere, l. 2. ff. de pollicit. notant Panor. & alij in c. Licet. de voto, secus tamen est de personalibus, cuiusmodi sunt vota ieiunandi, macerandi corpus, continendi, & alia similia glo. in dicta l. 2. ff. de Pollicit. quæ procedunt siue hæres sit filius, siue extraneus quisquam alius, nisi ipse sponte sua se ad id voluit obligare, secundum Palud. communiter receptum in 4. distin. 38. q. 3. ar. 3. qui addit, quòd quando ille, qui defunctus est, emiserat votum partim reale partim verò personale, & expressit vtrunque, puta vouit pergere ad diuum Iacobum, ibique calicem aureum offerre, vel monasterium ædificare & ipsum ingredi, hæres non tenebitur ad id quatenus est personale, sed sic quatenus est reale, & ita in duobus exemplis modo positis non tenebitur adire diuum Iacobum, neque monasterium intrare, tenebitur tamen ipsum ædificare, & calicem offerre; At verò, quando expressit solum votum personale, non autem reale, quòd erat accessorium, ad nihil tenebitur, verbi gratia. Hæres illius, qui vouit adire diuum Iacobum, non 57 tenebitur ipse illuc pergere, neque tenebitur illa persolvere, quæ defunctus eo accedens expendisset. Item hæres illius, qui vouit religionem, non tenetur in demortui locum, se ipsum religioni dicare, neque monasterio conferre illa bona, quæ mortuus secum asportasset, si eam ingressus fuisset, arg. l. Cum principalis. ff. de reg. iur. & cap. Accessorium, de reg. iur. lib. 6.

Vigefimononò, qui ob falsam vel iniustam causam voti dispensationem impetrat, vel dispensat in ipso, glo. sing. in ca. Non est. cõmuniter recepta, de Vor. & Thom. 2. sec. quæst. 89. art. 13. quoniam dispensatio quæ falsæ causæ innititur, surreptitia est, & inanis. cap. Super literis, & cap. Ad audientiam, de re-

script. & l. Et si legibus. C. Si contra ius vel vtilit. quæ autem sine causa iusta fit, non tollit diuinæ legis obligationem, iuxta glossas communiter receptas, in cap. Non est, de voto. & cap. Quando, de iureiuran. arg. cap. Sunt quidam, 2. 5. quæst. prima. Et quamuis Adrianus in 4. de restit. teneat, quod ille cui conceditur dispensatio sine causa, & contra legem penitus humanam, nihil peccet, licet dispensator sic, oppositum tamen, quod tenuit Caietanus 2. secun. quæst. 96. articul. quinto. nobis verius esse videtur, videlicet, vtrunque peccare, propter rationes quas ille ibi affert, & quas nos in cap. Quæ contra mores, 8. distin. adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum authorum, videlicet ponendo differentiam inter actum dispensandi, & inter actum vtendi dispensatione iam impetrata sine subreptione, & dicendo, quod opinio Caietani procedat in priori, & opinio Adriani in posteriori, quo multa dubia quotidiana solui possunt. Addo tamen, illum qui dispensat grauius peccare, quam eum qui petit & impetrat, nihilominus tamen neutrum eorum mortaliter, nisi quando ex tali dispensatione notabile aliquod scandalum exoritur. Addo item, quod multo minor causa sufficit ad dispensandum sine peccato circa legem omnino humanam, quam circa legem naturalem & diuinam.

58 Trigesimò, qui credit pertinaciter esse malum vouere etiam cum debitis circumstantiis, sicut aliqui hæretici tenent, secundum mentem San. Thom. secunda secundæ quæstion. 88. articul. quarto, & libr. tertio contra gent. capitul. 238. quod esse hæreticum latè probat Castren. libr. contra hæreses verbo Votum.

59 Trigesimoprimum, qui vel quæ ex consensu coniugis emittit votum continentie, postea vero debitum coniugale poscit, secundum omnes. Id etiam est dicendum si debitum soluit ei, qui de ipsius consensu votum emisit, secundum S. Thom. in 4. distin. 38. quoniam consentit peccato mortali, quod alter admittit coniugale debitum exigendo, & subinde peccat. Ad Rom. 1. & cap. primo. de offic. delegat. At tamen non peccaret, si peteret, secundum Innocent. a Panormitan. & alijs in cap. primo de conuers. coniug. & Syluest. verb. Votum, 5. quæst. secunda receptum, & dubio 6. P. Vinc. super hoc moto respondetur infra num. vlt. C.

Trigesimosecundò, qui vel quæ coniunx, postquam ambo votum simplex continentie fecerunt, alter illorum debitum ab altero petit. ca. Quod Deo 33. q. 1. quamuis alter illorum votum suum violauerit fornicando, secundum omnes, quoniam non debet frangere suum votum, ob id quod alter suum violauerit; Verum est tamen, quod si timeant sibi incontinentiam, deberent a summo Pontifice dispensationem obtinere, quoniam Episcopus id facere nequit, nisi forsan quando illud ex aliquo magno timore originem duceret; qui tamè non erat satis ad voti obligationem impediendam, secundum communem opinionem in c. Veniens, qui cleric. vel vouent. vbi tex. singularis, quicquid dixerit Maior in 4. distin. 32. quæst. secunda. Cuius opinio posset habere locum, quando ad sedem Apostolicam non pateret recursus, vti Syluest. verb. Matrimonium

num 7. §. 5. & verb. Dispensatio. §. 9. insinuauit. Cuius rei radicem in cap. At si, §. De adulterijs, de Iudi. expressimus, vt inferius num. 76. dicemus. Diximus (postquam votum fecerunt) quoniam si tantummodo pepigerunt inter se, ad certum vsque tempus abstinere, veluti vsque ad Pascha, bene possunt ambo postea mutare sententiam, arg. cap. Præterea, de sponsal. Imò etiam si alterum illorum solum pœnituit pacti, & alter intelligit, eum quem pœnitet pepigisse, propensum esse ad incontinentiam, & facile in eam lapsurum, tunc debet ei debitum coniugale persolvere, secundum Hugonem Cardinalem 1. ad Corinth. 6. Nam quamuis pactum præcesserit inter eos, non tamen vouerunt, & ita sibi inuicem possunt remittere pactum.

Est tamen notandum, quod votum alterius coniugum sine alterius consensu de non soluendo debitum, imò etiam de non petendo, est illicitum, secundum S. Thom. in 4. distin. 32. quæst. secunda. & Palud. ibidem, quæst. 2. colum. quinta. quoniam est graue onus alteri, eo quod in eam necessitatem adigitur, vt pudorem petendi debitum semper subire cogatur. Quocirca non solum episcopus huiusmodi votum potest dissolvere, imò & alter coniugum potest omnino illud irritare, quippe quod in suum præiudicium vergat. Neque duo capitula; videlicet, cap. Quidam, & cap. Placet de Conuer. coniugat, quæ contrarium significare videntur, aliquid obstant, non enim innuunt eum, qui professus est religionem absque coniugis consensu, non posse petere debitum, sed potius non posse exigere, hoc est ad ipsum persoluum compellere, l. exigere. ff. de iudic. & l. Si constante. ff. solut. matrimo. cum eis annot. At vero votum non habendi copulam, nisi quando mos gerendus sit alteri coniugum, licitum est, vimque habet obligandi. Quoniam qui tale vouet, sibi soli & non alteri præiudicium facit. Syluest. verb. votum, 5. §. 2. Et quia qui proficitur religionem, vouet non habere copulam carnalem, alter coniugum qui sine alterius consensu proficitur, non solum vouet non exigere debitum, sed etiam neque petere, neque soluere. Ideo eius votum, quamuis nihil valeat, quo ad non soluendum & non petendum debitum coniugale, quatenus alteri coniugi præiudicat, valet tamen quo ad non exigendum & non petendum, quatenus sibi tantum præiudicat. Quo fit vt altero mortuo, huiusmodi coniunx ad castitatem seruandam teneatur, quamuis si postea uxorem duxerit matrimonium sit validum, vt probe docuit Syluest. verb. Votum, 4. quæst. secunda.

Trigesimotertio, qui vel quæ coniunx vouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius, veluti ieiunare, vel facere aliquid, ad quod ex vi legis Diuinæ aut humanæ tenebatur, vel dare elemosynam ex his, quæ ultra dotem possidet, postea autem illud non adimplet, secundum mentem omnium doctorum, quam Angel. verb. Votum, 2. §. 8. Sylu. Votum, 3. §. 1. expressit. Diximus, (quod non vergit in præiudicium alterius) quoniam si aliquo modo præiudicat, nullam vim habet obligandi. Vnde mulier, quæ vouet abstinere vel peregrinationem sine mariti licentia, non tenetur eas adimplere, cap. Manifestum, & cap. Noluit, 33. quæst. quinta. si maritus repugnauerit. Imò etiam si ipso con-

sentiente talia emiserit vota, & postea ille contradixerit, vxor non adimplens votum non peccabit, maritus vero peccat quando sine causa quod primū concesserat postea reuocat, Richar. in 4. distin. 3 2. quæst. secunda. artic. secundo, quamuis consensum quem adhibuit in votum continentia, reuocare non valeat, Sylu. vbi supra. Neque maritus in iniuriam præiudiciumve vxoris, quā tum attinet ad coniugale debitum, quicquam vouere potest. Nam quo ad hoc æqualis conditionis esse iudicantur. cap. Gaudeamus. de diuort. & cap. Si quis vxorem, 3 2. quæst. prima. Mulier verò, quæ antequam nuberet, aliqua vota vult, & postquam nupsit non potest absque mariti præiudicio eadem implere, excusabitur ab eorum executione, si maritus nunquam præbeat assensum: quo tamen mortuo tenebitur eadem implere. cap. Manifestum, 3 3. quæst. quinta. Ros. ver. Votum, 2. §. 8.

62 Trigesimoquarto, qui vouet terræ sanctæ succurrere ex licentia vxoris suæ, vel etiam absque licentia, & postea non implet. c. Ex multa, de voto. quamuis consultius esset nihil tale vouere, si vxor non potest virum comitari, neque etiam absque periculo incontinentiæ remanere, secundum S. Thom. in distin. 3 2. q. 2. Vxor etiam, secundum Hostien. Panor. & communem, in dicto cap. Ex multa, potest huiusmodi votum sine licentia facere, & tenebitur adimplere, quando sine periculo incontinentiæ id posset efficere, etiāsi tali polleret facultate, vt posset multos nobiles & equites secum ducere, qui quidem auxilio esse possent: quamuis S. Thom. vbi supra, & Syluest. oppositum tueantur. Sed primum verius apparet, etiam si nullus ipsorum absque alterius licentia possit habitum suum in habitum religiosorum, quos tertij ordinis vocant, vel cuiuscunque alterius religionis mutare, quoniam id præiudicium ac nonnihil horroris ac fastidij affert. Et dubio 7. & 8. P. Vinc. respondetur infra num. vlt. D.

De Irritatione, & dispensatione, & commutatione Votorum.

S V M M A R I V M.

Dispensare, commutare, & irritare votum differunt, nu. 63.

Dispensant soli prelati tantum ecclesiastici, & commutant, aliqui verò alij etiam irritant, nu. 64. Non tamen equaliter parentes, tutores, Domini, coniugati, & prelati religiosorum, nu. 65.

Votum irritatum non resurgit per mortem irritantis, nu. 66.

Vota religiosorum, quæ sunt valida, & quæ sint illa quæ pendent à superioris voluntate, num. 67.

Vouere potest, qui pollet iudicio ad peccandum, vel merendum, præterquam & cetera. num. 68.

Vota religiosorum, & minorum, quomodo differant, & conueniant, nu. 69.

Vota

Vota realia & personalia eorum, qui etatem habent ad contrahendum matrimonium, numer. 70. & vsque ad quod tempus possint irritari, aut rata fieri, numer. 71.



63 R o luce dicendorum præsupponimus primū, dispensationem, commutationem, & irritationem, inter se differre. Nam irritatio non aliam causam exoptulat, quàm voluntatem illius, qui ad irritandum pollet facultate, c. Puella 20. q. 2. c. Manifestum, 3 3. q. 5. secundum Palud. in 4. dist. 3 8. q. 4. col. 5. & S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 2. §. 6. pag. 3. Dispensatio verò causam iustam & rationabilem requirit, qua qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absque eo, quòd loco voti aliquid iniūgat vouenti, & tunc tam vouens quàm qui dispensat, manent in conscientia securi. Commutatio autem vel redemptio voti exigat, vt id in quod votum est commutandum redimendumve æque bonum sit aut melius, quàm id quod vouit. Tunc autem æque bonum exigitur, quando ex aliqua causa rationabili commutatur, Tunc verò melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solūm ex mera voluntate est facienda cōmutatio, iuxta mentem omnium, quam optimè Cardinalis Caiet. 2. sec. q. 88. ar. 1 2. explicuit. Vnde infertur id, quod nos eundem Cardinalem vbi supra sequuti in gl. 2. c. Quanto, de iureiur. diximus. Nempe, eum qui habet potestatem ad dispensandum & commutandum, posse partim dispensando, partim verò commutando, relaxare votum, sine causa omnino iusta ad votum ipsum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiusdem vouenti, licet minus sit eo quod vouit.

64 Secundò præsupponimus, Prælatos tantum ecclesiasticos habere potestatem tantum dispensandi vel commutandi vota, secundum S. Thom. 2. sec. q. 88. ar. 1 2. & alios in 4. dist. 3 8. & omnium sententiam. Multi autem alij habent potestatem irritandi vota: puta pater, & eo deficiente, mater quæ tutelam filiorum suscepit, & ipsi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum. Maritus etiam potest vxoris vota, & dominus vota seruorum, & Abbas vel alius Prælati vota religiosorum irrita facere, arg. c. Puella, & c. Illud 20. q. 2. c. Mulier 3 2. q. 2. cap. Manifesta, & cap. Nolunt, 3 3. quæst. 5. cum suis glo. Nam, vt rectè diffinit S. Tho. 2. sec. quæst. 88. art. 8. Nullus, qui alterius subditur potestati, potest emittere votum, quod validum sit in eis in quibus ille subijcitur, absque eius consensu.

65 Tertiò præsupponimus, nō omnes præfatos æqualem irritandi potestatem fortiri: quoniam pater, & mater quæ deficiente patre illi succedit, vel tutor possunt oīa vota obliterare, tã realia, quæ ad rem familiarem pertinent, quàm personalia, quæ fiunt ab illis, qui pro etatis defectu non possunt matrimoniū contrahere, adeo vt qui vouerunt, nunquā amplius illa vota implere teneantur, etiāsi ipsimet, qui ea irritarunt, in ea denuo consentirent: nisi vouens eadem vota iterum ratificaret. Idem omnino dicendum est de prælati, quo ad vota religiosorum. At verò neque pater, neque mater, neque curator vllō modo possunt irritare vota illius, qui ad iustam peruenit etatem in qua matrimonium posset

contrahere, si vota sint personalia, & iuri illorum non præiudicant, qualia sunt votum religionis, & votum castitatis. arg. cap. Si annum. de iud. libr. 6. Possent tamen irritare vota realia ad rem familiarem pertinentia, & etiam personalia, quæ illis præiudicant. Neque quicquam ad rem facit, ut vota illa sint purè personalia, vel principaliter personalia, & accessoriè realia, quale est votum ingrediendi religionem, cap. In præsentia, de probat. Auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccles. cum ei annot. Quoniam de his omnibus perinde iudicandum est, ac si pure personalia essent. Argum. cap. Accessorium, de reg. iur. li. sexto. cum suis concord. Maritus autem, nullo modo potest vxoris vota irritare & nulla facere, neque rursus vxor vota mariti, nisi in quantum alter alteri præiudicium facit: quicquid dicat & affirmet Panormitan. in cap. Scripturæ, de voto, secundum Angel. & Sylu. verb. Votum, §. q. 1. propter rationem S. Thom. 2. sec. quæst. 88. art. 8. quam adduximus supra, præterquam in casu quando alter coniugum notoriam fornicationem siue carnalem siue spiritualem admitteret, cap. Agathosa, 27. quæst. secunda, secundum Panormitanum in cap. fina. de conuers. coniugat. Qua de causa alter illorum poterit nullum reddere votum alterius, quo se obstrinxerat ad nunquam coniugale debitum exoptulandum, ut constat ex supradictis. Dominus etiam potest serui sui vota, quæ in suum præiudicium vergunt, omnino abolere, reliqua verò nequaquam, secundum omnes. Pro solutione quæstionum, quæ mihi de hac re proponuntur dico, quòd votum nunquam venialiter peccandi, & nunquam peccandi non valent: quia sunt de re homini in hac vita impossibili, iuxta illud Io. 1. cap. primo. Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Item votum nunquam mortaliter peccandi, videtur esse de re tam difficili, quamuis non impossibili, ut non obliget, aut certè facilè per ordinarium relaxari debeat. Item votum non committendi tale vel tale peccatum veniale, valet, credo tamen eius transgressionem non esse nisi veniale communiter, sicut nec alia transgressio voti de re leui esse videtur. Quia votum quod est quædam lex, quam tibi vouens tulit, non magis eum obligare videtur, quam lex à Deo, & ecclesia ei lata, cuius leuis transgressio non est mortifera. cap. Vnum. §. fin. 2. §. distinct. Thom. 2. sec. quæst. 88. artic. 5. & alijs locis citatis in cap. 1. r. nume. 4. ut ibidem diximus. Et votum non committendi tale vel tale peccatum mortale, validum est, eiusque transgressio duplex peccatum est, & transgressor circumstantiam voti confiteri tenetur. Quoniam pro certa habeo opinionem, quæ allerit materiam esse satis conuenientem ad vouendum eam, quæ præcepta est, iuxta doctrinam Tho. 2. secun. quæst. 88. quamuis quæ solum cõsiliij est, magis propria sit. Item, quòd melior mihi videtur D. Doctoris Soti opinio, in lib. 7. q. 3. art. 3. de iust. & iu. quàm Caietani 2. sec. q. 88. scilicet, quòd superior religiosi, omnia eius vota, quamuis sint de non peccando tali vel tali veniali peccato, aut tali vel tali mortali, irritare potest: quia quamuis prælatus tollere non possit obligationem, qua subditus ad illa peccata non committenda alijs legibus tenetur, nouam tamen obligationem quàm sibi, sufficientem ad id libertatè non habens, imposuit, potest. Item quòd superior non potest ir-

ritare

ritare vota nouitiorum sicut professorum, quia illorum voluntas adhuc à superioris voluntate non pendet, arg. cap. 1. & c. Beneficium. de reg. lib. 6. Item quòd religiosus cum esset secularis fecit, ipso facto commutatur in votum solenne religionis, c. Scripturæ, de vot. cum ei annotat. Item, quòd quæ dicuntur infra nume. 71. scilicet quòd nec pater, nec tutor possunt abrogare votum solenne filij & pupilli, qui non habent ætatem ad contrahendum matrimonium elapso vno anno, non præsupponunt, quòd votum solenne eius, qui non habet ætatem ad matrimonium valeat, antequam ad illam peruenerit, quòd esset contrarium ei, quòd infra nu. 68. dicitur. Sed quòd cum ad illam peruenerit, tam irreuocabile efficitur, ut nec à patre nec à tutore reuocari possit. Interrogatus: An maritus vota, quæ sua vxor antequam nuberet fecit, irrita & nulla facere possit? Respondeo posse, si marito præiudicant. Prout est textus singul. in c. Noluit 33. q. 5. quem ad hoc à paucis citari credo, in quo S. August. ait, ut si adhuc innuptæ concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius non placuerit, non persoluat. Interrogatus vterius: An maritus omnia vota quæ vxor sub eius potestate facit irritare possit? Et qualia possit? Et qualia non? Respondeo, non posse, nisi quæ sibi præiudicant, ut supra dictum est.

Quartò, supponimus fuisse opinionem Innocentij in cap. Scripturæ, de 66 vot. Quòd vota eius, qui habet ætatem nubendi, aut ducendi vxorem, à maritis, vel vxoribus, dominis, parentibus, curatoribus irritata, sicut obligant quo ad ea, quæ non sunt in præiudicium irritantium, iuxta communem opinionem, ita quoque incipiunt obligare simulatque ipsi vouentes liberantur à subiectione irritantium, sed profectò contrarium verius, & rationi conformius nobis apparet, per cap. Quidam, & cap. Placet, de conuers. coniugatorum, ut tenent Panormitan. in dicto cap. Scripturæ, Angel. Sylu. verb. votum, 4. quæst. 2. & Caiet. 2. sec. quæst. 88. articul. octauo. nisi quando expresse se aliquid facturos vouerunt, posteaquam ab alterius subiectione se liberos inuenirent, secundum omnes.

Quintò, supponimus vota religiosorum, quorum materia neque in genere 67 neque in specie est eis prohibita, & proinde secundum se sunt valida, non ideo nullius vigoris existimari, quia sunt irritabilia, quinimo ad sui obseruantiam obligant, quousque ab illis, qui id possunt facere, irritentur, etiam si prius ea nunquam approbassent, quoniam sub ea conditione semper fieri videntur, si superior non contradixerit, quæ quidem conditio semper impleta manet, donec superior contradixerit. At verò vota, quæ sunt in rebus prohibitis a suo superiori, alioquin tamen licitis, non obligant, donec prælatus ea probauerit, quoniam sub hac conditione semper fieri creduntur, si videlicet superior annuerit, ut Cardin. Caietanus vbi supra rectè diffiniuit. Et hoc modo debet limitari & interpretari quoddam dictum concilij Agathensis. c. Monacho, 20. q. 4. scilicet monacho non esse licitum vouere.

Sextò, supponimus quòd licet qui carent ætate sufficienti ad cõtrahendum 68 matrimonium, si eo iudicio polleant, ut possint iam & mereri, & peccare, quæ-

cunque vota, siue personalia, siue realia, regulariter emittere possunt, quibus obligentur, iuxta glossam insignem, ab omnibus receptam, in cap. Mulier 32. quæst. 2. Panormitan. cum communi in cap. 2. de voto, nihilominus parentes illorum vel tutores omnia illa rectè possunt irritare. cap. Puella 20. quæst. 2. & cap. Mulier, 32. quæst. 2. desumptum ex cap. 30. Numeror. Diximus (*Regulãriter.*) Quoniam voto solenni religionis se non possunt obstringere, etiam cū consensu patris aut tutoris. cap. 1. de Regul. li. 6. bene tamen voto simplici, quicquid aliud insinuent Angelus, & Rosella, malè percipientes quid sibi voluerit S. Thom. 2. sec. quæst. 88. artic. 9. vt optime declarat Syluest. verb. Votum 3. quæst. quinta.

69 Septimò supponimus, illud quod diffinitum est de pueris, qui nondū ætatem nubendi vel ducendi vxores attigerunt, illud statuendum esse de religiosis, quantum attinet ad votorum irritationem, quam ipsorum superiores facere possunt: scilicet, eorum vota quæ de rebus bonis honestisque fiunt, quæ neque suæ regulæ, neque præceptis diuinis, neque superiorum statutis repugnât, valida esse, quandiu sibi a suis superioribus non obstititur. Veruntamen illi pro mera voluntate sua, sine alia ratione & causa possunt illa irritare, & nulla reddere, sicut sensit Innocent. communiter receptus, in cap. Scripturæ. de vor. & S. Thom. iuxta Cardinalis Caietani interpretationem. 2. sec. quæst. 88. art. 8. & Palud. in 4. dist. 38. quæst. 2. col. 5. & S. Anton. 2. par. titu. 11. cap. secundo. §. 6. & sic venit intelligendum præallegatum illud Concilium Agathense, in cap. Monacho, 20. quæst. 4. Est tamen circa hoc adnotandum, quod licet rectè possumus affirmare quo ad effectum, ne Monachus teneatur adimplere votum, satis esse quòd superior iubeat ei ne faciat id quod vouit, vel nolit ad id agendum facultatem concedere; esto prius non sit effectus certior de voto, quo ad effectum tamen vt uotum irritum & inane fiat, non satis est hoc, sed præterea necessarium est, vt prælatus de voto ipso iam præmonitus, voluntate & auctoritate sua illud omnino casset, & nullum faciat, quod optime docuit Caiet. in dicto art. 2.

70 Octauò dicimus, quòd illi quibus satis ætatis est, vt possint contrahere matrimonium, possunt etiam quæcunque vota personalia facere, eademq; adimplere tenentur, etiam renitentibus patribus, aut eorum curam gerentibus, cuiusmodi sunt vota continentia, religionis, dicendi aliquas orationes, & alia similia, dummodo regimini & gubernationi domus paternæ, aut parentum potestati, siue rei, nihil nocuenti aut iniuriæ inferant: Talia enim vota nihil valent, nisi essent in subsidium terræ sanctæ, vel fierent ex rebus castrensibus, hoc est in bello vel quasi in bello partis, de quibus infra cap. 17. agemus, vel cum expresso tacitoque consensu parentis, vt optime collegit Syluest. verb. Votum, 3. quæst. 6. At verò vota realia, quæ principaliter ad rem familiarem pertinent, si ab illis fiant, qui possunt nubere, vel vxorem ducere, licet valida sint, possunt tamen penitus aboleri aut irritari à parentibus vel curatoribus, donec ad vigesimum quintum annum peruenerint: quemadmodum tam personalia quam realia puerorum qui ad decimum quartum annum, & puellarum quæ ad

ad duodecimum non peruenerunt, secundum B. Antoninum, 2. par. tit. 11. c. 2. §. 6. Diximus (*Principaliter, quæ ad rem familiarem pertinent*) quoniã vota, quæ accessorie illam tangunt, non possunt irritare quando adiunguntur personalibus, quæ ab eis irritari non possunt: huiusmodi est votum professionis, quod quidem ex consequenti bona profitentis transfert in monasterium cum ipsa persona, c. In præsentia, de probat.

Nonò supponimus, patrem & tutorem posse votum solenne reuocare, si factum fuerit ab eo, qui non habet ætatem vt possit contrahere matrimonium. Irritandum est autem anteaquam ad prædictam ætatem peruenerit, quoniam post eam irritare non potest, cap. Puella, & ibi Cardinalis S. Xysti 20. q. 5. Cuius contrarium accidit circa votum simplex, quod etiam postquam ad legitimam ætatem peruenerit, poterunt irritare, dum tamen filius adhuc in illa ætate ratum non fecerit votum, quod egregie Caietan. 2. sec. quæst. 189. articulo quinto adnotauit.

Decimò supponimus, quòd vt aliquis votum suum confirmasse, aut ratum fecisse censeatur, non satis est credere votum quod emisit validum fuisse, neque etiam proponere ipsum adimplere, quin potius necessarium est, vt ita gratum habeat, vt velit quòd votum antea factum ab ipsa ratificatione sit validum, etiam si prius non valuisset, quod præclare etiam idem Cardinalis vbi supra explicuit.

Interrogatus. An pater, qui votum ingrediendæ religionis à filio anteaquam 14. annos haberet factum non irritauit post 14. completos, irritare possit? Respondi, quòd non, si filius suum votum post 14. ratum habuit, & aliter sic, vt Caietanus supra relatus 2. sec. quæst. 189. art. 5. determinauit. Cui addimus id quod supra dictum est, scilicet, quòd vt votum ratum dicatur, non satis est credere quòd valet, & velle illud perfoluere, si expressè non vult vt valeat in posterum, quamuis ad illud vsque tempus non valuerit.

Ex prædictis fundamentis colligitur peccare mortaliter infra scriptos.

S V M M A R I V M.

Secundum præceptum, quantum ad votorum dispensationem & irritationem quis, & quomodo, ita frangat, vt peccet mortaliter. nu. 72.

Votum circa quod qui absque potestate dispensat irritat vel commutat, numer. 72.

Religiosus, qui ex mendicantibus transit ad religionem non mendicantium, per hanc quotidianum subreptionem. nu. 72.

Votum in quo superior, qui irritauit consentit. nu. 73.

Votum

Cap. Duodecimum de secundo precepto Decalogi.

Votum paternum, quod non approbat & cæt. nu. 73.

Votum, quod seruus, clericus vel religiosus vouet & non implet. nu. 74.

Qui peccant mortaliter circa dispensationem & irrationem votorum, sunt hi.

71 **P**rimò, qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, redimendū, vel irritandum votum, aliquid horum fecit.

Secundò, qui habens tantum potestatem ad redimendum, vel commutandum, qualem habent multi confessarij virtute bullarum aut iubileorum electi, dispensat super voto, vel ipsum irritat, & nullum facit, arg. c. 2. de cōst. lib. 6. & l. fin. ff. de Iurisd. omn. iudic. quatenus habent, male facere eum, qui extra territorium suum, vel potestatem sibi concessam aliquid facit. Imò & actus ab eo factus non valet, & sensit Caiet. 2. sec. q. 88. ar. 12. quod etiam in c. Quanto. de iureiur. diximus, præsertim quòd vti iurisdictione, quā quis non habet, scelus est lethale, secundum Tho. receptum, 2. sec. q. 60. ar. 6.

Tertiò, qui ex ordine mendicantium ad canonicos regulares vult transire ex dispensatione Papæ, & quia intellexit illam obtinere non posse, nisi prius habitum dimittat, ob id eum dimisit, & aliquando seculari veste indutus incessit, & postea eam dispensationem impetrans, huiusmodi diabolicam astutiam subtricit, vt in prælect. c. Si quando, de rescript. pag. 14. comprobauimus. Quo circa huiusmodi religioso consulendum est, id quod sæpe complures admonuimus, vt videlicet ad pristinam illam suam religionem reuertatur, vel iterum supplicet Summo Pontifici, vt ea taciturnitate non obstante, dispensationem ratam & validam esse velit.

73 **Q**uartò, qui cum esset superior, potestatemque haberet irritandi vel obliterandi aliquod votum, in ipsum consensit, postea vero sine rationabili causa, ipsum ex mera malitia, vel proprio impulsu affectu, vel fingens illud votum in maximum vergere præiudicium, irritat & annullat, cum parum aut nihil inde emanaret nocuenti, secundum prædictum Cardin. Caietanum 2. sec. q. 88. ar. 8. Qui tamen adijcit subditos non peccare, si non adimpleant votum, quod fuit ita perperam irritatum, sicut etiam superiores nihil peccant, dum legitime irritant subditorum vota solùm pro libera voluntate sua, sine causa aliqua & malitia, antequam illa approbentur, quoniam in hoc suo iure vtuntur. cap. Puella, cap. Illud 20. q. 2. cap. Noluit, & cap. Manifestum, 33. q. 5.

Quintò, qui cum parentes eius aliquod votum emisissent ab eo implendum, & non implet, si tamen illud non approbat, animo se ipsum obligandi ad nihil aliud amplius quā ipse voluerit, cap. Licet. cū ei annotat. per omnes de vot.

74 **S**extò, qui licet esset seruus, continentiam quam vouit non obseruat, idem etiam erit de alijs votis, quæ nihil in damnum patroni sui vergunt, veluti aliquas dicere orationes, & similia, quæ tamen opere non præstitit, per supra dicta nume. 64.

Septimò, qui licet esset clericus habens beneficium, vouet ingredi religionem, facere abstinentiam, elemosynas, & orationes & cæt. & non facit, Ang. verb.

Quatenus agit de Voto.

verb. Votum 2. §. 2. Sylu. Votum 3. §. 2. quoniam clericus secularis licet habeat beneficium, rectè potest regulariter omnia illa quæ laicus potest vouere, absq; sui episcopi licentia, excepto eo, quod ecclesiæ suæ grauiter præiudicat, qualis esset longa peregrinatio, & aliud simile, ob quod necessarium esset propriam ecclesiā deferere.

Octauò, qui (esto quod esset religiosus) vouet aliquid, quod ex genere suo bonum erat, attamen sibi prohibitum, sine expressa vel tacita conditione, videlicet, si prælato placuerit, vel vouet rem non prohibitam absque illa conditione, si superior non contradixerit, iuxta subtilem quandam differentiam, quam prædictus Card. Caietanus 2. sec. q. 88. art. 8. inter illa duo constituit.

Quis super voto dispensare, aut illud commutare valeat.

S V M M A R I V M

Dispensant soli Prælati Ecclesiastici circa vota, nu. 75.

Papa solus dispensat super voto solenni, & alijs quinque. nu. 75.

Episcopalem iurisdictionem habens, an in hoc æquetur Episcopo, nu. 75.

Dispensans super voto absque iusta causa, & ipse dispensatus sunt male securi.

Qualis vero sit iusta causa, aut quænam, & quando sit notorie talis, numer. 76.

Dispensandi causa iusta in voto, ex quibus vna est facilitas & leuitas vouendi. nume. 77.

Oblatio vota cui nam debeatur, facta dispensatione, nu. 78.

Voti fracti peccati absolutio, & absolutio voti differunt. nu. 79.

Votum qui commutare potest, an possit dispensare, nu. 79. Et qui fratres Confessarij dispensent, nu. 80.

Voti commutatio vi Cruciatæ, faciendæ est in eius utilitatem, nu. 80.



SOLI Prælati Ecclesiastici pollent potestate dispensandi & commutandi vota, propter rationem, quam S. Thom. communiter receptus reddit, 2. sec. q. 88. art. 12. per illud 2. ad Corinth. 2. Nam & ego quod donauit & cæt. Solus autem Papa vel qui potestatem ab ipso peculiarem habet, potest super quinque votis dispensare, scilicet super voto perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel ad sanctum Iacobum Compostellæ. Etenim quāuis nullus textus reperiatur, qui omnia ista vota soli Papæ referuet, præter votum in Hierusalem, per cap. Ex multa, de voto, adiuncta glo. singul. verb. Incumbit, Quinimo neque hoc quando ex deuotione, & non in subsidium terræ sanctæ fit, secundum Panorm. in dicto cap. Ex multa, quem ibi sequitur Rauenas: iuxta tamen Romanæ curiæ stilum, qui satis colligitur ex Extrauaganti Xysti quarti, ca. Et si dominici, de Pœnit. & remiss. omnia hæc sunt summo

mo Pontifici referuata, Vnde secundum aliquos, quicumque inferior ab aliquo istorum quinque tentaret absoluere, præterquam quod peccaret mortaliter, pœnam etiam excommunicationis incurreret, per dictam extrauag. quod quidem non est verum nisi in illo qui ex facultate vel concessione eiusdem Papæ Xysti quarti absolueret, quoniam de tali tantum ipsa loquitur, uti post Syluest. verb. excommunicatio 7. casu 3 2. & Angel. verb. excommunicatio. 5. §. 3 1. nos super eandem extrauagantem expressimus. In cæteris autem votis alij Prælati inferiores poterunt dispensare, ut episcopi, vel qui iurisdictionem Episcopalem sortiti sunt. Quamuis Panor. c. Proposuit de concess. præb. solam commutandi potestatem illis concedat, sed non est verum propter ea, quæ ipse, in c. 1. de voto docuit. Porro Prælati inferiores episcopis, non habentes iurisdictionem quasi episcopalem, nihil tale possunt, secundum Innoc. d. c. 1. de voto. ab Hostiensis reliquisque omnibus communiter receptum, à Panor. verò in c. 1. explicatum, nisi ad hoc præscriptione vel privilegio peculiari muniantur, Verum est tamen, prælatos regulares posse religiosorum suorum vota irritare, sicut dictum est supra nu. 63. id quod Sylu. verb. votum 4. q. 3. etiam asseruit; Imò & dispensare si sunt exempti; Quoniam eorum iurisdictione quasi episcopalis reputatur, iuxta glo. sing. & receptam, Clem. 1. de reb. ecclæs. aliàs verò minime, quicquid aliqui sensisse videantur. Communis etiam omnium est sententia, nullum præter Summ. Pontificem posse dispensare super voto continentie solenniter emissio per sacri ordinis susceptionem. Maior etiam pars Doctorum non dubitat, eundem summ. Pont. posse dispensare in voto solenni per professionem facto, si grauissima aliqua adsit necessitas, secundum Innoc. & gloss. cõiter receptam, in ca. Cum ad monasterium, de stat. monachor. quam nos in c. literas, de restit. spoliat. copiose roborauimus.

76 Præterea communis doctorum consensus habet, quod quamuis Episcopi non possint dispensare in voto etiam simplici perpetuæ continentie, nisi sit magnum periculum incontinentie, & non possit adiri Papa, iuxta Syluest. verb. Votum, 4. q. 4. uti inferius dicemus: Possent tamen dispensare in voto continentie non perpetuò sed ad tempus seruandæ, veluti per annum, secundum Palud. in 4. distinct. 38. quæst. 4. col. 10. imò, & secundum Anton. & alios idem facere possent circa votum de nunquam contrahendo matrimonio, Angel. verb. Votum, 4. §. 9. & Syluest. quæst. 4. In hoc ultimo tamen contrarium tenet Caietanus 2. Tomo, de voto de non nubendo, q. 1. Cuius opinio licet aliàs mihi placuerit, nunc tamen magis placet opinio Angeli & Syluestri. Tum quia illa seruatur in sacro pœnitentiariæ prætorio. Tum quia præsupposita opinione communi, quam ipse quoque Caietanus tenet, scilicet, materiam voti sufficientem esse opus, quod non est supererogationis, sed præceptum, non potest vere dici æquiualeere votum de non nubendo & votum castitatis, per quod corruius eius fundamentum, vna cum responsionibus ad duo argumenta neruosa, quæ ipse contra se proponit, quæ nimia subtilitate potius quàm æquitate niti videntur.

Nemo autem sibi persuadeat, Summum Pontificem pro mera voluntate sua siue

sine iusta causa posse dispensare aut commutare vota. glo. sing. c. Non est, de vot. neque quòd dispensatus sine iusta causa possit esse securus, per glo. sing. c. Non est, de vot. Et quod c. Venientes, de iureiur, vbi dicitur, in quocunque iuramento debere intelligi, salua autoritate Pontificis (id quod etiam votis asferendum est) non dicit, salua voluntate Papæ, ut rectè ponderauit S. Tho. 2. sec. q. 88. ar. 12. Neque etiam capitulum præfatum insinuat huiusmodi vota non obligare, si Papæ displiceant, vel si sua sanctitas contradixerit, sed potius nullo iuramento aut voto iuri & authoritati Summi Pontificis derogari aut detrahi posse, quominus cum rationabili causa in illis possit sanctè dispensare, Quamuis in religiosorum votis & iuramentis etiam intelligendum sit, (salua sui superioris voluntate) & ex consequenti, salua voluntate Summi pontificis qui est supremus omnium Antistes. Non enim est quo ad hoc Papæ tanta potestas super alios omnes orbis Christianos, quanta eidem & alijs religiosorum prælati super religiosi, ut explicuit optime doctissimus Caietanus in dicto ar. 12. Est tamen notandum, quod quæuis causa reddens complementum ipsius voti malum & inutile, vel maioris boni impeditiuum, est satis iusta & rationalis ad dispensandum, secundum omnes post Thom. 2. sec. q. 88. ar. 10. Imò etiam ad hoc, ut sine dispensatione implementum eius omittatur, si manifestum sit vnum ex tribus supra explicatis efficere, ut patet ex his quæ in superioribus, nume. 23. & sequen. post S. Thom. secunda sec. q. 88. art. 10. & 12. vbi Caietanus, diximus.

Est etiam illud adnotandum, vnam ex iustis causis ad dispensandum esse leuitatem facilitatemve in vouendo, secundum Panormitan. in cap. 1. de voto, per illum textum, & S. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. in principio. Imbecillitatem item eius, qui vouit ad exequendum, quod vouit, scilicet, ad ieiunandum, vel peregrinandum, habere item numerosam familiam, quæ absque notabili nocumento patroni absentiam neutiquam toleraret, & alia similia, de quibus certa omnino regula afferri non potest, & subinde arbitrio superioris diffiniri debent, iuxta Panormitan. in cap. 1. de vot. iuxta quem, per finem cap. Ex multa, de voto, sufficit necessitas vel utilitas publica, Non tamen requiritur, sicut quidam senserunt, satis est enim, ut sit utilitas priuata, arg. c. 1. & 2. de voto. Superior autem, qui votum commutat, debet perpendere vouentis qualitatem, & expensas quas factururus esset in explendo voto peregrinationis, vel aliorum similibus ultra illas quas domi suæ factururus esset, illasque omnes in alia pia opera conuertere, laborem autem itineris in ieiunio, & orationes mutare, secundum Angel. verb. votum, 4. §. 12 iuxta quem, votum ieiunandi à paupere emissum minoris redimi potest, quàm votum diuitis. Item si impedimentum sit temporarium, tunc solum dilationem aliquam temporis concedere debet.

Et quamuis aliqui crediderint, munus voto promissum dandum esse illi cui promissum est etiam consequuta voti dispensatione aut commutatione, oppositum tamen verius arbitramur, iuxta mentem S. Thom. in 4. dist. 38. q. 1. ad 5. & 2. sec. q. vltima. Angel. verb. Votum. 3. §. 26. & Sylu. verb. Votum, 4. q. 1. vers. 4. id quod Caietanus efficaciter probat in paruis opusculis q. 3. de vot.

& nos

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

& nos efficacius contra. N. in Apolog. q. 1. monit. 71. Potest enim dispensari in tali voto, sine consensu eius cui vouetur, ut ibi efficaciter probamus. Porro quæ admodum vna ex legitimis causis ad votum castitatis commutandum est magna fragilitas, quam vouens in se ipso experitur ad obseruandum votum, & ob quam se credit non adimpleturum, quod vouit, Angelus verb. *Votum*, 4. §. 6. Ita etiam certissimum est, quodcunque aliud votum posse in religionis votum permutari, Caietanus in summa, verb. *Voti commutatio*, etiam si sit Hierosolymitanum. cap. *Scripturæ*, de voto.

79 Tria tamen in hoc loco præmonenda esse duximus, Primum est, quemlibet simplicem sacerdotem posse à quocunque peccato & quacunque excommunicatione & fractione voti in articulo mortis absoluere; non tamen posse, aut in votis dispensare, aut aliquid illorum commutare; Etenim sola peccatorum absolutio, non autem votorum illis conceditur, secundum mentem omnium doctorum. Quod etiam explicuit Syluest. verb. *Votum*, 4. §. 3. Quod quidem in multis etiam iubileis videmus accidere, nosque etiam in §. In leuitico, not. 27. comprobauimus, eum qui non habet ampliore auctoritatem quam commutandi, non posse dispensare, & qui non pollet potestate nisi ad dispensandū, nō pōt cōmutare, cū ista inter se sint valde diuersa, & potestas & priuilegiū dispensandi potest aliquid operari, absq; eo quod ad commutationem extēdatur.

Illud autem, quod Sotus lib. 8. q. 4. art. 3. de iust. & iur. asseuerauit, forte rem non adeo perpendens, scilicet eum qui habet potestatem ad dispensandū, quod amplius est, habere etiam ad commutandum, quod minus est, forsan verum est in illis, qui sunt huiusmodi auctoritatem sortiti ex iure communi, & tanquam ordinarij, non autem in his, qui priuilegiorum vi & tanquam delegati eandem adepti sunt, arg. cap. *Priuilegia* 3. dist. & cap. *Sane*, & cap. *Porro*, de priuileg. & notat. in cap. 1. de rescript. vbi post alios resoluit Decius, Priuilegium ita interpretandum, ut aliquid operetur contra ius, sed dato aliquo tali, in reliquis restringendum, quia priuilegia sunt restringenda, cap. *Porro* de Priuileg. Secundum, quod Papa Innocentius viij. concessit confessarij rite presentatis ex ordine fratrum minorem, ut possint in omnibus votis dispensare in quibus possunt Episcopi, præterquam in voto peregrinationis ultra duas dietas, in concessione. 115. quod etiam commemorat compendium Priuileg. relig. Idem etiam possunt confessarij dominicani ordinis, & aliorum qui priuilegiorum ordinis sancti Francisci sunt participes. Tertium, quod aliqui simplices in eo sunt errore, ut simnl atque diploma siue bullam acceperunt, in qua Papa concedit, ut confessarius possit certa vota vel commutare, vel dispensare, credant se statim à suis votis liberari. Etenim aliud est committere potestatem dispensandi vel commutandi, aliud verò dispensare & commutare, cap. *Gratum*, & cap. *Relatum*, de offic. deleg. adiuncto cap. *Sicui nulla*, de præb. lib. 6. & cap. *Si super gratiam*, de offic. deleg. eodem lib. Quocirca ab ipso confessario petere debent, ut sua vota in alia opera pietatis commutet aut dispenset. Enimvero nisi confessarius fuerit requisitus, imò etiam si fuerit, nisi dispensauerit aut commutauerit, licet aliàs ab omnibus peccatis absoluat, & plenariā indulgentiam

Quatenus agit de Voto.

104

indulgentiam illis concedat, vota adhuc sicut antea in suo vigore perseverat. Quartum, quod etiam si votum neminem alium, etiam si sit hæres, quam ipsum vouentem obliget quo ad obligationem personalem, sicut dictum est, neque quo ad realē ex vi voti, obligat tamē eū ex vi pacti contractus & promissionis eo modo, quo obligaret eum iuramentum alterius, cap. *Ex parte*, de cens. lib. & notat. in cap. 2. de pact. lib. 6. & in cap. *Cum. C. Laicus* de foro compet. & Fely. in ca. *Cum sit*, num. 9. eodem tit. Quamobrem populus, qui nunc est, tenetur ad implenda vota de obseruatione festorum aut aliarum rerum eiusdem populi, qui centum ab hinc annis præcessit; quandoquidem est vnus idēque populus, c. Denique, 7. q. 1. vbi, glo. & l. *Proponebatur*, ff. de iudic. aut ex vi voti, quia est idem populus, aut saltem ex vi contractus & promissionis, quæ in successorem vniuersalem pertransit l. 1. & 2. C. de Hæredit. action. insuper.

Monemus insuper confessarios, qui vota per bullas Cruciatæ commutant, quod cōmutatio in vtilitāte ipsius Cruciatæ fieri debet: in quo multi errāt, cōmutātes ea in ieiunia, orationes, peregrinationes, missas, eleemosynas pauperū, quia tenor bullæ habet, ut eiusmodi commutatio fiat in vtilitatem Cruciatæ, & idem dicendum est de his qui commutant virtute iubileorum, aut aliarum gratiarum, quæ præcipiunt hoc facere in vtilitatem aliquorum locorum particularium arg. l. *Illud*, ad l. *Aquil*.

Quæsitum est nuper à nobis, An qui contra simplex castitatis votum contraxit matrimonium, teneatur ingredi religionem antequam illud consummet: cum illo modo suum votum persoluere possit, & nō alio. & Syluest. verb. *Matrimonium*. 7. q. 5. visum fuit, quod sic, & Soto quod non in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 1. & nobis prima fronte, *Opinio Soti* melior visa fuit, quia votum ingrediendi religionem non fecit, & quia videtur sufficere, ut suum votum non petendo debitum absoluat, quamuis reddendo petitum, matrimonium absoluat. Sed postea omnibus satis perpensis, Syluestri verior visa est propter eius rationem, & quia omne votum oblata opportunitate persoluendum est, & oportunitatem in id adesse, negari non potest, antequam matrimonium consummetur. Et quia S. Thom. & Richard. in 4. dist. 38. tenēt, quod qui contra votū castitatis matrimonium contraxit, consummando illud peccat, quod verum non esset, si post cōtractum & non consummatum ad seruandum votum castitatis non teneretur, quod seruari sine ingressu religionis nequit. Non obstat, quod ingressum religionis formalem nō vouit, quia sufficit aliud illi propinquum fecisse, ex quo & eius transgressione, vna virtualis ad illud obligatio nascitur, & quia idem Sotus fatetur, quod votum religionis post contractum & nondum consummatum, ad sui ingressum obligat, & non alia ratione, quam quod adhuc persolui potest, & eadem ratio voto castitatis conuenire videtur. Ex quo sequitur, quod votū religionis, quo ad hoc non est firmitus quam simplex castitatis, & quo ad alios effectus infirmius est. Quia qui religionis ingressum vouit, contra illud fornicando nec ante nec post matrimonium peccat, & qui castitatem vouit, sic. Quia votum religionis ante professionem non magis ad seruandam castitatem, quam ad ieiunium & alias cæremonias & statuta religionis

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

gionis seruanda obligant. Vnde sequitur, quòd qui contraxit matrimonium & consummauit contra solum simplex religionis votum, postea reddere & petere debitum sine alia dispensatio ne potest, quamuis qui contraxit contra votum castitatis, iusta dispensatione ad id indiget, quæ est quotidiana & singularis conclusio. Quibus omnibus est consequens, quòd qui castitatem vouit, & matrimonium contraxit & postea consummauit, duo peccata commisit. Vnum in contrahendo, alterum in consummando, quanquam Sotus tenet non nisi vnum committere, & verum esset, si vera esset eius altera opinio superius refutata.

De præcepto secundo, quo ad blasphemiam.

S V M M A R I V M.

Blasphemiam quid? & quod est mentalis & vocalis, num. 81. & est contraria confessioni fidei, & non est hæresis, num. 82. nec debet absolui sine magna pœnitentia, num. 83.

Præceptum secundum quatenus includit non esse blasphemandum, & quomodo violat mortaliter qui dicit, Pigeat Deum; Non credo in Deum &cet. & qui tribuit creaturæ, quod est proprium solius Dei, & quando iocus, aut ira excuset, num. 84.

Blasphemus qui per iocosam, inconsideratam, aut turpem nominationem, nu. 85.

Maledicere creaturas rationales, vel irrationales, nu. 86.

Blasphemus an sit, qui cantilenas seculares & profanas diuino cultui admiscet, qui in matutinis Natalis Domini obscænos rythmos alteri occidit, & an simplicitas siue rusticitas excuset. nu. 87.

81



XPEDITIS his, quæ pertinent ad iuramentum, & votum, expeditamus, quæ pertinent ad blasphemiam per hoc secundum præceptum veritatis. Pro quorum fundamento supponimus Primò, quòd secundum Ambrosium in lib. De Paradiso, Alex. Halensem par. 2. summæ, quæst. 148. & S. Thom. 2. sec. quæst. 13. communiter receptos. Blasphemare est dicere tacite vel verbo contra Deum aut eius sanctos aliquid contumeliosum, quod quidem sit vel tribuendo Deo quod illi non conuenit, vel auferendo quod conuenit, vel tribuendo creaturæ, quod solius Dei proprium est, quod si solo corde dicitur, est blasphemiam mentalis, si verò verbo, vocalis, si autem scripto, scripta.

82

Secundò, quòd blasphemiam est confessioni fidei & charitati diuinæ contraria, & diuinæ voluntati videtur derogare, & propterea peccatum est mortale grauissimum, secundum S. Thom. communiter receptum, 2. sec. quæst. 13. art. 1. 2. & 3. Quamuis neque blasphemiam exterior, neque interior, secundum se tantum sit dicenda hæresis, aliud est enim credere, aliud dicere, etiã si sola mēte dicatur.

Quatenus agit de Blasphemiam.

atur. Et blasphemiam in dicendo, hæresis autem in credendo consistit, iuxta sententiam S. Thom. quam rectè Caietanus in dicta quæst. 13. explicuit: vbi etiam illud adiecit, tribus modis contingere aliquid dicere, scilicet desiderando, præcipiendo, affirmando.

Tertiò, quòd nullus blasphemus debet absolui etiam in foro conscientie, absque eo, quod arbitrio seueri cuiusdam confessarij grauissima illi pœnitentia imponatur, quod statuit Concilium Lateranense vltimum. sess. 9. §. Ad abolendam, sub Leo X. quod nos in cap. Inter verb. 1. 1. q. 3. conclus. 6. num. 612. transtulimus, & elucidauimus.

Interrogatus, an teneatur quis corrigere alterum quem blasphemantem audiuit, quamuis emendatio non speretur? Respondeo, quòd sic, & quòd id acriter facere tenetur, si sine suo periculo facere potest, vt sancitum est à Concilio Lateranensi prædicto sess. 9. §. supra citato, & per nos vbi supra translato, & lucidato.

Qui peccant contra secundum præceptum, quatenus continet non blasphemandum, sunt hi.

Primò, qui blasphemant contra Deum vel Sanctos, his vtens loquendi modis, Pigeat Deum, vel Doleat Deus, Non credo in eum, vel denego, aut maledico Deum, &cet. vel dicens, Deum non esse misericordem, non seruare iustitiã esse acceptatorem personarum, non videre quæ agantur in mundo, aut non curare humana, aut illum iniuste punire, vel hoc aut illud non posse efficere, vel tribuit homini, quod soli Deo conuenit, quale est, hominem beatum facere, vel posse ventura prænoscere, secundum prædicta. Quamuis iocose ista diceret, si attendit quid verba significant, & cum deliberatione illa protulit, secundum Bernardum de Busto 1. par. ser. 17. Is enim si tanto iræ furore correptus, & passione excæcatus, in similia verba prorupit vt quid diceret, quidve verba significarent minime aduerteret, tantum venialiter peccat, Thom. 2. sec. quæst. 13. ar. 2. ad tertium. Si verò attendit esse verba blasphemie, mortaliter delinquit, etiam si repentina correptus ira, verba protulerit, ipsumque statim pœnituerit illa dixisse, secundum eundem doctorem vbi supra. Neque quicquam ad rem facit, an subitanea illa ira ex iniusta causa originem habeat, vel ex ludo, ebrietate, vel aliqua occupatione circa rem illicitam, secundum Angelum, verb. Blasphemiam. §. 6. etiam si contrarium teneat Panormitan. in cap. Statuimus, de Maled. quod est verum, quantum attinet ad forum exterius. Neque satis est ad peccandum mortaliter, quòd talis inconsideratio ex deprauata quadã consuetudine cum propriæ salutis contempnu coniuncta, vel ex culpa lata, procedat, iuxta Syluest. verb. Blasphemiam, quæst. 4. dummodo illa inconsideratio prolotioni talis blasphemie causam dederit, hoc est, quòd si animaduerteret, id quod pronuntiat, non pronuntiaret illud, secundum Caietanum, verb. Blasphemiam.

Secundò, qui Deum vel Sanctos iniuriose nominat, pudenda ipsorum membra proprijs nominibus explicans, & aduertens quod dicit, etiam si iocandi gratia id faceret, Angel. in interrogatione præcepti primi, quamuis vti istis modis

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decal.

dis loquendi, puta per corpus Domini, per sanguinem eius, siue iurando, siue cum alio contendendo, non est blasphemia, Caietanus vbi supra. Quoniam post CHRISTI incarnationem Deus dicitur habere corpus & sanguinem, in quantum homo, non autem in quantum Deus, sicuti in additione, c. Quando de consec. dist. 1. nu. 52. diximus copiosius.

86 Tertio, qui maledicit alicui creaturæ ratione carenti, in quantum est creatura Dei, est enim blasphemia perinde ac maledicere Deum; si tamen simpliciter maledicit, non intendendo aliquid amplius, tunc solum erit verbum otiosum & vanum, ac consequenter veniale tantum: Quod etiam placuit Caietano, 2. sec. q. 13. ar. 1. sub finem.

87 Quarto, qui diuino cultui cantilenas seculares profanas & turpes admiscet, siue illa voce humana siue alio organo proferantur, vel patitur, aut procurat, vt misceantur. Quoniam in hoc cultui ecclesiastico & Deo ipsi irrogatur iniuria, iuxta Caietanum 2. sec. q. 91. & in summa verb. organum vsus. Quem nos et in Enchiridió de Orat. siue in rep. c. Quando. not. 16. nu. 42. & 48. sequuti sumus, allegantes ad idem propositum statuta Ecclesiæ Gallicanæ tit. de his, quæ in missa. Quod ipsum decreuit nunc Conciliú Tridentinú sess. 22. in decret. de obseruat. & euit. in celebrat. missæ, Vbi etiam cum eodem Caietano adiecimus quod si aliqui præ rustica simplicitate existimarent ista licere recreandi animi gratia, quoniam vident communiter in his vsu & cõsuetudinem inualuisse; Si tamen intelligerent id esse illicitum, & scelus esse mortale, nullatenus id facerent, excusarentur quidem à tanto, sed non à toto. Nunc autem dicimus nobis non videri lethale crimen, nisi cum cantilena est turpis & lasciuia, vana & profana, & cantatur durante officio diuino ab his qui iam sunt præmoniti id non licere. Idem asserimus de his qui in nocte Natalis Domini turpes rythmos sibi inuicem occinunt, vel execrationes quasdam interserunt, tempore quo dicturi lectiones petunt benedictiones, vt in dicta repet. cap. Quando (quam latinitate donatam Enchiridion siue Manuale De Orat. appellauimus) not. 16. nu. 42. diximus.

Quartum dubium, P. Vincent. est circa prædicta num. 8. an ille, qui furatus aliquid interrogatus a Iudice incompetente vel alio sine iuris ordine legitimo, vtrum tale quid sit furatus, possit secura conscientia respondere absolute & simpliciter se id non esse furatum, intelligendo intra mentem & tacite penes se, quod non est furatus illo die, mense, vel anno, puta anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo vel secundo &c. & pro ratione dubitandi adducit opinionem Domini Doctoris Soti, qui in libro de ratione tegendi & detegendi, tenet quod non; quia mentitur, cuius sententiam asserit duram sibi videri, ego verò (salua quæ tanto & tam erudito viro debetur reuerentia) existimo eam durissimam, imò verò falsam, qualis visa est etiam opinio quam ante illum durius affirmavit vir alioqui eruditissimus Genesius a sepulveda, de qua infra. cap. vigesimo quinto nume. 43. meminimus, per fundamenta solida & irrefragabilia quæ pro Paludan. Gabriele & Adrian. & alijs plerisque contrariam tenentibus, & affirmantibus præfato modo respondentem non mentiri adduxi-

Quatenus agit de Blasphemia.

106

adduximus in Commentario capitu. Humanæ aures 22. quæstion. quinta. ad quem me remisi etiam supra capitul. octauo. numer. vlti. respondendo ad dubium tertium satis huic simile propositum ab eodem P. Vincent. circa ibi dicta.

Quintum dubium, P. Vincent. circa prædicta num. 12. an iuramentum de actu qui tempore iuramenti est illicitus, liget iurantem pro tempore in quo fuerit licitus: puta iuravi nunquam ingredi talem domum odio matris meæ, quæ eam inhabitat, qua mortua, incipit inhabitari ab alia quæ potest esse mihi occasio peccati. Pro parte affirmatiua facit, quod id quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, l. Et si contra tabulas. ff. de vulga. & cap. Sciendum. 8. quæst. 1. & iuramenta de facienda re quæ licita est tempore iuramenti, non ligat ad faciendum eam tempore quo est illicita: Ergo iuramentum de facienda re illicita tempore iuramenti, ligabit ad faciendum eam tempore quo erit illicita. Pro parte verò negatiua facit, quod iuramentum de facienda re illicita tempore iuramenti est ipso iure nullum, & ad nihil obligat cap. Non est obligatorium de reg. iur. libr. 6. & capitu. Quanto de iure iuran. & quod tractu temporis non firmatur id quod a principio fuit nullum, capitul. Non firmatur de reg. iur. libr. sexto. & l. Quod ab initio. ff. eod. Respondeo, quod pars affirmatiua est vera in iuramento generali & apto comprehendere eundem actum, tam tempore quo est illicitus quam quo est licitus.

Negatiua vero, quando speciale vel restrictum ex natura verborum vel ex causa ob quam fit, vel alijs circumstantijs, ad actum illicitum pro tempore quo illicitus, exemplum primi, iuravit quis generaliter seruare omnia statuta Ecclesiæ N. siue licita siue illicita, in quibus tempore iuramenti inuenitur vnum factum contra canones ab episcopo & capitulo, cuius obseruantia est illicita; ar. cap. Quod superis. & eorum quæ ibi citat Fel. & Maior, postea confirmatur illud ex certa scientia a S. Sed. Apostolica, quo eius obseruantia fit licita. Is tenebitur seruare illud statutum post confirmationem Papæ vi iuramenti, quum comprehendatur sub illo, & possit seruari sine interitu vel dispendio salutis æternæ. arg. cap. Si verò de iure iuran. & c. Quamuis eod. tit. lib. 6. Item iuravit quis generaliter nunquam intrare talem domum sine vlla causa illud tempore quo fit iustificatè, quod per prædicta temerariū, siue vanū est, & incipit esse vanius, si mater eius incipiat eam inhabitare, si tamen post eam mortuam, vel ea egressam coeperit inhabitari ab aliqua cuius consortiū teneatur ille vitare, pro tempore illo ligabit eum iuramentū. quia nec ex natura verborum, neque ex causa, vel alia circumstantia restringitur ad solū tempus quo illicitū, vel temerariū, aut vanū est. Exemplū secundi: Iurat quis nunquam intrare talē domum, donec mater eius eam inhabitauerit, vel ob causam finalem euitandi eius bonam conuersationē, quod illicitū est si postea alio migrauerit mater, vel cuius cõuersatio posset esse peccandi occasio tali iurati, poterit intrare illā sine violatione, quāquā alia forte de causa deberet id euitare, quia iuramentū illud fuit restrictū ex natura verborum, vel ex causa finali ad tempus quo erat temerarium vel illicitum, & actus agen-

Cap. Duodecimum de secundo præcepto Decalogi.

tium non operantur ultra intentionem eorum l. Non omnis. ff. si certum per. & capit. fin. de præb.

C Sextum dubium P. Vinc. est circa prædicta num. 59. quatenus ibi dictum est, coniugem qui reddit debitum coniugi, qui vel quæ de consensu eius vouit continentiam, peccare ea ratione quod consentit peccato: cui videtur contrarium. ca. Si vir, De cognati. spiritali, & quod per illud dicimus infra. cap. 16. num. 34. nempe, quod neuter coniugum qui malitiose filium communem de fonte Baptismi leuauerint, potest ab altero debitum exigere; vterque tamen tenetur alteri exigenti reddere. Nam etiam ibi reddens debitum consentit peccato alterius sicut hic, & tamen non peccat. Ad quod respondeo, argumentum quidem esse neruosum, & torfisse ingenia, Host. Io. And. Antho. Card. Panor. & aliorum in d. c. Si vir, alijs alia docentibus vt in d. num. 34. in finio, nec video vllum qui id plane soluerit: sed puto solui posse negando quod eadem ratio consensus inueniatur in vtroque casu, quoniam in d. cap. Si vir, agitur de impedimento, quod canon inducit citra consensum coniugis reddere debentis, in casu autem nostro de impedimento, quod nascitur de consensu coniugis debitum reddere debentis, sine quo non poterat nasci, & ita minus tenetur impedimento quod sola lege sine eius consensu inducitur, quã impedimẽto quod lege & consensu suo inducitur arg. c. 1. de treug. & pac.

D Septimum dubium P. Vinc. est circa prædicta num. 62. quatenus ibi habetur posse maritum sine vxoris consensu vouere transitum in Hierusal. contra quod ait primò facere, quod licet olim id liceret propter necessitatem suppetiarum bello gerẽdo, hodie tamen cessat illa. Deinde quod iubet Apostolus coniugibus 1. ad Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ad tempus: Respondetur ad primum, quod in præfato nu. 62. non dicitur simpliciter posse maritum vouere transitum in Hierusalem, sed posse vouere transitum in subsidium terræ sanctæ, & ita pro tempore quo cessarent bella, cessaret facultas vouendi & exequendi talia vota, & Apostolus non prohibet absentiam mariti ab vxore ex iusta causa, qualis est recuperatio, & conseruatio catholicæ fidei, & terræ sanctæ, vt colligitur ex illo verb. Apostoli, fraudare, arg. l. Iurisdictionum §. sed & si fraudandi. ff. de pact. & eorum quæ dicimus infra. cap. 17. nu. 73.

E Octauū dubium est circa id quod in prædicto num. 62. dicitur, vxorem posse sine licentia mariti vouere præfatum transitum, contra quod ait facere quod nulla lex hoc ait. Secundò, quod daretur occasio nobilibus fœminis quæ cupe-
rent adulteria explendi. Sed responderi potest, quamplurima in iure asseri sine lege in id expressa, cum ratio desumpta per locum ab identitate, maioritate, vel similitudine rationis id suadet l. Non possunt, ff. de leg. cap. Dudum, in 2. de Elect. ibi, De similibus idem est iudicandum. At cum quo ad debitum exigendum vel reddendum maritus & vxor parificentur. cap. Gandemus; de diuort. iuste Hostien. & qui sequuntur eum Panor. & alij extendunt legem quæ marito dat facultatem vouendi huiusmodi votum sine consensu vxoris ad vxorem, vt idem facere possit sine mariti consensu, nec per hoc datur occasio nobili fœminæ facile adulterandi, quia Hostien. & prædicti restringunt suã
exten-

Cap. Decimum tertium de tertio præcepto Decal. 107

extensionem ad vxorem grandæuam & extra omnem adulterij suspicionem positam, quæ per suam familiam subsidium bello sacro ferre potest.

Caput Decimum tertium, de obseruatione festorum, quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbathas sanctifices.

S V M M A R I V M.

Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana introducti. nu. 1.
Festorum obseruatio nunc non est adeo stricta, sicut obseruantia sabbathi in lege veteri. nu. 2.

Festis diebus præcipitur, vt audiatur sacrum, & ne seruilia opera fiant. nu. 2.

Seruilia opera quæ sint, nu. 2.

Seruilia septem opera permittuntur, quinque non seruilia prohibentur, nu. 3.

Festa potius relaxantur eb necessitatem, quam ob pietatem, & quomodo, numero. 4.

Festis tam licitum est opus ob pecuniam, quam sine pecunia, & quando sit licitum propter pecuniam in diebus festis operari, nu. 5.

Festa ius ipsum definit, eademq; vel consuetudo addit, vel tollit, vel moderatur. numer. 5.

Festa sua vnaquæque regio cum morantibus in ea debet obseruare, nu. 5.

Festos dies, quos viator seruare teneatur, nu. 5.



IRo fundamento noscendi qui peccant mortaliter contra hoc præceptum tertium Decalogi, præsupponimus, Omnia christianorum festa etiam dies dominicos solo humano iure, nulla verò iure diuino naturali aut supernaturali esse in ecclesiam introducta, vt in c. Licet, de ferijs & in cap. primo. de Consec. dist. 3. comprobauimus. Id quod etiam sentit Iohannes de Turrecrem. in d. c. 1. col. 4. ver. Quartum, & clarius Archidiaconus. in c. Ieiunia eadem distin. 3. & S. Thom. 2. sec. quæst. 122. ar. 4. & 5. Antoninus, 2. par. tit. 9. c. 7. §. antepenul. & Maior in 3. dist. 27. quæst. 23. supra omnes tamen Thom. Vualdenfis, de sacramental. cap. 14. vbi ad hoc adducit beatum Hieronymum & Remigium, quamuis Panor. c. Licet, de ferijs cum multis alijs & Angel. verb. Feriæ. §. 43. teneant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse, quam sententiam Syluest. in verb. Dominica. q. 1. ver. 7. comunẽ esse asseuerauit. Veruntamen quod modo diffiniuimus, est ipsamet veritas: Etenim quãuis ius naturale & diuinũ præcipiant nobis, Deũ ipsum honorare & reuereri, non tamẽ diffiniũt tẽpus, quo in nouo testamento id facere teneamur, solum autem ius humanum decernit statuitque certos dies, in quibus ab operibus seruilibus cessare oportet, vt id faciamus. Nec obstat. cap. Licet de ferijs, quo ipsi nituntur, quatenus habet, quod tam veteris quàm noui testa-

ui testamenti pagina septimum diem humanæ quieti deputauerit, quoniam potest nouè, & singulari modo responderi, ad summū probare, quòd in vtroq; tam nouo quàm veteri testamento inuenitur, quòd vnus de septem diebus debet obseruari, non tamen quòd hoc Deus præceperit in vtroque, nam licet id præceperit in veteri testamento præcepto cæremoniali, in nouo tamen testamēto, in quo illud cessauit, à principio Apostoli autoritate sua & non lege diuina cæperunt diem Dominicū obseruare, idemque facere fidelibus præceperunt; Vnde infertur, quanta sit cōsuetudinis vis circa custodiam & obseruationem festorum arg. c. fin. de Consuet. & l. 2. quæ sit longa consuetudo.

Secundò, quòd ius humanum Christianorum nō adeo stricte præcipit, suos dies festos obseruari, sicut ius diuinum antiquum suum illud sabbathum tradidit obseruandum, secundum S. Thom. in dicta q. 122. ar. 4. ad 4. communiter receptū; Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur, vt præparare cibos, & alia huiusmodi, quæ nullatenus in sabbathis veteris legis fieri poterant. Vnde etiam consequitur, vt circa prohibita in nostris festis nobis sit facilior dispensatio, quàm in rebus prohibitis in Sabbatho illo antiquo, secundum eundem Tho. in d. ar. 4. ad 4.

2 Tertio, quòd hoc præcepto de colēdis festis non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colendo Deo consistit, sed tantum exterior, qui consistit in audienda missa, c. Missas de Consec. dist. 1. & in abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus. c. Ieiunia. cum glo. & Archid. de consec. dist. 3. quæ ministerio corporis sunt exercenda, sicut eleganter docuit Caiet. 2. sec. q. 122. ar. 4. in prin. Quoniā quāuis finis huius præcepti sit vt homo Deo vacet, ipsoq; fruatur, & in eo quiescat, vt docuit S. Th. ibidē quādo tamē finis præcepti est aliud à re præcepta, tunc non cadit sub præceptū, sicut idē Th. cōiter ceptus, 1. sec. quæst. 100. ar. 9. asseruit. Verum est tamen quòd sunt necessaria propositū & attentio interior, ad rectē audiendū sacrū, quo sit religionis opus.

3 Quartò, præsupponimus in diebus festiuis non omnia opera prohiberi, sed tantum seruilia, quæ sunt illa, quæ proprie seruiētib; conueniunt, iuxta tex. Leuit 23. c. Omne opus seruile non facies in eo. Non autem illa, quæ communia sunt tam ijs, qui seruiunt, quàm illis quibus seruitur, secundum eundem S. Thom. in d. q. 122. art. 4. ad 3.

Quintò, quòd ex supradictis infertur septem generū opera notata a S. Tho. in d. ar. 4. in diebus festis licite exerceri. Prima illa, quibus in diuino cultu Deo seruimus. Ioan. cap. 3. Secunda; quibus spiritualia exercemus, quæ uale est docere verbo vel scripto, iuxta glof. mirabilem cap. 28. Numerorum. Tertiā, quæ sunt ad salutem propriam necessaria 1. Machab. 4. & cap. Discipulos, de Consec. distinct. 5. Quarta, quæ ad salutem corporalem proximi sunt necessaria, Pro uerb. 4. Erue illos, qui ducuntur ad mortem, cap. Non in inferenda 23. quæst. 3. Quinta, quæ sunt necessaria ad vitandum damnum sibi vel proximo imminens. Deut. 22. Non videbis bouem fratris tui & cat. Sexta, quibus parantur cibi per consuetudinem Ecclesiæ. Septima, piscari quandoque per consuetudinem eiusdem Ecclesiæ cap. Licet de ferijs.

Sextò,

Sextò, præsupponimus quòd quinque sunt opera non seruilia, quæ prohibentur in festis iure canonico. Nam in c. 1. de ferijs, prohibentur Nundinæ, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentum, nisi pro pace vel alia necessitate præstetur, & in c. fin. de ferijs. Omnis processus & strepitus iudicialis, nisi pietas suadeat, & necessitas urgeat.

Septimò, quòd non omnia, quæ possunt fieri gratia necessitatis, possunt fieri ratione pietatis: nam propter necessitatem omnia opera tam seruilia, quàm non seruilia, exerceri possunt, sed non omnia permittuntur causa pietatis, si per pietatem intelligamus virtutem illam qua patriam & parētes veneramus, sicut accepit Tullius 3. Rhetoric. ad Herenn. & August. cap. 1. 22. quæst. 2. neque si pietatem pro misericordia accipiamus. Etenim, quamuis opera, quæ ex natura sua ad misericordiam pertinent (vt vestire nudum alere pauperem cap. Tria, 45. dist.) in omnibus diebus festis possint licite fieri, iuxta gl. cap. fin. de ferijs. imò & opera iudicialia; dicto cap. fin. Alia tamen opera seruilia, quæ ex sola intentione operantis ad misericordiam diriguntur, fieri nequeunt. Quamobrem qui sub misericordiæ & pietatis prætextu, absque alia urgente necessitate in diebus festiuis ædificant vel reficiunt pontes, sternunt vias, tota errant via, iuxta Caietan. 2. sec. q. 122. art. 4. colu. 4. At verò si per pietatem cultum Dei intelligamus, tunc dicimus, omnia illa opera, quæ suapte natura & immediate tendunt in honorem Dei, veluti portare crucem, & reliquias sanctorum, licite fieri posse. Imò & alia quæ sunt veluti præambula & præparatoria horum, quæ simul vel paulo ante solent fieri, veluti pulsare cymbala ante missam, vel vespas. Diuersa tamen ratio est de alijs operibus, quæ licet sint præparatoria in supradicta, ante tamen festum ipsum commode possunt fieri, qualia sunt formas (quas hostias vocamus) consecrandas effingere, verrere ecclesiam, tapetibus ornare, & multo minus illa opera, quæ secundum se nō deseruiunt diuino cultui, neque sunt præparatoria in illum, qualia sunt arare, ferere, & metere, ad aliquod subsidium ecclesiæ præstādum, quo diuinus cultus ibi fiat, nam ista non sunt licita nisi aliqua intercedat necessitas, vt si ecclesia adeo esset tenuis & pauper, quòd necessarijs ad cultum careret.

Octauò, quòd tam licite ac principaliter potest fieri in diebus festis ob penitentiā, quòd gratis licite fieri potest in eis, quàm licite & principaliter, ob eā quouis alio tempore id fieri potest, & quòd propositum & intentio lucrandi, non facit vt opus quod alias ex suo genere non est seruile, ob hoc fiat tale formaliter vel materialiter. Quod post Cardinalem Caietanum, 2. sec. quæst. 122. ar. 4. co. 5. & in summa, verb. Festos. pagina penultima validissimis rationibus in cap. Ieiunia, de consec. distinct. 3. comprobauimus, quamuis Richar. lib. 3. distinct. 37. & Angelus verb. Feriæ §. 9. & Io. Tabienfis verb. feriæ, num. 17. & Syluest. verb. Dominica, quæst. 4. non satis rem perpendentes, contrarium tenent. Adde quòd modò Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 12. declarauit dies festos, in suo episcopatu seruari ab episcopo præceptos, a religiosis quamuis exemptis seruandos esse.

Nonò, quòd quamuis festa, quæ iure communi sunt omnibus obseruanda,

○ 4 sint iam

Cap. Decimum tertium de tertio præcepto Decalogi.

sint iam expressa & determinata in cap. Pronunciandum, de consec. distin. 3. & cap. Conquestus, de ferijs, & alibi; multa tamen ex eis abstulit consuetudo, & alia induxit. Quapropter in singulis regionibus illa festa obseruanda sunt, quæ lex aut constitutio synodalis receperat, & non abrogata, vel consuetudo præscripta, ibi præcepit obseruari, per prædicta capitula, & cap. fin. de consuetud. Quandoquidem vt dictum est supra eod. cap. num. primo. Omnia ex lege humana introducta sunt.

Ex quo inferitur Primò, quòd si consuetudo præscripta præcipit id quod passim fieri videmus, vt a media nocte vsque ad mediam noctem festa seruentur, neuiquam seruanda sunt à primis vesperis vsque ad secundas vespertas, quamuis ius ipsum commune id præcipere videatur, cap. 1. de ferijs, & quòd si vsus haberet, vt solum seruentur vsque ad meridiem, vel vsque ad solennia missarum peracta, postea possent opera seruiilia fieri.

Secundò, quòd vnaquæque prouincia aut ciuitas obseruare tenetur illa, eo modo, & tantum, quæ, quomodo, & quantum consuetudo ipsius præcipit obseruari.

Tertio, quòd qui degit in aliquo loco, tenetur obseruare festa illius loci vbi tunc degit, non autem illa festa, quæ in eius propria patria obseruantur: arg. cap. Illa, adiuncta glossa 12. distinct. ibi, Dum fueris Romæ, Romano viuito more, dum fueris alibi, viuito sicut ibi. Vt de ieiunijs, & de facultate non edendi vel edendi oua, lacticina, aut animalium intestina in diebus veneris, Sabbathi, & alijs diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abstinentiarum dicitur inferius, c. 23. nu. 128. post Cardin. & Panormit. ibi citatos.

Quartò, quòd operarii, qui ad locandas operas suas vadunt in alias regiones, non tenentur obseruare dies festos suorum locorum, sed illorum vbi ad tempus commorantur.

Quintò inferitur, quòd perperam agunt parochi suis parochianis pœnitentias, aut publicas pœnas imponentes, eo quod in festis illis, quæ in propria sua parochia obseruantur, in alijs vbi illa non seruabantur, operas suas conducti præstiterunt.

Sextò inferitur, posse rationabiliter teneri eos, qui in festi vigilia, & etiam in ipso die festo, à suo proprio loco in alium laborandi gratia commeant, vbi festum illud non obseruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare; Si quidem non violant festa, vbi obseruari debent, dum tamen si eodem die egrediantur, missam audiant. Quoniam dies festus vbi ipsum deprehendit, ad id ipsum obligauit; vt ego iter faciens, non semel putauit me ad audiendam missam vel faciendam obligatum, eo quòd ante meridiem transibam, egrediebar & ingrediebar aliquem locum, vbi obseruabatur aliquod festum quòd alijs in locis nõ erat obseruandum, quamuis crediderim solum transitum non adeo obligare.

S V M M A R I V M .

Preceptum tertium de colendis festis, qui violat, regulariter peccat mortaliter, nisi aliquid ex multis ibi expressis excuset, nu. 6.

Festum

Sabbatha sanctifices.

Festum qui violat vi, metu, præcepto, vel coactione, vt peccat, nu. 7.

Festum qui violat iter agendo, deferendo onera & cæt. nu. 6. & 7.

Festum violat, qui vendit, emit, commutat & cæt. nu. 8.

Festum an violat, tonfor, piscator, molitor, nu. 9.

Festum an violat, qui laborat pro pauperibus, nu. 10. vel consociendis pontibus, & vijs reficiendis, nu. 11.

Venator quis violat festum, nu. 11.

Festum an violat, qui in die festo, vel in eius vigilia mittit iumenta in opera sequente die facienda, qui præbet consilium propter lucrum, nu. 12.

Festum an violat, qui audit in iudicio ob pietatem vel necessitatem, vel sine illa, qui transcribit aliquem librum, aut scribit, pulsat lyram, canit & cæt. nu. 13. & 14.

Festum an violat, qui propter necessitatem laborat, non obstante Episcopi excommunicatione, quæ & cæt. qui ludit, saltat, venatur, ociose tota die vagatur, numer. 15.

Festum an violat, qui omittit orare, per se vel per alium eo tempore, quo extrema necessitas suam orationem expostulat, qui omittit recitare, quod iure, vel penitentia, vel voto tenebatur dicere, nu. 18.

Festis Sanctorum Crucis, Michaelis, Innocentium, & Syluestri, licite quis laborat, nu. 15.

Festo de violato, quadam accusandi consuetudo mala. nu. 16.

Festis contritio bona, sed non necessaria. nu. 17.

Oblatio in Missa quando necessaria. nu. 19.

Modi peccandi mortaliter vfitatiores contra hoc tertium præceptum, de colendis festis, sunt hi.



RIMò, qui diebus dominicis vel alijs festis sub præcepto obseruadis, aliquod opus seruiile, vel ex alijs quinque prohibitis facit, nisi excuset exiguitas, vel licita consuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis vel corporalis salutis suæ vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis vel proximi, quòd non potest differri neque præueniri, vt patet ex suprascriptis, nu. 3. & ex Hostien. in summa de Ferijs. §. 4. Ob quam necessitate, aut consuetudine excusantur, qui frumentum ex area deferunt in horrea, vel uas ex vinea, quãdo imbres, & pluuiæ timentur, & quicunq; alij, qui si milia faciunt. Sic et fabri ferrarij, qui equos iter agentium soleas ferreas calceant, & macellarij, qui vendunt carnes in festis, easq; præparant ad vendendum, quãdo antea non potuerunt parare, & tabernarij, hospitemq; susceptores, qui in suis tabernis aut diuerforijs propter euentium necessitatem cibos & necessaria vendunt, non autem qui vt ludant, aut inebrientur, id faciunt. Angel. vbi supra §. 12. Cuius tamen opinio duriuscula videtur nobis, nec tenenda, vbi consuetudo contrarium præscripsit. Excusantur etiam qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt

vendunt, puta panem, vinum, fructus, herbas, & cætera, quæ diei festo conducunt. Caieta. vbi supra. Excusantur etiam Agafones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter non intermittunt, non autem qui de domibus suis proficiscuntur diebus festis, cum se continere potuissent, iuxta Caietanum vbi supra, aut in aliud tempus differre, nisi ante aut post audiant missam. Diximus, (oneratis) quia conducere deonerata, non est aliud, quam iter facere, & iter facientes excusantur, quamuis conducant mulos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, modò missam audiant, licet longius & toto die iter faciant. Nam aliquantulum itineris facere, non est opus seruale, neque prohibitum in festis, & sine vlla excusatione consuetudinis aut necessitatis fas est, secundum omnes; Et idem dicendum videtur de longiori & totius diei itinere. Et licet secundum aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur, consuetudo tamen effecit, vt liceret, modò missa audiat. Similiter excusantur, qui diebus festis excoquunt vitrum, ollas, tegulas, calcem, quorum decoctio intermitteri in alium diem non potest. Angel. verb. feriæ §. 19. Caietan. vbi supra, & tonsores, qui diebus festis infirmis venas aperiunt, & subditi & serui iussi & compulsi à suis heris ad opus agendum festis diebus non ob contemptum festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem gererent, in magnum aliquod damnum personale vel reale inciderent, maxime si ob id missa prætermissa non fuit. Idem dicendum est de vxoribus & liberis, qui in potestate sunt maritorum, & fratrum, & de agricolis ad id iusto metu compulsi, qui laboris sui mercedem accipere possunt Rosel. vbi supra cap. 23. & 24. Sylu. vbi supra, q. 5. col. 2. vbi id quod supra diximus eod. cap. nu. 5. Et si sunt famuli stipendiarij finito tempore in quod se astrinxerunt, discedant ab eis, nec intra tempus debet parare suis heris nisi aliqua de causa iuxta. Si quis tamen iuberetur, vt operaretur in contemptum festorum & ecclesiæ, quæ ea sanxit, non debet obedire, etiam si ob oculos certam ab eis propositam mortem videat, ar. cap. Sacri, de his qui vi, & cap. Ita ne, 32. q. 5. Hoc enim iam non solum esset contra ius humanum, in quo necessitatis excusatio communiter locum habet, sed etiam contra diuinum & naturale, quo superiorum obseruantia imperatur, l. Veluti, ff. de iust. & iur. & luc. 10.

8 Secundò, qui vendit, aut emit die festo, multum temporis in eo consumendo, cap. 1. de ferijs, non tamen si parum, vt fieri solet in emendis aut vendendis candelis, & alijs similibus, in quibus de pretio non est conueniendum, quia iam estimata sunt, ant cito fit, iuxta omnium sententiam, & præsertim Syluest. verb. Dominica, quæstion. tertia. Quod temperandum videtur iuxta sequens.

Tertiò, qui nundinas adit, aut in eis negociatur, non audita missa cum possit, aut id facit contra iussum Episcopi, nisi exiguitas excuset, aut in eiusmodi negotio magnum susciperet damnum, nisi eo die tractaretur, aut alia iusta causa excusaret, Syluest. vbi supra. Nec refert, an Nundinæ agantur die Dominico, aut festo maiori, aut minori, quia si consuetudine præscriptum est, & nulla est prohibitio noua eius, qui prohibere potest: licet audita missa negociari eo die. Cum enim omnes dies festi lege humana constituti sint, vt dictum est supra eod.

eod. cap. num. 1. consuetudo poterit moderari festum diei nundinarum, quia etiam omnino tollere posset, argum. cap. si. de Consuetud. Quemadmodum iam modificati sunt, quantum ad res quæ in auctione venduntur, autoritate iudicis, vel alia secundum Caietanum, in summa, verb. In festo licita, & etiam vigiliæ solennium festorum quantum ad tonsuram, quam tonsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ iij. Quod intelligi debet in his regionibus, in quibus cultus fit à vespera in vesperam, vt iure communi fieri debet, cap. 1. de ferijs. Nam vbi cultus festi incipit à media nocte, & ad mediam noctem perdurat, vt apud nos vsu receptum est, hoc priuilegium non est in vsu, quandoquidem absque priuilegio tollere potest vsque ad mediam noctem. argum. l. More Romano. ff. de ferijs. Addimusque cum Caietan. 2. sec. q. 122. art. 4. col. pen. quòd neque tondere barbam, neque in id consentire vno aut alio die festo, est peccatum mortale, ob paruitatem operis, neque etiam veniale si aliqua in id adsit causa, licet contrarium sentiat Archidiaconus, in c. Peruenit, de consec. distin. 3. cuius sententia locum habet in tonsore, qui multis barbam detondet, vel aliter parat. Neque peccant, qui piscantur die festo certum piscium genus, quòd tantum certis diebus aduenit, vel conspicitur, & ilico discedit, nisi tunc capiatur. Cuius generis sunt Thuni, Halecia, & Sardæ, aliquam tamen eleemosynam debent erogare in Ecclesias viciniores, aut in pauperes, iuxta cap. Licet, de ferijs, cum ei annotat per Panormitan. & alios, & per Angelum, verb. feriæ §. 34. & 35. Caiet. vbi supra. Quia licet capitul. Licet, non loquatur nisi de Halecibus, siue Aringuis, eadem tamen ratio valet in reliquos nominatos pisces. Licitum etiam videtur molere molendinis fluminum, vel ventorum, quæ sine magna occupatione molunt. Maxime si adsit consuetudo, & à Prælati non prohibeatur. Contrarium tamen dicendum de molitura pistrinorum, quæ magnam occupationem & laborem requirunt, excepta magna necessitate, secundum Rosel. verb. Feriæ, §. 9.

Quartò, qui laborat etiam pro pauperibus diebus festis, etiam audita missa, principalius propter aliquod commodum, vel amicitiam, aut cognationem, quam ob eleemosynam, aut etiam principalius propter paupertatem, verum non vsque adeo magnam, aut vsque ad vltimum eius potentiam laborat, secundum mentem Monaldi, in summa verb. feriæ. Neque discrimen statuendum est inter dominicos, aut alios dies festos maiores aut minores, secundum eundem, nisi quòd maius festum maiorem causam requirit, quod ipsa vulgi consuetudo seruat.

Quintò, qui laborat diebus festis in extruendis aut reficiendis pontibus, aut vijs; quanquam sit pietas & misericordia erga viatores, tamen absque magna, quæ vrgeat necessitate id facit, secundum Caiet. 1. sec. q. 122. ar. 4. col. 4. & in summa verb. Festos dies, contra alios plerosque ob dicta supra eodem. cap. num. 4. secundum quem & omnes licet facere opus diebus festis ijs, qui aliter se sustentare nequeunt, modò id occulte faciant, vt vitetur scandalum, & audiatur missa.

Cap. Decimum tertium de tertio precepto Decalogi.

Sextò, qui venatur festis diebus non audita missa, secundum omnes, non tamen si eam audiret, etiam si venaretur quæstus causa per superius dicta, num. 8, ex Caiet. in verb. Festos, pag. penul. Quia non est seruale opus, neque ex numero quinque non seruiliū prohibitorum, neque lucrandi finis efficit ut tale sit, quicquid dicant Rosella verb. Feriæ §. 11. & Sylu. verb. Dominica q. 5.

12 Septimò, qui iumenta sua festo die aut eius vespere mittit aliquo, ut alterius diei festi vtilitatem, in quo essent impedita, lucretur, secundum Rosellam vbi §. 22. Nisi mittat propter res necessarias eiusdem diei vel sequentis, quæ antea denehi non potuerunt, & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut consuetudine excusetur, per superius dicta eodem, cap. nu. octauo. Hoc intelligendum est de iumentis oneratis: nam vacua mittere potest, ob superius dicta eodem. cap. num. 6.

Octauò, doctor aut litteratus, qui dat consilium principaliter ob quæstū, etiam illi, qui è longinquo venit, secundum Syluest. vbi sup. quæst. 5. conclus. 3. & communem sententiam. Cuius tamen contraria est longe verior. Tum quia consilium non est opus seruale, neque aliquod ex alijs quinque prohibitis, Tum quia quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum, ac in profestis, ut supra eodem. cap. num. quinto diximus. Quare non est peccatum informare iudicem etiam cum procuratore & aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam facultatem honestam, quia est exercitatio operis spiritualis: ut late probatur à Caietano in dicta quæst. 122. art. 4. & in Summa verb. Festos dies.

13 Nonò, qui iudex audit litigatores diebus festis, cap. fin. de Ferijs, quamuis enim non sit opus seruale, est tamen vnū de quinque non seruilibus prohibitis, nisi ob pietatē, & misericordiā id facit. Quia quæ non sunt seruilia, licet sint prohibita, conceduntur fieri ob solā misericordiam absque alia necessitate, & ob hanc rationem licent multo magis quam seruilia, ut supra eodem. cap. num. tertio, & quarto, diximus, Satisque iusta necessitas videtur, si alio tempore, aut ad iudicem accedi non potest, aut testes haberi nequeunt, Caietanus vbi supra. Quamobrem excusantur iudices rusticorum, qui diebus festis, secundum consuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt rusticis, eo quod alijs diebus neque iudices, neque testes suppetunt, aut ne pauperes amittant suos dies operarios, quibus ad vitam sustentandam maximè indigent.

14 Decimò, qui transcribit librum aut instrumentum ob quæstum, secundum Rosellam, verb. Feriæ §. 12. & Angel. eodem. verb. §. 31. non tamen propter rationem ab eis allatam, sed quia, quamuis scribere de se non sit opus seruale, etiam si ob lucrum fiat, sed seruale est transcribere, & transcribendo componere libros, ut lucretur. Quia hoc mechanicum & corporale est.

Ex quo sequitur, non esse peccatum scribere literas, consilia, neque instrumenta, de ijs rebūs quæ licite fiunt diebus festis, etiam si ob lucrum fiant, per suprascripta, eodem. cap. num. quinto. Idem est iudicium de eo, qui pulsat organa vel alia instrumenta, aut cantat die festo, siue principaliter id faciat ob diuinum cultum, siue ob honestam animi recreationem, siue ob aliquem alium finem pium,

Sabbatha sanctifices.

111

nem pium & necessarium, siue ob quæstum, quicquid dicant Angel. & Sylu. quia non sunt opera seruilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur, ut supra eod. c. num. 5. dictum est.

Admonemus autem hoc loco quatuor. Primum, quod licet Episcopus 15 sub pena excommunicationis iuberet, ut nemo diebus festis operaretur, qui tamen ex necessitate id faceret, eiusmodi pœnæ non esset reus. Quia sententia eius generalis, iuridice interpretanda est, nempe quod nemo efficiat opus, nisi lege concessum, Arg. l. si procurator, ff. de condict. in debit. c. Quinta vallis, de iureiur. ut in c. Inter verba. 11. quæst. 3. num. 793. conclus. 6. diximus. At cuilibet conceditur opus vitæ necessarium, cap. Discipulos, de consec. distin. 4. ut supra dictum est. Et si in excommunicatione iuberetur, quod neque necessitatis causa neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem cap. fin. de ferijs, & consequenter irritum esset, arg. cap. 1. de re iudic. & ca. Per tuas, de sent. excom. Rosell. vbi supra, §. 27. Syluest. vbi supra quæst. 7. Secundum, quod Papa Eugenius quartus ut habetur in compendio priuilegiorum fol. 69. constituit, ut Laici qui operarentur in festis S. Crucis, & sancti Michaelis mensis Septembris, & in festis Innocentium, & Sancti Syluestri, non peccet mortaliter, nisi huiusmodi dies dominicis incidant. Item qui audita missa, reliquum tempus diei festi consumunt in venationibus, in bellorum simulachris, siue Iustis & torneamentis, in lusibus, in choreis, aut otiosè vagantur, non peccant mortaliter, quia non faciunt opus seruale, licet sic grauiter, secundum Caietanum in summa, verb. In festo licita. Quia tempus diuino cultui consecratum Deo non tribuunt. Et quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, secundum S. Anton. 2. par. ti. 9. cap. 7. §. 5. vbi ait, omnium lachrymis descendam esse Christianorum cæcitatem, qui grauius Deum offendunt diebus festis eiusdem diuino cultui dedicatis, quam tota hebdomada ad vitam parandum instituta. Ex quibus inferitur responsio ad interrogationem nuper factam. An necessitas sola sine licentia superioris excuset à peccato festo die operantem? Respondeo quod sic si necessitas est indubia, adeo, ut quauis Episcopus præciperet ne operaretur, posset operari, ut supra dicitur hoc num. 15. cessante scandalo, quoniam cum eo nihil agi debet, cap. Nihil cum scandalo, de præscript. Quemadmodum etiam, qui iustam causam & claram non ieiunandi habet, sine tali facultate excusatur, iuxta Thom. 2. sec. quæst. 147.

Tertiū, quod reprehensione dignissima est multorum parochorum consuetudo, qui suos parochianos, qui festum violauerunt, aut die quo præcipitur ieiunium non ieiunarunt, cogunt ad petendum publice veniam, die sequenti inter missarum solennia cum eorum infamia, præsertim si huiusmodi transgressiones sunt occultæ, & non nisi ex confessione cognoscuntur: Amentiaque maxima est credere, illum qui sic publice confessus est, liberum esse à secreta confessione eiusdem peccati quam confessario tenetur facere, ut probauimus in cap. Sacerdos, num. 107. de Pœnitentia, distinct. 6. Quartū, quod quamuis 17 contritio aut compunctio peccatorum optima sit in diebus festis, præsertim his, qui se intelligunt peccato mortali teneri, non tamen præcepta est sub pena peccati,

Cap. Decimum tertium de tertio præcepto Decalogi.

peccati, secundum Rosel. verb. Feria, §. 2. Caietan. in summa verb. Contrario, & 2. sec. quæst. 122. art. 4. & Syluest. verb. Dominica, q. 6. nume. 4. quos in hoc sequimur.

Vndecimò, principaliter qui diebus festis missam non audit, vel audit distrahendo se sponte ad cogitationem rerum, attentionis missæ debite impatibili. Quia audire missam diebus festis cum mediocri attentione, est præceptum, in cap. Missas, de consec. dist. 1. secundum, Angel. verb. Feria §. 4. & Caietan. in summa verb. Violatio festorum, & nos late diximus in repet. cap. Quando, de consec. dist. 1. not. 3. nu. 19. & not. 2. nu. 10.

18 Duodecimò, qui alijs temporibus non vacauit orationi ad quam tenebatur ex priuata obligatione, quales sunt preces canonicæ horariæ, & quas sacerdos imposuit pro penitentia, & à proprio prælato spirituali est iussa, ex communi omnium sententia. Idem est de illo, qui preces ad Deum facere prætermisit eo tempore, in quo nullum aliud remedium suæ salutis aut proximi esse videbatur. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt probauimus in dicta Repet. cap. Quando, de consec. distinct. 1. not. 3. num. 13. sequuti mentem Paludan. in 4. distinct. 15. quæst. 1. col. 5. & Syluest. verb. Oratio, §. 8. Posuimus exemplum de eo qui in grauissimam tentationem impatientiæ aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam superesse, præterquam speciale auxilium Dei oratione impetrandum; & de eo, qui eminus intuens duos in duello conferturos manus, existimat nullum aliud esse remedium, nisi speciale auxilium Dei oratione impetrandum, ad dirimendum illud duellum iniustum. In his enim casibus id à Deo petere tenetur, de quo numero. sequen. A.

19 Decimotertiò, qui nil inter missarum solennia offert die festo, cum haberet vnde posset, & cum eo ex antiqua consuetudine offerendum esset, cum notabili scandalo, aut præbendo occasionem ne maior pars populi offerat, arg. cap. Omnis, de consec. distinct. 1. Quia licet communi lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum S. Thom. 2. sec. quæst. 86. art. 1. & Ioan. à Turrecrem. in dicto. cap. Omnis, & S. Anton. 3. part. tit. 2. & Ioan. And. Panormitan. & commun. in Rubri. de Parochis, tenetur tamen consuetudine, vbi à decem annis recepta est, secundum Panormitan. in cap. Suam, de Symon. cui satisficit communiter, quando maior pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit, qui eo quod tunc non habeat, non offert, satisque est offerre quod libitum cuique fuerit, secundum Syluest. verb. Decima §. 1. nisi præscriptum sit, vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta sententiam præcatorum, & Syluest. verb. Dominica §. 1.

Nonum P. Vincent. dubium est circa prædicta num. 18. quatenus habetur in eo teneri quem sub pœna peccati mortalis ad orandum pro his quos videt è longinquo sine vilo alio remedio gladijs conari se occidere, quia, vt ait, ex hoc inferunt aliqui, teneri quem ad orandum pro his qui authoritate iudicij comburuntur vel suspenduntur. Sed respondetur negando illationem, quoniam hi iuste occiduntur, illi iniuste se occidere conantur, & ita in his non licet ponere

Cap. Decimum quartum de quarto præcepto Deca. 1 2

cet ponere obicem contra iustitiam, iuxta not. in l. Vt vim ff. de iust. & iur. & latius trad. a nobis in Comment. cap. Non in inferenda 23. quæst. 3. quem etiam ipse dignatus est citare.

Cap. Decimum quartum de quarto præcepto Honorandi Patrem, & Matrem, & amandi proximum.

S V M M A R I V M.

Religio est virtus, annexa iustitiæ. nu. 1.

Pietas quæ est virtus annexa iustitiæ, non est misericordia. nu. 1.

Misericordia, quæ est virtus coniuncta charitati, non est pietas. nu. 1.

Observantia virtus coniuncta iustitiæ. nu. 2.

Religio aliquando vocatur pietas, imò & observantia. nu. 2.

Præcepta tria prima sunt de operibus pertinentibus ad virtutem religionis. At vero reliqua septem sunt de operibus observantiæ & caritatis. nu. 2.

Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto. nu. 3.

Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto. nu. 3.

Patres in tribus honorantur, sed honorandi sunt minus quam Deus. nu. 4.

Præceptum diligendi proximum, non est ex decem, imò ex illo septem ultima nascitur, & quonam modo. nu. 6.

Amor proximi diuiditur in naturalem, qui subdividitur in alios duos. nu. 6. & in amorem ex charitate, & quonam sit. nu. 7.

Præceptum de diligendo proximo, semper & ad semper obligat nos sub pœna noui peccati mortalis, quantum attinet ad non excipiendum aliquem ab amore generali charitatis, obligat etiam in speciali ad diligendum inimicum veniam a nobis poscentem, & eum qui nostro amore speciali indiget, eo quod extrema opprimatur necessitate.

Amandi proximi præceptum an possit impleri extra statutum gratiæ & quali amore, & caritatis. nu. 8. 9. & 10.

Consuetudo diabolica est illa, qua quis vititur dicendo, demon te arripiat. Illa vero est angelica & sancta, qua quis dicit, Deus te sanctum efficiat. nu. 10.

Amor honestus inter virum & uxorem, per quid conseruatur. nu. 10.

Ro fundamento noscendi qui peccant mortaliter contra hoc quartum præceptum. Præsupponimus primum: Quod inter virtutes iustitiæ annexas, quemadmodum est vna quæ nūcupatur religio, quæ iuxta Ciceronem in 3. Rethoric. ad Herennium, & S. Thom. 2. sec. quæst. 82. est virtus impellens hominem ad honorandum colendumque Deum tanquam primum principium nostrum, a quo sumus, & in quo viuimus: ita est alia quæ dicitur pietas, quæ secundum eundem Ciceronem 3. Rhetor. & S. Thom. 2. sec. quæst. 101. est virtus, quæ impellit homines ad colendum parentes

rentes, cognatos patriam, & amicos tanquam principia quædam secundaria, quibus subsistimus, & conseruamur. Et quamuis vulgus in cōmuni vsu loquēdi, pietatem & misericordiam pro eadem accipiat, tamen re vera diuersa sunt. Nam præterquam quod misericordia est virtus annexa charitati, s̄cundum S. Thom. receptum, 2. sec. quæst. 30. art. 1. Pietas autem iustitiæ, s̄cundum eundem, 2. sec. quæst. 101. art. 1. Pietas impellit ad reuerentiam præstandam personis, quas supra memorauimus. Misericordia autem vt aliorum necessitatibus opitemur, vt docuit Cardinalis Caietanus in dicta quæst. 101. art. 1. Frequenter tamen à viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Addimusque quod licet prædicta virtus pietatis præcipue animū inclinēt ad honorem exhibendum supradictis personis, tanquam principijs nostris secundarijs, à quibus nostrum ueste accipimus, & in eo conseruamur, tamen secundo & minus principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum & vxorem ad mutuò se honorandum.

2. Secundo supponimus, quod est alia tertia virtus, adiuncta etiam iustitiæ, quæ dicitur obseruantia. Hæc s̄cundum Ciceronem 3. Rhetor. & S. Thom. receptum, 2. sec. q. 102. art. 1. est qua viros in dignitate constitutos veneramur tanquam principia, non quidem existentia nostræ, sed gubernationis. Et vt religio antecellit pietatem, ita pietas obseruantiam; Et quemadmodum religio sapissime pietatis nomine significatur, iuxta beatum August. lib. 10. de Ciuitate Dei, & S. Thom. 2. sec. quæst. 101. art. 3. Sic etiam obseruantia multoties nomine pietatis exprimitur; s̄cundum eundem in dicta quæst. 101. art. primo. Item quemadmodum tria præcepta prima primæ tabulæ, quæ supra memorauimus, pertinent ad religionem, quæ est annexa Iustitiæ, sic etiam istud, quod est quartum, s̄cundū ordinem Decalogi, & primum inter præcepta secundæ tabulæ, datur præcipue, de operibus spectantibus ad pietatem; s̄cundario verò de operibus obseruantia. Imò iudicio meo, ad omnia opera Charitatis, quæ proximo debentur, potest facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturæ, in 3. dist. 37. in expositione literæ, quod statim in medium proferemus.

Tertio supponimus, quod pater potest præcepto suo filium obligare ad peccatum mortale, imò & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quæ sub eius potestate posita est, ipsi præcipit, Arg. cap. 21. Deuter. & cap. 1. ad Roman. & Proverb. 26.

3. Quarto supponimus, quod in hoc præcepto sub nomine parentum, iuxta concilium Colonienſe, quo loco de hoc agit, præcipue intelligimus eos, qui nos genuerunt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quæ nos conseruat. Eccl. 3. Secundo autem intelligimus gubernatores ecclesiasticos, 1. ad Corinth. 4. & seculares, 4. Regum. 5. & qui nostri curam gerunt, quales sunt tutores & curatores, ff. de authorit. tutor. & curat. per totum titulum, Magistri, pedagogi, imò & omnes proximi iuxta Beatum Bonauenturam in 3. dist. 37. in expositione literæ, nam quodammodo cognati nostri sunt, 1. Vt vim, ff. de iust. & iure, quando quidem omnes ab eodem parente Adamo originem ducimus, iuxta glossam, dictæ l. Vt vim.

Quinto

4. Quinto, quod honor de quo præceptum hoc loquitur, in tribus consistit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quam verbo & opere. Neque est contrarium illud Euangelij, Luc. 14. Qui non odit patrem suum aut matrem, & filios & car. non potest meus esse discipulus; nihil enim aliud sibi vult, quam quod idem dominus dixit, Mathæi 10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, id est, quod Deus vult, vt diligamus quidem, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus neque tantum, sicut eum. Et quod quando ille præceperit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipse præferatur.

Sexto, quod præceptum illud de diligendo proximo sicut se ipsum Math. 22. non numeratur inter præcepta decalogi, sicut nec etiam præceptum de diligendo Deo super omnia inter illa numerari diximus supra eodem. cap. 1. num. 5. & 6. post S. Thom. Quemadmodum enim præceptum dilectionis Dei super omnia est origo, vnde immediate deriuantur tria prima præcepta decalogi, sic etiam hoc de diligendo proximo est principium, vnde quartum præceptum, & sex alia quæ sequuntur originem ducunt, quæ quidem præcepta secundæ tabulæ nuncupantur, sicut tria prima præcepta dicuntur primæ tabulæ Exod. 20. De quibus pulchrè Thom. 1. sec. quæst. 122. ar. 4. ad 6. & glo. singul. cap. Quid in omnibus 32. quæst. 7. Diximus, (immediate) quoniam mediate vel immediate, omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo super omnia, tanquam à primo principio deducuntur. Ab ipso enim statim pullulat præceptum de diligendo proximo sicut se ipsum, iuxta declarationem S. Thom. 2. sec. q. 44. art. 2. ab omnibus receptam.

6. Septimo, quod duæ sunt species honesti amoris proximi, quod facile colligas ex utroque Thom. 2. sec. q. 23. ar. 1. & 24. art. 1. & 1. sec. q. 26. ar. 1. ad 6. Alter naturalis & humanus, & alter supernaturalis & diuinus, qui charitas, vel charitativus appellatur. Naturalis siue humanus ille est, quo proximum diligimus ea ratione, quod est homo, cognatus, vicinus, vel quocunque alio respectu, qui neque Deum ipsum supra omnia dilectum, neque æternam felicitatem, neque capacitatem ad illam in se continet. Amor autem humanus in duos alios amores subdiuiditur, Thom. 1. sec. quæst. 26. art. 4. non obstante illa subtilitate, quam ibi Caietanus tetigit. Alterum vocant amorem concupiscentiæ, quo proximum ipsum principaliter ad aliquod bonum nostrum voluptarium, commodum, vel vtile amamus. Alterum vocant amicitia, quo principaliter proximum ad bonum eius voluptarium, commodum, vel vtile amamus. Et vterque eorum potest esse bonus & honestus, si fuerit bene ordinatus. Et vterque malus & inhonestus si fuerit male ordinatus. Alter autem est amor supernaturalis & diuinus, seu charitativus vel charitas, qua proximum amamus, & est eiusdem generis & naturæ, cuius est amor Dei charitativus, seu charitas, s̄cundum S. Thom. 1. sec. quæst. 23. ar. 5. Nam licet obiectum materiale amoris charitatiui proximi, sit idem proximus, obiectum tamen formale, siue ratio vel causa amoris, est ipsa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud est quam ipse Deus super omnia benedictus. Idem Thom. as explicatus ibi a Caietano, 2. sec. quæst.

P quæst.

quæst. 25. artic. primo. Etenim neque amor ille concupiscentiæ, quo proximum ad nostram voluptatem aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitiae naturalis, quo ipsum diligimus ad bonum illius, eo quod sit cognatus, socius, vicinus, vel amicus, vel propter quacunque aliam communicationem temporalem est charitas, seu charitativus, saltem in quantum talis est, iuxta mentem eorūdem, quod in dicta Additione. cap. Quando, de Consecra. distin. 1. Latius. numer. 354. dicebamus, quod parum à multis aduertitur. Solus enim ille amor proximi est charitas seu charitativus, quo ipsum diligimus, eo quod est capax & aptus sicut nos ad participandum nobiscum illam æternam beatitudinem, quam diuina bonitas nobis dare & communicare dignatur gratissima sui visione & gaudio æterno & inexplicabili, & optare illam ei tanquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, vt amor quo nosmetipsos diligimus, sit charitativus seu charitas, oportet vt ea nos ratione diligamus, quod Deus propter suam infinitam bonitatem nos fecit capaces æternæ felicitatis, quæ in intuendo eo semper pariter & amando & fruendo consistit, vt supra in prælud. 4. latè diximus. Verum est tamen, quod quemadmodum omnis actus cuiuscunque virtutis potest fieri actus charitatis imperatus, quando fit intuitu charitatis, sic etiam amor concupiscentiæ vel amicitiae honestus, fit actus charitatis imperatus, si ob eam habeatur. Sicut enim soluere debitū, eo solo quod iustum est, est actus virtutis iustitiæ, est & actus charitatis imperatus, si fiat etiam ob finem Deo placendi. Sic actus amandi patrem eo solo quod pater est, est actus virtutis pietatis, & non charitatis, fit tamen actus charitatis imperatus, si habetur etiam ob finem Deo placendi. Vnde facile inferitur, quàm rarus & parcus huius amoris charitatis vsus sit inter Christianos vulgares, cum licet omnes aliquos ament, eo quod sint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut viles; rari tamen sunt, qui nisi rarò, amant alios ea ratione, quod sunt capaces beatitudinis æternæ, & quod nisi culpa mortalis obsistat, ea simul fruuntur, videndo & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinite bonum, & quem misit filium Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, vt experientia, quæ rerum magistra est, cap. Quam sit, de elect. libr. 6. plusquam oportet attestatur, cum rarò hoc veniat in mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos, adeo quidem quod vix reputent infimates sordidos, & squalidos tantæ rei fore secum participes, & satis superque putent facere, si eos aliquo amore dignentur, si eos non contemnant, vel saltem si amore aliquo naturali dignentur, parum considerantes quod de hoc supremo amore præcepit CHRIS TV S in illis verbis Iohan. 15. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, & Paul. ad Colossens. tertio. in illis verbis. Super omnia tamen mutuam charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis.

Octauò, quod circa hanc materiam est dubium, a nemine, quod sciam, pro dignitate resolutum, quo videlicet tempore teneamur ad præceptum de diligendo proximum, sicut nos ipsos, sub pœna noui peccati mortalis non adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter, (salua censura debita) respondeo,

spondeo primò, quod nos obligat semper, & pro semper, ne vnquam ab amore & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex charitate diligimus; vllum etiam inimicum nostrum vel Dei excludamus, nisi iam æternis fuerit supplicijs in inferno condemnatus, iuxta mentem vtriusque Tho. secunda secundæ. quæstion. 25. articul. 6. 8. & 9. & quæstion. 83. articul. 8. iuxta quam, quod de damnatis dixi, intelligo. Secundò, quod nos obligat, vt quotiescunque inimicus, qui nos offendit, veniam a nobis postulat, ipsum diligamus, & specialia amoris signa illi ostendamus, iuxta mentem eorundem in dicta quæstion. 83. articul. octauo. Sed crediderim, satis esse, ipsum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua signa exhibere, etiam si amorem illum sublimem charitatis seu charitativum minime corde concipiamus, ad hoc nè in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus. Tum quia contrarium nullo iure, nec vlla efficaci ratione concluditur. Tum quia licet hoc primo aspectu contrarium videatur ei, quod ipsi dicunt in dicta quæstion. 83. articul. octauo. introspecti tamen fortè hoc sentiunt. Tertio, obligat etiam hoc præceptum quando proximus est constitutus in extrema necessitate nostri auxiliij ad salutem animæ suæ, qualis esset infans aliquis, aut mente captus, aut etiam cordatus, qui sine baptis mi sacramento iam iam est moriturus, qualis esset etiam qui deposceret aliquod consilium, vel solamen, vel auxilium aliquod spirituale à nobis, si ne quo verisimile est eum condemnatum iri. Dixi, (*Quando ad salutem animæ nostro indiget auxilio*) quoniam putamus non peccaturum eum, qui hunc amorem charitativum non conciperet erga eum qui ea pateretur extremam necessitatem vitæ corporeæ, si modo alio amore naturali inferio re diuino, quo cognatum, amicum, socium, vel vicinum diligere solet, ipsum prosequendo, ei opitularetur. argumen. notatorum in capitu. Pasce, 86. distinct. & in l. Necare. ff. de liber. agnoscend. & eorum, quæ Caietan. secunda secundæ. quæstio. 25. articul. primo. tradidit. Nec quicquam obstat dicere, eandem esse rationem illius, qui absque amore charitatis, solo amore naturali impulsus, subuenit proximo in periculo spirituali constituto, quoniam rarissime poterit euenire, vt huiusmodi necessitati spirituali occurrere possit absque desiderio spiritualis salutis, quod formaliter aut virtualiter amorem charitatis includit. Quarto, quod vt supra diximus, videtur nobis non peccare noue illum, qui bona fide credens se esse in statu gratiæ, cum tamen non sit, adimplet præceptum, de diligendo Deo ex charitate, quando ad id est obligatus: Ita à fortiori satisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex charitate, qui extra statum gratiæ illud implet, putans verisimiliter se in eo esse. Quintò, quod posset etiam defendi, nunquam obligari ad implendum hoc præceptum de dilectione proximi in statu gratiæ ex speciali amore charitatis, nisi cum necessitas administrandi sacramentum ei, qui extrema necessitate spirituali laborat, vel alia similis causa ad id compellit, & obligat. Quæ omnia tanquam quotidiana commendamus. Sextò, quod ex his inferitur, quam diabolica sit illa consue-

tudo maledicendi proximo, Diabolus te arripiat, commendote Dæmoni: & e contrario, quàm angelica, quàm utilis & consolans illa, cordeac voce dicendi; Dominus te sanctum faciat, Deus te perducatur ad paradifum, &cet. Utinam illic nos aliquando conueniamus, & aliæ fimiles, præsertim viri fœminis, & fœminæ viris. Etenim tale desiderium vere in animo conceptum, valde refrenat cohibetque ne amor humanus & honestus degeneret in libidinem, quod frequens ait esse Hieronymus. Septimò, quòd obseruanda est regula illa quam in Commentario. c. Non in inferenda 23. q. 3. num. 25. a nemine alio traditam ex eis, quæ ibi præmissa fuerūt, intulimus, nempe quòd quoties quis videt proximum in periculo patiendi aliquod notabile damnum, a quo non potest, vel creditur non posse liberari, nisi ipse illi subueniat, totiens obligatur ad eum liberandum sub pœna noui peccati, modò id præstare possit absque damno, quod vir prudens iudicaret sufficere ad excusandum. Ex quibus omnibus inferitur, nò solùm filios peccare contra parentes non seruando hoc præceptum de honorandis parentibus, sed etiam parentes contra filios & coniuges, contra se inuicem; & dominos ac heros contra seruos & subditos, & è contrario, & proximos quosque contra se inuicem; de quibus omnibus ordine suo dicemus; & primum de filijs contra parentes.

Qui filij peccant mortaliter contra hoc præceptum de colendis parentibus.

S V M M A R I V M.

Præceptum de honorandis parentibus, quomodo violet filius & peccet mortaliter, num. 11.

Filius, qui malum notabile patri suo, & cat. desiderat, nu. 11.

Filius qui nunquam patri obedit, vel nunquam aliqua signa amoris ei ostendit, numer. 11.

Filius qui nunquam patri obedit, in his, & cat. nu. 12.

Filius, qui parentes percutit, ad indignationem prouocat, num. 12. vel eos accusat, vel execratur, aut contemnit, aut mortem exoptat, vel non liberat è carcere, num. 13.

Filius qui parentibus in magna necessitate constitutis, non succurrit. nu. 13.

Filius, qui ob parentum subuentionem non egreditur religionem, nu. 14.

Filius, qui non ducit uxorem, quam pater vult, nu. 15.

Filius, qui bona a parentibus male parta non restituit, quique eorum legata non adimplet, & cat. num. 16.

11



RIMò, qui grauiter odit, vel aliquod graue damnum desiderat parentibus, si enim graue & iniustum odium & desiderium de liberatū inferēdi cuiquā etiā extraneo aliquod dānū notabile est peccatū mortale, multo magis odiū in parentes naturales grauius erit

erit, geretque secum circumstantiam necessariò confitendam, per supradicta capitu. 6. num. tertio.

Secundò, qui filius, esto quòd non odit parentes, (imò potius diligit) nunquam tamen vel rarò signa amoris illis ostendit, quin potius semper illos toruo intuetur aspectu, & ita aspere alloquitur, ac si eos odio haberet, secundum Angel. Verb. Filius, §. 30. & Syluest. verb. Filius, §. 22. & Tabienf. Verb. Filij, §. 16. Quoniam tenemur eos diligere, reuereri, ipsisque obedire tam corde quàm verbis, & operibus, vt expositum est nu. 4. supra eod.

Tertiò, qui filius in rebus pertinentibus ad regimen & gubernationem domus & rei familiaris non vult parere parentibus, Angel. Syluest. & Tabienf. vbi supra, nisi quando ex incogitantia siue inaduertentia, absque contemptu, & obstinatione omittit obedire, tunc enim venialiter tantum delinquit. Si vero in alijs, quæ non pertinent ad ipsorum parentum gubernationem & curam obedire noluerit, non peccat mortaliter. Angel. & Syluest. vbi supra.

Quartò, filius qui non obedit in his quæ pertinent ad bonos mores, & ad salutem animæ, vt pote fugere noxia sodalium contubernia, ludos prohibitos, meretrices, aliaque huiusmodi vitia, quibus tempus infelicitè absumitur, secundum authores supra allegatos.

Quintò, qui filius parentes etiam leuiter percutit, secundum Richar. in 3. dist. 37. vel contumeliosis verbis ipsos cum animi deliberatione incessit, vt meritò illos ad iracundiam notabilem prouocet, Alex. in 3. par. de quarto præcepto, & Richar. vbi supra.

Sextò, qui filius ex animo ipsis maledicit siue viuus siue iam seculo defunctis, Exod. 21. & Alex. vbi supra, si tamen ore tenus tantum maledixit, non amplius quàm venialiter offendit.

Septimò, qui filius alicuius criminis eos accusat, secundum Richar. vbi supra, nisi esset hæresis, vel proditionis crimen in Regem vel in Rempublicam, Nam in his casibus quamuis non obligetur, vt Decius in c. 1. nu. 7. de offic. de leg. asseruit, nihilominus liceret, arg. l. Minimè, ff. de relig. & sumpt. funer. imò sæpissimè obligatur, vt nos in Repet. cap. Inter verba 11. quæst. 3. conclus. 6. num. 826. diximus.

Octauò, qui filius ita parentes contemnit, vt sibi dedecori & contumeliæ futurum esse existimaret se pro filio illorum haberi, Alex. vbi supra. Diximus, (Contemnit) Nam si absque contemptu id facit, ad vitandum aliquod incommodum sinistra opinionis, vel ob aliam huiusmodi causam, nò peccaret mortaliter, maximè si parentes tacitè vel expressè in eo consentirent, ad fugiendum suum incommodum, quod ex incommodo filij eis proueniret.

Nonò, qui filius parentibus mortem desiderat, quo citius ipsorum bona ad se perueniant, vel non dat operam, quo ipsos à captiuitate liberet, vel ab infano furore, quo sunt mente capti & iudicij expertes, Argumen. capit. secundo. de Concess. præb. & l. fin. C. de pact. hac enim de causa potest exheredari. Authen. Vt cum, de appellat. cog. §. Causas, colum. 8. vel si forsan prohibuit ne testarentur, vel à restituendis alienis bonis ipsorum animos auertit,

argu. l. prima. C. de Testam. & l. 2. C. si quis aliq. testat. prohib.

Decimò, qui filius parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maximè circa victum & vestitum, vel grauib. morbis detentis, cum id comode facere potest, argum. cap. Inter cætera, 22. quæst. 4. cap. Non satis, 86. distin. & Angel. verb. Filius. §. 30. nisi sciat patrem ex proprijs bonis vel officio, quo fungitur, sibi posse consulere, tunc enim non tenetur ex bonis suis quicquam conferre, nisi munus illud aut ars quam pater callebat, suo statui esset dedecori, argum. l. Si quis a Liberis, §. Idem rescripsit, ff. de lib. agnosc. adiuncta gloss.

14 Undecimò, qui filius parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio & ope indigentibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, etiam si sit professus, quando verisimile est egrediendo, ipsis posse subuenire, aliter verò minime. argum. ca. Pasce. 86. distinct. vel quando parentes ita grauis premit necessitas, quæ licet non sit extrema, est tamen talis, quæ filium obligat ex præcepto ad eorum inopiam subleuandam, aliàs verò minimè, & eo nõ obstante ingreditur religionem, Thom. 2. secur. quæst. 101. art. 4. Quamuis in hoc casu, si iam est professus, non teneatur exire, debet tamen pro viribus in statu suo perseuerando, eis subuenire, secundum Caietanum in dicto artic. 4. Per quam resolutionem duæ opiniones contraria sentientes, videlicet Sanct. Thom. in dicto art. 4. Nicolai Lyrani Mathæi 15. & Maioris in 4. distin. 38. q. 16. possunt ad concordiam reduci. Illud autem addimus, quòd ille non tetigit, nempe quòd si parentes sunt in tali necessitate constituti, quando filius ingreditur religionem, tum tenetur egredi, quando non egrediendo tali necessitati subuenire non posset, egrediendo vero posset. Quoniam huiusmodi debitorum præcessit ipsum religionis ingressum, id quod optime Io. Maior ubi supra videtur intellexisse.

15 Duodecimò, qui filius ducturus vxorem, non vult ducere in vxorem quam pater præcepit, vt illo matrimonio inimicitia periculosa sopiantur, vel contra præceptum paternum se minime dignam vxorem ducit, argum. cap. Aliiter 30. quæst. 5. & cap. Honorantur 32. quæst. 1. & cap. 1. de despons. impub. secundum S. Bonauent. licet enim iuxta insignes glossas, cap. De raptoribus, 36. q. 2. & Auth. Sed si post, C. de inoff. test. pater non possit filiam exhæredare, eo quòd contra ipsius voluntatem maritum eligit, non indignum se; imò neque etiam si indignum, iuxta communem opinionem, quam sequuntur Felyn. & Decius in cap. Ecclesia, de Constit. Io. Lupus. in repet. cap. Per vestras, de Do. int. §. 9. Nihilominus tamen, filia male facit, & patri iniuriam irrogat, & ex consequenti peccat mortaliter, quando saltem contrauenit voluntati patris sine rationabili causa, vel tali quæ coram Deo iusta ei videatur, & iuxta hunc modum limitandū est, quòd in huius casus initio dicitur. Ex quo potest colligi nouus & singularis intellectus, cap. primo. de despons. impub. circa id quatenus habet: Filium teneri ducere vxorem illam, de qua assumenda pasciscitur pater, videlicet, quòd non solum debet de honestate, sed etiam de necessitate, quo ad effectum non peccandi, licet non quo ad effectum, vt ad id cogi possit.

Decimo-

Decimotertiò, qui filius cui ex hæreditate paterna aliqua bona obueniunt, quæ scit iniuste, vt per vsuras parta fuisse, & ea vt par est non restituit, cap. Michael de vsur. cum glo. & notab. ibi per omnes.

Decimoquartò, qui filius ex negligentia vel auaritia diu differt debita patris defuncti persolueret, vel legata testamenti adimplere, maxime illa, quæ ad pia opera pertinent, iuxta beatum Antonin. 2. par. titu. 2. capitu. 7. §. 3. & ca. 8. Diximus, (*Diu differt*) quoniam exigui temporis procrastinatio circa hæc, non videtur crimen lethale, argumen. l. Si debitori. ff. de iudic. Imò nec veniale, si ea de causa potissimum rem produxit, vt bona defuncti melius venderentur, ad copiosiores eleemosynas erogandas. Quamuis huiusmodi intentio non sufficeret ad rem diutius differendam, secundum San. Thom. Quolib. 6. articu. 14.

Qui parentes peccant mortaliter circa hoc quartum præceptum erga filios.

S V M M A R I V M.

- P**receptum quartum, quomodo pater aut mater violat, nisi succurrat necessitati, vite spiritualis aut corporalis suorum filiorum, nu. 17.
- Mater, quæ filios non lactat proprijs vberibus, nu. 17.
- Patres, qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel Xenodochiorum, nu. 17.
- Patres, qui irritant vota filiorum in quæ iam consenserant, nu. 17.
- Patres, qui dolo, aut timore, filios extrahunt a religione, aut in eam inducunt, num. 17.
- Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota, nu. 17.
- Patres, qui permittunt filias suas adamare, vel adamari ob malum finem, vel quod dum essent desponsatæ, haberent tactus impudicos & illicitos, numero. 18.



PRIMO quidem peccat pater, qui negligit notabiliter providere, 17 illa, quæ ad filij necessitatem, spiritualem aut corporalem pertinebant, cum nulla esset ei excusatio paupertatis vel alius rationabilis causæ, c. Duo ista, 23. q. 4. & c. Non putes, eadem caus. & quæst. & 1. ad Thimot. 5. textus singul. in cap. Si quis reliquerit, 30. dist.

Secundò, quæ mater filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutricem bonam, vel gerere curam circa bonam pueri educationem, vel vsque ad triennium ei non ministravit necessaria, Per ea, quæ diximus in capitu. Ad eius, 5. distin. & argum. cap. fina. de conuers. infidel. & l. Nec filium, C. de patr. potest. quamuis nolle filiū proprijs vberibus lactare sine cā iusta, non sit amplius quàm veniale, & cum causa neque veniale. Diximus, (*vsque ad triennium*) quoniam deinceps pater ipse tenetur de omnibus necessarijs

Cap. Decimumquartū de quarto præcepto Decal.

filio prouidere, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars aut officium decens, quo possit se ipsum alere, neque sit aliàs adeo ingratus & criminosus, vt secundum iura exheredari mereatur, arg. l. Necare, & l. Si quis à liberis, ff. de liber. agnos. Quod rectè notauit Syluest. verb. Filij §. 21

Tertiò, qui pater ob auaritiā mittit filios ad hospitalia pauperum, vel in ianuis ciuitatis, aut in alijs locis publicis vel priuatis exponit, l. Necare, ff. de liber. agnos. & cap. primo, & secundo de infant. exposit. cum gloss. & ibi annotatis, vel nolunt filias etiam spurias dotare, cum possint. textus singul. in cap. Cum haberet, de eo, qui duxit in matrimon. secundum Panormitanum ibidē, Vualden. de success. ab intest. col. 15. Decius in cap. Clerici, de iudic. col. 2.

Quarto, qui parētes absque causā votum aliquod siue peregrinationis siue abstinentiæ, quod filij cum eorum bona venia fecerant, reuocant, iuxta prædicta in cap. 12. num. 61. & 63.

Quintò, qui parentes filium ab aliqua religione, quam fuerat ingressus cum iam esset in ætate ad ingrediendum sufficiente, vi, vel dolo reuocant, cap. Puella, 20. quæst. 2. Vel si filio vel filia, quæ votum continentia aut religionis emiserat, postquam ad ætatem deliberandi peruenerat, consulunt vel cogunt ad coniugium eligendum, arg. cap. 1. & ei annotatorum de offi. deleg.

Sextò, qui parentes dolis aut minis alijsque huiusmodi medijs filiam cogunt religionem intrare, argum. cap. 1. de his quæ vi, & cap. Requisiuit, de spō. sai. Quod est quidam magnus ætatis nostræ abusus, & causa ruinæ religionibus, & vt in illis maledicantur perpetuò, qui eas in id compulerunt. Ob quod nuper concilium Tridentinum sess. 25. cap. 8. de regul. in hæc verba statuit. Anathemati sancta Synodus subijcit omnes & singulas personas cuiuscunque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque religionis, vel ad emittendam professionem. Quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint. Quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causā impederint.

18 Septimò, qui parentes patiuntur filias suas habere amatores ob malum finem, vel eas a suspectis sodalitijs nõ separant, qualia sunt aliquarum sceminarum consortia, quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras.

Octauò, qui parentes noscunt filiam turpem vitam agere, vel vti fucis & irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale, & ipsam neque reprehēdunt, neque corrigunt. argum. cap. Duo ista nomina 23. quæst. 4. Verum tamen illa eo solo, quod se eruet cultius quàm statui suo conueniat absque fine malo, saltem mortali, non peccat amplius quàm venialiter, nec consequenter pa-

Honora parentes.

117

ter parentes amplius quàm venialiter peccarent non reprehendendo eam. Si quidem qui consentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter, quàm author illius. c. 1. de offic. deleg.

Nondò, qui parentes consentiunt, vt cum filia sua sponsa vtatur sponsus talibus impudicis, & enormibus, vt sentit S. Thom. 2. sec. quæst. 154. art. 4. id quod eiusdem commentator amplificat ibidem. Quamuis oscula & amplexus videntur licita talibus sponis etiam ob solam delectationem inde percipiendam, tanquam principium nuptiarum promissarum, quæ alijs essent illicita, & multo magis quando absque fine delectationis, sed honesti amoris & beneuolentiæ, & necessitudinis intuitu id faciunt: ita & parentes licite eis possunt ea permittere: sed quia communiter sponsi cum soli absque arbitris conuersantur, huiusmodi tactibus impudicis vti solent, non deberet eis permitti, vt soli secretò conuersentur.

Qui & quæ coniuges peccant mortaliter contra hoc quartum præceptum.

S V M M A R I V M.

Maritus quonam pacto violet quartum præceptum, & peccet mortaliter, prohibendo uxori audire sacrum in diebus festis, vel prohibendo ieiunia præcepta, num. 19.

Maritus præcipiens uxori fractionem alicuius præcepti, nu. 19.

Maritus percutiens immoderate, aut infamans, vel verbis infamatorijs incessens uxorem, nu. 19.

Uxor notabiliter tollens obedientiam marito, & cat. nu. 20.

Uxor nolens ire, quo vult maritus, nu. 20.

Uxor prouocans maritum ad magnam iram, vel ad blasphemandum, numer. 20.

Uxor notabiliter contemnens maritum, & cat. nu. 20.

DE C A T quidem contra hoc quartum præceptum, Primò, qui maritus absque causā prohibet uxori, ne diebus festis, qui solent obseruari, eat ad missam, aut cogit violare aliquod præceptum diuinum, aut ecclesiasticum, obligans ad mortale, puta præcipiendo ei ne ieiunet in diebus ab ecclesia ad id deputatis, vel ne audiat missam, quam tenetur audire iuxta mentem Beati Antonini secunda. part. titu. 9. cap. 10. §. secundo.

Secundò, qui maritus atrociter & supra modum percutit aut verberat uxorem, siquidem neque seruum ita cedere debet, l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. §. fina. Inst. eod. tit.

Tertiò, qui maritus causā cõuitiandi vel infamandi notabiliter deliberate aliquod

Cap. Decimumquartū de quarto præcepto Decal.

quod verbum, licet ex suapte natura minime iniurium, in vxorem profert, vel è contrario sine animo diffamandi iniuriam ve irrogandi, aliquid dicit, quod suapte natura est aptum ad infamandum, & inde infamia subsequitur, vel saltem adest periculum eius infamiæ probabile, iuxta sententiam S. Thom. 2. sec. quæst. 73. art. 2. Quod nos etiā in cap. Inter verba, 11. q. 3. conclus. 6. nu. 431. & 432. comprobauimus.

Quartò, quæ vxor marito est notabiliter inobediens, in his quæ ad regimen domus, & familiæ, bonosque mores pertinent, c. Est ordo, & c. Hæc imago, 33. q. 5. Richar. vbi supra, dist. 37.

Quintò, quæ vxor non vult sequi maritum aliò migrantem, etenim sub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari, cap. Vnaquæque 13. quæst. 2. nisi patetum præcesserit inter eos, ne maritus aliò migraret, tunc enim minime tenetur, nisi viro aliqua iusta necessitas illinc discedendi superueniret, vt morbus, vel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur sequi maritum vagabundum, si eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non solebat vagari, vel vxor eiusmodi mariti morem non intellexerat, gloss. in dicto. cap. Vnaquæque, & cap. Si quis necessitate, 34. quæst. 1. Etenim si id prænouisset à principio, tenetur eum sequi, quandiu ex honesta causa ille vagaretur, non tamen si ob turpem causam id faceret, vel circumduceret exponendo peccati vel mortis periculo, quia tunc nullatenus ipsum sequi teneretur. Qui enim ita vagatur, absq; dubio peccat, & proinde non est illi consentiendum, arg. c. Non semper, 11. q. 3. & Syluest. verb. Vxor, §. 8.

Sextò, quæ vxor iracundè & litigiosè maritum ad blasphemiam prouocat, & sciens aut scire debens, ipsum ad blasphemiam prouocatum iri, iracundiã reprimere omittit, ar. c. fin. de iniur.

Septimò, quæ vxor contemnit marito debitam subiectionem præstare, vel illi aliquid notabile imperat, aut eius iustum præceptum non implet, quale est præceptum, vt superflua & vana moresque incompósitos exuat, argum. cap. Cum caput, 33. quæst. 5. Diximus, (Contemnit,) Quoniam cum præceptum mariti non sit maius, quàm ecclesiæ, argum. eorum quæ supra eodem. cap. num. 12. diximus, & illud non obliget semper sub mortali, si desit contemptus, iuxta S. Thom. 2. sec. quæst. 186. art. 9. & late per nos in rub. de pæn. & communem opinionem, non etiam eius præceptum semper obligat, si contemptus absit, licet aliquando sic.

Qui Domini vel heri peccant mortaliter contra quartum præceptū erga seruos & famulos suos, & qui subditi erga superiores.

S V M M A R I V M.

Dominus quomodo violat quartum præceptum, & peccat mortaliter negligendo ea quæ conueniunt saluti seruorum, vel famulorum suorum, vel qui non prohibet eis

Honora parentes.

118

bet eis iurare, vel non iubet confiteri, communicare, audire missas & cet. tēporibus debitis, vel qui negligit scire peccata seruorum & famulorū suorum manifesta, aut obstat seruo, ne vxorem ducat, nu. 21.

Subditus quomodo violet quartum præceptum, & peccet mortaliter, si honorem notabilem debitumq; suo superiori non deferat, si non seruauit eius leges, & præcepta, nu. 22.



PECCAT Primò, qui Dominus vel herus notabiliter negligit ea quæ pertinent ad seruorum, famulorum ve suorum conscientiam, puta ne assuescant iuramentis, vt Christiani viuant, Dei præcepta custodiant, vt confiteantur, & communicent, & missam audiant temporibus ab Ecclesia præscriptis, vel negligit notabiliter procurare illis sacramenta confirmationis, & vnctionis extremæ suo tempore, 1. ad Thimot. cap. 5.

Secundò, qui Dominus, vel herus, habet seruum neophytum, seu nouè ad fidem conuersum, & non curat per se, neque per alium Christianam doctrinam ipsum docere, & quid sit esse Christianum, & subinde qualem vitam agere teneatur.

Tertiò, qui herus vel Dominus notabiliter negligit nosse peccata manifesta, seruorum & famulorum suorum, vt possit eos corrigere, secundum S. Antò. 2. par. tit. 5. c. 9. §. 2. col. 4. & eum, qui ex familia sua, neque verbis, neque alia iusta pœna emendatur, debet ablegare, vel ei necessaria denegare, si verisimiliter credit hac ratione ad bonam mentem illum reuocatum iri, arg. regul. S. August. cap. 3. At si verisimile est, eum à domo expulsum, deteriore fore, melius erit eum domi retinere, adhibendo ei remedia quæ commode poterit, argum. cap. Quantumlibet, 47. dist.

Quartò, qui Dominus, vel herus, prohibuit seruis suis maxime quos sciebat cõcubinis alligatos, ne vxores ducerent, c. 1 & per totū titulum, de coniug. seruor. Diximus, (prohibuit) quoniam nõ tenetur præbere cõsensum, facultatemque illis facere, ad contrahendum matrimonium, sed tantum ad non prohibendum & non impediendum, eo quòd valde distant præbere cõsensum, & non impedire, vt inferius. cap. 22. de matrim. num. 34. dicimus, quamuis neutro casu libertatem assequantur, iuxta mentem gloss. Panor. & commun. in cap. 1. de Coniug. seru.

Quintò, qui subditus notabiliter contemnit superiores, vel illis honorem notabilem & debitum denegat, etiam si sint discoli & mali. 1. Petri 2. & ad Rom. 13. c. Solita, de Maiorit. c. Omnis, de Censib.

Sextò, qui subditus leges & præcepta iusta superiorum violat, eo quòd putat, in hac vita neminem in alium potestatem habere, & non solum peccat mortaliter, contra c. Ad hoc. 89. dist. sed etiam est hæreticus, Extranag. Vnã sanctã, de Maiorit. & obediens. & glo. singul. & recepta, in c. Generali, de Elect. lib. 6. verb. Inhibemus.

Sptimò, qui subditus iusta superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare, eo quòd non vult se illis submittere, quamuis credat illos esse vere suos superiores,

Cap. Decimūquartū de quarto precepto Deca.

periores, quòd est propriè peccatum inobedientiæ, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 105. ar. 1. Etenim si alijs de causis id omittit, aliquando peccat mortaliter, aliquando venialiter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatem, qua de re latius in cap. 23. à num. 36. agetur.

Qui peccat contra quartum preceptum, quatenus extenditur ad preceptum de diligendo proximo.

S V M M A R I V M.

- P**receptum quartum quomodo violatur non amando proximum, nu. 23.
Proximus, qui non diligit se, aut proximum amore humano, vel charitate, aut charitatiuo, eo tempore quo tenetur, nu. 23.
Proximus, qui alium excipit a suis orationibus generalibus, nu. 23.
Proximus, qui non vult alium diligere, vel non adiuvat in temporibus debitis, & que sunt illa, nu. 23.
Amat qui aliquam creaturam plusquam animam suam, vel corpus suum plusquam animam proximi, vel plus honorem suum, vel rem, quam suum corpus, & cæt. num. 23.
Amat qui se ipsum vel proximum cum offensa mortali Dei, nu. 24.
Proximus, qui desiderat, quòd aliquis mortaliter delinquat, vel condemnetur, numer. 24.
Excommunicationem qui procurat, in finem, ut proximus condemnetur, nu. 24.
Accusare qui aut denunciare recusat, quando debet, & cæt. nu. 24.
Odium aut rancorem quis habet, & cæt. nu. 25.
Peccandi mortaliter periculo se exponens, vel agens contra conscientie dictamen, nu. 25.
Peccatum mortale alterius, qui non impedit, cum possit absque suo nocumento, numer. 26.
Peccati alterius qui est causa nisi, & cæt. nu. 27.
Peccat qui mortaliter, vel speciem eius rei præstat, ut alius ita peccet, nu. 28.
Peccat qui venialiter, ut alium sic peccare faciat, solum venialiter peccat, nu. 29.
Proximus, qui absque necessitate & utilitate sua facit aliquid, propter quod credit alium mortaliter peccaturum, nu. 30.
Familiaritatem qui habet cum persona suspecta, intelligens quòd aliqui ob id scandalum accipiunt, nu. 30.
Preceptum qui omittit implere, puta quia non parcit, nec rancorem remittit, ne ob id ei detrahatur, nu. 31.
Scandalum qui præbet manducando carnes diebus prohibitis, vel non ieiunando, cum aliorum scandalo, nu. 31.
Rancor & odium duplex, nu. 25.
Scandalizare hoc vel illo modo, quando mortale, nu. 25.

Don

Honora parentes.

119

- Don Leo de Noronna Societatis I E S V laudatus, nu. 26.
Occasio, qua necessario vitanda penitenti ut absolui possit, profunde definitum, & late declaratum, nu. 31. A.
Finis principalis operis boni, licet non possit esse bonum eo minus, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpa, seu peccatum, nu. 31. B.
Occasionem dare ad veniale, veniale tantum est, nu. 31. C.
Occasio qua peccandi per refectionem Synagoga, vel idoli, vel per nuditatem membrorum, vel per ornatum, vel per scurrilitatem, vitanda, nu. 31. D. Vel per armorum traditionem, vel per consilium, & cæt. num. eod. E. Vel per petitionem rei quam dando peccabit rogatus, nu. eod. F. Vel per depositionem pecunie apud usurarium, nu. 31. G.
Sacerdotis mali ad missandum inductio, qua peccatum, nu. 31. H.
Tyrannum rogare pro iustitia vel gratia an peccatum, nu. 31. H.
Occasio qua peccandi per tactum manuum, mamillarum, & cæt. omnino euitanda, num. 31. I.
Uniuersitatum gradus & premia Mineralia licita, & magis scientie ipsa, & artes mechanica, nu. 31. K.
Occasio peccandi per festa & publicos conuentus, per taurorum agitationem, & lupanaria, an omnino vitanda, nu. 31. L.



PECCAT quidem primò, qui nec se nec proximum generatim amat, 23. charitate, siue amore charitatiuo, idest propter Deum, & quia sunt capaces æterne beatitudinis, exoptando eam sibi & suis proximis, ut in addit. Repet. cap. Quando, de consec. dist. 1. num. 354. diximus, vel amore naturali tempore quo id facere tenetur sub pœna mortalis peccati. Quod tempus videtur esse illud in quo proximus, aut ipsemet sunt in extrema necessitate talis amoris, & auxiliij quod ex eo nascitur, ut supra eodem capitul. num. 8. insinuauimus.

Secundò, qui aliquos à participatione & communione generalium orationum, in quibus pro alijs orare solet, excludit, quales sunt illæ petitiones orationis Dominicæ. Panem nostrum da nobis & cæt. & dimitte nobis debita nostra & cæt. iuxta mentem S. Thom. 2. sec. q. 25. ar. 4. 6. 8. & 9.

Tertiò, qui habuit animum non diligendi, vel non subueniendi cuiquam proximo, eo quòd ille sit peccator, vel eum offenderit, vel ob aliam causam, casu quo illud esset ei ad salutem necessarium, secundum eundem & eius commentatorem in dicto ar. 8. & 9.

Quartò, qui amat aliquam aliam creaturam firmitus quam animam suam, vel corpus suum firmitus quam animam proximi vel honorem aut fortunas suas quam corpus proprium aut proximi adeo, quòd omittit vel statuit non opitulari extremæ necessitati illius, cui tunc plus debet, ut non desit ei cui minus debet: Sanctus Bonauentura & Richardus in tertio, distinctione 29. Etenim non satis est diligere quod oportet, nisi etiam debitus diligendi ordo seruetur, puta primò, firmitus Deum quam alia omnia. Secundò, nos ipsos quo ad ani-

Cap. Decimumquartū de quarto precepto Decal.

ad animam nostram. Tertio, Animam proximi. Quarto, proprium corpus, iuxta August. lib. 1. de doct. CHRISTIANA, & S. Thom. receptum, 2. sec. quæst. 26. per totam. Diximus (*firmius*) non autem intensius, aut feruentius. Quoniam non tenemur ad id, sicut in dicta additione, nu. 361. & supra cap. 11. nu. 15. declarauimus, vbi probauimus satis esse quod firmius diligamus hoc est, vt pluris faciamus & æstimemus id quod magis amare debemus, & eius amorē quàm id quod minus debemus & eius amorem.

24 Quinto, qui tantum amat seipsum vel filium, vel amicum, vel delicias, diuitias, honores, aut dominum suum temporalem, vt sit paratus pro his animo vel opere Deum mortaliter offendere, secundum Scotum & Franciscum Mayro in lib. 1. dist. 1.

Sexto, qui desiderat, vt aliquis mortaliter delinquat, vel damnationem æternam incurrat, vel quod grauius est, Deum orauit, vt aliquid horum proximo eueniat, vel ex animo maledixit, vt ille aut ille perpetuis inferni flammis crucietur, vel sententiam excommunicationis contra proximum facit pronunciarī hoc animo, vt qui rem ipsi ablatam non restituat animæ suæ iactu rā faciat, vel alia huiusmodi admittat, vt in dicta additione nu. 366 diximus.

Septimo, qui non reprehendit proximum, aut non denunciat cum debet, vel reprehendit aut denunciat aliter quàm debet & cæc. vt inferius. cap. 24. a num. 17. vsque ad 23. tangetur.

25 Octauo, qui eo quod est iniuria affectus, vel alia de causa aliquem odio & rancore prosequitur, cap. Si quis contristatus, 90 distinct. cap. fin. de penit. dist. 5. Etenim quilibet offensus tenetur emittere ex animo odium & rancorem malum, imò & ad non concipiendum illum contra suum offensorem, quantalibet fuerit iniuria, etiam si offensus nullatenus offensus satisfaciatur, iuxta sententiam diui Gregorij dicto cap. final. Diximus, (*Odium & rancorem malum*) qui est filius accidiæ. Non enim obligatur ad ei sciendum illum rancorem bonum, qui nascitur ex ira, qua quis appetit, vt per iudicem castigetur delictum, imò aliquando tenetur illum concipere, conseruare, & ostendere, cap. Si is qui, cap. Est iniusta misericordia, cap. Displicet, 23. quæst. 4. Syluest. verb. Charitas, quæst. 4. puta quando ad salutem spiritualem offensoris, vel ad Dei obsequiū, aut ad Reipub. vtilitatem conducit, sicut in dicta additione nu. 200. diximus. Non tenetur etiam eum alloqui, neque ei signa amoris ostendere, nisi tempore necessitatis, satis est enim habere animum ad talia signa ostendenda in prædicto tempore iuxta S. Thom. receptum, 2. sec. q. 25. art. 9. maxime quando offensor satisfacere rennit, aut non vult sufficienter id facere, imò nec tunc tenebitur sub reatu peccati illum in suam conuersationem, & amicitiam peculiaremmittere. Quocirca confessarij aduertere debent, quando & quomodo ob hoc offensus absolutionem negent, vel concedant, vt docuit Caieta. in dicta q. 25. art. 9. Multo minus tenetur condonare satisfactionem iniuriæ quæ in iudicio peti potest, iuxta gloss. singul. in dicto cap. Si quis contristatus, Imò aliqui sunt, qui etiam si velint, non possunt id facere, quales sunt, vxor, filius familias nondum emancipatus, seruus, & religiosus, iuxta gloss. receptam in cap. Parochianos,

Honora parentes.

chianos, de sent. cxcom. m. Quoniam actio contra iniuriantem ad superiores pertinet, scilicet ad maritum, patrem, dominum, & prælatum, secundum glossam præallegatam. Addimusque quod quando duo se mutuo offendunt, & amborum offensus est æque grauis, qui prius offendit, debet prius reconciliationem petere. At verò si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eam petere. Syluest. in Rosa aurea casu 56.

Nonò, qui periculo peccandi mortaliter se exponit, vt qui dubitans de aliquo, an sit mortale nec ne, facit illud, aut omittit confiteri, argum. cap. Si quis autem, de penit. distinct. 7. vt ibi num. 57. & 81. copiosius diximus, & S. Bonauent. in 4. distinct. 17. Caietan. in summa verb. Periculo peccandi se exponere, tenent & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit contra conscientiam, dum facit aliquid aut omittit facere, quod illa in particulari & in individuo dictat esse peccatum mortale. Tenetur enim eam deponere, aut quod illa dictat facere, cap. Per tuas, 2. de Symon. vt in dicto cap. Si quis autem, num. 120. copiosius diximus. Diximus (*in particulari*) quoniam quando conscientia generaliter dubitat, aut dictat contrarium illius, quod in particulari & individuo rectum iudicat, non est mortale, vt in præallegato cap. Si quis autem, num. 61. diximus.

Decimo, qui potens impedire ne alius mortale crimen admittat, non impedit. c. Qui alios, de hæret. c. Error, 83. dist. c. Negligere, 2. q. 7. & alia in glossis eorum citata. Hanc conclusionem, quam significant multi textus, nos in alia huius operis editione limitauimus, dicentes solum procedere, quando sine verecundia, incommodo, & dedecore id poterat impedire, secundum Felyn. in dicto c. Qui alios, vt in Reper. c. Si peccauerit, 2. q. 1. latius diximus, & in Reper. cap. Inter verba, 11. q. 3. conclus. 6. num. 626. & infra c. 24. nu. 18. & seq. retulimus; imò in d. cap. Inter verba, num. 621. & infra cap. 24. num. 20. illud addidimus, non esse illicitum permittere, vt aliquis incidat in peccatum aliquod maius, vt ob id castigatus melius se corrigat de illo, & de alio minore. Vt si alicui puero ad furtum vel aliud quodcunque vitium inclinato, dissimulato eo, permittatur aliqua occasio incidendi in aliud, vt in eo deprehensus, fructuosius castigetur & emendetur. Hoc enim potius est opportunum tempus querere correctioni quàm ad peccatum inducere. Et quia aliud est malum facere, vnde bona sequantur, quod nunquam licet, ad Rom. 3. aliud verò malum permittere, aut non impedire, propter bonum quod speratur; quod certe multoties facere licet, & sæpissime quotidie erga nos diuina bonitas facit, cap. Nec mirum, 26. q. 5. Nunc aut vir ille singularis, quondam discipulus noster præcellens, postea verò mihi eximium exemplar vitæ, meritiissimusque rector illius insignissimi iuxta ac sanctissimi Collegij Societatis IESV, celeberrimæ academix Conimbricentis, nunc verò prouincialis totius Lusitanix, Don Leo à Norrona nos admonuit inter alia, quod contra prædictam conclusionem, etiam prædicto modo limitatam, facit, id quod numero sequenti dicitur, videlicet, quod non peccat mortaliter is, qui ab usuratio mutuo pecunias exposcit, quæ credit sine vlura & peccato non mutuo daturum. Nec etiam qui petit à curato suo

to suo, vt baptizet sibi filium, credens eum esse in peccato mortali, & quòd absque contritione illius baptizabit, & videtur vtrumque horum posse ab huiusmodi petitione supersedere absque incommodo, verecundia, & dedecore, saltem in casu, quo qui petit ad vsuram non graui premeretur necessitate, & inuenirentur sacerdotes, qui cum licentia proprii curati, quæ facile solet concedi, id baptisma ministrare vellent, & certum est, quòd illa peccata mortalia, quæ creduntur consequutura præfatas petitiones, illis ommissis impedirentur. Accedit etiam quòd non peccat mortaliter ob hoc solum mulier, quæ gloriolæ vanæ & venialis desiderio tacta, absque alio fine mortali se fucat & ornat, licet credat aliquos, qui ipsam sic ornatam videbunt, in eius concupiscentiam mortalem exarsuros, vt infra. cap. 23. num. 23. dicitur, & tamen certum est, eam absque incommodo verecundiæ & dedecore suo posse huiusmodi ornatum ommittere. Adde his fundamentis, quòd etiam inferius, cap. 27. num. 78. apponitur, eum qui omittit clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum possit sine suo detrimento auxiliari, non incurrere excommunicationem, de qua in cap. Quanta, de sent. excomm. saltem in foro conscientiæ, si absque dolo malo & consensu omiserit defendere. Item quòd inferius. cap. 24. num. 11. & seq. etiam diffiniemus, neminem teneri alteri spirituales elemosynas exhibere sub reatu mortalis culpæ, nisi ei, qui eius extremam patitur indigentiam: Et manifestum est, eum qui voluntarie crimen lethale committit, sciens & aduertens illud esse tale, potensque per se illud excusare, non esse in extrema necessitate spiritali, vt ei ab alio ad id auxilium præstetur. Sed horum, (quæ sunt egregia) dubiorum exactam solutionem in cap. 24. num. 16. ponemus. Quoniam id illi loco est aptius.

27 Undecimò, qui consilio suo fauore vel ope alij fuit causa peccandi mortaliter, c. Noli, de pœnit. dist. 1. Nolumus autem dicere, quòd quicumque ab alio aliquid petit, credens petitionem illam futuram esse alteri occasionem peccandi mortaliter, est causa illius peccati, non enim est quum iusta causa id petit, est autem quum sine illa id facit. Nam qui necessitate oppressus mutuum poscit ab vsurario, sciens illum sine vsura nullatenus mutuo daturum, non peccat, quamuis peccet qui dat: Peccaret autem qui absque necessitate id peteret, vt etiam in c. l. §. Sacerdos, num. 6. de pœnit. dist. 6. declarauimus, iuxta Maioris diffinitionem, in 4. dist. 15. quæst. 1. col. 4. qua diffinit, eum qui curatum scelere aliquo mortali irretitum obsecrat, vt filium suum baptizet, non propterea peccare, etiam si sciat illum non præuia pœnitentia peccati baptismatis sacramentum puero administraturum, & per consequens ea de causa reatum mortalis culpæ incursum, cap. Præter, adiuncta gloss. verb. Agentibus; & verb. Communio, 2. di. Quæ quidem doctrina tunc procedit, quando id quod petitur, ex se non est peccatum, vt in exemplo prædicto de administratione baptismatis, & in petitione mutui. Nam si tale esset, nunquam liceret, vt si peteret dari sibi baptisma absque contritione, vel mutuo dari sibi sub vsura, vt optime tradit Caiet. 2. sec. q. 78. art. 4. & par. 3. q. 64. art. 6.

28 Duodecimò, qui facit aut dicit aliquid, quòd de se non est mortale, cum intentione

tentione tamen, alterum ad illud inducendi, vel absque tali intentione, facit aliquid, quòd præ se fert speciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram talibus est sufficiens impulsus ad peccandum mortaliter, arbitrio boni viri & prudentis, secundum S. Thom. 2. sec. q. 43. ar. 3. & 4. & S. Anto. 2. par. tit. 7. c. 4. ante §. Quod etiam post ipsum nos in ca. 6. supra eod. & in c. 1. §. Animaduertere, nu. 6. de pœnit. dist. 5. tradidimus. Diximus, (Quod de se non est mortale) quoniam si esset tale de se, essent duo peccata effectu, vel vnum cum circumstantia scandali necessario consistenda ob ea, quæ in duobus locis prædictis tradidimus. Diximus etiam, (& quia sit in tali loco, & coram talibus:) Quoniam quòd ex se non est peccatum mortale, licet habeat speciem eius, factum coram alio sine intentione inducendi ad peccatum non est mortale, imò etiam quòd de se est mortale, commissum coram alijs absque tali intentione, & absque periculo probabili impellendi alios in peccatum, non affert secum circumstantiam necessario consistendam, vt in dicto §. Animaduertere, num. 8. & cap. Consideret, in principio. nu. 115. noua quadam distinctione duas oppositas opiniones ad concordiam redeimus. Item neque veniale peccatum fit amplius quàm veniale, eo quòd fiat animo alliciendi alterum ad peccandum venialiter, secundum omnes.

Decimotertio, qui tam parui æstimat salutem spiritualem proximi, vt absque necessitate vel utilitate, sed ex mera libertate suæ voluntatis, aliquid agat, quòd credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum: est exemplum in femina, quæ sine causa se conspicienda exhibet illi, quem credit simulatque perspexerit, peruersum aliquod desiderium peccandi mortaliter habiturum, etiã si illa non intendat ad huiusmodi desiderium allicere, vt in dicto §. Animaduertere, num. 6. post beatum Antoninum 2. par. tit. 7. cap. 4. col. 6. defendimus. Facit, cap. Nihil, de præscript. & cap. 2. de oper. nou. nunciat. Diximus (Absque necessitate, vel utilitate, sed ex mera voluntate) quoniam si alioquin non potest congruo quodam modo talia loca non adire, aut tunc temporis illis non adesse, vbi ab alio solet videri, quia verbi gratia, eundem est illi ad ecclesiam, vel aliò, vel sedere oportet ad ianuam cum vicinis & affinibus, ne inurbanitatis possit argui, nullatenus peccat, secundum eundem. Hic occurrit scrupulus nõ contemnendus, qui ex alio notabili postea dicendo pulululat, circa mulierem, quæ propter appetitum inanis gloriæ, (in quo solum venialiter delinquit) fucoco faciem depingit, an peccet in hoc mortaliter? sed inferius in c. 16. num. 23. ad hoc dubium respondebimus, ibi enim commodius quadrabit.

Decimotertio, qui absque causa necessaria vel utili, alicuius mulieris suspecte consuetudine familiari vitur, & aduertens se scandalum præbere alijs, qui male illa iudicant, tamen ab ea non discedit, eo quòd nihili facit scandalum aliorum. Eodem modo peccat, qui frequenter moniales debitam clausuram non obseruantes inuisit, & inde populus occasione accipit detrahendi & murmurandi, etiam si alioquin caste viuat, & recta intentione loca illa frequens adeat. Ille item qui domi suæ habet aliquam mulierem, de qua populus sinistri aliquid suspicatur, siue sit cognata siue extranea, quandiu eã a se non reijcit. Maior

Q. cit. Maior

cit, Maior in 4. distin. 15. quæst. 30. Idem dico de eo, qui habitat cum femina, cum qua eum rem habere populus suspicatur, etiam si alioquin neque opere neque cogitatu cum ea peccet, vt in c. Inter verba 11. q. 3. pag. 51. nume. 175. etiam diximus.

A Altera duarum quæstionum supra in hac traductione. cap. 3. propositarū, quam remisimus huc terminandam, est. An qui occasionem peccandi alteri præbet, sine proposito nunquam amplius eam præbendi, absolui possit? Ad hanc quæstionem a viro quodam valde pio & docto Illustris Societatis I E S V multum agitatam, post multa multoties scripta, liturata, & rescripta, tandem omnia resoluens respondi. Quod occasio faciens alterum peccare, a qua pœnitens abstinere, & nunquam amplius se eam daturum statuere debet, quo absolui possit, diffiniri potest esse omnis & sola illa, quæ est scandalum actuum mortiferum; hoc est, quod qui eam dat, mortaliter dando peccat: Et si roges, quæ est illa quam qui dat, mortaliter peccat? Respondeo quod omnis & sola illa, quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo salutem spirituales proximi, aut in id, saltem interpretatiue, consentiendo.

Dixi primum, (*Per peccatum mortale*) vt omnis illa occasio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur in prædicta diffinitione. De qua occasione agit S. Thom. 2. sec. q. 43. ar. 4. Quoniam licet omne peccatum mortale, quo scandalizamus, non habeat circumstantiam necessariò confitendam, vt supra in cap. 6. num. 19. dictum est. Cum tamen nunquam liceat peccare mortaliter, clarum est, quod non est absoluendus, qui non proponit, se nunquam daturū occasionem peccandi per peccatum mortale. Quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad consequens necessarium, argum. l. Illud, de acquiren. hæredit. & ca. Præterea, de offic. deleg.

Dixi secundo; (*Aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad peccatum mortale*) ad includendum omnes occasiones, quæ cum hac intentione dantur, siue opera ex se bona sint siue mala, siue ad malum siue ad bonum inuident. Quia simul ac cum huiusmodi intentione dantur, tales sunt, iuxta Thom. 2. sec. quæst. 43. art. 1. ad quartum. Nec huic obstat, quod in cap. Inter verba, 11. quæst. 3. num. 280. & in cap. Quando, de consec. distin. 1. & in additione eius, & latius nuper in Commentario, cap. Cum minister, 23. quæst. 5. num. 39. dixi, scilicet, quod opus non desinit esse bonum si principaliter propter Deum fiat; aut quia est bonum, quamuis minus principaliter, ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod si principaliter fieret, malum esset. Non, inquam, hoc obstat, quia intelligendum est, quando quod minus principaliter intenditur, non est malum culpæ seu peccatum, sed res bene appetibilis, quamuis non possit esse finis principalis virtutis, quæ præstantior ea est. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum est de eo, quod est malum culpæ seu peccatum, quod nullatenus desiderare, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalem proponere possumus. Cuius enim finis malus est, ipsum quoque malum est, cap. Cum minister, 23. quæst. quinta. Vbi num. 36. diximus

diximus hoc distare inter finem malum, quia est malum culpæ, & inter finem malum, quia est ineptus, eo quod sit medio minus bonus, quod hic potest esse finis minus principalis boni operis, ille verò non.

Dixi tertio, (*aut ad id iuuando,*) ad includendum eas, quibus quis dat opem ad peccandum, opem enim ferens, peccat, cap. Sicut dignum, §. Illi autem, & §. Hi quoque, de homicid. qualis est, quam præbet is, qui aliquam synagogam Iudæorum ædificat, aut reficit, quamuis sine aliqua intentione mouendi ad peccandum id faciat.

Dixi quarto, (*Aut contemnendo salutem spirituales proximi*) ad includendum eas, quæ dantur ob proximi salutis contemptum, qualis est, quam dat is, qui ideo transit per ianuam domus alterius, quem ob illum transitum mortaliter ira aut amore inordinato peccaturum credit, quod nihil pendat, aut parui faciat, quod alter ad id moueatur; contemptus enim huiusmodi efficit, vt mortale sit, quod alias non esset. Thom. 2. sec. q. 186. art. 9. & ante illum gloss. cap. Quis autem, 10. dist. putata singularis à nostris.

Dixi quinto, (*Aut consentiendo,*) quia consentiens peccat sicut principalis, ad Rom. 1. cap. Notum, 2. q. 1. cap. 1. de offic. deleg.

Dixi sexto, (*Aut saltem interpretatiue,*) ad includendum eas, quæ dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex sua natura & circumstantijs cum quibus facit, adeo ad peccatum mortale incitat, vt maiorem partem eorum qui sunt eiusdem qualitatis, cuius sunt hi, quibus datur illa occasio, in peccatum mortale deijcere soleat; aut facit aliquid quod quamuis ex sua natura & circumstantijs tale non sit, tamen credit & aduertit, ob illud certam aliquam personam ex sua infirmitate aut ignorantia mortaliter peccaturam, & antequam huic rei provideat, id facit: aut credit & aduertit ex malitia peccaturam, sine tamen vlla causa, & sine vtilitate sua nec aliena illud facit, Aut prætermittit aliquid facere contra legem iustitiae, aut charitatis præceptum, ob quod alius mortaliter peccat. Addidi tamen, certam aliquam personam, quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam, vt qui ad animi recreationem aliquem ludū instituit, non peccat, eo quod aliquem in eo peccaturum credat, sicut nec ille qui credit, aliquem malum esse in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, vt colligitur ex textu singulari capit. Osius, de Elect. Quamuis ea de re nulla sit præsumptio particularis, licet peccaret, si crederet illum aut illum illius oppidi, vel conuentus, esse malum.

Dixi septimo, (*faciendi mortaliter peccare*) quia non sufficit illa, quæ venialiter peccare facit, cum vt absoluatur, non est opus proposito nunquam amplius ad veniale redeundi quod confessus est, iuxta Thom. 3. par. q. 87. art. 1. & supra. cap. 1. num. 26. dictum fuit. Et occasionem venialiter peccandi per opus, quod non est mortale, dare, ad summum est peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem Thom. 2. sec. q. 43. ar. 4.

Ex hac generali & resoluta diffinitione, multorum dubiorum quæ a nobis, postquam ad sexagesimum annum peruenimus, quæ sita sæpius fuerunt, peculiaris responsio colligitur. Prima quidem, quod talem occasionem dat, quis

quis coram alio mortaliter peccat, per primam partem dictæ diffinitionis, licet eam tali modo non dederit; vt circumstantiæ necessario consuetudine causa esset. Quod quando contingat in cap. 6. nu. 9. dictum fuit.

Secundò, quòd talis est occasio quam dat quælibet persona, quæ cum intentione principali inducendi ad amorem inhonestum & mortiferum aliquam elemosinam præbet, aut alloquitur, inuisit, docet, cõsulit, & à fortiori erit, quæ datur visu, nutu, blanda & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, muneribus, aut obsequijs in hunc finem directis. Quia harum cuilibet secūda pars dictæ diffinitionis conuenit. Nec obstat dicere, quòd fortassis ex ea finis mortiferus, qui prætendebatur, non sequitur. Cum omnis voluntas, vt alius mortaliter peccet, mortifera sit, vt supra. c. 11. nu. 9. post Th. 1. sec. q. 74. & S. Anton. 3. par. ti. 5. c. 1. §. 5. & Magistrum in 2. dist. 24. dicitur. Et sic qui aliquam harum occasionum dedit, nisi nunquam amplius eam se daturum statuat, ab solui non debet.

D Tertio, quòd est talis quam dat, qui etiam sine alia praua intentione facit aut reficit idola apud Indos, aut Synagogas apud Iudeos, aut Mezchitas apud Mahumetanos, aut pagana templa apud paganos, aut hæretica apud hæreticos, aut facit aliquid aliud, cuius principalis vsus est peccatum mortale; quia occasionem ad illud dat cum auxilio, & sic in tertia parte dictæ diffinitionis comprehenditur.

Quartò, quòd etiam talis est quam aliqui diebus festis missa ab ipsis audita alijs, qui eam non audierunt, præbent, canendo, pullando, choreas ducendo, saltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus præsentibus tempore, quo audire missam ex præcepto tenentur, detinent, eo solo, quod eorum salutem spiritualem paruipendunt, respondentes dicentibus eos occasionem peccandi præbere, nihil sua referre, cum ipsi eam audierint. Quia eis quarta particula dictæ diffinitionis conuenit. Quapropter Gubernatores, qui hæc fieri publicè tempore diuinorum officiorum, saltem præceptorum, prohibent; laude digni sunt.

Quintò, quòd est talis illa occasio lasciuia & inciuilis, quam præbent qui, & quæ, se ostendunt nudos, aut opertos vestibibus, quibus pudenda mulieribus interlucent, sine circumstantia iustificante, quamuis id sine intentione inducendi ad culpam mortiferam faciant, per primam diffinitionis partem. Quia talis occasio est peccatum mortale, cum ex sua natura communiter ad culpam mortiferam, saltem voluntatis, aut delectationis mortiferè morosè inducat. Vnde legitur Barnabam maledixisse nudis viris & mulieribus nudis; & sine proposito nunquam amplius se eam duros, non sunt absoluendi. Dixi (*sine circumstantia iustificante,*) ad excludendum ex hoc numero, aspectus & tactus, quos infirmi talium membrorum medicis, chyrurgis, & Clysteriferis permittunt.

Sextò, quòd etiam est talis quam dat qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam aut iram mortiferam ex sua infirmitate aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiam illi sit, non prouidendo eius infirmitati aut ignorantie, quamuis sine intentione vt illa peccet id faciat. Quia illi conuenit sexta prædictæ resolutionis particula, videlicet, Cõsentus interpretatiui.

Septimò

Septimò, quòd talem occasionem non dat, qui sine intentione & contemptu mortifero ita se ornat, vt credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut circi, vel Ecclesiæ odio vel concupiscentia mortifera habendum, si illo ierit; nescit tamen à quo, aut id non aduertit, nec etiam si sciat quis, si intelligat quòd ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solum tales occasiones fugiunt, sed etiam aucupantur, imò se de eo iactant. Quia eiusmodi occasioni nec dicta sexta particula, nec alia dictæ diffinitionis conuenit, & per hanc & præcedentem decisionem, id quod Caietanus dicit secunda secund. quæstion. 186. articul. 9. colum. penul. versic. Ad 4. & id quod Syluest. verb. Ornatus, quæst. quarta. & alij affirmant, conciliari possunt.

Octauò, quòd nec est talis occasio illa, quam dat scurra & alij, qui præbent occasionem nimiam ridendi, comedendi, bibendi, vestiendi, aut loquendi, modo nimietas illa non perueniat ad culpam mortalis excessum: Per septimam enim dictæ definitionis partem, ex numero dictarum occasionum excluditur, quia solum venialiter peccare facit, quanquam magnopere illis est consulendum, vt ab eo abstineant. Tum quia ob nullam omnino rem peccatum veniale committendum est, vt sentit gloss. in cap. Si aliquid, 22. quæst. 4. & probat. cap. 1. cum 4. sequen. 22. quæst. 2. quantum minus tot sunt committenda. Tū quia etiam vnum tantum peccatum veniale disponit ad mortale iuxta Thom. 1. sec. quæst. 88. articul. 3. Idem dicendum est de eo, qui dicit aliquid aut facit, vt ad amorem vanum, aut veniale tantum malum alliciat, qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel obsequio aliquam foeminam prosequitur, non quidem quo moueat eam in copulam carnalem, neque in tactus inhonestos, neque delectationem morosam, sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquio, pulchritudine ac ornatu, & eum beneuole intueatur, complacentiam de bene constituta & culta persona significando, sine alia delectatione aut sine mortiferi malis, quanquam magna circumspectione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

Nonò, quòd interdum absolui potest, qui occasionem interficiendi dedit ob commodatam balistam absque malo fine, licet nunquam se amplius sic commodaturum non statuat, & interdum non. Quia commodare ex sua natura, talem occasionem non efficit, circumstantiæ tamen eam efficere possent. Proinde, si quis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo balistam petenti commoda uerit eam, talem præbet occasionem. Quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut consensus saltem interpretatiuus, quod per quintam & sextam dictæ definitionis partem sufficit ad efficiendum vt aliquid sit eiusmodi occasio: Idem dicendum, de eo qui commodat, aut vendit lanceam, sclopetrum, enses, aut alia arma, aut pigmenta, aut chartas luforias, talos, orbiculos aut aliquid aliud, quod bene & male alteri tradi potest.

Decimò, quòd talis est illa occasio quotidiana, quam dat, qui imperat, consulit, aut rogar aliū, vt falsò iuret, iniuriam inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifestè malū faciat, ad tentandam virtutem eius tantum, licet non intendat

Q 3 eum

eum ad id inducere, imo introrsum desideret, ne illud faciat: quia est peccatū mortale; Nam est actus suapte natura ad culpam mortiferam inducens sine circumstantia iustificante, & sic illi prima dictæ diffinitionis pars convenit. Nec obstat, quod in cap. 4. nu. 20. dictum est, scilicet, eos non peccare, qui aliquam occasionem furandi, aut alia mala patranda pueris ad id præclibus offerunt, quod deprehensos eos fructuosus castigant, quia aliud est occasionem peccandi offerre, quod interdum licet, aliud precari, consulere, aut imperare directè, ut peccent, ut pulchre Caiet. 2. sec. quæst. 78. art. 4. tractans sequentem decisionem explicuit.

F Vndecimò, quòd talem occasionem non præbet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandum paratus, petit aliquam rem ex se bonam, quæ tamen est materia exercendi peccatum ab ipso conceptum, quamvis talis sit ea quam dat ille, qui petit aliquid, quod est peccatum ab eo, qui ad id accinctus siue paratus est; Ex quo colligitur ratio, quam quidam perdoctus quærebat. Cur qui mutuatur ab usurario ad dandum sub usuris parato, ob necessitatem petit, nõ peccat, qui vero petit ab eodem ad usuram peccat? Est enim ratio, quod qui primum petit non petit ab eo rem malam, quamvis materiam peccandi offerat, qui autem petit posterius, sic, ut rectè declaravit & probavit Caietanus ubi supra, cui concordat Dominus Sotus tacito eo, de iustitia & iure libr. 6. q. 1. artic. 5. Pro quo facit decretum sancti Augustini. ca. Mouet, 22. quæst. prima. quo probatur, non esse peccatum, petere, ab infideli, ut se promissò staturum iuret, licet illum per suum falsum Deum iuraturum sciat, quanquam petere ut per illum suum falsum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet, non esse peccatum occasionem peccandi sine mala intentione cum necessitate aut utilitate præbere ei qui ex sua malitia peccat: quanquam petere ut peccet, aut ut rem, quæ peccatum est, faceret, sic. Facit etiã, quòd sicut illud decretum. c. Mouet, 22. q. 1. probat, & S. Thom. dixit 2. sec. q. 78. ar. 4. alieno peccato sine consensu in illud uti licitum est, quemadmodum ipsemet Deus pro sua bonitate nostris peccatis in bonos fines utitur.

Duodecimò, quòd non est talis occasio illa usu frequentissima, quam aliquis dat deponendo suos nummos apud nummularios usurarios, aut contractus usurarios exercentes, qui proprios habent ad illas exercendas, ut dixit S. Thom. in dicto ar. 4. ad quartum. Quia nulla particula dictæ diffinitionis illi convenit. Est autem talis illa, quam dat qui deponit, apud talem nummularium qui proprios nummos non habet, quibus suas usuras exercent, sicut idè S. Thom. sentire videtur. Quod verius videtur, quam quod Caietanus super ipsum, in dicta q. 78. ar. 4. insinuat; Idemque quod nobis visum fuit D. Soto libr. 6. q. 1. sub finem, de iust. & iur. Quia differentia, quam S. Thom. inter illos duos ponit, non satis bene verificatur, intelligendo eam, ut Caietanus quòd ad peccatum veniale, quod vnus incurrit, quia suam pecuniam non deposuit prudenter eam committendo ei, quem credebat eam impensurum, cum propriam non haberet, & alius non, quia prudenter deposuit apud eum, quem credit eam non impensurum, cum propriam habeat. Nam is intellectus, a mente S. Thom.

S. Thom. est maxime alienus, quæ est conclusio notabilis pro mille, apud cambria usuraria exercentes, deponentibus.

Decimotertiò, quòd talem occasionem non præbet, qui alium ad committendum aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum deliberatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, ut etiam infra ca. 17. nu. 263. dicemus: Quamvis Caietan. ubi supra oppositum tenuerit. Quia licitum & etiam sanctum est precari & persuadere ei, qui proponit interficere aut adulterari, ut satis esse ducat percutere, aut fornicari; ut clare sanct. Augu. in cap. Si quod verius 33. q. 2. dixit & Adrian. quolib. 1. q. 2. & etiam Sotus, super. c. 3. ad Rom. & Caiet. in summa verb. Tyrannus.

Decimoquartò, quòd per prædicta declarari potest quadam conclusio Magistri Soti libr. 6. q. 1. ar. 5. de iust. & iure. scilicet, quod non peccat, qui aliquid, quod in se bonum est petit ab eo, qui dare aut facere bene potest, ex eo quod scit, alium dando aut faciendo petitum peccaturum. Quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non præbito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatio, petitur, & alius per malitiam & non per solam ignorantiam aut infirmitatem peccat, at quando aliquid horum concurrat, non videtur vera.

Decimoquintò, quòd illa conclusio quam post S. Thom. in 4. distin. 24. q. 1. q. 5. ad 3. & Sylu. verb. Clericus, §. 8. q. 1. asseremus infra, c. 25. nu. 78. scilicet, mortaliter peccare eum qui credens sacerdotem esse in peccato mortali, & quod eius non pœnitebit ante missam quam faciet, inducit ipsum ad eam celebrandam, est intelligenda de sacerdote ab ecclesia per excommunicationem aut suspensionem notoriam pulso, aut non preparato, nec ad missam obligato, aut per ignorantiam, aut infirmitatem, & non per malitiam peccante, aut eum cum mala intentione, aut consensu, aut contemptu salutis spiritualis eius inducit, & non aliàs ut colligitur ex prædictis, & his, quæ in cap. 1. S. Sacerdos, nu. 3. & seq. post vtrunque Tho. in 3. par. q. 64. ar. 6. copiosius diximus. Propter quæ omnia credo homines rogantes sacerdotes, ut pro illis missas faciant, aut ut illis sacramenta administrent, rarò ob id peccare.

Decimosextò, quòd nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni, qui dominium & iurisdictionem alicuius status usurpauit, eidem dat, petens iustitiæ administrationem aut beneficium, seu gratiam aliquam honestam. Quia dicta diffinitio illi non convenit, cum ipse per malitiam peccet, & subditus non petit opus ex se malum, quamvis materiam peccandi offerat, imò ad minus peccandum inducit. Siquidem dat operam, ut qui peccat alienam potestatem usurpando, non peccet etiam iustitiæ administrationem & beneficiorum seu gratiarum distributionem prætermittendo, ut rectè Caiet. in Summa verb. Tyrannus, declaravit.

Decimosseptimò, quòd talis fuit illa, quam quidam nobilis religioso cuidam iuueni ab eodem hospitiò excepto dedit, introducens ei in cubiculum noctu puellam sine intentione inducendi illum aut illam ad peccandum, sed tantum tentandi eius castitatis virtutem. Quia prima dictæ diffinitionis pars ei convenire

uenire videtur, cum illud opus peccatum sit mortale, quippe quod sua natura est inductiuum ad culpam mortiferam, nisi illius magna religio & puellæ magna honestas circumstantiam iustificantem produceret. Idem dicendum de ea, quam dedit is, qui amatorie quandam mulierem sollicitauit nolens ut illa in id consentiret, sed ut intelligeret, quid responderet; Idem item dicendum de ea quam alius dedit alteri, cum soli essent studiose dicens sine mala intentione, ut eam experiretur, si te multum deprecarer, dormires ne mecum?

Decimooctauo, quod non erant tales, quas sibi mutuo dederunt duo Hispaniæ magnates, cum alter alteram super mulam suam retro se ferret, qui cum transirent cum suo comitatu per locum quendam secretum, absque fine mortali, aulice dixit ille. Qualis locus erat hic Domina ad voluptati indulgendū, si tu alia fuisses, & illa respondit, erat quidem valde aptus si tu alius fuisses, & eum impotentia in simulans. Nec etiam illa, quam grauis quidam vir dedit dicens sine alio malo sine urbano sermone honoratæ cuidam fœminæ. Vis ut in eodem lectos nos metiamur? Quia quamuis hæc verba per se ad peccatum mortale dirigantur, ex qualitate tamen personarum, sine, & modo dicendi colligebatur circumstantia quædam, moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent, de quo casu ego satis hucusque dubitavi.

Decimonono, quod diu multumque dubitavi, an esset talis illa quam quidam sacerdos ante triginta annos mihi confessus fuit, se dedisse, admouendo iocoso honestoque amore absque mala intentione manus honestæ cuiusdam mulieris pectori, & eiusdem mamillas tangendo. Cuius decisionem nunquam hactenus affirmare sum ausus, nunc autem dico mihi videri eam non esse talē, quia nulla pars prædictæ diffinitionis eam comprehendit, quando tactus ille ex sua natura non tantum incitat ad peccatum mortale, ut quasi semper mortaliter peccare faciat personas, quæ sunt eiusmodi qualitatis, quando, ut dixi, iocose fit; quamuis si serio fieret, aliud dici deberet. Idem dicendum est de eo, qui absque mortali fine & intentione, aliquam fœminam per manum aut brachium ducit, quamuis vterque sit iuuenis, & etiam de eo, qui manum premit, Caiet. 2. sec. q. 154. art. 4. col. 4. aut vellicat, aut brachium torquet, aut eius pedem suo contingit: Et etiam de eo, qui amplectitur, & osculatur, vbi talis est consuetudo, modo partium obscenarum aspectus & tactus absit, de quibus iam dictum est, & modo non sit alius finis & intentio mortalis, ut solet fieri in choreis, iocis, saltationibus, & aliquibus ludis ad recreationem adhibitis, maximè inter cognatos, & familiares, in quibusdam regionibus plusquam in alijs.

K Vigesimo, quod nec etiam est talis occasio illa peccandi, quam dant Vniuersitates, studia, Collegia, gradus, magisteria, doctoratus, ad docendum scientias licitas instituta, licet multi propter illa peccent, docendo, discendo, gradus conferendo, suffragia ferendo, & male rem gerendo, per superbiam, ambitionem, vanam gloriam, inuidiam, auaritiam, technas, mendacia, subornationes, & etiam periuria: Ob quæ huius contrarium dixit ille Hæresiarcha Vuicleff

damna-

damnatus per Concilium Constantiense, sess. 8. cuius articulus damnatus ibidem est, vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria, in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt ecclesiæ sicut diabolus: Sed longe verior est nostra hæc responsio, quia præfatam occasionem non comprehendit prædicta resolutio. Optimum tamen esset, ut considerarent rectores & Gubernatores scholarum & collegiorum tanta esse peccata, quæ in illis committuntur, ut occasionem dederint illi hæretico & suis sequacibus ad illud de ipsis affirmandum. Ideoque omnibus artibus & viribus nauarent operam diminuendis illis, etiam si omnino exinanire non possent.

Vigesimoprimum, quod nec etiam est talis occasio quam dant peccandi scientiæ licitæ Theologiæ, Legum, & medicinæ, quamuis quidam scripsit, quod animæ peribant ob Theologiam ad earum salutem inuentam, & corpora ob medicinam ad eorum valetudinem inuentā, & bona per leges ad eorum conseruationem latas, quia culpa non est earum, nec suorum authorum, sed eorum qui eis abutuntur: Idem dicendum de alijs scientijs & artibus, quas infamia notare infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus voluerunt, quos eorum debellator Castrensis refert, in lib. 6. Contra omnes hæreses, verb. scientia.

Vigesimosecundo, quod nec etiam talem occasionem dant, qui illas artes mechanicas exercent, quarum operum vsus bonus & malus esse potest, quamquam plures illis male venialiter vtantur, ut in c. Negotium, de pœnit. distin. 5. num. 5. & 19. & 27. probauimus. Quia per septimam particulam dictæ resolutionis excipiuntur. Quandoquidem peccatum veniale non adimit gratiam diuinam, nec illius dimissio ad illam consequendam est necessaria, secundum Thom. 3. part. quæst. 87. artic. primo. & dictum fuit supra, capit. primo. nu. 26. Ob quod mihi videtur, absolurionē non esse denegandam personis, qui componunt pigmenta, indusia, collaria, sudaria, mammillaria, & alia valde operosa quibus cõiter homines male venialiter vtuntur, licet confessarij ab hoc eas abducere deberent, præsertim moniales, quæ cum sint professæ statum perfectionis illustrem, a dandis & accipiendis vanitatum occasionibus, multum cauere debent, licet non sint nisi veniales. Quia quamuis maculam non inspergant, tollunt tamen decoris lucem & obscurant, ut declarauit S. Thom. 1. sec. q. 87. artic. primo. post S. August. qui in lib. de pœnit. dixit: Peccata venialia si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut à cœlestis sponsi amplexibus nos separent.

Vigesimotertio, quod nec etiam dat talem occasionem, qui habet artem faciendi opera, quæ ex se sunt talia, ut illis homines bene & male vti possint, quæuis maior pars male etiam mortaliter vtatur, ut efficaciter in cap. Negotium, nu. 8. de pœnit. dist. 5. probauimus, sequuti mentem diui Thom. & Caietani, 2. sec. q. 69. ar. 2. & præcipue per istam rationem: Quod aliqua ars, aut alia res non est mala, quod plures male etiam mortaliter ea vtantur. Bona enim est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo rectè colendo, quamuis maior hominum

num

Cap. Decimumquartū de quarto præcepto Decal.

num pars, imò & nouem ex decem, qui sunt pagani, Iudæi, mauri, hæretici, & multi catholici male etiam mortaliter ea vtantur. Bona etiam est lex de non iurando irreligiose, sed maxima hominum pars recensendo in ea Gentiles, Iudæos, Mauros, & hæreticos, & Catholicos, quos omnes illæ obligant, iurant, aut habent voluntatem iurandi per falsos Deos, aut irreligiose per verum. Sancta est item lex sexti, & noni præcepti decalogi, de non fornicando, nec concupiscendo, maior tamen pars in illam mortaliter peccat, opere, ore, voluntate de liberata, aut morosa delectatione carnali contra naturam, aut præter illam-

L Vigesimoquartò, quòd nec etiam talem occasionem peccandi dat qui ad bonum finem permittit aut instituit cum moderatione debita, supplicationes, congregationes publicas, & solennes orationes, nundinas, nuptias, primas missas, belli simulachra, publica conuiuia, & exercitationes currendi, saltandi, aut choreas, & tripudia faciendi. Quia prædicta resolutio eam non comprehendit, & quia sunt opera suapte natura talia, quibus homines & bene & male uti possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccandi capiant, multi tamen illis bene vtuntur, & ex his qui male vtuntur, quamuis aliqui mortaliter peccent, maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius quàm venialiter.

Vigesimoquintò, an occasio peccandi, quæ ex agitatione taurorum datur sit talis vel non, infra in cap. seq. num. 9. dicitur.

Vigesimosexto, an sit talis occasio, quæ ex permissione lupanarium publicorum datur, infra in cap. 17. num. 195. dicitur.

Vigesimosextimo, quòd talis est occasio quam dat ille qui ne scandalizet alium, qui iniuste offenditur, omisit aliquid facere, quod sub reatu mortalis culpæ efficere tenebatur, puta rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laboranti, secundum S. Tho. 2. sec. quæst. 43. art. 7. Richard. in 4. distinct. 38. & tex. in cap. Vtilius, de reg. iur. S. Anton. 3. par. tit. 7. cap. 4. §. 5. neque etiam opera quæ non sunt præcepti sed consilij, puta dare eleemosynam, ieiunare, & id genus alia omittenda sunt ob malitiam, inuidiam, vel male dispositam voluntatem illorum, qui propterea scandalizantur. Est enim scandalum pharisaicum, Math. 15. & cap. Inter verba 11. quæst. 3. Imò nec quando scandalum ex ignorantia vel infirmitate animi oritur, quod pusillorum, aut ignorantium seu imbecillium nuncupatur, debent bona opera in totum relinqui, sed occultari, aut differri, quousque moneatur proximus, bonitatem eius quod facit. Quòd si post huiusmodi admonitionem adhuc scandalizatur, nihili est habendum tale scandalum, tunc enim iam sit pharisaicum iuxta præallegatos doctores & beatum Gregorium, in dicto. cap. Inter verba, nisi quando illi admoniti non intelligunt rationem, quæ illis redditur, aut antiqua consuetudo vel alia ratio, qua ipsi nituntur, persuadet eis non esse iustam illam rationem, quæ ipsis redditur. Tunc enim quia scandalum non ex malitia sed ex ignorantia oritur, talia opera etiam secundum se bona, cum non sint de necessitate salutis spiritualis, dimittenda sunt, vt Cardinalis Caietanus. 2. sec. quæst. 54. art. 7. docuit. Nemo tamen subinde cogitet, in gratiam proximi, aut propter euitandum scandalum, licere alicui nec vnicum

Honora parentes.

126

unicum peccatum veniale committere, secundum S. Thom. in 3. distinct. 43. art. 7. ad 5. Imò neque propter impediendam mortem alterius, mentiri villo modo licet, cap. Super eo, de vsur. & cap. Primum, 22. quæst. 2. facit, gloss. singul. cap. Si aliquid 22. q. 4.

Vigesimo octauò, quòd talis est occasio quam dat is, qui ex aliqua causa occulto vescitur carnibus in diebus ab Ecclesia Prohibitis, vel qui ieiunij præceptis non ieiunat, & eos qui propter ignorantiam scandalizari videntur, certiores non facit, vt patet ex prædictis.

S V M M A R I V M.

Restituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis animæ. nu. 32.



QVI proximo nocuit in bonis animæ, eo quòd ad peccandum mortaliter ipsum induxit, tenetur iuxta vires eniti, vt bonum quod sua opera amisit, ipsi restituatur. Nam si rerum corporalium restitutio est necessaria, multo amplius spiritualium, quæ ad animam pertinent, arg. c. Cum in cunctis, de elect. & auth. Multo magis, C. de Sacros. Eccles. siquidem hæc nobiliora bona sunt illis. cap. Deteriores. 6. quæst. 1. Proinde modo quo nocuit restituere debet, inducendo eum quem decepit ad peccandum, ad pœnitentiam: & opera meritoria consulendo, exortando, & pro eo Deum precibus tum proprijs tum alienis si opus est interpellando, eiusque conuersionem impetrando reuocare contendat, absque tamen peccati occultis manifestatione. Vnde constat, quantum periculi contrahat qui alium ad peccandum inducit, quoniam vix dignam restitutionem facere potest, si quidem voluntas, quæ semel corruit in peccatum, vix multis etiam admonitionibus consilijque potest ad viam virtutis redire, secundum Scot. in 4. dist. 16. q. 3. in hoc communiter ibi receptum, & Adrian. in 4. de restit. q. 31. & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intelligenda de illo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccandum induxit: vt si pater, Dominus, aut Paterfamilias autoritate sua induceret filium suum, aut clientem, vt cum alio inimicitias exerceret, aut literis præditus, aut hæreticus quispiam, alteri persuaderet illum aut illum contractum, vsurarium non esse, vel illam aut illam doctrinam esse veram, cum contrarium esse verum, vel qui susurrando & falsa renunciendo inter duos inimicitias disseminat. Non est autem intelligendum hoc de illo, qui ad peccandum impulit alium, qui scit illud esse peccatum, & potest liberare & absque villo timore aut erubescencia illius qui induxit illum ad peccandum, abstinere ab illo peccato, & ab illo resilire: Nam hic ad nullam tenetur restitutionem à iustitia præceptam de qua hic loquimur, siquidem nihil committit contra iustitiam, quanquam debet illum ex charitate, sicut alios peccatores. & aliquando plus corrigere, id quod erudite insinuauit, & meo iudicio, efficaciter probauit magister Sotus lib. 4. q. 4. ar. 3. de iust. & iure.

Decimum P. Vinc. dubium est, circa prædicta. nu. 13. quatenus videretur sibi habere

Cap. Decimūquintum de quinto præcepto Decalo.

habere, peccare mortaliter illum qui se putat abiectum & inhonoratum eo quod sit ex talibus parentibus genitus, quoniam licite quis potest se inhonoratum iudicare, eo quod patre iudæo, vel hæretico, vel proditore sit natus. arg. l. Quisquis, C. ad l. Iul. Ma. & cap. secundo. & c. statutum, & c. Cum secundum, de Hæret. lib. 6. & ita quaris rationem quare id iudicem esse peccatum? Sed respondendo, quod ibi non dicitur peccare illum qui se abiectū putat eo quod sit talibus parentibus natus, sed longe aliud, nempe, eum peccare qui ad eo despicit parentes suos, vt se putet & car. Ita quod ratio peccati, non est sita in eo quod se vilem putet, sed in eo quod despicit indebite parentes inculpato quos etiam si sint pauperes, & abiecti, & ipse diues & sublimis, tenetur honorare, per hoc quartum præceptum.

Cap. decimumquintum de quinto præcepto decalogi, Non occides.

S V M M A R I V M.

Preceptum quintum, Non occides, prohibet occidere, & quodcumque damnum corporale, & voluntatem id inferendi: non autem animam nu. 1.
Occidit quis licite iudicis auctoritate, & in bello iusto, & ad defensionem personæ propriæ vel alienæ, imò & rerum & car. nu. 3.
Mors aliena pro medio defensionis propriæ, an sit licita, nu. 2.
Vita proximi plus aestimanda, quam res propria in casu necessitatis, & nõ aliàs. n. 2.
Defensio debet esse moderata, nu. 3.
Fugere quis an teneatur. nu. 3.

Ratio fundamento dicendorum dicimus primū, sequentes concilium Colonienſe in declaratione huius præcepti, hoc præceptum fuisse interpretarum ab eodem, qui illud tradidit, vt patet Math. 5. scilicet, quod hoc præcepto non solum prohibetur homicidiū, aut quæuis percussio, verum etiam voluntas id faciendi. Etenim vt docuit S. Tho. receptus. 1. sec. q. 72. art. 7. quem nos sequimur in additione. c. Quando, de consec. dist. 1. nu. 233. & supra in prælud. 9. nu. 2. diximus peccata cordis oris & operis eiusdem esse speciei.

Secundò dicimus, hoc præceptum tanto melius custodiri debere, quāto potiores ob fines latum fuit, quos in dicta additione, num. 17. congeſſimus, & quod ille infringit illud, qui ob vindictam, vel aliquem alium respectum publicum vel priuatum iniustum, vult, procurat, aut operatur aut aliquod detrimentum personale, aut corporale notabile proximi, non autem qui vult, procurat, aut operatur detrimentum animæ; vt ipsummet concilium sensit.

Tertiò, quod multoties quis licite alterum occidit. Primò, Iudicis auctoritate, cap. Ille 23. q. 4. Exod. 22. Maleficos non patieris viuere super terram, secundum S. Thom. 2. sec. q. 64. art. 2. etiam ob furtum, iuxta eius commentatorem, in dicto

Non occides.

127

in dicto ar. 2. quæ est communis opinio in 4. dist. 15. contra Scotum. Secundò in bello iusto, quod etiam auctoritate publica geritur, cap. Nisi, cap. Noli, cap. Quid culpatur, & cap. Militare, 23. q. 1. Tertiò ob vitæ propriæ defensionē, Clem. 1. de homic. Quartò, quando aliter rem suam tueri non potest, quod post Caiet. in dicta q. 64. art. 7. & Anton. 3. par. tit. 4. cap. 3. sub finem, & Syluest. verb. Bellum. 2. §. 2. probauimus in cap. Olim, 1. de restit. spoliat. quod opportune pro hoc facit, vbi respondimus ad cap. 2. de homicid. quod secundum Panor. ibidem contrarium probat, in illis verbis: te tuaque liberando. Respondimus etiam ad rationem, quæ pro illo facit, videlicet quod, vt supra cap. præcedenti dictum est, tenemur ad magis diligendum vitam proximi, quā nostras fortunas; Respondimus, in quā, quod illud est verū in casu necessitatis, extra tamen illum, maiorē curam habere quis debet rerum suarū ad suam suorumque vitam tuendam, & ad virtutem exercendam, quā vitam alienæ, iuxta S. Thom. receptum in dicto ar. 7. Pro quo facit l. Vt vim, ff. de iusti. & iur. At qui capit aliena titulo alio quā necessitatis, non est positus in illa.

Quintò, propter defensionem proximi. Glo. penul. Clem. 1. de homicid. & in Summa, 15. q. 8. Innoc. Panor. & Commun. in. c. Si verò 1. de sent. excom. Panor. in c. penul. de cler. percuss. quicquid dicat Fortun. in d. l. Vt vim, ff. de iust. & iur. num. 24. Omnes autem hi casus vna in re conueniunt, scilicet, quod in omnibus eis peccat occisor, qui ob odium aut vindictam priuatam occidit, c. Cum minister, 23. q. 5. differunt autem in alijs; Etenim in tertio casu, qui hominem necat, neque peccat, neque est irregularis, in cæteris autem licet non peccet, sit irregularis, iuxta glo. singul. ab omnibus fere receptam, quæ est penul. Clem. 1. de homic. Item, qui in duobus primis casibus, scilicet, Iudicis auctoritate, aut in bello iusto occidit, aut iubet occidere, potest quidem habere propositum & animum occidendi propter bonum pacis & tranquillitatis Reipublice. At qui in alijs casibus occidit, non potest iuste habere animum occidendi, nec apprehendere mortem alterius tanquam medium ad se defendendum, solum enim debet intendere in defensionem sui, rerum suarum, aut proximi, licet exinde mors aggressoris fuerit subsequuta, vt videtur sentire Thom. 2. sec. quæst. 4. art. 7. & expressit late ibi Caiet. & Cardin. S. Xisti in cap. De occidendis, 23. quæst. 5. & Abulen. super Math. cap. 5. quæst. 46. Pro quibus faciunt aliqua dicta S. Augustini, quorum præcipuum est in dicto. cap. De occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione fungatur, Contrarium tamen tenuimus nos in dicto cap. Olim, quod etiam postea late asseruit Sotus in lib. 5. quæst. 1. art. 8. de iust. & iur. Primum, quod hæc subtilis limitatio videtur nona, & nouitates, qua parte fieri potest, sunt fugiendæ. cap. Ex parte, de Consuet. Tum quia vim vi repellere licere, omnia iura clamant, vt habet prædictum. cap. Olim, & l. Scientiam §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. & l. 1. ff. de vi, & vi armat. & l. 1. C. Vnde vi, & ibi citata in eis per glossam. Tum quia licet cuius ferro se petentem occidere, l. Sed etsi quemcunque ff. ad leg. Aquil. Tum quia nisi Thom. vbi supra hoc insinuasset, nullus præfatorum id tenuisset, & Thomam id no-

Cap. Decimum quintum de quinto præcepto Decal.

id noluisse dicere, satis probat Sotus ubi supra. Tum quia præfatum Augustini dictum intelligendum est de volente occidere alium, quam aggressorem, vel aggressorem sine præcisa necessitate, ut iura iuribus concordent, quod expedit, cap. Cum expedit, de elect. lib. 6. & l. 1. C. de inoffic. dot. Tum quod aliqui vix vllus vnquam occideret aggressorem sine peccato, quoniam omnis inuasus vt plurimum concipit voluntatem occidendi, si aliàs se suaque tueri nequeat. Tum quod metus mortis, quæ est secundum Philosoph. omnium terribilium maximum, non permittit, vt fragilitas humana tam æquo animo sit, vt percutiendo aggressorem, solum velit se defendere, & non occidere, & ita quo se defendit, etiam vibrando ensẽ, non peccat, secundum glo. Clem. 1. de homicid. etiam si spiculum dirigat in guttur aggressoris, vt recte explicat Sotus. Quare non licet occidere alium antequam aggrediatur, vt non occidat habita opportunitate id faciendi, quod scitur eum velle facere, quia nulla iura naturalia nec humana hoc permittunt circa alium quam aggressorem, vt præfatum Augustini dictum negat; Credimus autem dici posse quo ad hoc eũ aggressorem, qui decreuit occidere alium, nulla mora interposita qua vllõ modo possit effugere mortem, nisi præueniat eum antequam aggrediatur, qualis videtur esse vxor, quæ certo nouit se occidendam à marito pugione quem suppositus ceruicali ad occidendam eam dormientem, & non potest fugere conclusa claue ianua. Non tamen videtur talis, qui occidit insidiatorẽ suũ, a quo tandẽ certò credebatur se occidendum nisi præuenisset, de quo me quidã eruditus interrogauit, quia hoc casu interponitur magna mora diei, mensis, vel anni, qua posset liberare absentando, cõtinẽdo se domi, vel aliquo tuto loco; morte, morbo, aut pœnitãtia insidiãtis. Itẽ, vt quis in tribus vltimis casibus iuste occidat, oportet, vt circa defensionẽ obseruet moderamen inculpatã tutelã: vt id solũ faciat, sine quo iniuria non posset vitari, vt in gl. fin. dicti. c. Olim, plusquã alij declarauimus. Proinde non liceret se defendere maiori vi, quã sit ad propulsandam iniuriam necessariã, per dictũ. cap. Olim, & per dictã l. 1. C. Vnde vi, & per tradita Anton. 2. part. tit. 7. cap. 8. §. 1. nec consequenter armis, ab eo qui sine illis inuaditur, iuxta prædictã glossã, nisi quando pugnus inuasoris est ita, aut paulo minus fortis, quã ens inuasus, iuxta eandem glossã singul. communiter receptã, dictã l. 1. Idem nobis videtur, quando nisi se armis defenderet, iniuriam maximã honoris aut personã pateretur, si quidem, iuxta prædictã in 4. casu, supra eodẽ. cap. num. 2. rectẽ quis potest ob suarum rerum custodiam alterum occidere, At honor pluris valet, quã fortunã; cap. Suam, iũcta gloss. verb. Modestianã, de pœnis. Prouerb. 22. & Arist. 4. Ethic. & gl. extrauag. At conditorem, §. Rursus. verb. Honori, de verb. signific. & iniuria personã maior est quã fortunãrum, L. In seruorum. ff. de Pœn. Ex quo in dicto. cap. Olim, extra gloss. cum Panormitano inferebamus, quod si ille quem alius aggeditur non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere, & si non potest vitare vulnus aut alapã, quam sibi alter molitur impingere, nisi ipsum occidendo, poterit occidere, Bal. in Reper. l. 1. col. sexta C. Vnde vi, Contra verò, qui iam est vulneratus, vel quem aggressor iam reliquit & fugit,

non

Non occides.

128

non potest absque peccato illum occidere, quoniam iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi, secundum Richardum in 3. distinct. 37. Quod limitandum existimo, quando affectus iniuria vulneris, aut alapã, vel alia, magnã sui honoris iacturã faceret, si fugientem non persequeretur; Nam talis posset eum persequi, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset; Nam licet illud non esset defendere personã, neque fortunã, esset tamen defendere honorem, quem licet, vt prædictum est, defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset. Addimus item, quia multis videretur id expedire, licet res manifesta sit, scilicet, maritum occidentem, aut cupientem occidere vxorem in adulterio deprehensã, peccare mortaliter. c. Inter hæc. 3. q. 2. vbi gl. sing. & celeb. quãuis in foro exteriori minimẽ puniatur.

Qui peccant mortaliter contra hoc quintum præceptum, de non occidendo.

S V M M A R I V M.

- P**receptum de non occidendo, quis violat, & peccat mortaliter, occidit, aut vulnerat & cæt. si vult, procurat, aut ea re delectatur, nu. 4.
Qui occidit defendendo alterum, aut suam castitatem, aut qui occidit latronem, numer. 5.
Qui occidit aut ferit ministros iustitiã, vt se ipsum defendat. nu. 7.
Qui occidit casu. nu. 6.
Qui se exponit periculo nocuenti notabilis corporalis per funes ambulando, vel alio modo. nu. 8.
Qui ingreditur duellum, aut torneamenta periculosa, vel eis adest, & cæt. nu. 9.
Qui alienam mortem desiderat. Qui delectatur cogitatione occidendi, & cæt. numer. 10.
Qui præ ira sibi mortem exoptat, & cæt. nu. 11.
Qui se exponit martyrio indebito, vel vitam suã abbreviat. nu. 12.
Qui desiderat se nunquam fuisse natum; Qui in carcerem aliquos coniecit iniuste; Qui aliquid notabiliter noxium manducauit, aut alteri manducandum tradidit, vel infantem tenerum in suum cubiculum coniecit, nu. 13.
Qui facit abortire, vel abortiendi periculum subire, nu. 14.
Qui pergit ad bellum iniustum, & cæt. nu. 15.
Qui condemnauit aliquem iniuste ad damnum corporale, aut non defendit ab iniusta morte, & cæt. nu. 16.
Qui non prohibuit suis, ne vindictã caperent, vel fuit particeps in aliqua re ex prædictis vel consensit in vnum modum ex illis nouem nu. 18.
Taurorum agitatio quã mortalis, cum bulla Pij V. super hoc edita nu. 18.
Latro diurnus, & nocturnus in quo differant, nu. 5.
Duellum quod licitum. nu. 9.

Irregularis

Cap. Decimumquintū de quinto præcepto Decal.

Irregularis est occidens maritum alicuius femina ob sui defensionem nu. 7.

Torneamenta, quænam sunt licita nu. 9.

Delectatio de bono quod nascitur ex alterius morte, nu. 10.

Excommunicatus qui clericus se ipsum percutiens, nu. 11.

Mater, quæ filium paruulum secum admittit in lectum, nu. 13.

Irregularitas propter abortum procuratum, nu. 14.

Restitutio rei lucrifactæ in bello iniusto, nu. 15.

Testem ad condemnandum nemo tenetur se offerre, nu. 17.

4



X Præfatis infertur, peccare mortaliter contra hoc quintum præceptum, Primò, qui iniuste occidit aut mutilat, aut palis vel aliter notabiliter ferit alium, aut quidpiam horum vult, procurat, aut delectatur ea fecisse. 23. quæst. 5. in fine. summæ. Id autem quod Io. Maior in 4. di. 17. q. 4. admonet, vt confessarius interroget homicidam, quid impulerit ipsum ad occidendum, & quantum temporis in proposito perseuerauit, & quoties decreuit id facere, & postquam perfecit, quoties meminit & factum placuit. Illa, inquam, admonitio pertinet ad peccatorum circumstantiam, quam numeri vocant, & non pertinet plus ad hoc peccatum, quàm ad alia; Et quod dicit toties hominem illum peccare mortaliter, quoties id voluit, debet limitari iuxta illa, quæ in cap. 1. de pœnit. distinct. 5. num. 48. & supra cap. 6. num. 14. & sequ. diffinita sunt, scilicet, vt non procedat quando absque interruptione operis exterioris actus interior continuatur, vel absque interruptione actus interioris apparatus exteriores & præludia maleficij multiplicantur. Dixi supra (iniuste) quoniam, qui iuste occidit propter iustam defensionem proximi, vel sui honoris, & rei familiaris, etiã si aliter propriam vitam defendere posset, non peccat, licet irregularitatem contrahat, iuxta glossam singularem, quæ penultima est, Clem. 1. de homicidio, receptam per omnes ibi, & Syuestr. verb. Homicida. 1. §. 9. Quamuis postquam hæc scripsissemus, contrarium tenuerit ibidem Reuerendissimus Segobienſis Didacus à Leyua. sequutus Fortuniu, in l. Vt vim, col. 9. ff. de iust. & iur. eo quod eiusmodi defensor non peccat: Quæ ratio fragilis est cum Iudices, Aduocati, & testes, & alij sine peccato cooperantes ad iuste damnandum mortem delinquentem, non peccent, imò bene mereantur; attamen irregulares fiunt, secundū omnes, vt dicemus infra. ca. 27. nu. 209. Et seruat Curia. Rom. stylus, qui ius facit, cap. Quam graui, de crimin. falsi & c. ex litteris, de constit. Quare à communi non est recedendum.

Secundò, peccat mortaliter, qui noctu aut diu furem interimit, cum posset illum apprehendere, & se suaque defensare, non occidendo eum, per resolutionem communem, in ca. Si perfodiens, de homicid. Etenim quamuis magna intercedat differentia, quantum attinet ad forum exterius, inter Latronem diurnum & nocturnum, quòd hic præsumitur occidere velle, non autem ille; quo ad forum tamen conscientia; nihil est discriminis, quia occisor scit veritatem, cui in hoc foro cedit præsumptio, arg. c. Tua, & c. Is qui, cum eis anno de spon.

Non occides.

de spon. Tertio, qui occidit aliquem etiam propter tuendam suam castitatem, quam adhuc saluo omni honore suo, poterat bene defendere, fugiendo, vociferando, vel alio modo, iuxta communem opinionem, quam S. Anto. 2. par. tit. 7. cap. 8. §. 2. col. 6. optime declarauit. Nec interest, an sit vir, aut femina sic se defendens.

Quarto, qui casu occidit, percutitue aliquem præter intentionem, sed in culpa fuit, in non aduertendo, vel non adhibendo eam diligentiam quam homines mediocriter prudentes in similibus actibus adhibere solent, nè mors aliqua vel noxa personalis consequatur, vt si deiciens tegulas ex aliquo tecto, antequam deorsum eas mitteret, non præmonuit transeuntes, nec vllum eius rei signum posuit, aut castigaturus aliquem puerum, non abstulit gladium à cingulo, quo erat eum castigaturus, per quem postea è vagina elapsum, illum occidit aut lædit, cap. Ad audientiam, c. Lator, c. Presbyterum, de homicid. l. si putator, ff. ad l. Aquil. Et addimus, quòd ad hoc vt homicidium casuale sit peccatum mortale nec nè, parum facit ad rem, an opus vnde mors consequitur, licitum sit vel illicitum, nam in vtroque casu crimen erit lethale, si præcedat culpa in non adhibendo debitam diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro, si ea fuerit adhibita, quãuis quãtum ad irregularitatem plurimum referat, vt Caiet. 2. sec. q. 64. ar. 8. sufficienter probauit.

Vnde inferitur illud S. Antonini 3. par. tit. 5. cap. 8. §. 1. col. 2. Qui illicite aliquid aggreditur, quod est causa vt alium occideret propter sui necessariam defensionem, non solum peccat id aggrediendo, sed etiam est homicida, quod est intelligendum, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum, iuxta mentem Caietani in dicto ar. 8. vt si intendens tantum percutere hominem, interimit, & probatur efficaciter per c. fin. de homic. Per quod defendi potest aliud eiusdem S. Antonini dictum, in dicto §. 1. col. 4. scilicet. Quòd qui ad mulierem alienam ingreditur, eiusque maritum interficit, vt se defenderet ab eo, qui eum inuentum cum illa volebat occidere, est homicida. Talis enim ingressus iure dici potest esse via ad tale homicidium, & subinde præuideri debuisse ab eo illius consequutionem.

Sexto, qui damnatus ad mortem, occidit aut percutit ministrum iustitiæ, quo se eripiat, quoniam quoties vis est iusta, resistentia est iniusta, iuxta glo. l. Vt vim, ff. de iustitia & iure. Et Scotum communiter receptum in 4. distinct. 15. quæst. 3.

Septimò, qui nè timidus, pusillanimis, aut ignauus habeatur, vel per audaciam nimiam decernit deliberate amittere, aut amittendi periculo exponere vitam, aut membrum aliquod, vel partem eius notabilem, aut inferendi notabile damnum in proximi personam, loco, tempore, vel modo indebito, iuxta mentem S. Thom. 2. sec. q. 126. art. 1. expressam, & per Caiet. in Summa verb. Timiditas. Dixi, (deliberate) quia subreptio & inconsideratio eius quod aggrediebatur, ipsum excusare posset a mortali, Caietan. ibidem, & probatur per dicta in cap. 11. supra eod. num. 4.

Dubio autè vndecimo P. Vinc. circa hæc moto responderetur infra nu. vlt. A.

R Octauò

Octauō, qui aliquo ioco vitur cum periculo suæ vitæ probabili, puta funambulus super funes in altissimis locis corpus volutans, iuxta Sylu. verb. Ars. q. 8. quod, meo iudicio, non procedit quando prudentis arbitrio ille funambulus eis viribus & velocitate pollebat, locusque sic erat appositus, vt sine periculo verisimili talem iocum exercere posset, arg. extrauag. 1. Ioan. 22. de Torneam.

Ex hoc infertur responsio ad quæstionem; An qui hauriunt, vel dant venenum ad experiendam theriacam mortaliter peccant? & alijs videtur non peccare concurrentibus his, scilicet, quod qui composuit theriacam pro homine legali habeatur, & quod eam de consilio insignium medicorum solito de more iuxta præcepta medicinæ cōposuit. Et quod iam facto in aliquo bruto animali periculo, virtus eius comprobata sit. Quoddūque tam qui dat, quam qui sumit venenum, credit theriacam esse talem, qualis esset debet prædicto modo composita, & nullum subesse mortis, nec alterius notabilis damni corporalis periculum. Alijs tamen aliud visum est, quibus libenter accedo ante factum, eo quod satis experimenti potest accipi in brutis, post tamen factum non audem damnare aliorum opinione vsum.

9 Nonō, qui aliquod duellum siue singulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamenta, aliave huiusmodi exercitia prohibita, vnde vt plurimum cædes vel graua vulnera reportantur, vel ad id alium induxit, vel non impediuit cū posset, c. Monomachiā 2. q. 1. c. 1. & 2. de cleric. pugn. in duello, & c. 1. de Torneam. Diximus, (Vt plurimum, vnde cædes vel graua vulnera reportantur.) Quoniam multa torneamenta, hastiludia, ludus Troianus, siue canarum, vel virgarum quibus equites tecti clypeis ludere solent, aliāq; huiusmodi, quæ exercentur, eo adhibito moderamine, quo cædes & alia pericula caueantur, nō sunt illicita, sed potius permittuntur, per extrauag. 1. de torneam. quod probat Maior in 4. dist. 15. q. 5. col. 4. licet quandoque sed raro mors & vulnera notabilia consequantur, Diximus etiam (Duellum illicitum) Quoniam qui iustum duellum ingreditur, non peccat, quale est illud eius, cui per sententiam iniustā vita vel membrum eripiendum est, nisi cum accusatore in arenā & illud duellum descendat: Quale est etiam illud Regis vel Ducis, qui videns se fouere iustitiam, & ab aduersario multo maiori potentia præcelli, quo credit se in vniuersali prælio ab eo superandum, & ideo eligit duellum & singulare certamen, vt supra in c. 14. nu. 39. dictum est, iuxta sententiam Caietani 2. sec. q. 9. ar. 8. Nuper autem Cōcil. Trident. sess. 25. ca. 9. de reformat. addit multa quo ad duelli materiā, quæ supra c. 11. nu. 41. posita fuere sub litera A.

Decimō, qui interfuit huiusmodi torneamentis aut duellis illicitis cum magna sui animi voluptate, consensuque deliberato, quod fierent, vel tali intentione spectat eos, vt licet foret sibi interdictum spectare illos sub reatu mortalis culpæ, nihilominus tamen spectaret eos, vel eius præsentia fuit in causa. vt tales ludi fierent, Sylu. verb. Duellum, 3. Quamuis extra hos tres casus non erit amplius quàm veniale, nisi ratione scandali fiat mortale, eo quod spectator sit sacerdos, aut monachus, Angel. in interrog. 5. præcepti. Porro 12. Du-

bio

bio P. Vinc. circa hæc moto respondetur infra nu. vlt. B.

Vndecimō, qui deliberate alicuius mortem optat, vt in eius munus aut officium succedat, vel ne reprehendatur aut castigetur ab illo secundum omnes, vel etiam si quamuis mortem nemini desideret, neque ex alterius cæde voluptatem capiat, sed animaduertens deliberate delectatur cogitatione peruersi operis homicidij, quia inde sibi aliquod bonum vel vtilitas prouenire posset, vt sentiunt S. Bonauent. in 2. dist. 24. in exposit. literæ post q. 4. Alex. Alenf. 2. part. tractatu. de peccato veniali, & Caiet. in summa, verb. Delectatio morosa, quāuis delectari propter bonū vel vtilitatē, quæ ex illa morte sibi orirētur, nō aut propter ipsam mortē, non esse peccatū, propter ea quæ in Rep. c. Inter verba, 11. q. 3. nu. 366. & in addit. c. Quādo, de consecrat. dist. 1. nu. 369. diximus. Quin et optare licet alterius mortē, aut morbū, aut rei familiaris iacturā, quod conuertatur ad dominū, vel ne tot tantaq; facinora perpetret, vel aliū respectū honestū & sanctū, iuxta Alex. in tract. de Maledic. & S. Th. 2. sec. q. 36. ar. 2. vt multi sancte desiderāt mortē Turcarū Principi, si nō se cōuertat, vt Deus Christianismū liberet ab eius tyrānide; Imō & inimicis Christianis iniuste nos persequentibus, quādo aliud nō adesset cōmodius remediū, possemus ob hūc finē desiderare eam, vt speciatim tradidit Sotus libr. 5. q. 12. arti. 1. de iust. & iure.

Duodecimō, qui deliberato animo sibi mortem aut membri mutilationem, præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, aut pro quouis alio infortunio exoptat, cap. Si non licet 23. q. 5. iuxta beatum August. lib. 1. de Ciuit. Dei & S. Thom. receptum 2. sec. q. 64. ar. 5. & Oliuerium malhart. de triplici tædio in sermone 8. aduentus. Quoniam nemo est dominus, saltem quo ad hoc, suæ vitæ, aut suorum membrorum l. Liber homo ff. ad l. Aquil. c. Contingit 1. de sent. excomm. & ob alias rationes quas beatus Thom. in d. ar. 5. adducit. Proinde si ea de causa cū esset clericus aut monachus sibi ipsi manus iniecit, excommunicationem incurrit, iuxta Io. And. Panor. Fely. & alios omnes in dict. c. Contingit 1. de sentent. excomm. Non autem illam incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciem palma, vel corpus vt cohiberet disciplina percussit. Neque etiam iuditio nostro si talis est percussio, vt sibi illicite posset inferre, licet non consentire, vt sibi ab alio inferretur, qualis est capillos aut barbam vel lere, se alapis cædere ob mortem parentum aut amicorum, iuxta mentem omnium doctorum in dicto c. Contingit; quamuis nullus eorum hoc expresserit.

Decimotertio, qui se ipsū offert, vel hēr aiū offerēdi se ad martyriū palius ob vitæ suæ tædiū, quā ob sactæ fidei catholicæ amorē Syl. ver. Martyriū. 12

Decimoquarto, qui vult vitam decurtare, aut decurrat per abstinētias, quas scit, & aduertit esse indiscretas, etiam si absque intentione abbreviandi eam, id faciat, sed aduertit quod eam decurrat, iuxta sentent. B. Hieronymi in cap. Non mediocriter, de consec. dist. 5. & S. Thom. & eius Commentatorem. 2. sec. q. 147. ar. 2. quamuis id velit, aut faciat, quo melius Deo pro peccatis suis satisfaciat. Diximus (quas scit, & aduertit esse indiscretas) Quia non videtur esse mortale, si se bonum opus facere existimat, imō neque veniale, si faciat id existimans probabiliter eas non esse indiscretas, secundum eundem Cō-

R 2 menta-

Cap. Decimum quintum de quinto precepto Decal.

mentatorem 2. sec. q. 147. ar. 2. Id quod etiam Gerson in 4. par. in serm. Dominice 2. quagagesimae, videtur sentire.

13 Decimoquinto, qui propter aliquod infortunium cupit deliberate se nunquam natum fuisse, Alex. tit. de Accidia.

Decimosexto, qui coniecit aut fuit causa conijciendi aliquem in carcerem iniuste, siue sit iudex siue non, cap. Non sanè 14. quæst. quinta. versi. final. l. 1. C. de priu. carce. Et insuper tenetur totum damnum, & iniuriam, quam intulit compensare.

Decimoseptimo, qui ægrotans aut sanus comedit aut bibit aliquid, aut dedit alteri sano vel ægrotato comedendum aut bibendum, prope intelligens, vel intelligere debens, sibi vel alteri inde graue aliquod nocumentum salutis euenturum, Innoc. recept. in c. Tua, de homicid. arg. c. fin. de iureiur. & l. Qui occidit. ff. ad l. Aquil. maximè si illa medicus interdixerat: Atqui si damnum sit exituum, non erit amplius quàm veniale, secundum eundem.

Decimooctauo, quæ mater vel nutrix tenellum infansem, nè eiulet, aut nè ipsa surgens è lectulo frigoris intemperiem patiat, in suo lecto noctu ita collocat, vt periculum imminet inter dormiendum puerum suffocandi, siue suffocet eum, siue non, Arg. c. Consulisti. 2. quæst. 5. & c. fin. de his, qui fil. occid. Atqui non peccat, saltem mortaliter, si non est tale periculum verisimile, etià si casu eum suffocet, puta, quia cubile est amplum, & puerum a se longè posuit, neque dormiens subinde locum solet mutare, imò vbi semel se collocat, ibidem solet persistere, iuxta mentem Panormitan. in dict. cap. fina. & Caiet. 2. sec. quæst. 64. art. 8.

14 Decimonono, qui mulierem grauidam, cum nosset illam vterum gestare, ita grauer afficit, siue sit maritus siue alius, vt in probabile periculum abortus ipsam conijciat, etiam si postea non abortiatur: sicut e contrario, si in tale periculum probabile illam non impulit, etiam si postea abortiatur, non ideo peccat mortaliter, arg. c. sicut ex literarum, de homicid. adiunctis, quæ ibi ait Panor. nu. 6. & Anton. 2. par. tit. 7. cap. 8. §. 1. quamuis non fiat irregularis, si foetus caret anima rationali. c. Aliquando, cum seq. 3. 2. q. 2. neque ea de re dubitatur, Gl. in c. Si aliquis, de homicid. Foetus autem si masculinus sit, ad diem 40. infunditur anima, si verò fœmininus ad diem 80. iuxta gloss. receptam in summa 6. dist. per illum text.

Vigesimo, quæ mulier grauida procurat abortum, sumendo pharmaca in eum finem confecta, vel nimio labore corpus defatigando, vel quocunque alio modo, etiam si effectus non sequatur; Nam vt quis lethaliter delinquat, satis est malum animum habere, vel culpam, quam latam appellant, admittere, cap. 1. de præsumption. cap. Si quis per negligentiam, de consec. dist. 2. Imò etiam si absque proposito abortiendi facit aliquid, quo tali periculo probabiliter se exponit, vt cum graui oneri humeros supponit, vel immoderatis laboribus corpus vexat, vel tripudijs aut chœreis nimijs exultat, iuxta mentem Beati Anton. 2. par. ti. 7. c. 8. §. 1. Atqui si iocus est leuis, & moderatus, & periculo carès, nõ peccat mortaliter, et si postea eã cõsequatur abortus, iuxta Pa. in d. c. Sicut.

Vigesimo-

Non occides.

131

Vigesimo primo, qui proficiscitur, aut vult in bellum proficisci, sciens illud esse iniustum, saltem ex parte illius cui vult opem ferre, 23. q. 1. in principio. Imò etiam si eo pergit stipendij solius intuitu, nihil attendens an iustum sit vel iniustum, siue sit subditus siue non, Caiet. in Summa, verb. Bellum, par. 2.

Quin etiam si scit bellum esse iustum, vadit tamen cum intentione deprauata principaliter inimicos occidendi, aut prædã & rem omnem deuastandi, quamuis in hoc casu non obligetur restitutioni, iuxta sententiam Caiet. 2. sec. q. 40. ar. 1. col. 3. Neque etiam in 2. casu, si bellum est vere iustum, propter eandem rationem. Verum est tamen, subditum posse iuste ad bellum proficisci (si imperio domini sui admonitus pergat) etiam si non secum præmeditetur, an sit iustum, dum tamen credat esse tale, cap. Quid culpatur, 23. quæst. 1. Neque vlla est differentia inter subditum & externum, qui ante belli exordium eidem Principi inseruiebat, secundum Caiet. in Summa verb. Bellum, par. 2.

Vigesimo secundo, qui fert aut vult ferre iniuste mortis sententiam aut alterius nocuenti corporalis contra aliquem. c. Omnis 45. dist. cap. 2. de re iudi. lib. 6. Vel si iniuste morti damnatum non liberat, cum id facere possit, Proverb. 24. vel inuaso ab inimicis suis cum possit, non subuenit, secundum beatum Ambros. in c. Non in inferenda, 23. q. 3. Si tamen commode verbis aut opere & absque suo periculo potest suppetias ferre, alioqui minime tenetur, nisi esset officarius publicus, qui et armata manu debet defendere eum, quæ sibi videtur defendere posse, secundum S. Anton. 2. par. tit. 7. c. 8. §. 2. col. quarta.

Vigesimo tertio, qui suo testimonio aliquem ab iniusta morte, pœna damni vel infamia potest liberare, & non vult testificari id quod nouit, etiam si non iubeatur id facere, neque saltem facit quod in se est, denuncians veritatem ei cui potest prodesse, arg. cap. 1. de Crimin. fals. Thom. 2. sec. q. 70. art. 1. Gabriel in 4. dist. 15. quæst. 6. ar. 2. conclus. 7. nisi per confessionem sacramentalem tantum id nosset, tunc enim tenetur tacere, & non intrmittere se ad liberandum eum etiam si statim esset suspendendus, ac si nihil penitus audiuisset, non enim nouit an reus data opera delictum illud in ea confessione subtraheret, Maior in 4. dist. 31. quæst. 1. Nullus tamen se tenetur offerre ad testimonium ferendum, quo aliquis condemnatur, nisi quando iuxta iuris formam esset à iudice constrictus, etiam si accusatori exinde periculum immineret. Quia ille sponte sua se in id periculum ingessit, reus autem inuitus, secundum eundem S. Thom. dicta quæst. 70. art. 1. nisi quando accusator, quia obligatur ad id in conscientia, accusat, vt in cap. Inter verba, 11. quæst. 3. num. 312. copiosius diximus. Qui verò contra aliquem falsum protulit testimonium, ob quod ille est in periculo perdendæ vitæ, debet suum testimonium reuocare, & oem suam operam adhibere, vt illum eripiat, etiam si ob id oporteat eum perdere vitam. Quamuis qui alium occidit, ob quod alius cum periculo vitæ suæ est in carcere, non videtur obligatus se ipsum prode, seq; periculo propriam vitam amittendi exponere: Quod Sotus videtur insinuare lib. 4. q. 6. ar. 3. de iust. & iur. cuius sententia iuri cõformior videtur illa, quæ habuit Medina in Codice de Pœnitentia, oppositã præcedenti, fundans se magis in charitate, quàm in iustitia.

R 3 Vigesi-

Vigesimoquarto. qui cū aliqua affectus esset iniurra, sciretq; cognatos suos vel amicos vindictū sumere velle, nō vetuit eis id expressè. c. Petrus, de homic. 18 Vigesimoquintò: Qui esto quòd nihil facit, nec vult facere, ex supradictis tamen consentit in eo aliquo modo, ex nouem illis supra à nobis in capitul. 11. numer. 12. expositis, puta imperando, consulendo, præbendo consensum, laudando malefactorē, recipiendo, vel ipsum adiuuando, vel non impediendo verbis, operibus, aut monitu, cū id posset & teneatur facere, vt ibidē dictū est.

Circa id quod supra num. 9. habetur, interrogatus, An ludus agitationis taurorum sit peccatum mortale? respondi sequētia. Primum, ante quinquaginta annos me coram cōfessario Compluti accusasse, quod cum essem adhuc puer illius academix scholasticus, taurorum agitationis spectaculo interfuissem. Secundum, quod quia tunc vidi duos, aut tres homines, a quodam tauro feroci immaniter dilaniari, statui nunquam amplius eorū agitationis spectaculo interfere, & ita nunquam amplius interfui, nisi semel Salmanticæ ad id coactus vi muneris decanatus & patronatus, quo in quodam viro doctissimo ad doctoratum protuehendo de more fungebar, vbi Dei gratia nullum detrimentum acceptum fuit. Tertium, quòd ad hinc 20. & 30. annis libenter subscripsissem prædictam agitationem esse peccatum mortale. Primò quidem quia sic audieram a præceptoribus meis Parisiensibus, qui celeberrimæ illius academix Complutenſis fundamenta iecerunt, Deinde, quòd in Gallia non solent sic agitari, cuius rei causa non est, quam aliqui existimant, scilicet, quòd sint cicures & mansueti, nostra enim ætate Tholosæ quædam Vacca quam prædiues quidam Burgenſis Hispanico more in amplo suæ domus pavimento agitare fecit ipsummet, ascensis aliquot scalarum gradibus, interfecit. Tertio, quòd eiusmodi agitationis spectaculum multorum peccatorum Superbiæ, Vanæ gloriæ, Luxuriæ, Gulæ, Iræ, & aliarum specierum occasionem præbet. Quarto, quòd vt antea in hoc ipso loco diximus illiciti sunt ludi, in quibus vt plurimum occisiones & magna vulnera contingūt, qualia in hac agitatione contingere videntur. Quintò, quia vt ille Capitaneus Iohannes ab Azpilcueta, & Xabier, (qui fuit frater illius celeberrimi Francisci à Xabier, vnus è tredecim, qui ordini Societatis Iesu longe Illustri & frugifero initium fecerunt, tam fortis gladio corporali, quam ille spirituali,) dicere solebat, in his taurorum agitationis ludis, viros magis ad fugiendum hostē, quam ad spectandum sese assuefacere, ob idque nūquam huiusmodi ludis intererat.

Sextò, quòd torneamēta iure canonico prohibētur, cap. 1. & 2. de Torneam. adeo vt qui in illis moritur, quamuis confessus, & sacra communione munitus decedat, non sit in sacro loco sepeliendus At agitatio taurorum torneamētis similis videtur, ergo de ea idem erit ius l. Illud. ff. ad l. Aquil.

Sed post ab hinc decem annis & citra, non sum ausus id asserere, imò vt id facerem à multis seruis Dei selectis opportune & importune rogatus, respondi, quòd agitatio taurorum cū moderamine & debita cautela de se non est peccatum: Sanctissimam tamen fore legem, quæ illam prohiberet, quoniam rarò debita cautela & moderamine exercetur: Quam legem, nunc postea quæ
ego

ego in Urbem appuli. scil. recor. Pius V. Pontifex Maximus mira pietate, prudentia, & in viam Domini oues suas dirigendi desiderio ardens tulit, & promulgauit Kal. Nouembris anni 1567. in hæc verba.

Pius episcopus Seruus seruorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

DE salute gregis Domini curæ diuina dispensatione crediti prout ex debito pastoralis officij astringimur, sollicitè cogitantes, fideles cuncti gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis etiam animarum perniciæ, perpetuo arcere studemus, Sane licet detestabilis duellorum vsus à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto concilij Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque ciuitatibus & alijs locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum & audaciæ in publicis priuatisque spectaculis cum tauris & alijs ferijs bestijs congregari non cessant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur, &c. Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tauri & ferae in circo vel foro agitantur à pietate & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque demonum & non hominum spectacula aboleri, & animarum saluti quantum cum Deo possumus prouidere, omnibus & singulis Principibus Christianis, quacunque tam ecclesiastica, quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibusuis Cōmunitatibus, & Reb. publicis hac perpetuo nostra constitutione valitura sub excommunicationis & anathematis pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, & interdiciamus, ne in suis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiusmodi spectacula, vbi taurorum ferarumve agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoque cæterisque alijs personis ne cum tauris & alijs bestijs in præfatis spectaculis ipsi tam pedestres, quam equestres congregari audeant, interdiciamus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus quam secularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis interfint, similiter prohibemus; Oēsque obligationes, iuramenta & vota, a quibusuis personis, vniuersitate vel collegio de huiusmodi taurorum agitatione, etiam vt ipsi falso arbitrantur, in honorē sanctorum seu quarumuis ecclesiasticarum solennitatum, & festiuitatum, (quæ diuinis laudibus, spiritualibus gaudijs, pijsque operibus, non huiusmodi ludis celebrari & honorari debent) hæcenus factas, & factas, seu in futurum fienda, quæ & quas omnino prohibemus, cassamus, & annullamus, ac pro cassis nullis & irritis haberi perpetuò decernimus, atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus & Baronibus S. R. E. feudatarijs sub pœna priuationis feudorum quæ ab ipsa Romana Ecclesia obrinent, Reliquos verò principes Christianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in domino, & in virtute sanctæ Obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmissa omnia in suis dominijs ac terris huiusmodi exactif

sime seruari faciant, vbertimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ac vniuersis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, alijsque locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij & interminatione maledictionis æternæ, precipimus quatenus in ciuitatibus & diocef. proprijs præsentibus nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa et sub penis & censuris ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus constitutionibus & ceteris. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1567. Calend. Nouemb. Pontific. nostri anno secundo.

Huius Extrauagantis diffinitionem limitarem, salua Sanctæ Sed. Apostolicæ censura, ne procederet in agitatione taurorum vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi possit eam non consequutura notabilia nocumenta personalia, puta mortes, vulnera, ossium rupturas, & id genus alia. Tum quia ratio & finis, quæ mouerunt eius latorem ad eam edendam, fuit, quia frequenter ex huiusmodi agitatione consequebantur talia, vt colligitur ex proemio eius, vnde solet causa finalis legis conijci l. fin. ff. de hæred. instit. & cap. Quia propter, de elect. cum eis adnotat. quæ cessant in agitatione, vt supraddictum est, sic moderata, & ita cessare debet etiam eius dispositio in ea, & iuxta limites rationis legis debet restringi vel extendi lex, argum. l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de legat. 2. & l. Adigere, §. Quamuis ff. de iure patronat. cap. Suggestum, cap. Meminimus, cum adnotatis in eis per Panomitanum recept. de Appellat. & cap. Quoniam contra falsam, de proba. Tum quia licet prohibita sint absolute torneamenta, per cap. 1. de Torneament. permittuntur tamen illa quæ cum moderatione prædicta fiunt, quia in eis cessat ratio illius prohibitionis absolute, vt supra num. nono dictum est, & probatur in extrauag. 1. de Torneament. & vsus totius Christiani orbis obseruat. Tum quia videmus vbique, etiam in vrbe, passim agitari tauros, boues, & bufalos cordis longis pedes vel cornua ligatos, etiam per medios calles transitu hominum frequentes, quod tamen nemo etiam post prædictam extrauag. damnat, quauis aliquando contingat aliquod notabile nocumentum. Inò quotannis in Carnisprinio solennis cursus equorum, bufalorum, & asinorum, brauijs preuertenti propositis in vrbe celebratur, quamuis casu insidentium & occursum eorundem nonnunquam prædicta mala contingant. Tum quia multi viri, eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes taurorum eo modo, quo communiter fiebant, approbarunt agitationes illas, quas ter maxima illa domina Isabella huius nominis Prima, Regina Catholica permittebat, cornuum cuspidibus præcis, & nimia agitantium temeritate coercita, tutisque refugijs opportune constitutis. Ex quo inferitur, quod etiam ante hanc constitutionem damnandum erat studium illud, quo multi magnates Hispani querebant & conseruabant ferocissimos tauros, qui ante in circis agitati, aliquos occidissent, & iudicium illud crudele, quo iidem & alij ferè omnes iudicabant spectacula taurorum prædicta, in quibus nulli occiderentur vel vulnerarentur, esse frigida, & insipida, & vituperio digna. Et quanquam agitationes, vt præfertur, moderatas.

tas non auderem damnare etiam post hanc extrauag. longe tamen melius arbitrarer loco illarum vt alijs ludis, quibus Gallia, quæ hylarior videtur vtraque Hesperia, ad hylarandum populum & publicam lætitiã significandam, tempore meo vt solebat, puta supplicationibus publicis, hastiludijs, equitum vel peditum pugnis vmbatilibus aduersus dracones fictos, vel effigies hominum armatas, quæ se percutientes in vno brachio reperiunt altero, exercitijs arcuum, balistarum, scloporum, pilæ, luctæ, cursus, globorum ligneorum tum manu, tum claua, vel malleo impulsorum, chorearum honestarum cum vulgarium, tum noue inuentarum, & pelis & follijs Lusitanis, & alijs id genus exercitijs, quibus homines non solum recreantur, sed etiam ad bella & alias artes honestas habiliores redduntur. Sunt autem Pelæ, puellæ parua ditissime ornata, quæ virorum agilium & saltantium humeris insidentes, manuum, & brachiorum ac totius corporis gestulatione plurimum ac honeste spectantes delectant. Folliæ verò sunt manus iuuenum circa grande tympanum saltantium, canentium, & sistrarum sonorarum agitatione mire populum exhylarantium, sine vlla vllius iactura.

Ad quid teneatur, qui alium occidit, aut percutit.

S V M M A R I A M.

Homicida iniustus quidnam teneatur restituere, si occisus erat liber, aut quid si erat seruus, vel brutum animal nu. 19. & 20.
 Homicida si tenetur se carceri offerre, nu. 21. quidnam teneatur soluere matri, aut filijs, aut heredibus & ceteris. num. 22.
 Homicida quas impensas tenetur soluere, nu. 23.
 Homicida, qui moderamen defensionis excedit, nu. 24.
 Duellum inter particulares milites exercituum licet. nu. 24. B.



De illo, qui alterum occidit iniuste, dicimus imprimis quod Scotus in 4. distin. 15. q. 3. cui satis consonat Adrian. in 4. de restitut. quæst. fin. & Io. Maior, in 4. distin. 15. quæst. 14. ait primo, esse stultum putare, eum qui bouem proximi necat, teneri ad restitutionem, non autem qui proximum ipsum occidit. Contra quos tamen faciunt multæ leges, videlicet l. Liber homo. ff. ad l. Aquil. quæ habet Hominem liberum nullo pretio estimari posse, & l. fina. de his qui deiec. vel effud. quæ sic habet, illi homini libero qui præteriens per viam publicam percutitur, re aliqua proiecta aut cadente ex aliqua fenestra, deberi medicationis impensam & stipendia, quæ sanus lucrificasset, non autem quicquam pro deformitate, aut cicatrice inde relicta, Corpus enim liberum nullam recipit estimationem & l. Ex hac, ff. Si quadrup. pauper. sec. dic. quæ statuit, quod quauis contra dominum alicuius animalis, quod occidit aliquem seruum vel aliud animal, eius dominus hæret actionem, & ius petendi medicationis impensas & stipendia, quæ alioqui lucrificasset.

lucrifecisset, nihil tamē pōt petere pro cicatrice & deformitate, neq; etiam si occidatur, iuxta gloss. dictā l. Ex hac, & l. Qua actione, §. Si quis. ff. ad l. Aquil. Quod etiam dixit Azo. in summa ad l. Aquil. col. 3. & clarius asseruit Hostiensis. in summa de iniur. col. 3. Itaque sit resolutio, eum qui occidit aut percutit aliquod animal brutum proximi vel seruum, teneri illi restituere tantum, quanti valet id, quod occidit. Imò & quanto minoris valet ob deformitatem ex vulnere relictam: & quòd etiam, qui percutit hominem liberum, tenetur ei restituere medicationis impensas & stipendia, quæ sanus lucrifecisset tempore medicationis, & tempore totius vitæ, quatenus ob illam percussionem ad illa lucrifacienda inhabilis esset effectus. Deformitatem autem ex vulnere relictam, nullatenus tenebitur compensare. Qui verò liberum hominem occidit, non tenetur ad soluendum quicquam pro vita quam abstulit, quamuis sic pro eo quod in se medicando impendit antequam obiret, & pro damno quod filij & hæredes eius perpeffi sunt, vt statim dicemus. Imò etiam id quod in eius funere moderato iuxta consuetudinem personarum eiusmodi conditionis expensum est. Quia causa fuerit eiusmodi sumptus. argum. cap. final. de iniur. & l. Qui occidit ff. ad l. Aquil. quanquam hoc vltimum nemo vique ad nos expressit.

21 Secundò, quòd idem Scotus ait, huiusmodi hominem debere patienter perferre mortis pœnam sibi iuxta legem inflictam, etiam si suis proprijs manibus non teneatur sibi illam consciscere, quod quidem rectè dictum est, argum. gloss. singul. cap. Fraternalitas, 1 2. quæst. 2. & eorum, quæ diximus in rubric. de pœnis. Neque etiam iudicio meo, tenetur, vinculis & carceribus, aut morti inferendæ se ipsum offerre, etiam si hoc facere salutis suæ animæ valde cōduceret.

Tertiò, quòd idem ait quòd si pœnam mortis non subeat, saltem expediret reliquum vitæ tempus contra infideles transigere, quòd si hoc non placet, debet aliqua restitutione ad iudicium boni viri homicidium compensare, satisfaciendo operibus spiritualibus, quæ tanti esse videantur, quanti vita hominis interfecti æstimanda erat, secundum æquipollentiam seu æqualitatem, quæ in hac re inueniri potest; veruntamen hoc non arbitramur esse necessarium per supradicta.

22 Quartò, quòd ipsemet dicit, quòd vltra hæc tenetur refarcire parentibus, filijs, aut cognatis occisi, quancunque iacturam, quam illi ratione necis perpeffi sunt, quod quidem iustum est, Vnde Panor. in c. 1. de iniur. col. 1. post specul. tit. de iniur. §. Sequitur, num. 26. apertius rem totam explicans, dicit tantum hæredibus defuncti restituendum esse, quantum ille viuens suo labore, aut arte lucrari poterat, quod quidem videtur iure quinquaginta aureis æstimatum esse, l. 1. §. 1. ff. de ijs, qui deiec. vel effud. vt intellexit singulariter Hostien. vbi supra.

Quintò, dicimus quòd ex his inferitur id quod Major. in 4. dist. 1 5. q. 1 9. in fine asseruit, nempe eum vinculo maioris restitutionis astringi, qui sutorem, aut quamuis alium artificem mechanicum, quàm qui nobilem aliquem occidit, etiam si grauius eum en admittat, qui hunc occidit, quàm qui illum. arg. l. Aut

l. Aut facta, ff. de pœnis. & c. Aut facta, de Pœnit. dist. 1.

Interrogatus, An homicida, Latro, aut aliquis alius reus quem iudex puniuit, ad soluendum damnum, quod parti intulit teneatur? Respondeo, quòd est quæstio quotidiana, & a paucis declarata, quam ter, cum tres glossas solènes scilicet Regul. Peccatum, de reg. iur. lib. 6. & c. Sicut dignum, §. eos, de homicid. & cap. Si res aliena, 1 4. quæst. 6. prælegeremus, tetigimus, & postea obsequentes voluntati Reuerendi admodum domini simul & amici mei P. Pradani Illustrissimi ordinis Societatis Iesv determinauimus, concludentes, quod sic. Quia lex naturalis & diuina obligat eos ad restituendum damnum parti, antequam à iudice puniantur, & illa punitio, quæ in vindictam publicam irrogatur, est compensatio iniuriæ Reipublicæ illatæ, l. Item vulneratus ff. ad legem Aquil. & cap. Vt fame, de sentent. excommunicationis, quæ non liberat à debito, quo parti tenetur. Cum qui duobus diuersas res debet, non liberatur soluendo vni quod ei debet, nec soluendo vni quod alteri debet, cap. Ea te, de iureiur. cap. Sicut dignum §. eos. de homicid. & consequenter, qui publicam pœnam passus, habuerit quo priuato damno id satisfaciatur, soluere debet, & hoc sentit Inno. si bene ponderetur, in c. Odoardus, de solut. Nec obstat, quod Fely. in c. Ad liberandam, de Iudicis, & alij multi ex glossis prædictis colligunt, scilicet; eum qui ob delictum luit corpore, eo quòd non habet in ære, ad pœnam pecuniariam non teneri, quamuis postea satis honorum ad soluendam eam acquirat. Quia aliud est dicere, quem propter pœnam corporalem à pecuniaria excusari, quod illæ gloss. probant, & aliud dicere quem propter pœnam corporalem à soluendo interessè parti excusari, quod illæ non dicunt, & nos asseruimus, id quod etiam sensit Iaso. in §. penul. num. 45. de action. quod tamen nobis limitandum videtur, quando pars læsa vellet, vt delinquens per pœnam corporalem, non solum Reip. sed etiam sibi satisfaceret, arg. l. 1. ff. qui fatid. cog. & l. Si rem §. Omnis ff. de pignor. act. Ex hoc sequitur, quod hæredes eius, qui decollatus vel suspensus est per sententiam, obligantur ad refarcicndum damnum, quod intulerat parti, sicut ad soluendum alia debita, l. 1. C. ex delict. defunct. imò & Fiscus, si eius bona confiscata fuerint l. Non possunt & l. In summa, ff. de Iure Fisci.

Sextò, dicimus inter Scotum & Communem vbi supra conuenite quòd 23 non solum homicida, sed etiam percussor tenetur omnes expensas restituere; quas percussus in se medicando fecit, & insuper quicquid lucrifecisset ex arte vel officio suo, quandiu male habuit, imò & quicquid magis in reliquo vitæ tempore suo labore ob id lucrifacere poterat: Vnde confessarius non debet eum, qui occidit, aut qui percussit absolueri, nisi prius illatum damnum compenset, aut re vera proponat restituere, iuxta omnium sententiam, Quod quidem totum intelligendum est de eo, qui iniuste percutit, aut occidit. Nam qui secundum ius simile aliquid facit, nulli restitutioni tenetur obnoxius, Clem. 1. de homicidi. cap. Olim, de restit. spoliat. cum eis adnotat.

Non est tamen connumerandus inter eos, qui iuste hominem occidunt, ille 24 qui debitum modum defensionis excedit. Quinimo (nostro iudicio, quicquid

Cap. Decimum quintū de quinto præcepto Decal.

quid alij opinentur) quamuis multo minus peccet, & subinde minorem pœnitentiam in foro interiori, & leuiorem pœnam in foro exteriori mereatur, quàm ille qui voluntarie alterum occidit, per textus valde singulares, in cap. Significauit, de pœnit. & remiss. & l. Si adulterium §. Imperatores ff. de adult. Nihilominus tamen tantæ restitutioni ac alter tenetur obnoxius, saltem si culpa lethalis existat, iuxta l. si ex plagis; §. final. ff. ad l. Aquil. Siquidem huiusmodi mors non solum iniusta est ex mala intentione, sed etiam ex ipsomet opere exteriori. Quod addimus ad excludendum responsum, quod nostro argumento dari poterat, desumptum ex illo dicto Caietani 2. sec. quæst. 44. art. 1. col. 3. scilicet, Eum, qui alterum occidit in bello iusto vel ex iusto præcepto, iniquo animo & intentione, licet propter intentionem iniquam peccet, non tamen teneri ad ullam restitutionem.

A Vndecimum dubium P. Vinc. est, circa prædicta num. 8. quatenus ibi dicitur eum qui vitio intimiditatis siue audaciæ temerariæ exponit se periculo mortis & cæc. peccare mortaliter, eo quod ex eo videtur inferri latronem qui furatur, peccare bis, videlicet furando, & se exponendo periculo suspensionis. Sed respondetur negando consequentiam quia in prædicto num. agitur de eo qui per intimiditatem ne habeatur timidus, stulte & directè & per se, se exponit periculo perdendi vitam, & cæc. Latro autem non se exponit per se & directè nec per intimiditatem eiusmodi periculo, sed per accidens, & per quandam consequentiam, quod non deuersificat, nec multiplicat speciem peccati, arg. l. Si quis nec causam ff. de reb. credit. cum multis ibi citatis per recentiores, & Thom. 1. sec. q. 18. art. 1. & ideo concedo quod qui latro (quales aliquando in Gallijs fuisse audiui) furaretur, ne à socijs iudicaretur timidus mortis quam propter furtum incurrere possit, bis peccaret, iuxta ea quæ in præludio 9. nume. 19. diximus.

B Duodecimum dubium P. Vinc. est circa prædicta. nu. 9. an mihi videatur vera sententia Caiet. in Sūma verb. Duellū 5. qua damnat milites qui tēpore belli acceptant singulatia certamina vnus contra vnū, duorū contra duos, 10. cōtra. 10. & cæc. ad quæ prouocantur ab hostibus, quam sibi non placere ait: Tū quia exercitus prouocantiū animosior fieret si prouocati ea nō acceptarēt, pro quo cito ea quæ habentur primi Regū c. 27. de Goliath prouocante, & de Iudæis renuētibus, & de David acceptate. Tum quia milites debēt suū honorē seruare, iuxta ea quæ Pan. & alij tradūt in c. Olim, 1. de restit. spol. quæ supra c. 15. extendimus ad eum quem renuēdo talia certamina, perderēt. Ipse arbitror vtriusque sententiam teneri posse: Caiet. quidem in certaminibus quæ offeruntur & acceptantur causa ostentandarum virium & artis pugnandi & gloriæ vanæ quarendæ sine respectu saltem principali belli victoriæ commodandi, quod ipsius verba significant: P. autem Vinc. sententia quum acceptantur principaliter ad commodandum belli victoriæ & honori, ac reputationi fortitudinis (quæ plurimum ad victoriam conducit) seruatis seruandis, quod eius rationes significant.

Cap.

Cap. XVI. de sexto præcepto Decal. Non mœch. 135

Caput Decimum sextum de sexto præcepto Non mœchaberis vel non fornicaberis.

S V M M A R I V M.

Pæceptum sextum de non fornicando, prohibet omnem copulam carnalem & cæc. & omnem voluntatem, & desiderium illius, & delectationis osculandi, tangendi, imò quamcunque delectationem, quæ nascitur ex sola cogitatione, absque villo opere, & proposito ipsius, num. 1. etiam si nunquam prohiberetur per decimum præceptum, num. 2. & 3.

Luxuriam, si ignorantia, metus, aut vis excusent. nu. 1.

Luxuria omnis reducitur ad sex species, & quanam sint illæ; & an sint plures, & quæ admittitur cum moniali est adulterium, incestus, aut sacrilegium, propter causas diuersas. nu. 3.

Sponsa Dei, est anima viri, sicut & femina. nu. 3.

Luxuria in loco sacro est sacrilega, & cum monialibus est sacrilega, & infernalis. nume. 3.

Prior monasterij beate Maria del Pilar cæsar augustæ laudatus. nu. 3.

Confessarius quantum debeat interrogare circa peccatum luxuriæ. nu. 4.



Ro fundamento dinoscendi qui peccant mortaliter contra hoc sextum præceptum præsupponimus primò, id quod iam in Additione cap. Quando, de consec. dist. 1. num. 188. diximus, scilicet, hoc præcepto nobis esse à domino interdicitam quamcunque Carnalem copulam, extra legitimum matrimonium. Proinde, quæcunque talis copula, est peccatum mortale, quamuis sit soluti cum soluta, quæ simplex fornicatio appellatur, adeo quidem, vt contrarium asseuerare, sit hæresis, vt determinauit concilium Viennense, Clem. Ad nostrum de hæret. Neque ignorantia ab hoc excusat, neque etiam existimare, non esse peccatum rem habere cum publicis meretricibus: Est enim hæc ignorantia iuris naturalis, & diuini adeo manifesti, quod nullatenus excusat 1. quæst. 4. §. Notandum, & c. Ignorantia, de reg. iur. lib. 6. Neque metus, aut minæ mortis, vel infamiæ, neq; pudor vociferandi, neque timor infamiæ quæ vociferationem consequeretur, ab hac culpa excusat. Sufficit enim voluntas, aut consensus etiam coactus, vt culpæ mortalis macula contrahatur, c. Merito. 15. q. 1. Nam potius debet quis vniuersa mundi mala perpeti, quàm illi consentire, cap. Irane 32. quæst. 5. c. Sacris, de his quæ vi. & Anton. 3. par. tit. 5. cap. 6. sub finem. Excusaret tamen vis absoluta, qua sine villo consensu cogeretur adulterari aut fornicari, adeo quòd si virgo existeret, quæ semper animo huiusmodi obscenæ voluptati contradiceret, non perderet virginitatem, (saltem quò ad Deum) vt gloriosissima Lucia virgo & Martyr, relata à Gratiano 32. quæst. 5. in Summa, & Tho. 2. sec. quæst. 64. art. 5. respondit Paschasius in hæc verba, Si me feceris inuitam violari, casti-

ti, castitas mihi duplicabitur ad coronam; Quod procedit etiam si de actu ipso delectationem aliquam perciperet, dummodo neque in ipsum actum neque delectationem voluntate deliberata consentiret: Nam talis delectatio non esset voluntaria, sed naturalis, & est esse in medio ignis, & non ardere, ut dixit S. Gregorius in c. Vir cum propria. 33. q. 4. neque tenetur manus iratas iniicere in eum, qui vim inferre nititur, neque clamore se defendere. Satis est enim non consentire ad hoc ut non peccet coram Deo mortaliter, ut singulariter dixit Sotus lib. 5. quæst. 1. art. 5. de Iust. & iure. quamvis quod ad forum exterius præsumeretur illa consensisse, si contingeret id ei intra civitatem, quæ neque clamavit, neque petijt opem ad sui defensionem cum posset, ut habetur Deuter. cap. 22. Illud verò quod idem Sotus addit, non teneri huiusmodi fœminam, etiam suis proprijs membris resistere, & quod satis sit non se componere, aut præparare ad obscenum illum actum, dummodo animo non consenserit, difficile profectò poterit contingere. Quare credo paucas honestas reperitum iri, quæ aliquo modo non resistant, saltem sine clamore, & sine manuum iniectioe in eos qui eas tanta iniuria afficere nituntur.

Secundò præsupponimus, quòd simul ac vetatur aliquid, censetur vetitum desiderium, & propositum faciendi illud, imò & consensus deliberatus delectandi se, in eo visu, tactu, aut cogitatu, etiam sine opere alio actu, nec proposito, aut desiderio committendi illud, ut colligitur ex S. Tho. in hoc probato, 1. sec. q. 74. art. 3. & q. 34. art. 3. & 2. sec. q. 45. art. 1. & 5. At consequenter quavis decimum præceptum, quo vetatur desiderium copulæ illicitæ, non fuisset datum, per hoc tamen sextum fuisset vetitum; quod in addit. cap. Quando de Consec. dist. 1. num. 288. diximus, & probatur efficaciter per c. 5. Math. & c. Meretrices. 32. q. 4. & c. Nec solo, & c. Qui viderit 32. q. 5. At Dominus noster in hac & furti materia speciatim per nonum & decimum præceptum, vetuit desideria & proposita, eo quòd in eis delectatio, quæ ex cogitatione sola nascitur, est quoddam bonum apparens, ad sui desiderium inuitans, secundum Thom. 1. sec. q. 100. art. 5.

Tertiò, quòd omnia Luxuriæ peccata tam cogitationum & delectationum, quam verborum & operum ut plurimum sunt ex vna septem specierum aut generum, ut aiunt Gratia, in c. 2. §. Cum ergo 36. q. 1. adiuncto c. Mulier, 15. q. 1. & c. Extraordinaria, 35. q. 2. & S. Thom. 2. sec. q. 154. art. 1. id quòd rectè defendit & declarat Caietan. 2. sec. q. 154. art. 7. Quarum prima est fornicatio simplex, quæ est inter solutos, solutos inquam, non solum à vinculo matrimoniali, sed etiam à cognatione & affinitate, ordine sacro, religione, voto & infidelitate. Si enim alter esset victus aliquo prædictorum vinculorum, non esset simplex fornicatio. Thom. 2. sec. q. 154. art. 1. & 2. Secunda species est Adulteriũ, scilicet, cum alter vel vterque est coniugatus. Tertia est incestus, quando scilicet, ambo sunt consanguinei vel affines, vel quando alter est religiosus professus, aut ordine sacro insignitus, aut ambo sunt cognatione spiritali coniuncti, cap. fin. 30. quæst. prima, aut admissum fuit in loco sacro. Quarta est stuprum, quando scilicet, fœmina est virgo: est enim peccatum speciale ratione fractionis

fractionis sigilli virginalis, ut docet Thom. 2. sec. quæst. 154. art. 6. Non sufficit autem quo ad hoc, ut vir sit virgo, quod notavit eius commentator in dicto art. 6. Quinta est raptus, quando scilicet violenter aliqua contra voluntatem ipsius, vel patris eius extrahitur à domo sua, quamvis id fiat ad ducendam eam in uxorem post habitam copulam: & etiam quando violenter extorquetur copula siue sit virgo siue non. cap. Raptores. 36. q. 2. licet illa vim passa, si nullatenus consentit, non peccet, ut dictum est. Sexta est contra naturam, quando non solum peccatur contra rationem naturalem, ut in speciebus sit prædictis, sed etiam contra ordinem, quem natura ad habendam copulam carnalem ordinavit, iuxta S. Thom. & Caiet. 2. sec. q. 154. art. 1. ut contingit cum peccat vir cum viro, fœmina cum fœmina, aut vir cum fœmina extra vas naturale, quod gravissimum, & abominabile, & indignum quòd nominetur peccatum est, quavis contingat inter maritum & uxorem. Eiusdem speciei est etiam cum peccatur cum animali bruto, quòd bestiale dicitur, & est omnium, quæ sunt contra naturam maximum, iuxta Thom. 2. sec. quæst. 154. art. 12. Auertendum tamen, non ideo nos dixisse supra, quòd omnia Luxuriæ peccata sunt prædictarum sex specierum, quòd non sint plures species, sed quia hæ sunt celebriores, seu quia directè, vel indirectè omnes reducuntur ad eas. Nam & Luxuria, quæ admittitur cum religiosa, vocari potest adulterium, vel incestus, iuxta glo. cap. Virginibus. 27. q. 1. Quia illa est sponsa spiritalis Dei, qui est omnium pater, & cõsequenter, qui violat eam, violat sponsam alienam, affinemque suam, quamvis etiam eadem gloss. vocat eam sacrilegium, eo quòd rem sacram violat, iuxta illud Sancti Thomæ. 2. sec. quæst. 154. artic. 10. videlicet, aliquod sacrilegium est species Luxuriæ, & aliqua species Luxuriæ sacrilegiũ, licet in eadem quæstione art. 1. solas prædictas sex species possuisset, quòd eius Commentator super dicta quæst. 154. art. 1. defendit, per quosdam respectus quos cum alijs quæstionibus, quæ non sunt tanta utilitatis, quam subtilitatis tã suis, quã emuli Sancti Thomæ, Martini de magistris. quæst. 2. de Luxuria, quæque parum inseruiunt fini & scopo quem huic operi præfiximus, prudēs omitto. Nec refert, an peccans sit religiosa, vel religiosus; Si quidem Deus tam verus sponsus est animarum virorum, qui suam castitatem divino cultui dedicant, quam fœminarum, quæ idem faciunt; Et tam sacrilega est cæteris paribus secularis cum qua rem habet religiosus, quam sacrilegus secularis, qui rē habet cum religiosa, & sacrilegiore ille & illa, qui cum sunt ambo religiosi, se sibi mutuo commiscunt. Sacrilega quoque dici potest omnis copula etiam ipsorum coniugum, quando ratione loci sacri est illicita. Quæ omnia hinc satis perpensa, & illinc audacia illa impudens, temeraria, & infernalis, qua quidam cum irreuerentia effrenata & diabolica audent monachas violare, imò etiam de eo gloriari, quin & habere eas in suas concubinas, mouerunt admodum Reuerendum, Pium, iuxta ac doctum virum, Priorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ del pilar Cæsaraugustanæ, ad exhortandum nos ut hoc loco id execraremur; Quòd adeo de se fœdum est, adeo abominabile & execrandum coram Deo Opt. Max. & Angelis eius, adeoque iram Dei prouocans, quòd vtinam bonitas

bonitas illa (quæ immensa est) diuina, ob hoc & ob diluuium tam effrenatæ Luxuriæ, etiam inter cognatos adeo propinquos & affines, vt non audeamus exprimere, & inter coniugatas, & virgines tam sacratas, quàm non sacratas, vt non immitat in nos horrendum diluuium aliquod tribulationum, non solum corporalium, quibus corpora, honores, & fortunæ pereant, sed etiam spirituum, quibus animæ nostræ periclitentur. Amen.

Interrogatus, An monasterium & dormitorium religiosorum sint eiusmodi loca sacra, quæ peccatum carnis ibi commissum faciant esse sacrilegium? Respondi, non esse, quoniam sunt quartæ speciei rerum sacrarum, secundum S. Thom. 2. sec. quæst. 99. art. 3. Et si ad sacrilegium satis esset eiusmodi peccatum committi in loco sacro quartæ speciei, sacrilegium esset, quodcumque in quibuslibet agris prædijs aut domibus Ecclesiæ committeretur, quippe quæ omnia sunt sacra eiusdem speciei, cap. Sacrilegium, cap. Qui rapit, cap. Quisquis, 17. quæst. 4. iuxta S. Thom. vbi supra. Non obstat quod ecclesia & cæmeteria sunt loca sacra, quæ faciunt carnis peccatum esse sacrilegium, quia illa sunt tertie speciei rerum sacrarum, iuxta eundem Thom.

Interrogatus, an sanctimonialis, quæ cum esset secularis, aut antequam ipsa professionem faceret, occulte fornicata est, suæ consecrationis velum suscipiens peccet? Respondi, peccare, si absque dispensatione, aut alia honesta cautela suscipiat, vt Syluest. verb. Consecratio virg. perbelle declarat. Quod ipsum arbitrator etiam de illa quæ voluntarie sese polluit, ob quod forsitan pauca grandiorum, sine cautela licite consecrari possunt.

4 Quartò, principaliter præsupponimus, periculosum esse tam confessario quàm pœnitenti immorari nimis in huius materie interrogationibus; proinde debet se quàm citissime ab eis expedire, interrogando sola necessaria, non descendendo nimis ad particularia & minutiora, per dicta supra in c. 6. & tradita a Caiet. in 16. q. tract. 17. quæst.

Ex his præsuppositis inferitur, quicquid Angel. & aliquot alij contra suammet rationem dicant, satius esse, vt confessarius circa hoc præceptum, percontetur coniunctim omnia, quæ pertinent ad ipsum, vna cum eis, quæ pertinent ad decimum, quàm diuisim alia circa hoc, & alia circa illud.

S V M M A R I V M.

- P**receptum sextum de non fornicando, quomodo infringit, & peccat mortaliter, qui habet copulam carnalem extra matrimonium, nu. 5.
 Pollutio voluntaria, & inuoluntaria variorum casuum, nu. 6. & 7.
 Pollutionis incurrendæ periculo consentiens, nu. 6.
 Pollutio dormienti adueniens & cæt. si potest placere, ob finem bonum, nu. 6. 7. & 8.
 Pollutio præterita & futura in quo differant, nu. 6.
 Matrimonialis copula generationem qui impedit, nu. 9.
 Fornicandi desiderium & delectatio morosa quando peccatum, nu. 9.
 Delectatione, quam cogitando percipit, si lætatur, nu. 10.

Oscula

Oscula quæ peccata, num. 11. & 12

Tactus qui peccata, nu. 13.

Adulter qui, nu. 13.

Ornans se, & insidens fenestris, cætans, audiens, aut videns qui peccat, nu. 13. & 14

Comedit, qui in finem & cæt. nu. 15.

Amans insequens amatam, vt peccat, nu. 15.

Sponso sese tangere turpiter periculosum, nu. 13.

Refertur potest in Deum, quicquid non est peccatum, nu. 6.

Peccata cordis, oris, & operis, eiusdem speciei, nu. 9.

Delectatio præsens de copula præterita, vel ventura quando peccatum, nu. 10



X præfatis inferitur, peccare mortaliter contra hoc præceptum sextum de non fornicando, Primò, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, & tenetur dicere quoties illam habuit, & cum qualibus personis, quo sciat confessarius cuius speciei est, puta si est simplex fornicatio, vel adulteriũ, incestus, stuprum, sacrilegium, raptus, aut contra naturam, iuxta supra dicta in hoc ipso. c. nu. 3. Et aduertendum, quod tantum quis peccat per copulam cum vna eademque persona decies habitam, quantum peccaret, si eam cum diuersis decem eiusdem qualitatis, haberet, quod Io. Maior in 4. dist. 17. q. 4. expressit.

6 Secundò, qui procurat, vt cõtingat ei pollutio, aut placuit sibi deliberate cõtingentia illius non procurata, aut cum possit & debeat eam impedire, non impedit, aut probabili periculo vt eueniat se exponit, voluendo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione, aut immiscendo se conuersationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant, a quibus potest, & debet se auertere, aut in finem, vt sibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quamuis ad exonerandum naturam id faciat. Quod genus peccati vocatur mollicies, estque de genere peccatorum contra naturam, de quo Apostol. 2. ad Corinth. 5. ait, Molles non possidebunt regnum Dei: quod licet maius sit quando cum alterius opera contingit, propter participationem in alterius peccato, non tamen ob id fit alteri speciei, nisi copula Sodomitica accederet, iuxta sententiã Caiet. 2. sec. q. 154. art. 11. & nisi interueniret aliud, quo ea mutatio fieret: Proinde si præter id intercederet personæ alicuius memoria, & voluntas, siue desiderium, eam libidinem explendi cum illa, non solum esset mollicies, sed etiã alia luxuriæ species, cuius est copula re habita cum illa persona: puta adulterium si esset nupta, incestus, si cognata, sodomia si alterius sexus, secundum eundem Carditalem vbi supra.

7 Diximus supra Qui procurat & cæt. Quoniam pollutio, quæ inuito contra voluntatem euenit, non est peccatum, qualis est, quæ euenit dormienti, & seminis fluxum patienti, & violento alterius tactu ei, qui non consentit in eo. Diximus item Cum possit, & debeat impedire & non impedit. Quoniam non sufficit potentia impediendi, nisi ad sit obligatio id faciendi. Nam qui operi alicui incumbens potest eiusmodi pollutionis euentum impedire, cessando ab opere

Man. Nau.

S illo

illo, & se in alia diuertendo, sed quia non tenetur opus illud intermittere, nõ cessat ab eo, & ob id polluitur, non peccat, si nullatenus pollutioni aduenienti consentit; exemplum proponi potest in eis, qui ad prædicandum, docendū, disputandum, audiendum confessiones, aut alloquendum fœminas ex causa honesta cum sint ipsi viri, vel contra viros, cum sint ipsæ fœminæ, vident, legunt, audiunt, aut dicunt aliqua turpia, aut talia quæ illam prouocant. Ii enim quamuis possint, non sunt tamen obligati ad omittendum id quod faciunt, quò pollutionis euentum impediunt. Quare si ea illis eueniat, non peccant, modo nullatenus, vt supra dictum est, ei aduenienti consentiant. Quæ omnia colliguntur ex his, quæ sentit Sanct. Thom. 3. par. quæst. 80. & expressit Sanct. Anton. 2. par. tit. 6. cap. 5. & Card. Io. de Turrecremata in cap. Testamentum, & cap. Sed pensandum, distinct. 6. & Cardinalis Caietanus, li. 17. quæst. 16. & in summa verb. Pollutio. Quod ipsum respondimus & nos cuidam Veredario seu cursori vtenti diplomate, qui non poterat aliter impedire, quàm ab equo descendendo & pedibus incedendo. Quæ tamen omnia intelligenda sunt, de illis solis, qui probabiliter credunt, voluntatem eorum superiorem siue intellectuam in huiusmodi pollutionem non consensuram. Alij enim qui credunt contrarium, potius debent omittere confessiones, prædicationes, cursum veredariorum festinatum, & quiduis aliud, ob ea, quæ Caietanus vbi supra dicit, & nos in cap. Si quis autem, de pœnit. distinct. 7. tractantes illud Ecclesiastici, cap. 3. Qui amat periculum, peribit in illo, tradidimus. Non est item peccatum mortale, cupere vt sibi dormienti contingat pollutio, (quo leuetur natura) per solam viam naturalem, nullam ad id causam præbendo. Quod ne cui videatur durius, addimus nos in hac parte sequi Caietanum, 2. sec. quæst. 154. articul. 5. & Syluest. verb. Pollutio, & alios, præsertim gloriosum illum Diuum Anton. 2. part. tit. 6. cap. quinto, non tantum ob eius auctoritatem (quanquam mihi semper maxima est,) sed etiam ob has rationes. Prima est, quòd hæc de qua loquimur pollutio non est in se peccatum, secundum omnes: & quicquid non est peccatum, in obsequium Dei est referibile, iuxta omnium sententiam, quam sentit Caietan. 1. sec. quæst. 8. art. 3. & exprimit, q. 100. art. 10. Secunda, quòd sermo est de desiderio siue cupiditate, quæ nullatenus est pollutionis causa, quale est desiderium eius qui cupit, vt ea pollutio ei eueniat quandoque in somnijs eo modo, quo solet euenire sudor in leuamentum naturæ. Tertia, quòd eiusmodi pollutio non adæquatur peccato quoad hoc. Nam etiam S. Thom. in 4. dist. 9. q. 1. Paludan. in eadem dist. q. 3. & communis asserunt non esse peccatum, complacere sibi de præterita pollutione ob sanctum finem & purum & ab omni malo defæcatum; cum tamen peccatum propter nullum finem euentum, vel effectum quamlibet sanctum, possit vlli iuste placere, vt in c. Inter verba 11. q. 3. num. 85. ad vnum propositum & nu. 159. ad alterum, & supra cap. 15. nu. 10. & in addit. c. Quando, de consecrat. dist. 1. num. 169. probauimus. Quarta, quòd inter complacentiam de futura pollutione, & de præterita nulla est, quantum ad hoc, alia differentia, quàm quòd complacentia de futuro posset esse causa illius. At nos expressim

agimus

agimus de complacentia quæ nullatenus sit causa illius, vt etiam hi, quos sequimur, loquuntur. Quinta quòd doctores, qui contrarium affirmant, intelligendi sunt de desiderio, & cupiditate, quæ aliqua via est pollutionis, vel aliquid prouocationis eius, licet in bonum finem, & non de illa, de qua nos agimus, quæ nullatenus est causa, nec quid prouocatiuum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem. Sexta, quòd falsum est dicere, quòd omnes qui desiderant aliquid, procurant illud habere, & quòd quicquid licet desiderare, licet & procurare; possum enim desiderare mortem propriam meam, imò & alie nam in multis casibus, imò eam rogare Deum; At non est mihi licitum procurare illam opere, quod rectè elucidat Sorus lib. 5. quæst. 12. art. 1. de iust. & iure, & docte ac erudite docuit Caietan. 2. sec. q. 154. arti. 5. per illa verba: Aliud est volitum, aliud voluntarium, illud respicit obiectum, hoc voluntatem. Et potest quis nonnunquam rectè desiderare, vt eueniat ei mors iussu Regio, aut Reipub. contra suam voluntatem facienti quicquid potest, nè illa eueniat ei, & se defendat ab ea. Septima, quòd medicus potest desiderare, vt ei cui medetur contra ipsius voluntatem, eueniat pollutio (quam credit saluti eius plurimum conductum iri) sine vlla culpa ægrotantis & sine ulla illicita procuratio ne. Quas ob rationes, quibus in præsentia respondere nesciremus, & ob prædictorum quos sequimur auctoritatem, hanc partem sine vlla contentione perueniaci, & præiudicio eius qui cõtra cõtēderit, sub correctione debita tenemus.

Addimus, non esse peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quod pollutio euenit, dummodo non comedat ea eo fine vt ei eueniat, sed solum vt suæ gulæ satisfaciatur. Ex his inferitur, pollutionem, quæ dormienti accidit, non esse in se peccatum, licet esset in causa, iuxta gl. receptam verb. Rei, dicti, cap. Testamentum, & S. Thom. 2. sec. q. 154. art. 5. & Maiorem in 4. dist. 9. q. 2. quia non est voluntaria, & quia vt in additione. cap. Quando, de cons. dist. 1. num. 37. diximus. Nemo dum dormit, potest bene mereri, neque peccare etiam venialiter, nisi exequendo peccatum, vt si somnum acciperet pro instrumēto peccandi, Th. in d. ar. 5. & Ca. q. 16. q. li. 17. quæst. vt acciperet, qui se somno dederit, eo modo, vel ea corporis parte, vt pollutio eueniat; tunc enim esset peccatum, vel saltem exequutio eius eo modo, quo percussio facta sagitta est peccatum seu exequutio peccati, quod perpetrat is, qui eam ad percutiendum emittit. Non est item peccatum saltem mortale pollutio illa, quæ incipit euenire alicui dum dormit, & finitur postquam est experrectus, si voluntas superior siue rationalis deliberata in illam non consentiat, quamuis sensualitas ea delectetur, iuxta communem sententiam in 4. dist. 9. & Io. de Turrecrem. in cap. Sed pensandum, art. 5. dist. 6. Imò neque si incipiatur, posteaquam est se mi excitatus, siue experrectus, antequam plene expergiscatur, modo absque eâ patientis consensu deliberato voluntatis rationalis perficiatur posteaquam esset plene experrectus, iuxta mentem Cardinalis a Turrecrem. vbi supra. Quia ad constituendum peccatum mortale, iudicium integrum requiritur, capit. Omnis, de pœnit. & capitu. primo. de delict. pueror. & capitu. Inebriaerunt, 15. quæst. quinta.

§ 2

Tertiò,

9 Tertio, peccat is, cui pollutio dormienti eueniens, posteaquam plene expurgifcitur, placet deliberate ob delectationem, quam inde cepit, praesertim si desiderat, ut iterum ei ad se delectandum eueniat, Sylu. verb. Pollutio. Diximus ob delectationem & cat. quoniam si placuit praeterita, vel cupit futuram ad tentationes carnis sedandas, non procurando ut eueniat, non est peccatum, Caiet. 2. sec. q. 154. ar. 5. & Ant. 2. par. tit. 6. c. 3. Sylu. verb. Pollutio, etiam si comedat aliquid, unde putat eam euenturam, modò hic in hunc finem non faciat, licet ad satisfactionem gulæ id comedat, Anton. & Syl. vbi supra. Facit. c. De occidendis 23. q. 5. & l. Si quis nec causam, ff. de reb. credit.

Quarto, qui habens rem cum aliqua dat operam ne illa concipiat, procurando, ut tali modo coeat, ut inde nequeat fieri conceptio, quod peccatum est contra naturam, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 154. ar. 11. & Caiet. in comment. quo ad ambos quidem, si ambo consentiant, sin autem, quo ad consentientem tantum qui est reus culpæ.

Quinto, qui habet propositum vel desiderium deliberatum copulæ Carnalis extra legitimum matrimonium, vel delectatur de illa morose, expressim vel tacite, expressim quidem fruendo, vel consentiendo expressè & deliberatè in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius nascitur in sensualitate, siue appetitu sensitivo. Tacite vero, si aduertens se illa teneri, & duci in periculum consentiendi, non expellit, nec nititur expellere sine iusta causa, quæ ab expellendo eam excusat. Quod probatur per regulam superius cap. 11. nume. 8. positam. Toties autem peccat, quoties habuit eiusmodi propositum, aut delectationem morosam, siue circa vnam interrumpendo multoties, siue circa multas simul, aut separatim, iuxta S. Anton. 2. par. tit. 5. cap. 1. §. 6. & omnes alios, secundum superius dicta in cap. 6. supra eodem nu. 13. & 14. Quia peccata cordis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, & solum differunt secundum maiorem vel minorem perfectionem. Thom. 1. sec. quæst. 52. ar. 7. Proinde iuxta varias circumstantias variarum personarum, quas sic concupiuit, sunt etiam variæ species horum malorum propositorum, & desideriorum, & peccati speciem mutant. Nam quæ sunt erga coniugatas, sunt adulteria; quæ erga cognatas, incestus, quæ erga virgines, stupra, & cat. de quibus supra dictum est. Et ideo hæ circumstantiæ necessariò sunt consistendæ cum numero illorum propositorum & desideriorum, siue concupiscentiarum. Sylu. verb. luxuria, §. 3. & dicta in c. 6. sup. eod.

Sexto, is cui deliberate placet delectatio, quæ sibi nascitur ex cogitatione copulæ carnalis, quam habiturus est cum illa vel illa, quando sibi facta fuerit vxor, aut si alioquin liceret, iuxta sententiam Caiet. in 2. Tom. de delectat. moros. dub. 2. Quoniam quamuis licita sit voluntas conditionalis, habendi copulam cum illa vel illa, si vel quando sua vxor fuerit, quamuis item liceat ei gaudere de spe quam concipit habendi aliquando illam, non est tamen licitum ei admittere deliberate delectationem carnalem, quæ inde nasceretur. Nam quamuis voluntas conditionalis copulæ futuræ, nil ponat in esse, illa tamen delectatio, quæ inde nascitur, non est conditionalis, nec futura, imò præsens, & absoluta, quæ est conclusio singularis, ratione singulari fulta.

Septimò

Septimò, qui vel quæ coniux mortua vel mortuo coniuge meminit copulâ carnalem in matrimonio tempore præterito habitam, & delectationem carnalem ex eius memoria ortam admittit & ea deliberate gaudet, vel aduertens sensualitati suæ eam inesse, ac exponi se periculo pollutionis incurrendæ vel consentiendi in eam, non expellit, nec nititur eam expellere, cogitatum suum in aliud per disciplinam, vel alio modo diuertendo, per regulam superius cap. 11. nu. 8. ad dinoscendum quæ morosa delectatio sit peccatum mortale, tractatam. Verum tamen est, viduam & viduam licite posse meminisse copularum carnalium temporis præteriti, & gaudere, quod eas habuerint, & quod in eis delectati fuerint, imò & velle illas habere, si qua ratione fieri posset: Non tamen est licitum illis habere nunc actu & in præsentia delectationem, quæ ex illa recordatione seu memoria nasceretur, iuxta omnium doctrinam & mentem, quam dilucidius cæteris omnibus declarauit Caietan. 2. tomo de delectatione moros. dubio 1. & 2. Quod ipsum per easdem rationes videtur etiam nobis de illa coniuge, cui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, aut futuræ coniugis absentis nascitur, atque excrescit delectatio in sua sensualitate, quantumuis nemo, quod sciam, illud exprimat, argum. l. Illud, ff. Ad l. Aquil. & cap. 2. de translatione Prælat.

Octauo, qui deliberato & stabili animo vult amplecti, osculari, aut tangere, aut amplectitur, osculatur, aut tangit fœminam cum sit mas, vel marem cum sit fœmina, animo fruendi delectatione carnali, quæ ex huiusmodi actu nascitur esto, quod tactus ille non sit de se impudicus, esto etiam quod tangeret personam quam desiderabat atque sperabat in coniugem accipere, si nondum acceperit, iuxta sententiam Thomæ, & eius Commentatoris 2. sec. quæst. 154. ar. 4. & S. Antonin. 2. par. tit. 5. c. 1. §. 7. 8. & 9. Diximus, (deliberato animo) quoniam appetitus ille qui in sensualitate nostra nascitur, ex voluntate aliquid horum faciendi, anteaquam intellectus id animaduertat, & voluntas ei consentiat, aut etiam omittat eum expellere cum periculo consentiendi, saltem in illam delectationem, non est peccatum mortiferum, per regulam supradictam, in cap. 11. num. 9. & in hoc ipso cap. num. 9. Diximus, (ad fruendum delectatione carnali;) quoniam facere, vel velle facere illa ad se delectandum honeste, ut faciunt multi, qui tangunt, osculantur & amplectuntur pueros, puellas, cognatos vel cognatas nihil peccant. Diximus item, (osculari, tangere & amplecti, non autem dicimus videre & alloqui.) Quia hæc cum fiunt honeste in finem honestum, puta ad vrbanitatem debitam, ad recognoscendum postea cum iterum conuenerint, vel ad reprehendendam illius vanitatem, ad de rebus honestis admonendum, vel ad laudandum Deum, quod adeo pulchra opera efficiat, aut ob honestum amorem, imò & ad se delectandum castè honestèque amando, non est peccatum, imò est virtutis actus, modò non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo se periculo concipiendi mali propositi operis, vel delectationis luxuriosè se exponat. Nec est plusquam veniale facere prædicta ob solam curiositatem cognoscendi, qua pulchritudine, aut quo incellu, aut gestu sit. Imò nec oblectare se etiam deliberate, videndo & alloquendo eiusmodi crea-

Man. Nou.

S 3 turam

turam formosam, & perspicendo res eius nouas, & pompofas, modò nulla intentio mala illam comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, suapte natura ordinata in aliquem luxuriæ actum, vt subtiliter Caietan. in 2. tom. de delect. mor. dub. 3. probat, ponendo magnum discrimen inter visum & alloquium ex vna parte, & tactum ex altera. Non obstat his quod Hieron. in Epistola ad Eustoch. de virginitate scribit paulo ante & post illa (Claude ostium tuum, abscondere,) & infra, Foris vagentur virgines stultæ, & car. nam ille hortatur ad optima, & ad fugienda etiam minus bona, quæ ipsis possunt esse impedimēta, qualia sunt illa, Nos vero dehortamur a malis, discernēdo illa a bonis, quoquo gradu sint talia. Diximus etiam, (*nec desponsati*) Quia illi quamuis sponsalia tantum de futuro contraxerint, licet non liceat eis copula, sine proposito saltem antea in matrimonium consentiendi, licite tamen possunt non solum se cernere, & alloqui, & frui gaudio & voluptate, quæ inde nascitur, sed etiam osculari se mutuo, amplecti, & tangere se tactibus qui de se non sint impudici, & frui voluptate, quæ oritur ex eis, sine voluntate tamen ampliori. Sponsalia enim, quæ initiū matrimonij sunt, faciunt facultatē fruendi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ singularis est eiusdem Caietani determinatio, in 2. secun. quæst. 154. articu. quarto. Quæ tamen intelligenda venit, quando id fit cum cautela, ne contingat pollutio, nec periculum probabile illius incurrendæ, aut consentiendi in eam, vel in copulam matrimonialem, antequam expresse vel tacite matrimonium contrahant. Quod quia raro contingit, cum soli secreto sese osculantur, amplectuntur, & tangunt, plurimum expedit, ne opportunitates eiusmodi, donec coniuges fierent, eis consentirentur, Diximus Item (*tactibus, qui suapte natura non sunt impudici*) nam si tales essent, quales sunt tactus verendorum, nullatenus debent consentiri: imò si ad euitandos eos esset necessarium, petendum esset cum clamore auxilium, non obstante infamia, quæ alteri partium vel vtrique inde nasceretur, secundum Caietanum in 2. secun. quæst. 154. art. 4. sub fin. cui hac in re contrarius est Sotus relatus supra eod. nu. 1. & ei accedimus cum moderatione de qua ibidem.

Nonò, qui vadit ad aliquem locum, præsertim ecclesiam, quo videat & concupiscat inordinate lethaliterque fœminas, iuxta glo. ca. Odi 24. quæst. 1. ob intentionem mortiferam. Idem dicendum de illo, qui mittit, aut tradit, recipit, vel promittit epistolas, aut aliqua dona, quamlibet parua eiusmodi cum intentione, Syll. verb. Donatio §. 2.

Decimò, qui quærit mediatrices aut maleficas, ad consequendum suæ concupiscentiæ effectum. Alex. Halen. tract. de Luxur.

Vndecimò, qui vel quæ se in fenestra vel alio loco exhibet, animo, vt cerneatur ab aliquo vel aliqua, a quo vel qua scit se carnaliter amari, & eo conspectu mortaliter peccatum iri, licet in opus peccati non consentiat, in quo toties lethaliter peccat, quoties id facit, secundum S. Ant. 2. par. tit. 5. c. 1. §. 7.

14 Duodecimò, qui se vestit vel ornat eo animo, vt videatur alicui eius forma, ob quam carnaliter & mortaliter ametur: non autem si facit illud, vt ametur honeste, licet carnaliter, in finem contrahendi matrimonium, vel alium honestum,

stum, imò neque si id facit quo ametur inhoneste, sed non mortaliter, ad Luxuriam videlicet tantum venialem.

Decimotertio, qui animo deliberato delectatur loquendo, canendo, vel audiendo verba Luxuriæ turpia, etiam sine male operandi proposito, per superius dicta in c. 11 nu. 8. & per alios alibi, & omnis qui verbo tactu vel scripto dans causam alteri peccandi, licet ipse nolit peccare neque vt alter peccet. argum. cap. fin. De iniur.

Decimoquarto, qui nutu oculorum, verbis, musico cātu, aut alijs similibus nititur prouocare ad consentiendum huic luxuriæ peccato, aut curauit, vt se comitarētur aliqui in aliquem actum mortiferum, qualis est cantus musicus, qualia hastiludia, & alia similia ad prouocandum aliquem in eiusmodi peccatum mortale collimata, & directa. Alex. Halen. tract. de Luxuria.

Decimoquinto, qui falso gloriatur, se cum illo vel illa rem habuisse, qui non solum peccat, sed & tenetur restituere famam quam per id aufert. arg. Reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6.

Decimosexto, qui comedit aut bibit plusquam oportet, aut quærit aromata, vel aliqua calida, quo magis hoc Luxuriæ peccato delectetur, nisi sit coniux, qui si faciat id ad debitum matrimoniale commode soluendū, nihil peccat, & si faciat quo magis in eo soluendo delectetur, tantum veniale admittit. Angel. in interrogat. circa gulam. §. 17.

Decimosextimo, is quem piget impotentia coeundi luxuriose, quamuis pigere impotentia ad copulam matrimonialem, non sit peccatum, secundum oēs.

Decimo octauo, qui aliquam mulierem mala cum intentione insequitur, quod peccatum eo grauius esto, quo maiori tempore in ea insequenda moratur, Imò si mulier est honesta, obligatur ad ei faciendam iniuriam, contumeliam, aut infamiam, quæ ob hoc eam consequitur. l. Item apud Labeonem, §. Appellare. ff. de iniur. modo honesto habitu ipsa incedat, alioqui verò minime, vt in ead. l. §. Si quis virginem. At si eam ad peccandum inducit, obligatur ad suadendam ei pœnitentiam, iuxta superius dicta in c. 15. nu. 26.

Decimonono, qui locat domum vel aliquam eius partem alicui meretrici, quam scit vel probabiliter credit in ea meretricaturam, seu suo corpore turpè quæstum facturam, is enim videtur peccato consentire, & ad id admittendum iuuare, ac consequenter peccat, arg. c. 1. de offi. deleg. cum similib.

Quid restituere oporteat eum, qui rem habet cum ea, quæ putabatur esse virgo, & non est.

V M M A R I V M.

Virginem qui deflorat, quid restituet si dolo, aut importunitate & car. numer. 16. & 17.

Virgini qui promittit se eam ducturum in uxorem, nu. 18.

S 4 Virgini

Cap. Decimum sextum de sexto præcepto Decal.

Virgini corrupta, quæ putatur virgo, & æque bene nubit ac si nõ esset corrupta, quid restituetur. nu. 19-

Restitutio qualis facienda patri ab eo qui eius filiam defloravit. nu. 19.

Frater Franciscus à Victoria Laudatus. nu. 19

16 **I**RCA hoc dicimus primò, eum qui rem habet cum ea, quæ putatur virgo, sine dolo, & deceptione ipsius, quia illa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nil tenetur restituere in conscientia foro, etiam si uerè virgo esset. Tum quia scienti & sponte consenti. ti non fit iniuria nec dolus. cap. Scienti, de reg. iu. lib. 6. Tum quia lex quæ obligat ad soluendum aliquid ei quam defloravit, agit de decipiète c. 1. de adult. Exo. 22. Diximus, (leuiter) nã si grauiter importune fuit rogata, satis dicitur coacta, quò ad hunc effectum, arg. l. 1. C. de rapt. Virg. & glo dicti. cap. Scienti.

Secundò, dicimus quòd in foro exteriori huiusmodi deflorator iubebitur eam dotare, in vxoremque sibi ducere, dicto. cap. 1. de Adulter. aut dotare, & fustibus cædi, cap. 2. eodem tit. quamuis eam incorruptam non inuenisset, & neget eam fuisse talem, nec ipsa se virginem prober, satis enim est ei, quòd ipse non prober contrarium, iure namque præsumitur illam fuisse tunc virginem, & deceptam, vt asseruit Antonius, Panor. & Communis in dicto c. 1. & 2. de Adult. & S. Anton. receptus 2. par. tit. 5. c. 6. §. 1.

17 Tertiò, qui importunis precibus, & appellationibus, aut falsis promissionibus sine pollicitatione eam ducendi decept, in vtroque foro tenetur: in exteriori quidem ad id, quòd supra dictum est, in interiori verò ad ducendam vel ad faciendum id, quò illa maneat contenta, vel ad resarciendum ei damnũ oẽ, quòd inde illi euenerit, scilicet, quanto maioris eget, quò talem adipiscatur maritum, qualem manens virgo adipiceretur, iuxta boni viri arbitrium, quòd sensit Anton. vbi supra, & aliquid amplius, ob verecundiam, quam tota vita passura est, & ob contumelias, quas ob id à suo marito acceptura est, vt nos in dicto cap. 1. diximus, addentes non obligari ad eam omnino dotandam? Quoniam id pcena est, quæ in foro interiori omnino non debetur, donec à iudice inponatur, §. In hoc, 33. q. 2. & gloss. singularis cap. Fraternitas, 12. q. 2. in cuius Commet. id late tractamus

18 Quartò, quòd si promittit se ducturum eam, siue promittat ex animo verò, siue ad decipiendã eã ficto, obligatur ad explenda promissa tam in interiori quã exteriori foro, & multo magis si iuramento id firmavit, cap. 1. & c. Qualiter, de pactis, cap. Quacur. que arte 22. q. 5. nisi essent valde inæquales genere vel diuitijs puta, si ille esset nobilis, & illa agricolæ cuiuspiam vel officarij mechanci filia, eo enim casu præsumi potest illam fingere se deceptam, sed non esse, argum. c. Requisiuit, de spons. & Anton. vbi supra, & Syue. verbr. Luxuria, q. 5. ob quòd iudicio nostro non obligatur ad amplius quã ad dandum ei rantum, quantum magis opus habet ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset infamata adipisceretur, vel ad reponendam eam in aliquo statu honesto, in quo Dei obsequio viuat, secundum S. Anton, vbi supra ab alijs

Non mœchaberis.

alijs probatum: ad alterum tamen horum tenetur. Quia licet nõ præsumatur decepta ad effectum ducendi eam, tamen tenebitur ad resarciendum damnũ, eo quòd promissio ducendi, vim habet saltem precum importunarum. Idem dicendum de eo casu, quò promissio fuit vera & ex animo facta, sed esset probabile, quòd ex matrimonio eam consequuturo, grande aliquod scandalum nateretur; Et in eo qui promittit, & est sacris initiatus, aut aliam habuit vxorẽ, aut pater renuit omnino illam ei tradere.

Quintò, quòd vltra prædicta obligatur ad placandum illius patrem, & ad satisfaciendum ei pro iniuria illata, secundum Thom. 2. quæst. 154. art. 6. & Caietan. ibidem. Antonin. vbi supra, & alios.

Sextò, quòd iustum & rationi consonũ videtur nobis id quòd dicitur asseuerasse ille celeberrimus iuxta ac doctosissimus pientissimusque doctor P. Frater Franciscus à Victoria Gymnasta primæ functionis in sacra Theologia resolutissimus, Academia Salmanticensis, cum nos quoque in eadem functionis eiusdem essemus in sacris canonibus, nempe illum, qui virginem dolo, aut importunis precibus corrumpit, obligari ad satisfaciendum ei detrimentum ex sigilli virginitatis fractione illatum; etiã si illa, æque bene nuberet, ac si præfactum sigillum non amisisset, quòd facile infertur ex dicto tertio supra posito, & rationibus in eo allegatis ad eos saltem casus, in quibus nos ibidem respondimus, scilicet, quando defectum huiusmodi deprehendit illius maritus, & propter hoc eam relinquens, ab eaque discedens, peregre proficiscitur, aut eam aspere nimiumque seuerè tractat, quamuis (iudicio nostro) illa determinatio seu resolutio limitari debet, ne procedat locumue habeat, quando maritus eiusmodi defectum non deprehendit, imò existimat se illam inuenisse virginem; quales permultos esse plurimis in locis audimus.

Septimò, quòd is qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cum aliqua iam ab alio corrupta, sed pro virgine reputata ac habita, & per hoc eam infamauit, licet in nihilum in foro conscientia ob virginitatem ereptam teneatur, ob famam tamen ereptam tenetur, secundum Iohan. Maior. in 3. distinct. 37. q. 33. col. penul.

Quando concubinaris non debet absolui.

S V M M A R I V M.

Concubinaris verus, aut pro tali habitus, quãdo non debet absolui. n. 20 & 21.

Et quid si concubina est ancilla. nu. 22.

Ancilla qua dominus abutitur separetur ab eo. nu. 21.

CONCUBINARIUS cohabitans concubina, non debet absolui, 20 antequam ab ea separetur cum proposito nunquam amplius ad eam redeundi; Tum quia non potest vere pœnitere, non abscondendo occasionem & opportunitatem peccandi, adeo propinquã ac est hæc

hæc cohabitatio, vt latius diximus super dicto Augustini in c. Satisfactio, de pœnit. dist. 3. relato à Gratiano post S. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 1. quæst. 3. à Paludano, & ab alijs recept. & post S. Anton. in 3. part. tit. 14. cap. 26. & Syluest. verb. Confessio. q. 25. ab alijs rapsodijs siue Summistis receptum. Tum ob ea quæ supra cap. 1. diximus, esse ad veram pœnitentiam necessària; Tum quia non possunt illi sine grãdi periculo habitare insimul, quòd alteruter, vel vterque eorum opere, verbis voluntate, aut delectatione peccet. Nil tamen aliud dicimus, quid faciendum sit eo casu, quo possint ipsi absque peccandi periculo cohabitare, quàm quòd rarissime id continget, & quòd non debent absolui absque proposito deliberato nunquam conuersandi opere, animo, aut voluntate. Idem quòd dicimus de concubinarijs, dicendum credimus de his quos 21 populus credit esse tales, licet non sint, donec veritas publicetur. Quoniam non solum ab omni malo, sed etiam ab omni mali specie cauendum est, iuxta Apostol. 1. ad Thessalon. 5. & capitul. Cum ab omni. de vita, & honest. clericor. Idem quòd diximus de concubinario, dicendum est de illa persona, quæ cuidam alteri cohabitando, non potest ob suam fragilitatem vitare, ac (vt rectius dicamus) videtur ei quòd non vitabit peccatum mortale, nisi separetur ab ea; debet enim separare se ab ea quamuis sit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem. Addimus etiam quòd Ancilla, qua dominus eius luxuriose abutitur, si nequaquam potest ei resistere, aut putat quòd ob suam fragilitatem ei non resistet nisi fugiendo, iustè posset fugere; quemadmodum vxor potest discedere à marito, qui eam ad peccandum attrahit. c. si infidelis & c. Idolatria & seq. 28. q. 1. Imò, iudicio nostro, posset dominum compellere, quo eam vendat alteri, qui ea non sic abutatur, tametsi hoc nemo alius exprimit, siquidem ob asperum & crudelem corporis crutiatum, qui longè minor est animæ cruciatu, l. Iustissime ff. de Edeli. edict. cap. Præcipimus. 12. q. 1. potest ad illud compellere, §. sed maior, Instit. de his qui sunt sui vel alii. iur. Qua tamen de re altius tractamus in hac postrema editione supra. cap. 14. Addimus Concilium Triden. nuper instituisse sess. 24. ca. 8. de reformat. matrimonij, in hæc verba. Statuit huiusmodi concubenarios tam solutos, quàm vxoratos cuiuscunque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab ordinario etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinato per annum celsuris neglectis permanerint, contra eos ab ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatæ siue solutæ, quæ cum adulteris seu concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum nullo etiam requirente, ex officio grauitè pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel diœcesim, si id eisdem ordinarijs videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros & concubenarios inflictis in suo robore permanentibus.

De con-

De coniugum luxuriæ peccatis.

S V M M A R I V M.

- C**oncubinarij coniugati, vt plurimum excommunicati, nu. 23.
- Præceptum sextum de non fornicando infringit coniux eo animo habens rem cum coniuge, quod haberet eam, etiam si non esset sua vel suus coniux, nu. 23.
- Coniux negans sine iusta causa coniugi debitum petitum, & quando dicitur petitum, & quæ iusta causa non reddendi nu. 25. 26. & 27.
- Coniux non discedens à coniuge adulterante vt peccat. nu. 28.
- Matrimonium contra simplex castitatis votum contrahens, consumans, aut petens debitum, nu. 30.
- Voto castitatis coniugis si coniux consentit, aut si ambo eam vouerunt, nu. 31.
- Debitum coniugale petens tempore menstrui, nu. 32. aut in loco sacro, nu. 33.
- Coniux prolis conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens nu. 33.
- Coniux qui fit patrimus filij per ignorantiam vel malitiam. nu. 34.
- Coniux habens rem cum cognato, vel cognata coniugis, & postea debitum petit, vel coniugi adulterandi facultatem facit. nu. 35.
- Matrimonium clandestinū contrahens sine iusta causa, & quæ sit illa. nu. 36. & 37.
- Matrimonio qui occulte ante benedictionem vitur. nu. 38.
- Matrimonium qui cum duobus contrahit, quid faciet nu. 39.
- Matrimonium contrahens ob coniugis mortem antequam de morte certus fieret, & alia quotidiana. nu. 40. & 41.
- Coniuges qui se impudice tangentes extraordinarie se polluant, aut cum periculo sese polluendi exponit, si habent copulam minime naturalem, nu. 42.
- Debitum coniugale expresse ac tacite petitur, nu. 25. iusta de causa negatur nu. 26. non petitur contra votum nu. 31. & 32. nec tempore menstrui tenentur coniuges petere, & pacisci possunt de non petendo illo, & si est mortale petere ante benedictionem, nu. 38.
- Maritus, qui adulteram vxorem, vel vxor, quæ maritum adulterum patitur, nu. 28.
- Bigama nulla mulier fit, nu. 27.
- Maritus vxorem quando accusare potest. nu. 29.
- Matrimonium clandestinum quando licet. nu. 37.
- Vxor quæ de mariti primi morte dubitat, quando & quomodo potest, aut debet deponere dubietatem, quo debitum reddere possit. nu. 40. & 41.

His modis peccant mortaliter coniuges in coniugio.



RIMO coniuges concubinarij, saltem publici, aut pro talibus habitati, non solum peccant, sed etiam communiter excommunicantur per constitutiones Synodales, vt in Episcopatu Conybricen si tit. 32. Et quamuis peccatum mariti adulterantis cæteris paribus

bus sit maior quam vxoris adulteræ, secundum August. c. indignatur. 32. q. 6. quia maioris vigoris ratione vitur, & melius potest resistere, debetque vxorem suam virtute vincere, & suo exemplo regere; Attamen maius est peccatum vxoris, argum. gloss. l. Illud, C. ad l. Iuliam de adult. & trad. Caiet. 2. sec. q. 154. art. 8. eo respectu quo facit prolem de suo patre incertam, & maius scandalum generat.

Secundò; coniux qui vel quæ cum coniuge eo animo rem habet, quòd haberet vel vellet habere illam, etiam si non esset sibi coniux: aut qui vel quæ tam velit habere cum alio vel vel alia ac coniuge. c. Origo, adiuncta gloss. verb. Amator 32. quæst. 4. secundum Palud. in 4. dist. 3. q. 31. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 1.

24 Tertio, qui vel quæ coniux sine causa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petitur, secundum omnes in 4. dist. 32. nisi petenti precibus contrarium suadeat, quæ tamen non debent esse nimium importunæ. Nec ab eo excusat quadragesima, nec alius dies quamlibet festus etiam paschatis neque voluntas se à pluribus liberis habendis excusandi. arg. c. 7. 1. ad Corinth. c. 1. & c. 2. de coniug. leproso. Multoque plus peccat, quando ira, odio, aut malo aliquo sine id negat. Diximus (tempore & loco idoneis) quia non tenetur reddere in locis publicis, aut sacris, nec quando probabiliter timeret incurere ob id mortem, aut grauem infirmitatem, aut abortiendi periculum. Quæ cum moderatione sunt intelligenda cap. 1. & 2. de coniug. leproso. quæ iubent, vt leprosi coniuges coniuncti vivant, vt colligitur ex Palud. in dist. 32. lib. 4.

25 quæst. 1. & Caiet. in summa verb. Matrimonium, par. 2. & alijs & Sanc. Anton. 3. par. tit. 1. c. 20. §. 6. & alijs rapsodijs in verb. debitum coniugale. Diximus (petitur) quia non obligatur offerre nisi petatur; Verum sufficit quòd petatur verbis, nutibus, vel operibus, arg. l. de quibus ff. de leg. & c. Dilecti, 3. de Appellat. Proinde Augustinus de Ancona relatus à S. Antonino in dicto §. 6. ait, quòd tribus modis debitum coniugale petit vxor, scilicet, verbis, signis, & suo ingenio, siue conditione, per quam maritus conijcit eam id desiderare, sed præ verecundia dissimulare, eo quòd fœminæ naturaliter sunt in hac re verecundiores viris. Id ipsum tamen dicendum est de marito illo, qui ob pusillanimitatem suam, vel ob vxoris duram conditionem, aut insignem auctoritatem, non audet expresse sine metu aliquo petere, ob eandemmet rationem quamuis nemo id exprimat.

26 Iustam etiam causam denegandi debitum habet coniux ante consummatum matrimonium, si vult intrare religionem, ad quod & ad professionem debet dari ei tempus bimestre, vel quod vir bonus arbitrabitur, iuxta Panor. in c. Ex publico, de conuers. coniug. & communem. Non est tamen talis stultitia vel furor petentis, si ei reddi potest absque periculo notabilis damni personæ à qua

27 petitur. Richar. in 4. dist. 32. Et quamuis quòd ad copulam carnalem maritus & vxor sint omnino pares, differunt tamen in eo quòd illa non sit bigama vel irregularis ob copulam carnalem, etiam si sciat eum adulteratum fuisse: Ille verò sic ob copulam habitam cum ea, etiam ignorans eam adulteratam fuisse

c. Si

c. Si cuius 34. dist. etiam si iudice iubente id sub censuris faceret: nec refert an possit probare nec ne, quo ad forum conscientie, quo ad quod loquimur, quicquid aliqui absque, ratione ac lege dicant, contra c. Consulisti 2. q. 5.

Quartò, qui maritus sciens suam vxorem adulterari, non se separat ab ea, imò 28 petit, & soluit ei debitum coniugale, ca. 1. & c. Si quis 32. q. 1. secundum omnes, nisi quando adulterium est occultum, aut illa se iam emendauit, aut eo sine debito petit, quo ipsemet non incidat in adulterium, nec alijs præbeat occasionem credendi se vxoris esse lenonem, secundum Paludanum vbi supra in 4. dist. 32. & S. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 9. Quamobrem vxor communiter non peccat, non recedendo à marito, nec petendo, nec reddendo ei debitum, esto sit publicus adulter. Tum quia non est eius corrigere maritum, vt est mariti corrigere illam, c. Duo ista. 23. q. 4. Tum quia nunquam aut raro putabitur à populo in marito adulterium consentire, vt rectè S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 20. §. 9. expressit, post Palud. in 4. dist. 32. & probat Caiet. 2. tomo q. 20. li. 27. q.

Aduertendum tamen, non posse maritum accusare adulterij vxorem, si etià 29 ipse adulteratus est, c. Nihil iniquius. 32. q. 6. neque quando vxor fuit vim passa c. Itane, ead. caus. q. 5. neque quando probabiliter credebat suum maritum mortem obijisse. c. Cum per bellicam. 34. q. 1. Neque si quis cum ea sub mariti specie rem habuisset. c. In lectum, ead. caus. & q. Neque si maritus adulterandi occasionem ei præbet, c. Discretionem, de eo, qui cogno. confang. Neq. si maritus tolerat & passus est eam, posteaquã sciuit eam adulteratã fuisse, c. Si quis vxorem 32. q. 1. neque si ante baptismum id fecit, c. Gaudeamus, de diuor.

30 Quintò, qui vel quæ coniux vouet continentiam, aut nunquam contrahere matrimonium, & postea contrahit, etiã si non consummet, & iterum si postea consummat prima vice ad suam petitionem, secundum omnes, imò & quoties id petit, secundum fere omnes glo. c. Quodã c. Placet, cum quibus Panor. transit, de Cõuers. coniug. & Io. And. & cõmunis in c. Rursus, qui clerici vel vouet, & Palud. communis & maior in 4. dist. 32. q. 2. Angel. verb. Matrimonium 3. impedimentum 5. §. 3. & melius Rosel. verb. Impedimentum 4. §. 7. quamuis aliqui contradicant, & minus bene, quicquid Angelus dicat vbi supra. Verum tamẽ est quòd quia (secundum omnes) qui eiusmodi votum emisit, potest habere copulam quando eius coniux id petierit expresse, poterit et habere quoties petierit tacite, aut signis, aut ingenio, & conditione, vt supra dictum est eo. c. nu. 25. Põr et qui sic vouet, obtinere ab episcopo dispensationem ad debitum petendum ob grãde peccandi periculum, & difficultatem continendi, quæ est similis ei quã habet sitiens a potu aquæ præteritis oblatæ se abstinendi iuxta Angel. Rosel. & Maior.

Querit hic quidã doctissimus cõfessarius, cur hoc loco diximus oes affirmare eum qui post votum simplex castitatis factum, vxorem ducit, peccare, cum Calde. in c. Rursus, qui clerici vel vouet, & Ang. verb. Matrimonium, in contraria sint sententia?

Respondi me hic loquutum de illo qui ducit vxorem aõ cõsummati matrimonij, vt cõter matrimonium contrahi solet, in quo oes consentiunt, prædicti aut duo authores, de illo qui aõ suscipiendæ religionis ante matrimonij cõsummationem loquunt, de quo ego hic nil fui loquutus. Nunc aut de illo dico, eum peccare.

Tum

Tum quia eam decepit, vt Sotus in 4. dist. 38. q. 2. art. 1. rectè dixit, & ante ipsum Sylu. verb. Matrimonium. Tum quia magnum damnum infert ei, quippe quæ non ita facile alij nubet, ob suspicionem copulæ cum illo habitæ: credo tamen quòd si aliqua causa vrgeret eum ad matrimonium contrahendum cū ea simulato eiusmodi proposito, qualis esset notabilis mortis aut infamiae metus; quamuis non esset satis iusta ad matrimonium impediendum, dirimendū, non peccaret, modo daret operam, ne quid detrimenti sua culpa ei eueniret, quo casu opinio Calderini & Angeli intelligi posset.

31 Sextò, qui vel quæ coniux cum alterius consensu vouet castitatem, & post debitum petit secundum omnes, & etiam qui vel quæ consentit voto, etiam si non vouit, reddit debitum ad petitionem eius qui vouit, quia in eius peccatū consentit. Non tamen est idem dicendum, si ipsemet qui non vouit, sed consentit alterius voto id petit, quia nec ipse peccat contrahendo voto quod non emisit, nec alter reddendo debitum, à quo votum quod fecit non absoluit. Quòd quidem coniux faciens alteri facultatem vouendi non videtur renuntiare ius quod habet petendi, secundum Innocent. in cap. 1. de Conuers. Coniug. communiter per Panormitanum & alios merito receptum. Quod si ambo communi consensu continentiam vouerunt, ambo peccant mortaliter. cap. Quod Deo pari. 33. q. 5. vt supra. cap. 12. dictum est, vnà cum alijs quibusdam ad coniugum vota pertinentibus; quamuis si ambo pacti essent, ne à se mutuo debitum peterent, & ambo cognoscentes quòd vterque id peteret, si posset, haberent copulam, non peccarent, secundum Angel. verb. Matrimonium, 3. impedimentū 5. §. 1. quod melius docet Resol. verb. Impedimentum, 4. §. 7.

Septimò, qui vel quæ coniux debitum petit aut reddit tempore menstrui, secundum Thom. in 4. dist. 32. & aliquot alios; Pro quibus videtur c. Ad eius, 5. dist. Contrarium tamen asserendum est cum Palud. in 4. dist. 32. q. 1. col. 4. nempe, quòd non peccat etiam venialiter, si eo sine petit aut reddit, ne conforti sit odio, vel vt fornicationem eius vel propriam euitet; mortaliter autem nunquam etiam si credat ex huiusmodi complexu monstrum aliquod conceptum iri, vt affirmat Palud. & S. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 5. & ante multos annos tradidimus in dicto cap. Ad eius, & ante paucos asseruit vir doctissimus Alfonso Castrensis de lege pœnali lib. 1. cap. 12.

Octauò, qui vel quæ coniux in loco sacro siue consecrato siue tantum benedicto cum coniuge rem habuit, secundum Palud. in dicta dist. 32. & S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 20. §. 2. & alios, Caiet. verb. Matrimonialis vsus, Io. Turrecremat. in §. sed cum naturale ar. 4. dist. 5. siue eam habeat, vt voluptate fruatur, siue vt fornicationem vitet, & siue ad modicum tempus existat in ecclesia, siue ad multum, vt tempore belli, quicquid alij dicant, Ang. verb. Debitum. §. 32. & relati per eum.

33 Nonò, qui vel quæ coniux potionem vel quid uis aliud assumpsit vel præbet conforti quo prolis cōceptio impediatur, vel ne sibi fiant plures liberi quæ quos educare potest, vel ob alium finem quamlibet bonum. Quod si ob hoc semen extra vas effundatur, grauius peccatū & alterius speciei, nemper cōtra naturam

naturam erit, secundum eundem S. Anton. 3. par. §. 20. cap. 6. Sed quia coniuges non obligantur ad petendum à se mutuo debitum, secundum omnes, & licitum est eis desiderare ne sint sibi plures filij, quàm quos alere possunt, vt asserit S. Anton. vbi supra, iuste possunt de communi consensu abstinere se à copula carnali, secundum eundem ab omnibus receptum, nisi quando alteri esset probabile consortem fornicatum iri, nisi debitum petierit, secundum Angel. cuius determinatio tantum procedere videtur, quando alter videt consortem ob verecundiam non petere verbo, sed tacite satis opere petere.

Decimò, qui vel quæ coniux fuit patrinus filij sui cū baptizaretur vel confirmaretur, malitiose, quo coniugem debito coniugali fraudaret, & ideo non reddit illud, eo enim casu non potest petere, sed tenetur reddere. Quod si ambo malitiose fiant huiusmodi patrini, non possunt à se mutuo debitum absque peccato petere, quamuis alteri petenti alter reddere teneatur. Si autem errore, necessitate, aut ignorantia facti vel iuris fiat, huiusmodi patrinus ius petendi debitum nullatenus perdit; Quæ omnia satis colliguntur ex quodam Alex. iij. responso in c. Si vir, de cognat. spirit. & eius glossis simul adiuncta, quam super eo addidimus iam pridem opinionum concordia, ob ea, quæ Palud. in 4. dist. 32. q. 1. ar. 1. cōclus. 7. scribit, cui concordant Vuendelinus ibi, & Syluest. verb. Matrimonium, 8. q. 7. Quod si ambo vel alter nequeunt se abstinere, petant dispensationem ab episcopo, quem in hoc dispensare posse, S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 15. §. 3. col. 2. sub. fin. & Syluest. vbi supra aiunt. Argum. eorum quæ annotant Panor. & alij, in cap. 1. de eo qui cogn. confang. vxoris suæ, & Rosella verb. Impedimentum. 6.

Interrogatus Romæ, An qui infantem semestrem filium suum, quem abortiuit amica eius, baptizauit iam iam moriturū absente clerico, posset ducere in vxorem sine dispensatione illam amicam? Responsum, non posse. Quia licet necessitas efficiat, vt possit compater cum vxore sua iam nupta eademque commatre licite rem habere, vt hic dicitur, non tamen efficit ne nascatur compaternitas, quæ ante matrimonium nata illud impediatur & dirimat, per. cap. Ad limina, iuncta glossa vltima 30. q. 1.

Vndecimò, qui vel quæ coniux habuit rem cum coniugis cognata vel cognato, & postea debitum petit, cap. Qui dormierit. 27. q. 2. quamuis ad reddendum teneatur, & an impediatur petendo debitum post copulā cum cognata vel cognato suo proprio habitam, colligendum est ex his, quæ dicuntur infra capit. 22. num. quinto.

Duodecimò, quæ coniux facit marito peregre proficiscenti facultatem habendi rem cum alijs mulieribus, vel consentit vt se cum alijs domi manentibus misceat, aut cum commode posset non impedit eiusmodi commistionem, secundum Anton. in 3. par. tit. 14. cap. 9. §. 1. sub. fin.

Decimotertio, qui vel quæ coniux clandestine matrimoniū sine iusta causa contrahit, c. Cū inhibito. de Clandest. despons. Iusta causa id faciendi visa est Caietano, in secundo tomo de sacram. Matrimonij. q. 2. quando cessant omnia inconuenientia, ad quæ vitanda iure vetantur contrahi clandestina matrimonia

rimonia. Contra quem facit doctrina eiusdem 2. sec. q. 120. & 186. ar. 3. nempe quod lex non desinit obligare subditos ad id quod præcepit, etiam si absque illo habeatur finis in quem id præcipit, esto, quod responderi posset, aliud esse dicere, quod lex præcipiēs aliquid ob aliqua inconueniētia, illis cessantibus, non obligat, Quod dicit Caiet. vbi supra, & antea dixit Panorm. in. cap. Quoniam contra; de probat. & aliud dicere id quod in aliquem bonum finem præcipitur, cessaret si finis ille alia via habeatur, quod ipsemet in dicta q. 120. & in dicto ar. 3. ait, & nos etiam in c. Ad hæc, de Præb. tradidimus. Iusta proculdubio tamen esset causa, quam ipse ibidem exprimit, scilicet contraxisse antea matrimonium publice sed inualide ob aliquod impedimentum, habita enim dispensatione ad id conuenienti possunt clandestine contrahere, neq; ob id in aliquas pœnas incidunt. Quæ res quotidiana est. Iusta itē est causa minoris nubendi clandestine alicui sibi multum conuenienti, quando prospicit se à suo curatore traditum iri nuptui alicui parum conuenienti: Nos quoque respondimus in nullas censuras nec alias pœnas incidisse confessarium, & testes, qui curauerunt, vt quidam gladio grauiter ictus, & iam iam moriturus duceret in vxorem concubinam suam ex qua liberos susceperat, quo illos faceret legitimos, & quo ad transennendum ex hoc seculo, iter melius adornaret.

38 Decimoquartò, qui vel quæ coniux matrimonio clandestine sine testibus contracto, vtitur, quia eiusmodi vsus, non solum est vetitus per c. Aliter, 30. q. 5. sed etiam malus, secundum Card. Gatet, 2. tom. de. sacram. matrim. q. 1. qui tamen ibidem q. 4. ait, Matrimonij vsum nunquam esse mortiferum, eo quod benedictionem nuptialem antecedit, id quod antea dixit Angel. verb. Debitum §. 1. & Sylu. eod. verb. q. 9. Caiet. in summa verb. Matrimonij peccata. Non quia nō inueniatur textus, qui hoc significare videatur, vt quidam neotericus dixit. Si quidem in c. Aliter, 30. q. 5. inuenitur, neque ob rationes, quas prædicti formant: sed quia nulla ferè transgressio eorum, quæ dicto c. Aliter. prohibentur est mortifera; iuxta omnium sententiam, nisi ex contemptu, vel magno cum scandalo, ea fieret. Quamuis Io. Tabiensis verb. Matrimonium §. 3. (pulchre monstrans, diuum Thomam non sentire id quod Angel. & Sylu. aiunt) absque iusta ratione affirmet prima vice peccare. Quod ipsum ante illum prædixerat diuus Anton. 3. par. tit. 1. cap. 22. Quod tamen non videtur tenendum, quia nullo iure vel ratione talis differentia inter primā vicē & alias probatur.

Interrogatus, An qui matrimonium clandestinum contrahit, eo solo, quod non vult illum publicare, mortaliter peccet, quamuis matrimonio non vtatur? Respondi peccare, si altera pars poscit vt publicetur, aut periculum incontineñtiae imminet, & nulla est iusta causa qua differatur, quia officio suo nō satisficit; Imò etiam licet vterque consentiat, & nullum sit incontineñtiae periculum si ex eo quod non publicatur, ea dāna & pericula timentur, quæ ex eius vsu clandestino orirentur. arg. l. Adigere, §. Quamuis, ff. de iurepatron. Alias verò non, Argum. c. Cum cessante, de Appellat

39 Decimoquintò, qui vel quæ coniux primum clandestinè contrahit cum priore, & postea publice cum posteriore & habet rem cum posteriore, etiam si iussu

si iussu ecclesie sub excommunicatione præcipiens eam haberet, iuxta sententiam cōmunē, quicquid Magist. sent. cōmuniter refutatus in 4. dist. 38. dixerit. Peccat etiā si habet rē cum priore, offendēdo eos, qui putant eā nō esse ipsius coniugem, per dicta in §. præcedenti. Non tamē peccaret si absq; scandalo eā haberet, tenetur autem posteriori conuiuere, ecclesia id iubente, si absq; periculo habendi rem cū ea, vel eo, id facere potest, alioquin minime, et si ob id excōmunicaretur. Arg. c. Inquisitioni, de sent. excō. Syl. ver. debitū cōiugale §. 6.

Decimosextò, qui vel quæ coniux antequam satis certior fiat de prioris cōiugis morte, matrimonium contrahit iterum. cap. Dominus, de sec. nupt. & etiam si post contractum habet rem cum posteriori subsistente causa probabili ad dubitandum de morte prioris, (esto non sit euidentis et manifesta) debitum petit, dicto cap. Dominus, et dicto cap. Inquisitioni. Imò et si reddit petitum, etiam iubente superiore, antequā illam animi dubietatem deponat, ad effectū saltē reddendi illud. Probauimus enim in cap. Si quis autem nu. 81, de pœnit. dist. 7. non solum peccare mortaliter eum, qui facit aliquid quod credit esse mortale, sed etiam eum qui facit aliquid de quo dubitat an sit mortale nec ne. Proinde coniux probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, antequam rem habeat cum posteriore, debet expellere ab animo suo illā dubietatem, & credere mortē prioris, ad effectū saltē reddendi debitū, quāuis non credat neq; credere possit, nec debeat ad effectū illud petendi. Quod latissime in dicto cap. Si quis autem, a nu. 86. vsq; ad 118. monstrauius, aperiens iustum intellectum, & veram concordiam inter dicta duo celebria capitula. Dominus, & Inquisitioni.

Et quod differentia inter scientem ex vna parte, & credentem aut probabiliter dubitantem ex altera, & inter eum, qui ex leui causa credit aut dubitat ex tertia non est sita in eo, quod vnus peccat reddendo debitum, & alius non. Quia omnes peccant tam reddendo, quā petendo, (si illa scientia, credulitate vel dubietate durante petant vel reddant) sed consistit in eo, quod primus horum non potest illam scientiam iuste deponere, neq; ad petendum debirū neque ad reddendum. Secundus autem potest deponere suam credulitatem, vel dubietatem, præcipiente saltē iudice, ad effectum soluendi. Tertius vero potest ad vtrunque effectum, quæ est singularis resolutio à nobis in dicto cap. Si quis autem, scripta.

Decimosextimo, qui vel quæ coniux impudicis tactibus se polluit, aut habet tactus huiusmodi intendens habere illam, vel cum periculo probabili habendi, iuxta sententiam Card. Caiet. ver. Matrimonialis vsus, pag. penul. Matrimonium enim eiusmodi tactus non efficit licitos.

Decimoctauo, qui vel quæ coniux habet copulam cum coniuge alia via quā naturali extra vas naturale, vel tali modo quo vxor non potest suscipere semen, aut retinere, secundum omnes. Qui autem habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor possit suscipere semen & retinere, non peccat mortaliter, quamuis fœdus sit modus eam habendi, quamquam graue peccatum veniale admittit, & dignus est, qui eo modo vtitur, magna reprehensione, peiorq;

animali bruto, quod in eiusmodi actu modum naturalem seruat.

Decimononò, qui vel quæ coniux nullum prædictorum facit, nec vult facere, sed consentit in eo, aliquo modo ex illis nouem, quos supra, cap. 11. & in ca. præcedenti num. 18. declarauimus, scilicet mandando, consulendo, consentiendo, laudando, tacendo, authorem receptando, participando, vel opitulando, aut non impediendo, verbis, opere, aut admonitione, cum posset & deberet id facere, vt ibi diximus.

Mulier quæ fingit se habere filium, aut ex adultera genuit, ut peccet, quidque faciet.

S V M M A R I V M.

Mulier, quæ fingit se prægnantem, aut sit prægnans ab alio, qui non est suus coniux, absolui potest non reuelando id. nu. 43.

Quando timet mortem corporalem propriam, aut spirituales sui mariti, aut suæ famæ iacturam. nu. 44.

Quid faciet ad resarciendum detrimentum, quod suo marito aut hæredibus eius ex eo prouenit, nu. 45. & 46. 47.

Restituere debet damnum, qui credit filium suum; ad partem supponendum. nu. 48.

Adulter potest non credere esse filium suum, quem adultera ei tribuit, & an teneatur restituere damnum, quod per suum filium facit, nu. 49. & 50.

Restitui non debet res familiaris cum famæ propriæ iactura, nu. 44.

43 **I**n ca hoc dicimus Primò, quòd mulier coniugata, quæ supponit sibi partum fingendo se prægnantem, & parere filium alienum, quem secretò accepit ab alio, illa item quæ suscepit filium ex adulterio, absolui potest id non reuelando, quamuis per id noceat patri putatiuo, efficiendo vt filium alienum pro suo enutriat, etiam hæredi eius, quatenus filius putatiuus & spurius habitus pro vero & legitimo, adiuit hæreditatem patris putatiui, aut partem eius, vt respondit Innoc. iij. Officij, de Pœnit. & remiss.

44 Secundò, id quod supradictum est proculdubio habere locū quādo maritus indubie credit esse suum filium, & ipsa timet mortem sibi ab eo inferendā, vel mortali odio peccaturum, si resciret, vt habet textus illius cap. & Panormitan. & Communis, ibi declarant. Imò sufficit timor propriam famam perdēdi, secundum Caietanum, in lib. 17. Respons. respons. 14. ante quem id dixit subtilissimus doctor Scotus, in 4. dist. 15. q. 2. post. ar. 4. in responsione articuli: Et diuus Anton. 2. par. tit. 1. cap. 18. §. 8. in fine, & melius tit. 2. cap. 7. §. 4. Quia vt præfatus Cardinalis 2. sec. q. 62. ar. 6. & in dicta responsione 14. ait, non teneatur restituere bona ordinis inferioris, cum iactura bonorum ordinis altioris, saltē cōmuniter, & vt diximus in Repet. c. Inter verba 11. q. 3. nu. 217. & 386.

Bona

Bona famæ, altioris ordinis sunt, quàm bona rei familiaris, quia melius est bonum nomen &c. Prouerb. cap. 22. vt et bona vitæ ac salutis, sunt altioris quàm bona famæ, l. In seruorum ff. de Pœn. Nec obstat dicere quòd Panormit. in dicto c. Officij, & communis videntur præsupponere, quòd si reuelare potest absque animæ & corporis periculo, & putaret sibi fidem habendam, debet reuelare. Quia Inno. cuius mentem ibi omnes sequuntur, ait eam ad id non teneri, si quod grande malum consequeretur. Et quāuis postea ponat exemplum in malo corporis & animæ, non tamen negat illud esse dicendum de malo famæ, iuxta illud prædictum prouerb. Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ; Quod constat esse grande malum, vt ratio prædicti Caietan. probat. Nec obstat quod Io. Maior in 4. dist. 15. q. 17. affirmet contrarium, quia id fecit sine iusta supradictorum perpensione.

Tertiò dicimus, quòd si mulier illa iam erat de adulterio infamata, & credit probabiliter absq; periculo corporis & animæ posse id reuelare, & quòd si bi adhibebitur fides tam à patre quàm à filio, debet reuelare, quæ communis est conclusio Innocentij, in dicto ca. officij, & aliorum.

Quartò, quòd si crederet ipsa filium suum spurium & fictum esse tanto virutis studio, adeoq; matri credentem, quòd reuelando ei casum secretè crederet, & totā hæreditatē alijs fratribus vterinis relinqueret, teneretur ei reuelare.

Quintò, quòd quando eiusmodi mulier non est ad reuelandum huiusmodi casum obligata, aut quando per suam reuelationem non potest consulere damno, quod suo marito vel eius hæredibus iam euenit, aut est euenturū, obligatur ad competenter satisfaciendum eis confessarij discreti arbitrio, vt cōtextus ipse præfati cap. Officij, in fine habet. Qui cōfessarius tali mulieri suadere debet secundū Scotū vbi supra, vt satagat inducere filium illum ad intrādam religionem, vel vt sacris initierur, & accipiat beneficium aliquod ecclesiasticum, quo contentus hæreditatem alijs renunciet. Quod si hoc ei non pōt persuadere, debet tam marito, quàm eius hæredibus resarcire damnum, ex bonis parafernalis, idest, quæ ultra dotem habet, qualia si non habeat, non obligatur amplius quàm ad sui peccati pœnitentiam, & ad concipiendam voluntatem satisfaciendi quando potuerit, secundum Scotū vbi supra. Cui duo addimus; Alterum, quòd religio cuius ingressus est ei persuadendus, debet esse hæreditatis incapax, aut quòd ante ingressum & professionem renunciet hæreditatem patris putatiui, alioquin enim nil prodesset huic proposito ingressus ille, cum monasterium posset hæreditatem illi obuenientem adire, Argu. cap. In præsentia, cum ei annot. de Probat. Alterum, quòd quando non poterit ei prædictum ingressum persuadere, nec satisfacere pro bonis, in quæ filius est successurus, debet bona mariti augere, tanto plus laborando, ultra quàm per matrimonium obligatur, & tanto minus expendendo in vestitum & victū de his, quæ honeste impendere potest, vt quod per hanc parsimoniam residuum fecerit, adæquetur damno per filiū illato, vel inferendo. At si nec hoc ad id fuerit satis, debet donare in vita, vel relinquere in morte tantum, quanto in id opus fuerit, filiis legitimis ex parte illa bonorum suorū, quæ libere, in

T 2 animæ

animæ suæ, vel extraneorum gratiam relinquere potest, iuxta Authen. Nouissima, & Auth. Vnde si parens, C. de inoffi. test. Demumque quâdo hæc oïa nō fuerint satis, sufficere ei cōtritiō, & volūtas illa, quas Scotus dixit sufficere.

48 Sexto, quod etiam obligatur ad resarciendum damnum prædictum is, qui tradidit ei filium suum ad supponendum partum, & fingendum eiusmodi figmentum: Adulter item ex quo illum concepit, si credit, aut credere debet esse filium suum, quia illius damni causam dedit, & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur l. Qui occidit ff. ad l. Aquil. & vt alterius eorum restitutio & resartio vtrumque liberat, sic altero non potente, aut nolente resarcire alter obligatur, per ea, quæ in c. seq. scribentur, Quin et si infans fuit expositus hospitali alicui, vt ibi nutriretur, obligati sunt ad soluendas impensas, quas in eo nutriendo fecit, si eos paupertas non excusaret, ob id quod hospitalia in pauperes subueniendos instituuntur, c. De Xenodochijs, & per ea, quæ ibi late trad. Lapsus in repet. de religiof. domib.

Interrogatus, An mulier, quæ de adulterio filium suscepit, testari possit, cū id facere posse non videatur, nisi affirmando eos legitimos esse: quod est mendacium propter nullam rem dicendum, cap. Primum 22. q. 2. c. super eo, de vsur. Respondi posse. Tum quia potest eos appellare filios absq; aliqua legitimi intentione. Tum quia sine mendacio potest legitimos appellare intellegendum apud se, tales esse cōmuni existimatione, iuxta latè per nos annotata in c. Humanæ aures. 22. q. 5. Tum quia plurimū interest legitimorū, eā testari quo exoneret cōscientiā, quātū plus poterit eis relinquēdo, iuxta ea, q̄ hic dñt.

Septimò, quod confessarius nō debet huiusmodi resartionē imperare adultero non credenti, nec debenti credere, eiusmodi filium esse suum, siue quod mater est leuis, & solita cum alijs adulterari, siue quod ipsa quoq; dubitat, an sit filius adulteri, vel mariti sui, siue quod reputat eam, ad se obligandum, mē tiri, secundum S. Anton. in 2. par. tit. 2. c. 7. sub fin. Nec ipse adulter facile debet credere se ad id obligatum, arg. ca. Dominus, de secund. nup. Si autem adulter credit, eum esse suum filium, restituere debet patri putatiuo impensas, quas in eo nutriendo fecit, & etiam hospitali si apud illud expositus fuit; Insuper & præfato patri restituere debet dotem aut sponsalitiā largitatem, si quam dedit ei, imò & filiis eius id quod de patris hæreditate habuit, vt S. Anton. vbi supra, ait quem Sylu. & Communis probant, Quanquam D. Sotus lib. 4. q. 7. art. 2. de iust. & iur. contrariū teneat, motus eo, quod non videtur ei causa propinqua illius damni. At cōmunis opinio videtur nobis longe verior. Primum quod est cōmunis. Deinde, quod ipsemet fateatur adulteram ad id teneri, quæ tamen non est propinquior causa damni, quàm adulter, quandoquidē non cōsequitur illud immediate ex adulterio, neq; ex partu, sed ex vita eius quæ peperit. Tertio, quod adulter est cā satis p̄p̄inqua, licet nō proxima, & nō oportet esse proximā, quo de dāno teneatur, iuxta notata ī c. si. de iniur. Quarto, qđ adulteriū, suapte natura ordinatur ad generādū, & est via & mediū, ī illud dānū, qđ genitus, eo ipso, qđ genitus est, īfert, & cū sit res illicita, obligat in id quod ipsū cōsequitur, tanq̄ effectus eius, quo casu et cā remota nocet, c. Fin. de homi. li. 6.

Octauò,

Octauò, quod addit idem Scotus vbi supra quod filijs patris putatiui hæredibus non debet restitui tantum quanti valet hæreditas, nec quantum restituendum esset, si post acquisitionem illa eis tolleretur, sed multo minus, iuxta prudentis & boni viri arbitrium, quæ singularis conclusio est, cōfirmarique potest, per id quod vterque Thom. ait, 2. sec. q. 62. art. 2. Id tamen, nostra sententia, limitandum est tunc tantum procedere, quando restitutio facienda est filijs successuris, antequam succedant, id est, quando pater cui successuri sunt viuit, & dubitatur, an filius putatiuus victurus sit eo tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna tractabitur. Nam post patris putatiui mortem & aditam eius hæreditatem, videtur iam tractari de bonis quæstitis, & ita restituendum est illis tantum, quantum valet id quod filio putatiuo obuēnit. arg. l. Cum hæredes. ff. de acquir. posses. Quāuis Scot. (nostro iudicio) in vtroq; casu loquatur. Itaq; omnia resoluendo dicendum, quod si persona obligata ad hoc restituendū, accesserit ad confessariū prius quam pater putatiuus moriatur, debet se informare quantum expēderit in filio putatiuo educando, vel forsan dotem, aut sponsalitiā largitatem ei tradendo, vel in literarū studijs sustentando: & sic quā, & quātam mercedē meruerit filius putatiuus à suo patre putatiuo, & habita horum ratione, præcipiat illi personæ, vt id residuum quod patri debetur, ei restituat, persuadeat atq; illi, vt concipiat propositū restituendi cui oportuerit id, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui acquisiturus est, si superuixerit illi: Quod si persona præfata pœnitēs est mortis periculo propinqua, relinquat alijs filijs, vt dixit Scot. non tantū quantum deberetur eis, si iam hæreditatem acquisissent, vnā cum illis filius putatiuus, sed tanto minus, quanto minoris æstimari debet bona post patris putatiui mortē illi quærenda, ob illam dubietatē, an acquisiturus sit nec ne, Idq; poterit facere meliorando, vt Iuris consultorū vulgus loquitur, alios filios de illa bonorum parte, quam cuiusq; volet, libere potest relinquere, iuxta varias variorū Regnorū leges. In his quidē Castellæ de Tertia & Quinta, l. 7. & 8. adiuncta ff. 15. Tauri, In Regnis verò Portugalliæ de Tertia lib. 4. ordinat. tit. 70. In illis verò Nauarræ, de oïbus excepta minima re. In illis verò terris in quibus ius cōmune seruatur, de semisse aut triente, Authen. Nouissima, & Authen. Vnde si parens, C. de inoffi. test. Si autem præfata persona pœnitens accesserit ad confessarium, priusquam patri putatiuo successit, & fratribus suis damnum iam intulit, præcipiat ei confessarius vt restituat fratribus, quos filius putatiuus læsit omne damnum quod eis intulit, quā optimo mō potuerit, quicquid & Scotus, & qui eū sequuntur dixerit.

Cap. Decimumseptimum de septimo præcepto Decalogi

Non furtum facies.

S V M M A R I V M.

Furtum quid, & diuiditur in mentale & reale, nu. 1.

Præceptum non furandi, quæ & quod prohibet, nu. 2.

Man. Nau.

T 3

Furtum

Cap. Decimumseptimum de septimo præcep. Decal.

Furtum genere suo mortale, sed excusat ab eo paruitas, nu. 3.
Furtum ad causandum mortale, quanta quantitas requiratur, nu. 3. A.
Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt nu. 3. B. & F.
Furtum pauperi & diuiti factum, qualiter metiendum, nu. 3. C.
Furtum propter omne mortale, non fertur excommunicatio ubique, nu. 3. D.
Doli actio non datur, ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit, nu. 3. E.
Furtum mortale hæc quantitas facit, nu. 3. F.
Furtum a mortali culpa septem excusant, nu. 4. & seq.
Metus minor iusto attenditur in foro conscientia, nu. 4.
Finis utilis anima, & bonis Domini, nu. 5.

1



VIA hic locus est opportunus, in quo ponatur summa Comment. c. fin. 14. q. 6. iuxta promissa in præfatione ad lectoré, ideo coniungendo ea quæ hoc loco tradita fuerunt in Hispano, cū illis ad quæ fiebat remissio. dico Primò, quòd furtū definitur a iuriconsulto. in l. 1. ff. de furt. esse dolosa contrectatio rei alienæ inuito domino suo, ad proprietatem eius aut possessionem aut usum acquirendum: quæ repetitur in §. 1. instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Dixit, *Contrectatio*, per quod intelligimus erim voluntatem contrectandi, quæ est mentale furtum. Dixit, *Aliena*, quia suæ contrectatio, quatenus est, aut meritò creditur sua esse, non est furtum, l. Inter omnes §. Recte ff. de furt. Dixit, *Inuito domino suo*, quia quod eo volente fit, non est furtum, in eod. §. Recte. Dixit, *Dolosa*, quoniam iocosa, & officiosa ad reddendum cautiosem dominum, non est furtum, vt recte ait Maior, in 4. dist. 15. col. 1. Dixit, *Ad acquirendum proprietatem aut possessionem &c.* quia ad hoc, vt sit furtum, sufficit vt contrectans velit aliquod horū acquirere, secundū omnes. Ex quibus sequitur furtū esse duplex, Reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrectandi: quæ est diffinitio Iuriconsultorum vsui loquendi proximior quàm illa Io. Maior. vbi supra.

2

Secundò, quòd hoc præcepto vt diximus in Addit. c. Quando, de consecrat. dist. 1. nu. 231. non solùm prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas eam faciendi, quæ proprie furtum dicitur, sed etiam omnis illa qua aliquid ab aliquo iniuste accipitur, & iniuste retinetur, & omnis iniusta damni illatio, & per consequens violenta, & denique omnium rerum alienarum vsurpatio illicita, c. Pœnale 14. q. 5. & consequenter omnis voluntas deliberata faciendi aliquod prædictorum. Quoniam vt supra dixi in Prælud. 9. nu. 2. & c. 11. nu. 8. post S. Tho. 1. sec. q. 72. ar. 7. peccata voluntatis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, imò vnum, quanquam quæ sunt solius voluntatis, ad restitutionem non obligant, vt in dicto, cap. 11. est dictum.

3

Tertiò, quòd omne furtum ex suo genere est mortale secundum Tho. 2. sec. q. 66. ar. 6. & probatur in dicto c. fina. 14. q. 6. & c. Fures, cum tribus sequent. de furt. Excusat autem furtum a culpa mortali, Primò quidem paruitas rei, quia in omni materia peccati, illa & alia duo excusant a peccato mortali, vt dicimus

Non furtum facies.

148

cimus supra in c. 11. n. 4. post Tho. citatum ibi in tribus locis, & Ant. 2. par. tit. 4. c. 5. §. 7. & 8. & Adrian. Quolib. 8. pag. 11. Ex quo sequitur, quòd saltem in genere moris furtum paruum quod non attingit culpam mortalem, differt specie a furto magno quod attingit illam, quia in prælud. 9. nu. 6. diximus, circumstantiam, quæ facit mortalem actum, sine qua ille non esset talis, mutare speciem in genere moris.

Quartò, quòd magnæ quæstionis est, quæ paruitas excuset a mortali, quia id nullo iure naturali diuino aut humano definitum est: communiter tamen tenetur, & quidem recte, id boni viri arbitrio relinqui. Quoniam, quæ indefinita relinquuntur a lege, arbitrio boni viri sunt definienda, l. 1. ff. de iure delib. & cap. De causis, de offic. deleg.

Quintò, quòd sæpe confessarij nos molestarunt, interrogantes, quæ quantitas sit ad hoc notabilis, aut quam nos talem arbitremur? quibus nisi fuimus satisfacere per sequentia posita in præfato Commentario c. fin. 14. q. 6. Primum quòd qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat, vt S. Hier. in d. c. fin. 14. q. 6. clare sentit: Nam voluntas faciendi & ipsum factum eiusdem sunt malitiæ iuxta S. Tho. receptum 1. sec. q. 20. ar. 3. Qui aut ré paruulam furatur sine animo aliam maiorem furandi, & maius damnum proximo faciendi quàm paruula illa res valet, furtum mortale non committit, etià si sciat dominum id moleste laturum, si ei denuntiaretur, neque eam a se petitam, daturum fuisse, secundum Caiet. 2. sec. q. 66. ar. 6. quamuis S. Tho. ibi de hac re aliquantum obscure loquatur. Secundò, quòd qui furatur aliquam paruulam rem, veluti subulam a furtore, aut acum a sartore, ob quod & quia aliâ subulam vel acum non habet a labore cessat, non furatur rem notabilem, quâuis ex eo notabile damnum in dominum redundet, licet contrarium sentiat Sylu. verb. Furtum, cui consentit Sotus lib. 5. q. 2. ar. 3. de iust. & iur. quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum inferret, non tamen duplo, aut quadruplo illius damni condemnaretur, sed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractæ, quatenus esset furtum manifestum, aut non manifestum, §. In duplum & §. Quadrupli, Instit. de actio: Illa tamen paruæ rei subreptio esset mortalis, si qui surripit, scit, aut scire aut credere debet, ex furto illo paruulo eiusmodi damnum notabile domino euenturum; non quia res illa surrepta notabilis sit, vel quòd voluntas illam surripiendi, sit voluntas surripiendi rem notabilem, sed quia damni notabili causam dat, & consequenter id dare videtur. cap. fin. de Iniur. l. Qui occidit ff. ad l. Aquil. quæ sunt diuersa, vt ex diuersitate titulorum, de furus, & de iniurijs facile colligitur. Quod ipsum est dicendum de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magna molestia & perturbatione afficiendum: quale fecit quidam famulus suo hero diuiti nobis noto surripiendo magnum quoddam malum cydonium, quod in horto suo ille habebat & magni æstimabat, ad ostendendum amicis, & monuerat suos famulos, notabili se molestia afficiendum, si illud furarentur: Is enim famulus non admisit furtum notabile, quamuis ob molestiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccare potuisset,

T 4 Si

- Si quidem crederet, aut credere debebat, illa molestia dominū afficiendū esse.
- C Ex quibus infertur, quòd aliquando qui rem parvam pauperi aufert, mortaliter peccat, non autem qui opulento similem aufert, & aliquando è cōtrario, qui aliquam rem parvam aufert diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi. Nam qui surripit fibulam furori, vel acum sartori, credens vel debens credere, eos non habere alias quibus operentur, & ideo damnū notabile eis euenturum, peccat mortaliter, non autem qui diuitibus eandem auferret; & è contra, qui diuiti surripit rem parvam ab ipso magni aestimatā, quale erat pomum de quo supra diximus, credens vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectum iri, mortaliter peccaret, non autem qui idem faceret pauperi rem illam non maioris quàm valet facienti: quia ille dat causam notabili molestia, hic verò minime.
- D Tertio, quòd licet in aliquibus Episcopatibus per constitutiones Synodales declaratum sit, nè quis excommunicetur pro re, quæ minoris centum dipondijs valeat, & alijs nè pro re quæ minoris duobus regalibus seu Iulijs valeat, non tamen idcirco definitum est illam esse quantitatem necessariam vt sit mortale, siquidem quamuis non debeat nisi pro peccato mortali excommunicatio ferri. c. Nemo, & cap. Nullus, 1. 1. q. 3. vt latius tradimus infra. cap. 27. nu. 9. non tamè pro quolibet mortali det ferri, & sic præfatæ constitutiones interpretandæ sunt, quòd quamuis quantitatem minorem, quàm duorum regalium aut pondiorum, mortaliter peccetur, nemo tamen, pro minori est excommunicandus.
- E Quarto, quòd aliqui collegerunt ex Soto libr. 5. q. 2. ar. 3. de iustit. & iure: Summam duorum aut trium ducatorum non esse notabilem quantitatem, sine consideratione personæ cui furtum fit. Sed nobis neque videtur prædictum Sotum id sensisse; neque esse verum. Tum quia S. Thom. 2. sec. quæst. 66. art. 6. ad 3. a culpa mortali non eximit furtum, nisi quando est de re minima; nemini autem videtur esse talis in hac regione ducatus in se consideratus. Tū quia idem Thom. sensit, ideo furtum de re minima non esse mortale, quia præsumi potest id non displiciturum domino; significans secus esse, si putaretur domino id displiciturum. Et quamuis Caieta. magno conatu & rectè, nostro iudicio, eius sententiam extendat ad furtum minimæ rei, quod domino displiceat, nullatenus tamen extendisset ad furtum duorum ducatorum; quippe quod longè alienum fuisset à mente Thomæ. Tum quia in aliquibus Episcopatibus, ex consilio virorum doctorum & prudentum statuitur, vt excommunicatio pro furto centum dipondiorum; & duorum regalium siue iuliorum concedatur, vt prædictum est, & vt infra. cap. 27. nu. 9. dicemus; Et excommunicatio maior non nisi ob peccatum mortale ferri debet, dicto. cap. Nemo & cap. Nullus. 1. 1. quæst. 3. Non obstant in contrarium citata, non primum, quia aliud est denegare actionem doli contra eum qui citra quantitatem duorum ducatorum decipit, & aliud dicere, non peccare mortaliter, qui in minori decipit, quia lex actionem denegat contra emptorem & venditorem, qui in minus quàm dimidio iusti pretij decipit, l. 2. C. de rescin. vendit. & cap. Cum dilecti, de empt. & tamen

tamen ille mortaliter peccat, si notabiliter decipit, iuxta doctrinam Thomæ receptam 2. sec. q. 77. art. 7.

Quintò, quòd consulerem confitenti mihi, vel me consulenti, vt reputaret pro notabili quantitate, quo ad effectum constituendi culpam mortalem. Primò, summam duorum regalium, vel Iuliorum, imò & vnus, & etiam dimidij: & quòd non haberet pro tali minorem quarta parte regalis, vel Iulij in hac regione, nec in alia, quæ pecunia æque atque hæc abundaret: Nec damnarem eum qui teneret mediam inter 4. & dimidiam, non esse notabilem.

Secundò, quòd pro tali haberet vnum hædum, caponem, & etiam vnā gallinam mediocrem, etiam in regione vbi illa dimidio regali, vel Iulio nõ valeret, etiam duodecim ouorum ablationem, & idem dicerem de quarta tritici, & quarta vini. Tum quia vnaquæque istarum rerum cōiter pro re maiori minima habeatur. Tum quia licet olim in publica disputatione, quam super dicto. c. fin. 1. 4. q. 6. nihil horum attingentes habuimus, defenderimus non esse concedendam actionem furti nec aliam propter ablationem aut retentionem tam exiguæ rei, quæ non pertingeret ad culpam mortalem. asseruimus tamen propter acceptionem aut retentionem vnus gallinæ dari posse, quod nobis irrefragabiliter probat. §. Gallinarum, Inst. de rerum diuis.

Tertio, quòd furtum minoris quantitatis dimidio regali, est peccatū mortale, illi qui credit vel credere debet datum iri per illud damnū maius dimidio regali, quale est furtum vnus acus, aut fibulæ, aut alterius instrumenti, factum ab eo qui credit, vel credere debet, quòd ob defectum eius, is a quo subtracta est, damnū maius dimidio regali patietur ex diaria mercede. Notandum tamen est, quòd si daretur excommunicatio propter solum furtum, quæ alia damna non comprehenderet, qui eiusmodi furtum commisisset, excommunicatus non esset, quia vt supra diximus, aliud est furtum instrumenti tam parui pretij, & aliud damnū, quòd eius ablatione aut retentione fit, quia si duplo, aut quadruplo furti condemnaretur, prout manifestum aut non manifestum esset, non damnū sed solum pretium surrepti instrumenti duplicaretur vel quadruplicaretur, iuxta omnium sententiam, in dicto §. in duplum, & §. Quadrupli inst. de actio. vt supra dictum est.

Quartò, quòd excommunicatio generalis contra eos qui furantur aut male ablatum non restitunt, omnes iniuste auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta ad peccandum mortaliter satis est, comprehendit; quia comprehenduntur sub proferentis verbis & mente, quæ est animas à peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur cauere, argumen. capitul. primo. de sentent. excommunicat. libro sexto. & capitul. secundo. de Constit. eod. libr. nisi per constitutionem Episcopatus vel intentionem excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vsque quantitatem maiorem non auferunt, qui enim exciperentur non comprehenduntur, quia excommunicatio non ligat, nisi quos & quot qui excommunicat aut qui eam petit, vult, vt infra. capit. 27. numero vndecimo, diximus.

Quintò,

Cap. Decimumseptimum de septimo præcep. Decal.

Quintò, quòd de illo, qui multa minima sæpe suo hero, aut alij, aut multis aufert, teneret id quod infra eodem ca. nu. 139. & 140. dicitur.

4 Secundò, & tertio principaliter excusant furta a mortali indeliberatio seu surreptio, & defectus iudicij idonei ad culpam mortalem, quæ duo sicut paruitas rei in omni materia peccati excusant ab illa, per supradicta ca. 11. nu. 4.

Quartò, excusat etiam a veniali, ignorantia probabilis quòd res esset aliena, & etiam magna necessitas sua iudicio boni viri cap. Si quis propter necessitatem, de furt. vbi Panor. & alij, & etiam præsumptio probabilis dominum rei æquo animo id laturum, l. Inter omnes §. Recte ff. de furt. non autem dubitatio, aut temeraria præsumptio dicto §. Recte; quamuis vere dominus æquo animo ferret; Nam qui facit id de quo dubitat an sit mortale, vel credit esse tale, mortaliter peccat, per ea quæ diximus in cap. Si quis autem, de Pœnit. dist. 7. quanquã in hoc casu postremo ad restitutionem non teneretur, dicto §. Recte, & Syluest. verb. furtum, §. 7. Neque excusaret præsentia, & patientia domini patientis id præ timore aut pudore, secundum Syluest. vbi supra, & probatur per illam conclusionem Adrian. in 4. de restit. q. 2. col. 4. vers. Ex quibus, videlicet, quòd in foro conscientie transactio & donatio non valent, quoties non fiunt animo libero, etiam si non intercedat tantus metus, quantum fori exterius ad inuolidandum illas requirit, iuxta ea, quæ leguntur & notantur in l. interpositas C. de transact. & l. Metum, 1. & 2. ff. Quod met. caus. Excusat etiã a culpa mortali conditio iustificans: vt cum quis vult surripere, si Deus id nõ vetuisset, arg. c. Si pro te, de rescript. lib. 6. l. Cedere diem, ff. de verb. signifi. Caiet. verb. Cogitatio.

Sextò, excusat impotentia recuperandi suum sine scandalo, quia tunc clam capere potest, per glos. memorabilem, cap. Ius gentium, 1. dist. & dictum singulare Innoc. ca. Olim, 1. de rest. spoliat.

Septimò, excusat propositum restituendi quod accipit domino proprio, vt qui a fure aut latrone vilissime emit, quod ille furatus est aut rapuit, vt domino suo restituat.

5 Octauò, excusat iusta voluntas proficiendi domino spiritualiter vel temporaliter, vt cum quis occultè furatur pigmenta, aut fucos alicui mulieri eis male vrenti, & alios ad peccandum prouocanti, aut gladium furioso, ne se vel alium occidat, aut pecuniam aut folia lusoria vel aleas lusori ne ludat, modo ex hoc magnum scandalum non sequatur, iuxta S. Anton. in 2. par. tit. 1. cap. 14. §. 2. Quia nulla harum est contrectatio aut acceptio fraudulenta, quæ ad furtum requiritur per prædicta supra eodem ca. nu. 1.

Restitutio quid.

S V M M A R I V M.

Restitutio quid cum diffinitionis declaratione. nu. 6

Restitutio

Non furtum facies:

Restitutio est actus iustitiæ vera nu. 6. & 7.

Restituenda res aliena etiam non restituito pretio nu. 7. 8. & 9

Restituenda ipsamet res aliena surrepta. nu. 10

Restitutio duplex formalis & virtualis, qualis est remissio. nu. 11

Restituendi necessitas ex qua lege nascitur, nu. 12.



6 VONIAM autem non solùm acceptio alieni, sed etiam restituendi retentio est contra hoc septimum præceptum, c. Sape, de restit. spol. & c. Si res, 14. q. 6. necessarium fuerit dicere de restit. Primò quid sit. Secundò, quis ad eã teneatur. Tertio, quid sit restituendum. Quarto, quantum. Quintò, cui. Sextò, vbi. Septimò, quomodo. Octauò, quo ordine. Nonò, quando.

Restitutio apertius & breuius, quàm hactenus diffiniti potest esse actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri quod suum est, vel quod ei debetur lege veræ iustitiæ, formaliter vel virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris, vel pecuniæ.

Dixi primò *Actus*, pro genere, & ad insinuandum, quòd differt à iustitiâ, et alijs omnibus virtutibus, quæ sunt habitus & non actus, vt diximus in Præ lud. 5. nu. 8.

Dixi secundò, *Iustitiâ*, quo differat ab actibus virtutum Theologarum, Fidei, Spei, et Charitatis, quibus redditur Deo cultus debitus interior, et ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, et aliarum virtutum eis attributarum seu potentialium, quibus nostris animis debitam curam adhibemus.

Dixi tertio, *Specialis*, quo differat ab actibus Iustitiæ generalis, quæ versatur in referendo omnium virtutum moralium actus, ad bonum commune humanum, sicut charitas, in referendo eosdem ad bonum commune diuinum, quod est Deus, vt post Tho. in 2. sec. q. 25. ar. 4. diximus in Apologia lib. de ditib. ecclesiar. q. 2. monito 1.

Dixi quartò, *Commutatiua*, Quia vt S. Thom. 2. sec. q. 61. artic. 1. & q. 62. ar. 1. receptus ait, requiritur æqualitas inter id quod restituitur ex vna parte, & inter id quod debet restitui ex altera, & quia non est actus iustitiæ distributiua, quæ commune priuatis diuidit.

Dixi quintò, *Quod suum est*, ad significandum, quòd per c. Si res 14. q. 6. & cap. Sape, de restit. spoliat. & mentem omnium doctorum in illa comminiscendum, & Caietan. in vtroque loco supra citato, quisquis rem alienam contra voluntatem domini habet, tenetur restituere illam, quanquam alio modo si eam bona fide habuit, & retinet, & alio si mala, Quia si bona fide accepit & retinet, si eã amittit aut absque ipsius culpa perijt, satisfacit restituendo id quod factus est locupletior, l. Sed et si §. 1. & l. Item veniunt, §. 1. ff. de petit. hæred. Itaque qui bona fide emit aliquid a non domino, tenetur suo domino illud restituere, simulac eius esse scierit etiam non reddito pretio pro eo dato l. Mater, & l. Mancipium C. de rei vendicat. & si iam illud non habet, tenebitur ad id in

ad id in quo factus est locupletior, puta, pretium quod pro illo habuit, per d. l. Sed si possessor. §. 1. Quod si nihilo factus est locupletior, ad nihil tenetur Domino, neque alteri, cui bona fide venderet illud eodem, vel minori pretio quo emerat, l. In creditore, & l. Cum ea. ff. de euctio. quia nihil amplius quam suum habet, licet si plures venderet quam emisset, illud plus restituere teneretur, quia quo ad illud alienum retinet, aut aliud pro eo, ut rectè dixit Caietanus. 2. sec. q. 62. art. 6. & in summa verb. restitutio. §. 2. radix. Pro quo sunt dictæ l. Sed & si, & l. Item veniunt.

8 Contra hæc facit primò, quòd is bonæ fidei venditor tenetur emptori de euctione. cap. fin. de empt. l. 1. & toto tit. ff. de euct. Sed responderetur, quòd liberabitur cedendo actione de euctione, quam contra eum, à quo bona fide emit, habet l. In creditore, ff. de euct. quia ea factus est locupletior, ad quod etiam in conscientia tenebitur. Secundò, facit contra hæc argumentum Dubij decimitertij P. Vinc. fundati in eo. Primò quod infra. eodem. cap. nu. 167. diximus, eum qui pecuniam adulterinam ab alio bone fide receptam tertio tradit, postea quam id rescierit, teneri ei restituere legitimam. Secundò, quòd qui bona fide vendit auricalchum pro auro, postquam rescierit, tenetur tantundem veri auri restituere. Tertiò, quòd pretium datum à se bona fide, recuperare potest per euctionem, & non potest iuste vtrumque retinere. Sed responderi potest ad duo prima, quòd non est eadem ratio de tradente pecuniam adulterinam, vel auricalchum pro auro, & de tradente rem alienam, sed veram, quia ille tradit rem intrinsecus defectuosam & ita falsam, & communiter est in aliqua culpa accipiendo, vel dando, hic autem rem intrinsecus veram iusti valoris, & ita communiter non est in culpa, accipiendo neque dando. Et vrgenti, quid si vterque esset in culpa, vel neuter in ea? concedi posset idem de vtroque iudicandum, arg. cap. Dudum, in 2. de Elect. Ad tertium verò, quod solùm concludit bonæ fidei venditorem teneri adcedendam actionem de Euctione, quod non negamus, & proxime concessimus. Supradi-
9 cta ratione qui ad cœnam inuitatus ex vitulo alieno edit, quamvis restitueret teneatur id quod mala fide comedit, si tamen id bona fide fecit, solùm tenetur ad illud, quod ob illam cœnam domestico sumptui subtraxit, & si nihil subtraxit, ad nihil tenetur, quia solùm quod subtraxit est apud eum, ex illo vitulo alieno. Idem dicendum est de vsu alienæ vestis, quam quis suam esse arbitratur, si enim ob id quod eam gestavit, suam seruauit, tenetur soluere vsu, aut quantum ob illum propriæ pepercit: sed est dubium notabile, an qui emit bona fide rem alienam à non domino, de hoc certior factus, illud reddere venditori possit, & suam pecuniam recuperare? & credo quod sic, cum Alexandro Halensi doctore irrefragabili 4. par. quem Gabriel in 4. dist. 15. & alij sequuntur.

Non obstat primò, quòd vt prædictus P. Vinc. dubitat, videtur cooperari venditori ad peccandum in retinendo alieno. Secundò, quòd Medina contra tenet in eo qui credit venditorem nunquam restitutum eam Domino. Non in quâ, hæc obstant. Ad prius enim responderetur, negando quod qui rem em-

ptam,

ptam à non Domino, reddit ei, vt pretium datum pro ea recuperet, cooperetur ad peccandum. Tum quia actus ille non Domini recipiendi rem alienam a se venditam, non est de se peccatum, quia id non est de se accipere alienum dolose, quia potest facere sancte ad finem restituendi eam Domino. Tum quia ille tenetur restituere illam Domino, & ita qui emptor eam restituit illi, videtur inuare eum ad exeundum a peccato, & non ad peccandum. Ad posterius autem, negando illud Medina dictum, Tum quia id non satis probat, Tum quia emptor plus tenetur sibi prouidere quam Domino rei, argum. l. Si Præses, C. de seru. & aq. & c. Non licet, 23. quæst. 5. Et reddendo rem non Domino recuperato pretio, sibi prouidet, faciendo actum iustum, & si ob id per accidens culpa non Domini, & non sua, contingat damnum Domino, nõ est imputandum ei qui reponit rem penes eum a quo accepit, quum nulla lege iustitiæ obligetur ad aliud, & quod per accidens contingit, non est adeo attendendum, l. Si quis nec causam, ff. de reb. cred.

Qui autem mala fide recipit aut retinet rem alienam, tenetur restituere eandem rem si potest, sin minus tantum quanto plaris valuit a tempore iniustæ acceptionis, vel retentionis, quamuis sine sua culpa perierit. Quia qui mala fide contrectat & retinet rem alienam, semper est in mora, & suo damno perit, l. In re furtiua, ff. de cond. furt. c. Mora, cum ei annot. de regu. iur. libr. 6. & ille dicitur habere bonam fidem in hac materia, qui probabiliter credit rem suam esse, aut eius, qui sibi eam dedit, aut illum qui sibi dedit, ius habuisse ad eam dandam, cap. Si virgo 34. quæstio. 2. gloss. in c. si diligenti, de præscript.

Dixi sextò *Vel quod ei debetur* ad includendum redditionem qualiscunque debiti, siue id oriatur ex contractu, vel quasi contractu, delicto, vel quasi delicto, vel lege, statuto, vel sententia obligante ad id conscientiam, vel testamento, aut alia vltima voluntate, iuxta varias leges variorum titulorum ff. & Cod.

Dixi septimò *Lege veræ iustitiæ* ad excludendos actus religionis, & aliarum virtutum attributarum, vel potentialium iustitiæ, quibus redditur quidem debitum, sed non lege veræ iustitiæ, quæ versatur, in reddendo debitum rei exterioris secundum æqualitatem, Cum tamen religio & aliæ virtutes iustitiæ potentiales versentur in reddendo debitum honestatis tantum, vt liberalitas, vel non secundum æqualitatem, vt religio, pietas, & cætera. Non obstat quod actus restituendi debitum propter transgressionem legis iustitiæ distributiæ, est restitutio vera & debita, vt dicitur infra eod. cap. nu. 96. quia iustitia distributiua vera iustitia est, & non similitudinaria, est enim altera species iustitiæ, iuxta Thom. recept. 2. sec. quæst. 61. art. 1.

Dixi octauò *Formaliter vel virtualiter* ad includendas condonationes & alias satisfactiones: quæ virtualiter sunt restitutiones, & solutiones l. Si rem. §. Omnis. ff. de pignorat. action. & l. prima, ff. Qui satisfada. cogan. & gloss. in verbo. Restituarur, cap. Peccatum, de Regulis iur. libro sexto.

Dixi

Cap. Decimumseptimum de septimo præcep. Decal.

Dixi nonò *De bonis animi, &c.* ad significandum quòd non solum ad restitutionem tenetur, qui debet pecuniam, sed etiam alia tria genera bonorum animæ, & corporis, & honoris, iuxta dicta. in cap. 14. nu. 26. & cap. 15. nu. 16. cum seq. & infra cap. 18. nu. 33.

Necessitas autem restituendi, nascitur ex omni transgressione legum veræ & specialis iustitiæ, per quam aliquod damnum alteri cuiusdam infertur, prout statim dicitur, non autem inducitur ex transgressione legum charitatis & misericordiæ, etiam illa qua alius damnificatur, vt affirmavit Alex. Halensis 3. par. q. 87. & Altissiod. in 4. par. quos sequitur Adrian. in 4. de Restit. quæst. 1. col. 9. §. De currentibus cum fure, quem pridem sequuti fuimus in repet. c. Inter verba 11. quæst. 3. Conclus. 6. pag. 208. num. 714. & infra cap. 24. nu. 5. & nuper in Apolog. de Reditib. quæst. 2. monit. 2. & 7. Quod etiam affirmat Sotus tanquam communiter receptum lib. 5. q. 3. ar. 4. & libr. 4. q. 7. ar. 3. col. 4. & alibi sæpe de Iust. & iure. Quod latius aliis fundat & propugnat prædictus Adrian. qui tamen non videtur reddere rationem diuersitatis, quam noue putamus esse, quòd transgressio legum charitatis, & misericordiæ, imò & cæterarum virtutum aliarum a vera & speciali iustitia, non ordinatur per se & directe ad oblationem alicuius rei exterioris alterius, sed solum per accidens, & indirecte, quia immediate & principaliter versantur circa actus interiores secundum Thom. 2. sec. quæst. 58. art. 7. ad 1. & art. 8. c. Transgressio autem legum iustitiæ quæ principaliter versatur circa actus exteriores secundum eundem, per se & directe ordinatur ad auferendum aliquid ab alio, quod causat restituendi obligationem: Ob quod diximus pridem in prædicta Repet. ca. Inter verba, Multum referre inter restem obligatum ad dicendum verum lege iustitiæ, & inter obligatum lege charitatis; vt etiam infra cap. 24. nu. 5. ponitur differentia inter obligatum ex contractu ad alendum, quæ est obligatio iustitiæ, & inter obligatum ad idem per viam eleemosynæ, quæ est actus charitatis, vel misericordiæ illius filix.

Quis restituere teneatur.

S V M M A R I V M.

Restituere quis teneatur, amplissimè nu. 12. 13. & 14.

Alfonsus Castrensis laudatus. nu. 12.

Restituendi obligationem, quæ vis pariat in foro exteriori, & quæ in interiori. nu. 15. & 16.

Restituere plus tenetur delinquens, quàm contrahens, & quàm eis consentientes. nu. 17. 18. & 19.

Restituet ne non obstans maiori parti capituli aut vniuersitatis. nu. 25.

Restituet, quis confessarius negligens, nu. 22. & 23.

E x

Non furtum facies.

152



X prædictis colligitur vna regula breuis, scilicet. Quòd omnis **12**
& solus ille ad restitutionem tenetur, qui aliquam rem alienam
tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis veræ debet. Quæ regula
continet illas viginti manus, scilicet, fœneratoriam, raptoriam
& cæter. quas S. Anton. in 2. par. tit. 2. cap. 2. a §. 2. grauiter
& late tractauit, & decem & septem dicta, quæ adiunxit Syluest. verb. Restitutio
2. & duas regulas aut radices Caietan. in summa verb. Restitutio, et 2. se
q. 62. Ex qua regula infertur, quòd tenetur ad restituendum, Primò, tenens re
alienam, de quo supra num. 7. Secundò, obligatus ex contractibus, l. 1. ff. de **13**
pact. et cap. 1. eodem tit. cum eis adnot. Tertio, obligatus ex quasi contractu,
vt tutor pupillo, etc. Inst. de oblig. quæ ex quasi contractu §. 1. §. Tutores, et
§. Hæres. Quarto, obligatus lege aliqua iustitiæ aut statuto conscientiam obli
gante, quod addo, propter pœnas debitas multarum legum pœnaliu, quæ
non debentur in foro conscientix, ante condemnationem iudicis iuxta glo.
sing. cap. Fraternalitas. 12. q. 2. in cuius Commentario vtiliter et breuiter dixi
mus, quæ sint illæ, contrahendo, addendo, tollendo, ac declarando plurima,
quæ prolixissime scripsit in duobus libris de lege pœnali eruditissimus Alfon.
Castrensis Illustrissimi ordinis Franciscani maximum decus. Quintò, obliga
tus ex testamento vel alia vltima voluntate ff. & C. de legitim. hæred. de Te
stam. de legat. & fidei commiss. & alijs titul. Sextò, obligatus ex sententia iusta
de qua in tit. de re iudic. etiam condemnante ad pœnam iuxta D. Thom. 2. sec.
q. 62. ar. 3. Septimò, obligatus ex delicto damnificatè bona aliena animæ, qua
lis est persuasio vitioru, de quo supra cap. 14. nu. 26. Aut bona corporis, quale
est homicidium, vulnus &c. de quo supra ca. 15. nu. 26. Aut bona honoris, glo **14**
riæ, & famæ, quale est contumelia, detractio, &c. de quo infra cap. 18. nu. 33.
Aut bona pecuniaria, qualia sunt furtum, rapina, & alia quorum quædam
sunt sine vilo consensu damnificati, vt furtum, rapina &c. C. & ff. de furt. vi
bono rapt. Vnde vi, & quod vi, aut clam, quædam cum consensu eius, sed co
acto per metum, siue vim conditionalem. Quod verum est secundum omnes
de timore, qui iniuste iniicitur, & est tam magnus, vt in constantem virum
cadere possit, quamuis sua culpa in illum incidat, ca. Veniens de sponfal. non
tamen de eo, qui iuste iniicitur per iudicem l. 3. ff. quod met. caus. aut alium,
qui iure damnum, quod timebat, inferre potest, l. Nec timorem, & l. si mulier,
ff. Quòd met. caus. Per quod soluitur id quæsitum, An datum ab aliquo timo
re ne accusetur, ei qui eum iure accusare potest, repeti possit, tanquam me
tus causa datum? Resp. enim non posse, per citata hic, & per textum iuncta
glo. & doctrina Bart. communiter recepta, in l. Accusationes, C. de his quæ vi **15**
Nec etiam de eo, qui iniuste iniicitur, si talis non est vt in virum constantem
cadere possit, quo ad iudicium exterius, in quo paria censentur consentire
sponte, & per eiusmodi metum, qui non cadit in constantem virum l. Metu,
2. ff. quod met. caus. & Panorm. adiuncta gloss. verb. Coactus, de his quæ vi, nò
tamen quo ad forum conscientix, in quo idem censetur, quod quis iusto me
tu consentiat, vel eo minore, dummodo coram Deo ille fuerit causa princi
palis.

palis illius consensus: vt recte dixit Adrian. in 4. de restitut. quæst. 2. colu. 4. Non est tamen verum id quod Caietanus his addidit in summa verb. Restitutio, §. Quia vero, scilicet paria reputari quo ad forum conscientie consentire metu, aut blanditijs. Quia vt ille ait, his non minus quam metu, animi libertas adimitur. Tum quia id est contra expressam l. fin. C. Si quis aliqui test. prohib. Tum quia sanctus Thom. 1. sec. quæst. 6. ar. 6. determinat quod ¹⁶ passio amoris non inducit inuoluntarium sicut passio timoris. Tum quia est contra rationem, qua idem ad id mouetur, scilicet, quod metus consensum diminuit, amor vero & blanditiæ eundem augment. Tum quia est noua doctrina nullo iure fundata, quanquam locum habere posset, quando precibus & blanditijs minæ, saltem tacitæ, inessent, quales solent inesse precibus nonnullorum dominorum solitorum male tractare eos, qui precibus suis non parent; Cui consequens est, mulieres perditas non teneri ad restituendum ea, quæ suis blanditijs absq; dolo, mendacio, & fraude obtinuerunt ab amicis suis; qui donare, aut gratis dare poterant, vt infra dicemus. Quanquam oppositum Caietan. vbi supra sine textu & ratione necessaria tenet.

Octauò, obligatus ex quasi delicto, vt iudex qui iniquam sententiam tulit ob ignorantiam iuris vel imperitiam, Inst. de obligat. quæ ex quasi delict. nascuntur, in princip. Et is ex cuius domo aliquid eiectum damnificauit alium §. 1. Instit. eodem tit. & tabernarius, & institor tabernæ, aut magister nauis & eius exercitor, de furto, & maleficio in navi per alium facto. Et Caupo, vel stabularius, de re sibi ab hospite commendata, §. Item is, & §. Item exercitor: Instit. eodem tit.

¹⁷ Nonò, qui consentit delinquenti, siue facienti, aliquo nouem modorum relatorum supra cap. vndecimo, nu. duodecimo, puta simpliciter consentiendo, vel iubendo, consulendo, laudando, recipiendo, participando, tacendo, nõ impediendo, aut non manifestando, hi namque omnes & singuli, peccant vt delinquens, & faciens delictum, licet nulli teneatur ad restitutionem tantum quantum ille, quia faciens semper & in totum tenetur. Alij vero sex, puta iubens, consulens, consentiens simpliciter, recipiens, laudans, aut participans, non nisi ad restitutionem eius quod ad eos peruenit, & cuius fuerunt causa sine qua delictum non fuisset factum. Alij vero tres, scilicet, tacens, non obstitans & non manifestans, solum tenetur, quando ad id ex officio obligantur, quamuis fraudulenter & mala voluntate tacuissent, aut obitare, vel manifestare prætermisissent: iuxta omnium fere communem opinionem, vt recte tradit Adr.

¹⁸ in 4. de Rest. quæst. 1. col. 1. 2. & Syluest. verb. Restitutio, 3. quæst. 6. & Sotus lib. 4. q. 7. art. 3. de Iust. & iure, quanquam Angel. Richardum secutus contrarium teneat, & idem etiam sentiat eruditissimus Cardinalis Caietan. verbo restitutio.

¹⁹ Ex quibus infertur, Primò, quod quemadmodum qui percutit, aut occidit proximum iussu alieno, ob solam vtilitatem præcipientis, tenetur satisfacere percusso, aut mortui hæredibus, sic famulus Vfurarij, qui domini sui iussu, ob eius solam vtilitatem, pecuniam ad vsuram dedit, restituere tenetur, vt Cai-

vt Caietanus in summa verb. Restitutio, & 2. sec. quæst. 62. articulo 7. singulariter dixit, & infra eod. cap. num. 266. declarabitur, quia ille est qui facit delictum & dominus consentiens illi iubendo, quicquid contra innuat Paludanus in 4. distin. 15. quæst. 2. Nec excusatur, eo quod si ille famulus non dedisset, alius eam ²⁰ dedisset: sicut nec excusatur percussor, quod si ipse illum non percussisset, alius percussisset, quia si aliquis dominus suis famulis diceret, vt occiderent. N. Et quum quisque eorum vellent, & posset illum occidere, vnus anteiret, non excusaretur a restitutione, nec etiam ab extremo supplicio per ipsum iudicem infligendo, ob id quod vel Dominus id fieri præceperit, vel quod etiam homicidium illud ipse nõ perpetrasset, alius iussu eiusdem vel oes simul illud erant perpetraturi.

Secundò infertur, quod iuuans facientem delictum cooperando, qui includitur sub verb. participans, ex mente Tho. vbi supra, & Communis, aliquando tenebitur ad restitutionem totius damni per facientem illati, puta, quum fuit causa sine qua nihil damni fuisset illatum; aliquando verò non nisi ad restitutionem partis, eius scilicet cuius est causa sine qua non fuisset illa pars damni illata, licet reliquum sic; & aliquando non tenebitur nisi ad restituendum illud quod ad ipsum peruenit, puta, quum non fuit causa sine qua non fuisset totum damnum illatum; & aliquando ad nihil, puta, quando sine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eum perueniret.

Tertiò infertur, iuste nos nuper consuluisse eum, qui ita iuuat Borbonium Ducem in capienda & diripienda Vrbe anno 1527. quod sine eius ope id nõ fecisset, teneri ad restitutionem omnium danorum: Eum verò sine cuius ope id factum fuisset, non teneri nisi ad id quod ad se peruenisset, vel eius partis, quæ sine ipso non fuisset illata; & ad nihil, si nihil ad eum peruenit, nec fuit causa sine qua non, totius vel partis illius, concludimus inquam secuti sententiam Innoc. in c. Sicut dignum, de homicid. quam probat ibi Hostien. & nemo contradicit, quamque Richar. in 4. dist. 15. & Sylu. verb. restitutio. 3. q. 6. cum citatis ab eo, sequuntur; Imò & Adrian. grauis author. in 4. de restitut. §. De currentibus cum fure, tenet auxiliatorem, & opem maleficio, & dano præstantem, solum teneri ad restituendum id quod ad eum peruenit, & nõ plus, si delictum factum fuisset, vel damnum datum, etiam si ille, eam opem non tulisset: quamque 7. argumentis validis muniuimus, respondendo totidem quæ pro Caiet. & Soto contrarium tenentibus adduximus.

Quartò, quod si aliquis inueniret furẽ, qui à suo vicino furaretur, acciperetque aliquid quod taceret, non tenebitur restituere quod alius furatus fuisset, neque quod accepit, si furis erat, dummodo esset persona, quæ ex officio ad clamandum, aut manifestandum non teneretur, qui idem addit, quod restituere non tenebitur, quamuis eidem vicino, cui res subrepta fuit, se interroganti, nõ aliquid vidisset? responderet, se non vidisse. Secus aut si ex suo officio ad hoc teneatur, vt iudices, & domini, qui ob id stipendia capiunt, vt iustitiam custodiri faciant; & et, nostro iudicio, patres, tutores, & curatores, quod ad bona filiorum suorum, pupillorum, aut minorum, arg. l. Cum non solũ, §. Vbi autẽ, & alijs sequentibus. C. de bonis quæ lib. & capitu. Duo, 23. q. 4. Nolumus tamẽ dicere quod

iudex semper tenetur non obstante quolibet periculo mortis aut vulnerū, impedire quodlibet damnū, sed solum quando id sine temeritate facere potest, vt (nostro iudicio) sensit S. Tho. 2. sec. q. 62. ar. 6. ad 3. per illa verba, Non multum imminet periculum. Quia, vt rectè Syluest. ait, in Rosa aurea casu 50. non tenetur officialis cum periculo probabili suæ vitæ & status seruare personam, aut statum alterius particularis, quāuis sic (nostra sententia) Rempub. quando ratio postulet, ar. l. Minime, ff. de relig. & sumpt. fun. & l. Vt patriæ. ff. de Iust. & Iure. Ex quibus sequitur, quod qui in capitulo, cōsistorio, aut alia Vniuersitate, vbi maiori parti statur, iuxta l. Quod maior, ff. ad municipal. c. 1. de his quæ fiunt a maiori parte ca. & vbi publicè suffragia feruntur, & pauciores maioris partis sententiā sequuntur, quāuis peccet consentiens in delicto secundū Innoc. in dicto c. 1. tamen non tenetur ad restitutionē damni, quod illā malam sententiā consequitur, quia eius causa non fuit, cum & si contradixisset ipse, id consequeretur, vt Caiet. ver. Restitutio, c. 1. par. 5. dixit, & rectè ad id hoc procedere, quando qui suffragantur non possunt data suffragia reuocare, & quando qui suffragatur, credit propter suum suffragium maiorem partē non mutaturam, quod suis suffragijs conclusit. Nam si crederet quod propter suam contradictionem alij suam sententiā mutarent, & non contradiceret cum id facere deberet, diceretur consentire, & eius consensus causa illius partialis diceretur, & ita teneretur, cū ex suo officio ad id obligaretur per predicta.

- 22 Decimò, confessarius qui per ignorantiam crassā aut affectatam absoluit ante restitutionem, vel antequā præcipiat eam confitenti ad id parato, remanet obligatus ad restituendum, quia fuit in causa ne dānicatus, quod suum erat, vel ei debebatur, reciperet. Rosel. verb. Restitutio 2. §. 5. Angel. Restitutio. vlt. §. 5. Quod procedit in confessario vidente, aut credente, quod nisi restitutionem præciperet confesso, non restitueret, & si præciperet, sic. Non aut in eo, qui solum credit confessum esse obligatum ad restituendum; & id non præcipit ob incogitantiam, aut quia existimat, id ipsi confesso curæ fore; nā is non est causa non restituendi. Addo etiam quod Maior in 4. dist. 21. q. 3. col. 4. difficile esse censet, quod cōfessarius iuste dicere posset hæredibus eius cuius ipse confessionē audiuit, sibiq; mandauit vt post eius obitum diceret eis, vt restituerēt illud ad quod obligatus remanebat, quia per hoc videtur reuelare confessionem sibi factam. Nec mirum est eū id tenere, quia ipse sequitur opinionē Scoti tenentis in ead. dist. 21. quod Confessarius non potest reuelare confessionem cōfessi, etiā de ipsius licentia & facultate, et iusta de causa data. Nobis tamen, qui sequimur & probamus opinionem contrariam S. Thom. & cōmunem in ca. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. a nu. 116. vsq; ad 120. & supra eod. c. 8. non videtur difficile, Cū per tale mandatum, expressa aut tacita facultas ad reuelandum iusta de causa, concedatur, argum. l. 2. ff. de Iurisd. omnium Iudic. c. Præterea, de offic. deleg.

Quæritur hic, quid debeat Confessarius iubere pœnitenti, qui ex India diues redit? Resp. id ipsum quod alijs qui similia in bellis iustis, vel iniustis, vel in pace, tyrannice, vel fortiter commiserūt, iuxta ius naturale & diuinū, quod nulla

nulla recta Monarchia, nec vlla tortuosa Tyrannis euertere potest. Super quo quidam Nostrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quæ timorem quendam futurorum malorum præsentis & futuræ vitæ incutiunt, digna decisione summæ Potestatis Apostolicæ, audita summa Laica.

Quid restituendum.

S V M M A R I V M.

Restituatur alienum, idem ipsum, si fieri potest, nu. 24. & fructus si est fructuosum, & quod pluri æstimatus fuit, & interesse nu. 25. & 26.

RESTITVENDVM autem est regulariter id ipsum quod acceptum est vel debetur, si fieri potest, nisi creditor sit alia re contentus, l. Eū à quo & l. Manifesti, C. de solut. si autem non potest, eius æstimatio, Auth. Hoc nisi, eodem titulo, si est æstimabile, qualia tamen non sunt vita, salus, libertas, honor, & fama, l. Liber homo, ff. ad l. Aquil. c. Contingit, de sent. excom. l. In seruorum, ff. de Pœn. & ideo pro eis restituendū est, quod vir bonus arbitrabitur. argumen. capit. De causis, de offic. deleg. l. prima. ff. de iure deliberando.

Dixi Regulariter quia fallit, quando per restitutionem eiusdem rei, peccator occultus manifestaretur, aut aliquod aliud magnum incommodum sequeretur, per infra dicenda. Et si res retenta iniuste, est fructifera, restituendi sunt domino omnes fructus, & emolumenta, cap. Graui, cum ei annotat. de rest. spol. l. Cum prætor. ff. de verb. signi. & 3. q. 1. per totam: quæ sunt ea quæ deductis necessarijs impensis in illis acquirendis, colligendis, & conferuandis factis, super sunt, l. fructus, ff. solut. matri. l. Si a domino. §. Fructus, & l. Planè, in fi. ff. de petit. hæred. habita tamen ratione bonæ vel malæ fidei iuxta supra dicta num. septimo, & octauo. Sed si res non est fructifera, non est restituendum, quod ex eius vsu, & industria eius, qui occupatam eam tenet lucrifactum est.

Per quod soluitur dubium decimumquintum, P. Vinc. de illo qui torque aureum à non Domino emptum sæpius locauit, an pretium locationis restituere teneatur? respondendum enim est negatiue. Nam & vsurarius & latro non tenentur restituere quod lucrati sunt pecunia ad vsuram accepta, aut furtiua, negociationi eam applicantes, imò qui illud accipere vellet, vsuram committeret, cap. Plerique, & cap. fin. 14. quæst. 3. secundum Scotum in 4. dist. 15. q. 2. nisi quando acciperet pro suo interesse, aut acciperet is cui furtum pecunia, quam collectam habet ad soluendum suo creditori, & ob eius furtum cogitur ad vsuram accipere, aut vendere suum prædium minoris, quo ei debitum soluat. Quia talis accipere posset à Latrone, & etiam hic deberet restituere omne illud, quod ob id amisit cum omnibus impensis & damnis ob id acceptis. Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, seu locari solitum, furatur

Cap. Decimum septimum de septimo præcepto Decal.

ratur & retinet dimidiarum annum, quod in causa fuit ne dominus viginti aureos lucraretur, non satisfacit, etiam in foro conscientiae, restituendo solum equum aut mulam sine viginti aureis, deductis impensis debitis & deduci solitis, vt ait Maior in 4. distinct. 15. quæst. 27. & 28. Quin etiã si fuit vi raptus, furto sublatus, aut retentus, & perijt in potestate eius qui rapuit, sustulit, aut retinuit, tenetur soluere quanto maioris valuit à tempore quo male accepit, donec illum domino, loco, & tempore ad recipiendum conuenientibus obtulit : & si dominus legitimè oblatum noluit accipere, satisfacit, restituendo tantum quanti valuit tempore quo accepit.

Quantum restituetur.

S V M M A R I V M.

Restituatur quanti aestimatur damnum certum aut arbitrium, nu. 27.

27 **R**ESTITVENDVM verò est tantum, quantum satis est ad æqualitatem debiti, aut damni illati, ita vt si quantitas debiti aut damni est certa, necesse est vt tantundem restituatur, sed si quantitas est incerta, cuiusmodi est damni iniuriæ, vulnere fructuum speratorum, feminum satorum, interesse amissi, damni emergentis, aut lucri cessantis, & aliorum similiarum, restituendum est, quantum bonus vir consideratis omnibus, rei, temporis, loci & personæ &cæt. circumstantijs arbitrabitur. l. Certi conditio de reb. Credit. & in princip. Inst. de verbor. oblig. & l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Et vir bonus tantum arbitrari debet, quantum ad æqualitatem requiritur, si poterit, sin minus, quod propius ad eam accedat, argu. l. Fidei commissi. §. Quanquam. ff. de legat. tertio. & capitu. Quinta vallis. & capi. Veniens, de Iureiuran. habita ratione bonæ vel malæ fidei iuxta posita supra numer. septimo.

Cui restituendum.

S V M M A R I V M.

DOn Didacus a Leyua & Couarruias laudatus. nu. 28.
Restituenda est res Domino eius, nu. 28. nisi & cæt. nu. 29
Dominus quis quo ad hoc, nu. 29.
Metus qualis excusat quo ad forum conscientiae, nu. 29.
Restituendum nulli regulariter, de præcepto quod male datum & male acceptum est, numero 30.
Restitutio pauperibus facienda quando de præcepto. nu. 30.

Meretrix

Non Furtum facies.

Meretrix, neque alia mulieres soluta, coniugata vel sacra tenentur de præcepto ad restitutionem, nu. 31. & 34. quod imitatur, nu. 41.
Restituere cur magis tenetur qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quam quod accipit pro eo quod tenetur non facere, nu. 31.
Datum ob malefictum, quo titulo retineri potest, nu. 32.
Intellectus cap. De hoc, de Symon, nu. 32.
Restituendum quod male accipitur, sed non male datur. nu. 33. & 34.
Restituendum omne quod accipitur pro eo quod debet fieri. nu. 33.
Exempla non restringunt legem, nu. 33.
Restituere tenetur testis, aut iudex quod accepit pro testimonio est, aut sententia, num 34.
Intellectus. l. 4. §. Sed & quod meretrici. ff. de Condiçt. ob turpem causam. numer. 34.
Meretricis opera licet aliquid valeat in genere entis, nil tamen valet in genere moris, quia peccatum est, & cæt. nu. 35.
Opera meretricis & aliorum delinquentium, quo ad forum conscientiae æsequari. num. 36. & 39.
Meretrices & alij facientes opera permissa in foro tantum exteriori, quo ad hoc æquantur. nu. 37.
Meretrices peccant accipiendo, sed non tenentur restituere, nu. 38.
Vendi non potest licitè aliquando ratione admixti, quod per se vendibile est. numero 40.
Meretricum & impudicarum mulierum Confessarij quid eis consulere debent circa eis promissa. nu. 41.



Hoc in loco Christiane Lector in editione vulgari consideravi quinque casus occurrētes in hoc articulo, quo quæritur, cui est restituendum, in quibus non sine cura & studio vigili discessimus a communi sententia quo ad quædam, quæ etiam nunc perplacent, licet nonnulla quæ sequutus communem tenui, merito displiceant. Alia igitur methodo, & clariore ac vtiliore omnia resoluturus simul ac digesturus ea, quæ don Didacus à Leyua & Couarruias meus olim in academia Salmanticensi feruentissimus auditor, ac pro dilectissimo filio habitus, & postea eruditissimus doctor & Gymnasta ac celeberrimus scriptor, ac demum insignis episcopatus Segobienensis dignitate perillustris & Reuerendissimus, scripsit in §. 2. par. 2. c. Peccatum, de reg. iur. li. 6. quod a nobis ieiunius eidem prælectum, erudite, curiose, ac copiose ditauit, nulla de me facta in hoc mentione, propter modestiam, qua semper resplendit, quæque & nos citat, cū nobis consentit, & tacet cum dissentit : Protestatus igitur nullū vnquam scriptorem, nec ipsum qui omnes alios in hac re superauit, nec me hæcenus pentus in ea mihi satisfecisse, & sperans nunc omnibus & mihi satisfacere, precibus gloriosissime Mariæ Magdalena, cui dies hic sacer est, fretus, dico primò, Distinguendum esse an agatur de restitutione rei alienæ male acceptæ,
Man. Nau. V 3 pta,

ptæ, vel malè retentæ, eo tantum quod est aliena, an de restitutione damni dati, intelligendo per damnum tam iniustam acceptionem, quam iniusti detrimenti illationem, ac in primo quidem membro diffiniendum, quod res aliena regulariter domino est restituenda, siue sit absolutus dominus, siue dispensator duntaxat, quales sunt prælati ecclesiarum, cap. fin. 61. q. 1. & c. Pastoralis, de donat. vt olim copiose probauimus, in c. 1. & c. Cum secundum de Præb. & nuper in lib. de re dit. Eccles. super dicto. c. fin. 16. q. 1. & in Apolog. eius, & in Coment. c. Non liceat Papæ 12. q. 2. Per dominum autem intelligimus etiam illum cuius custodia est commissa res accepta aut damnificata, quamuis ea sit dominij alterius, & consequenter quo ad hoc censetur dominus pignoris creditor, & depositi depositarius i cuius præte aut custodia est illud, & vestis fingendæ sartor, & vestimenti lauandi fullo, seu lotor, & rei commodatæ commodatarius, nam eis restituendum est, quod ab eis acceptum fuerit, & non ijs quorum sunt, argum. l. Cuius, & l. Sui, & l. Itaque fullo, in princip. §. sed etsi res pignori. ff. de furt. Verum est tamen, quod in foro conscientie veris dominis restitui possunt argu. dictæ l. Bona fides, & notar. in cap. In literis, de restit. spol. habita necessaria cautione ne prædicti custodes damno denuo restituendi afficiantur, aut alia molestia, neue incurrant in iacturam existimationis fidelitatis, diligentie, aut probitatis, & modo illud sine scandalo & sine alterius iniuria fiat: maximè autem hoc fieri potest, quando aliquis prædictorum habetur suspectus, quod non restituet domino, aut non sine magna difficultate, aut danno, quia est fur, aut versutus, aut opulentus, aut prodigus, aut alia simili praua qualitate affectus, iuxta omnium sententiam: Imò in istis casibus, domino restituendum esse videtur, nisi timeatur aliquod damnum personæ, honoris, aut alia molestia, vt rectè sentit Sotus, lib. 4. q. 7. ar. 1. de iust. & iure.

29 Dixi, Regulariter, quia nonnunquam alteri est facienda.

Primò, cum dominus est furiosus, prodigus, aut habet tutorem, aut curatorem. l. Pupillo. ff. de solut. §. Furiosos §. Pupillos, Instit. de inutil. stipul. l. obligari, ff. de autho. tutor.

Secundò, quando prælatus est dissipator, qui disperdit bona Ecclesiæ secundum Caietanum in summa verb. restitutio, cap. quarto, & alios recentiores, iuxta quos non est ei restituendum, sed in vtilitatem Ecclesiæ conuertendum. Nobis tamen videtur, quod si prælatus non est suspensus, nec ei coadiutor datus, & quod restituendum est, sunt fructus & prouentus, quorum ille est legitimus dispensator, illi esse restituendum, argum. notar. in cap. Veritatis. De dolo & contum. Et in cap. Venerabili, de offi. deleg. & cap. fina. de Accusat. & cap. Peruenit de fideiuss. Quia nullibi contrarium statuitur, & etiam quando id quod est restituendum, ad ipsa bona Ecclesiæ pertinet, quæ ipse non potest, nec debet sine causa alienare, quia non est textus qui ad aliud obliget, quamuis hoc casu melius esset ex eorum sententia facere, adhibita tamen cautela, ne alia inconuenientia consequerentur.

Tertiò, quando ignoratur dominus rei restituendæ, adhibita debita diligentia, de qua infra, eod. cap. nu. 170.

Quartò,

Quartò, quando est loquinus, aut in tali loco vt ad eum mitti non possit, aut non sine magno periculo aut scandalo, tunc restituendum est IESV CHR ISTO Domino nostro, & hæredi omnium incertorum vniuersali. cap. 1. ad Hebræos. cap. Quo iure 8. distinct. aut diximus in ca. Nouit, de Iudic. numer. 3. & 8. dispersiendo illud pauperibus eius, aut alijs pijs operibus, quia hoc cõsentaneum legi naturali videtur, & significat. cap. Cum tu. de vsur. cap. Qui habetis, 14. q. 5. cuius autem impensis mittendum sit, quando poterit, ex dictis infra nu. 43. colligitur.

Quintò, acceptum a fure, quamuis ipsius non sit, restitui potest & debet eidem, quo ipse possit vt debet restituere illa domino cui furatus fuit, nisi cessantibus alijs incommodis, præstaret domino aut cui fur tenebitur, restituere, iuxta S. Ant. 2. par. tit. 2. cap. 1. §. 4. pro quo. l. Bona fides. ff. de pos. & Syluest. verb. Restitutio 4. §. 1. vt proxime diximus.

Per quod respondetur affirmatiuè ad quæ situm an satisfiat reddendo acceptum a fure, ei cui ipse mandauit? quia paria sunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri, argum. l. 1. & l. Inter causas; ff. Mandat.

Hæc quo ad primum membrum, id est quo ad obligationem restituendi re alienam. Quo ad secundum verò membrum. i. obligationem restituendi damnum datum dico quatuor, primum, quod damnum datum alicui contra suam voluntatem, vt datum per furtum, rapinam, vim, aut metum, saltem reuerentialem ad id sufficientem per astutiam, dolum, vel accipiendo, ne faceret aliquod damnum iniustum, restitui debet damnificato per tales malos actus, secundum Inno. Panor. & Commun. in c. Quia plerique, de immunit. eccles.

Per metum autem intelligo quo ad forum conscientie, non solum illum quem Iuricons. appellant iustum & cadentem in virum constantem. in l. Metum, ff. Quod met. causa, sed etiam minorem, talem tamen qui sic fuit causa dandi vel accipiendi, quod nisi interuenisset, non fuisset datum, vel acceptum. Tunc quia tam canones quam leges requirètes prædictum iustum metum respiciunt forum exterius, in quo si daretur rescissio actu ob leuem metum, omnium ferè peteretur rescissio, & ita Respub. litibus redundaret, contra intentionem iuris in l. Properandum. C. de iudic. & cap. Finem litibus, de dolo, & contum. Quæ defumuntur ex mente Hostien. & Io. And. in cap. verum, de Iureiuran. & ex verbis Adrian. in 4. de restit. c. Aggredior, vers. ex quibus omnibus, & ex Soto. q. 7. de iust. & iur. lib. 4.

Addidi tamen vltra alios, Talem tamen & c. quia eatenus tantum erit inuidus actus per metum leuem factus in foro conscientie, quatenus ille fuit causa saltem sine qua non, illius actus, argum. c. fin. & ibi notar. de Iniur. & in c. Felicis. §. Illud, de pœnis. lib. 6. & per gloss. in verb. simplici fauore.

Dico secundo principaliter, quod acceptum iniuste de voluntate datis, ita quod turpitudine versetur ex vtraque parte, non est restituendum, saltem regulariter, vlli de præcepto, quod etiam in editione vulgari affirmauimus contra communem; quæ vsque ad illam nobis semper placuit, sed tunc re altius perpenfa, sequuti fuimus Sanct. Anto. par. 2. cap. quinto, in princip. Monald. verb. Restitutio

Cap. Decimum septimum de septimo præcepto Decal.

Restitutio 2. Angel. verb. Restitutio 10, ver. Turpe, & Syluest. verb. Restitutio 2.

3. & verb. Eleemosyna §. 4.

Primò, quia nulla est lex diuina nec humana secularis neq; canonica qua hoc iubeatur, & ita non est dicendum l. Illam. C. de Collat. cap. Legatur, 23. quæst. 4.

Secundò, quia l. Vbi, cum l. sequent. ff. de Condict. ob turp. caus. cap. In pari delicto, de reg. iur. lib. sexto l. Iuris gentium, §. Si ob maleficium, ff. de pact. & canones huius materiæ statuunt qui dem id quod propter delictum datur, repeti non posse, neq; quod ob delictum promittitur, peti: Sed non præcipiunt acceptum ob delictum esse alicui reddendum.

Tertiò, quòd est regula Veruercelli recepta a S. Ant. vbi supra, Angel. verb. Restitutio 1. verb. Turpe, & Syluest. Restitutio 2. §. 2. Et ab alijs quamplurimis, quòd restitutio, quæ non est facienda alicui certæ personæ, sed pauperibus, non debetur ex præcepto, sed solùm ex consilio: quod rectè limitat Syluester vbi supra, vt procedat in eo quod nunquã alicui personæ nec alicui collegio debitum fuit, cuius defectu pauperibus erogari præcipitur, nec his relictum, nec donatum fuit, nec per legem præcipientem, nec sententiam specialem adiudicatum. Cùm igitur iuxta communem in hoc casu restitutio pauperibus & non parti facienda sit, consequens est, quòd non est de præcepto.

Quartò, quòd quando malum ob quod datum fuit non consequitur, vt si datum est iudici, quo iniquè iudicaret, & rectè iudicauit, & episcopo quo ordinaret, aut beneficium conferreret, & nec ordinauit, nec beneficium contulit, datori & non pauperibus restituendum est, vt doctissimus Medina in Codice de restit. efficaciter probat.

31 Quintò, quòd vt mox dicemus, meretrix non tenetur de præcepto restituere id, quod pro mercede prostibuli accipit, & neque aliæ mulieres solutæ, cõingatæ vel sacræ, & tamen, saltem quo ad forum conscientia, in omnibus eis turpitudine versatur ex vtraq; parte, vt statim efficaciter probabimus, ergo &c.

Non obstat primò, Arg. Adriani, quo sic in effectu argumentatur: qui accipit aliquid vt faciat bonum quod præcipitur facere, tenetur ad restitutionem, vt iudex qui accipit aliquid vt rectè iudicet, & fur ne furetur amplius, & depositarius vt reddat depositum l. 2. 3. 4. & vlt. ff. de Condict. ob turpem causam. ergo a fortiori qui accipit aliquid vt faciat malum quod tenetur non facere, arg. authen. Multo magis. C. de sacros. eccl. c. Cum in cunctis, de elect. Nò inquam, hoc argumentum obstat, quia solui potest negando maiorem esse necessitatem restituendi acceptum ob malum patrandum, quàm acceptum ob bonum debitum faciendum, quia non est etiam tanta. Tum quia qui dat alteri vt bene suo officio fungatur, non peccat, & dat quasi coactus, quia videt, aut timet, quòd nisi dederit, accipiens non est bene officio suo functurus. At qui ob maleficium patrandum dat, peccat, & sine simili timore dat, & ideo non est ei restituendum, Tum quia qui accipit, vt quod debet faciat, accipit aliã mercedem ultra illã, quã habet ad officio suo fugendum, & ideo non debet illud retinere tanquam indebitè datum, in quo restitutio fit danti per prædictas leges,

& l.

Non Furtum facies.

157

& l. 1. & totum titu. ff. de Condict. indebit. Tum quia qui accipit vt faciat quod debet, nò remanet in conscientia obligatus ad aliud, qui autem accipit ob maleficium, eo sequuto communiter tenetur ad refarciendum damnum per illud datum. Tum quia communis fatetur, eum, qui ob maleficium accipit, non teneri ad restituendum danti, sed pauperibus, & alijs pijs operibus, & ita debet fateri, quòd hæc obligatio restituendi degenerat a propria restituendi ratione, qua res in primo statu reponitur, & consequenter debet fateri, non reperiri in hoc casu tantam rationem restituendi quantam in altero, in quo restitutio fit ipsi danti per prædictas leges. Tum quia idem Adrianus vbi supra q. 19. sub finem post Angel. verb. Restitutio, 2. §. 4. fatetur quòd ex mente S. August. in c. Non sane 14. q. 5. is qui ob maleficium accipit, satisfacit restituendo pauperibus, aut ei qui dedit, aut cui maluerit, saltem antequã qui male dedit, facultate recipiendi in sui peccati poenam, priuatur, qui tamen asserit, id quod accipit vt fiat quod debetur, soli danti esse restituendum, & per consequens debet fateri strictiorem esse obligationem restituendi acceptum ob bonum quod debet facere, quàm obligationem restituendi acceptum ob maleficiũ patrandũ. Per quæ oia & singula argumentũ Adriani clare dissoluitur.

Non obstat aliud quod plurimum virgere videtur, nepe quòd titulus quo aliquid ob maleficium datur, est ipso iure nullus l. Iuris gentium. §. Si ob maleficium. ff. de pact. l. Generaliter ff. de verb. oblig. cum vtrobiq; per glo. & doct. citatis. in cap. fin. de pact. ergo qui accipit ob maleficium, sine vllò iure tenet, & consequenter iniuste, & tenetur restituere, vt fur vel raptor, quia tenet alie num inuito domino, argum. cap. Saepè, de restitu. spoliat. & ca. si res 14. q. 6. Non inquam hoc obstat. Tum quia licet pactum vel conuentio qua quid ob maleficium datur, non valeat in illa forma quam partes solæ prætendunt facere, valet tamen vt donatio quædam virtualis, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, quòd lex in poenam male dantis interpretatur taliter male dantem habere id pro derelicto, vel pro donato, ad hoc vt ei non debeat necessariò reddi, vt alta mente dixit Anton. relatus ibi a Panormitan. in cap. Quia plerique. de Immuni. Eccles. & probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. caus. Ex quibus colligitur non esse paria quod huiusmodi accipiens, nullo penitus titulo precedente accipiat, & quod accipiat prædicto quali quali & turpi titulo precedente. Nam in priori daretur cõdictio sine causa, vel indebiti, vel rei vindicatio, iuxta titulos de condict. sine causa, & condict. indeb. & de rei vindicat. In secundo autem nulla cõdictio habet locum per præfatas leges & per leges tit. ff. pro derelicto.

Non obstat tertiò, Quòd acceptũ per Symoniã non potest iuste retineri ca. De hoc. De Simon. cum tamẽ ex vtraq; parte versetur turpitudine, iuxta Extrauag. 2. de Symon. responderi enim potest. Primò, secundũ aliquos, quòd illud ca. non agit de vera restitutione rei acceptæ: quia non iubet restitui danti, sed ecclesie iniuriam passæ, vt Felyn. post alios ibi tradit. Nec videtur necessariò restituendum esse Ecclesie. Nam Thom. quem ibi alij non citant, vbi supra determinat, satis esse quod restituatur pauperibus. Sed contra

tra

tra solutionem hanc faciunt verba illius cap. Quibus adstruitur, non posse illud sine graui salutis periculo retineri, & ita concludit necessario esse restituendum proprie vel improprie aliquibus. Alij respondent, quod dispositio illius cap. continet pœnam, quæ non debetur in foro conscientiæ ante iudicis condemnationem, iuxta gloss. solennem in cap. Fraternitas, 1 2. q. 2. Sed & hæc responsio eodem modo refellitur quo prior; Quare respondendum est, cap. illud continere quiddam speciale in illo crimine propter ea, quæ ibi notantur, & melius colligi possunt ex utroque Thom. 2. sec. q. 3 2. art. 7. & Medina Cod. de restit. q. 2 0. & Soto lib. 4. quæst. 7. art. 1. de iust. & iure, scilicet, quod ibi acceptum fuit pro spiritualibus, quæ nullam æstimationem habent, vt ait Medina. Aut quia necessario gratis dari debent, vt ait Sotus. Nam etiam continet speciale in eo quod mandat restitui ecclesiæ iniuriam passæ, quamuis dicant aliter Thom. & Sotus, vbi supra, quod an fecerint per inaduertentiam, dicam infra cap. vigesimo tertio num. 1 1 1.

33 Dico tertio principaliter, quod dānum iniuste datum per acceptionem iniustam ab eo, qui iuste dedit, ita vt turpitudine sit ex parte accipientis tantum, restituendum est danti siue damnificato, ca. Non sane 1 4. quæst. 5. quod Adrian. vbi supra q. 1 9. col. 4. copiose probat. De hoc numero sunt Iudex, Licitor, notarius, Milites & eorum Duces, & alij qui ratione sui muneris publici plus suis stipendijs decretis accipiunt: & omnes alij qui ad faciendum id quod debent, aliquid accipiunt, puta, qui accipit quo non furerur, iniuriam non inferat, quo rectè iudicet, aut rectè testificetur, aut suum domino suo reddat, aut quo faciat, vel facere prætermittat alia similia, ad quæ tenetur, per l. 2. ff. de Condict. ob turp. caus. & alia, quæ affert Adriā. vbi supra. Hoc tamen moderatur Sotus, lib. 4. quæst. 7. art. 1. de iust. & iure. vt solum procedat in his qui accipiunt ad faciendum illa ad quæ iustitiæ legibus obligantur, non autem in accipientibus ea ad quæ legibus aliarum virtutum tenentur, qualis est, qui aliquid accipit quo non fornicetur, quo missam audiat, quando tenetur.

Sed contra moderationem hanc facit. Primò, quod videtur esse noua & quod nullo textu iuris, neque vlla efficaci rōe necessariò probatur. Deinde quod l. 2. ff. de Condict. ob. turp. caus. habet, repeti posse id quod datur alicui, ne sacrilegium faciat, & constat legem quæ vetat sacrilegium, esse legem pertinentem ad religionem, vt Thom. receptus docet in 2. sec. q. 9 9. art. 1. & 3. secundum quem eundem vbi supra q. 8 1. ar. 4. Religio est diuersa virtus à virtute Iustitiæ. Tertio, quod gloss. cum qua transeunt omnes in l. 4. eiusdem tit. ait, repeti posse id quod datur alicui ne fiat meretrix, & constat meretricium esse contra legem castitatis & temperantiæ, & non contra leges Iustitiæ. Quarto, quod eadem lege §. fin. cauetur repeti posse id quod datur furi vt indicet socium furem, ad quod potius videtur teneri lege charitatis, quàm iustitiæ. Quintò, quod datur ab eo, qui est ineptus militiæ, deligenti milites, vt eum excusaret à tyrocinio, repeti potest, l. Quod euitandi C. de Condict. ob turp. caus. & tamen delicturus milites tenetur ad bene deligendum legibus militaribus, quæ potius pertinent ad fortitudinem, quàm ad iustitiam specialem, saltem commutatiuam

tiuam. Sextò quod eadē ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid, vt faciat quod tenetur facere legibus aliarum virtutum, sicut in eo, qui accipit, vt faciat quod tenetur facere lege iustitiæ: Turpitudine enim consistit in eo quod accipit mercedem pro eo, quod sine mercede tenetur facere, quæ ratio peræque militat in omnibus, qui debito legali tenentur. Septimò, quod qua ratione repeti potest datum alicui ne sacrilegium faciat, eadem videtur repeti posse datum alicui ne parentes despiciat, ne impediatur, siue rebellet magistratibus, & superioribus, & ne sit mendax, & ne vindicet se indebite, aut ne alia id genus delicta perpetret. quum omnia hæc sint debita proximo legibus virtutum potentialium iustitiæ, sicut sacrilegium per leges religionis. Quare moderationem Soti arbitror solum tenendam in his quæ accipiunt vt faciant ad id quod tenentur solo debito honestatis, morali & non debito legali, quale est, debitum virtutis liberalitatis, & virtutis gratiæ vt plurimum. Arbitror autem esse verum quod prædictus Sotus ait vbi supra, videlicet, eum qui accipit aliquid ne malefaciat, siue vt faciat quod tenetur facere, non teneri ad restituendum in foro conscientiæ, donec qui dedit repetat illud, quia potest tenere illud ex quodam dantis consensu donec repetierit saltem extra iudicium. Pro quo facit, quod lex non prohibet translationem dominij rei datæ ne maleficium fiat, sed tantum concedit conditionem, quæ est actio personalis, quales sunt omnes conditiones, vt notatur in rub. de Condict. in deb. & alibi sæpe. Per quam rationem facile responderi potest, etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius in l. Iurisgentium. §. Si ob maleficium ff. de pact. quem sequitur prædictus Didacus vbi supra. Ex his inferitur, quod testis restituere tenetur acceptum ob testimonium, quod ferre tenebatur, sicut & Iudex, qui capit, vt ferat sententiam, vt diximus in R. repet. cap. Inter verba 1 1. quæst. 6. concl. sexta. corol. 63.

Secundò, inferitur quod hæc consequentia regulariter valet. Is tenetur aliquid gratis facere, ergo turpiter accipit aliquid quo faciat illud, iuxta gloss. l. 4. §. fin. ff. de condict. ob turp. caus. putat. singul. ibi à Iaf. cui similis gloss. in c. Qui cum fure, de furt. vbi late Anan. Eadem ratione valebit illa argumentatio. Is potest accipere pecuniam, quo hoc agat in mercedem illius actionis, ergo non tenetur id gratis facere.

Dico quartò principaliter, quod acceptum à meretrice ob turpem causam fornicationis, non est necessariò restituendum etiam in foro conscientiæ. In qua conclusione ferè omnes, tam Theologi quam Canonistæ & legistæ conueniunt, vt videre est apud scribentes in l. 4. §. Sed & quod meretrici ff. de Condict. ob. turpem caus. & Thom. 2. sec. q. 3 2. ar. 7. Paludan. & alios in 4. dist. 1 5. & super gloss. communiter receptam in summa, 1 4. q. 5. & eos quos latius citat prædictus Reuerendissimus Segobienensis in dicto cap. Peccatum, de regul. Iur. lib. 6. par. 2. §. 2. sed ratio nulla redditur à prædictis satisfacit. Non quidem prima Iuriscons. in l. 4. §. sed & quod meretrici ff. de Cond. ob turp. caus. quam etiam ad literam sequitur Thom. in 2. sec. q. 3 2. art. 7. & omnes alij post eum, videlicet, quod meretrix licet turpiter faciat eo quod sit meretrix, non ta-

men turpiter accipit, quum sit meretrix. Non, inquam, satisfacit illa ratio. Tū quia videtur sibi repugnare, cūm præsupponat turpe esse meretricari, & non esse turpe mercedem pro meretricio capere, cum l. 2. eiusdem titu. probet ideo turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat, quia turpe est hominem occidere, & l. 3. habet turpiter accipere iudicem, vt iniquè iudicet, quia turpe est iniquè iudicare, & l. 4. turpe accipere, vt stuprum faciat, quia turpe est stuprū facere. Cūm igitur dicat esse turpe meretricari, cogetur dicere esse turpe propter meretricium accipere. Nec credo Iureconf. posse defendere nisi per æquiuocationem, dicendo quod cum sentit turpe esse meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis, quod ipse nouit, licet diuinum, contra quod etiā est, ignorauerit, secundū communem doctrinam glo. in Clem. Ad nostrum, de Hæret. & Thom. 2. sec. q. 154. ar. 4. & Maior in 3. dist. 27. q. 29. Cūm autem ait non turpiter accipere, sentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari. Quod si quis ita defenderit Iurisconf. vt defendendus est, cogetur dicere, quod iure vero naturali & diuino, sicut turpe est meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere. Et cūm in foro conscientie ius naturale & diuinum sint necessariò seruanda c. Sunt quidam 25. q. 1. cogetur consequenter fateri, quod in illo foro vtrunq; est turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid capere, & ita ratio illa non satisfacit quo ad territorium & forum conscientie, licet satisfaciat quo ad territorium & forū exterius, in quo impune licet meretricari.

Secundò ideo non satisfacit præfata ratio, quia concludit necessariò vnum falsum, scilicet, esse veram opinionem Cini & Angel. in l. 2. C. de condict. ob turp. caus. Anton. Panor. & Communis in c. Quia pleriq;, de Immunit. eccle. videlicet, quod acceptum ob fornicationem a mulieribus solutis clam fornicantibus, est necessariò restituendum, & magis id quod accipitur a coniugatis & monachis ob eandem causam, & non minus, quod accipiunt mares, præsertim clerici & religiosi a sceminis, eo quod libidini earum inseruiunt. Quia ratio prædicta quæ nititur permissione legis humanæ, cessat in illis omnibus, præsertim coniugatis, monachis vtriusque sexus, & clericis. Quoniam etiam in exteriori foro hi omnes puniuntur per leges tit. Ad l. Iul. de Adult. ff. & C. & c. 1. & 2. de Adult. & l. Vnica. C. de Raptu Virg. & 27. q. 2. per totam. Cuius tamen contrarium est verum, vt tenet Henricus Boyc. in c. Peruenit, de Adult. Cui consonat vsus confessariorum, vt in editione vulgari tenuimus hic, & in d. c. Peccatum, & in c. 1. & 2. de Adult. quibus in locis nunquam fuerunt mihi copiarum sufficientes ad respondendum huic argumento, & ita nec proposui illud, nec respondi, & miror quod cūm illud grauitè proposuissent Cin. Anton. Panor. & qui sequuntur eos; nemo tamen nostrum qui contrarium tenemus, ei iustè satisfecit, nec certe satisfieri potest, nisi alia ratio addatur rationi prædicti Iurisconf.

35 Non etiam satisfacit ratio Adriani, videlicet, quod meretrix nil accipit alienum inuito domino. Tum quia illi tam est locus in omnibus aliis delictis, in quibus

quibus alicui datur sponte aliquid vt delinquat, quàm in meretricio. Cuius tamen contrarium tenet ipsemet Adrianus & Communis, quæ contrarium nostri prædicti tertii dicti tenet. Tum quia Iurisconf. significat hoc esse speciale in meretricio, per illa verba (Noua ratione.) Ratio item Caiet. in 2. sec. q. 32. art. 7. videlicet, quod vsus meretricis est materia vendibilis, & non rei sacræ, quam Sotus & recentiores differentiam inter acceptum ratione criminis symonia, & acceptum ratione meretricij, quo ad quam astruendam, eam ille reddidit, non tamen satisfacit, quo ad alia: Nam aquè, imò magis vendibilis est opera eius, qui se locat ad militandum in bello iniusto, ad duellum committendum, & ad fuste cædendum, vel occidendum alium. ac opera meretricis, ad explendum libidinem, uolentis cum ea rem habere: Nam palam & passim conducuntur libidinem, vel emuntur operæ lictorum, quos vulgus Hispanum Borreros, vel verdugos, & Italum, Boia appellant. & l. 1. §. Remouet, ff. de Postul. edicit de locantibus operas ad pugnandū cū bestijs, & idē facit l. In arenā, C. de Inoffic. testa. At ipsemet Caiet. & prædicti qui eū sequuntur, negāt idē esse in alijs delictis, in quibus ex vtraque parte versatur turpitudine, ergo illa non satisfacit.

Ratio verò quam prædictis Segobienfis sequutus aliquot alios sentit, videlicet, quod lex permittit & facit iustam operam meretricis, non tamen alias prædictorum operas, non potest defendi. Tum quia ipsimet affirmant acceptū à mulieribus, quæ non sunt meretrices, licet sint coniugatae & monachæ, non esse restituendum, & constat, nulla lege etiam humana, earum in hac re operas iustas fieri. Tum quia lex naturalis & diuina, quæ necessariò est seruanda in foro conscientie, damnat illam; nec vlla lex humana eam potest quò ad illud forum iustificare, argum. cap. Erit autem lex. 4. distinct. & cap. fin. de Præscrip. Tum quia sequeretur quod acceptum ob operam pugnandi aduersus feras, cum probabili vitæ periculo, non diceretur turpiter acceptum, secundum leges humanas, & alias aliarum gentium, quæ id probant, aut certè permittunt, iuxta prædicta in l. 1. §. Remouet, ff. de Postul. & l. In arenam, cum ei adnotat. C. de inoffic. testam. quod tamen videtur esse contra mentem eorundem. Tum quod idem esset dicendum de opera conductorum ad duella vbi permittuntur, & ad furta, vbi ea non puniuntur; quod tamen est contra l. 2. & 3. ff. de Condi. ob turpem causam.

Quare oibus oium dictis ruminatis, asserēda arbitror tria. Primū, quod nulla est differētia quo ad forū cōsciētię, in quo lex naturalis & diuina necessariò seruanda est, inter acceptū ob operā meretriciā ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia, in quibus vtrinq; turpitudine versat, ab altera; Quia in oibus datur, & accipitur, cōtēplatione maleficij dānati & punibilis in illo foro, & in oib. eq; voluntariè datur, & in oib. eq; admittitur turpitudine ab vtraq; pte, quo ad illud forū.

Secundū, quod rō solida & vera, quare acceptū ob operā meretriciā, nō est restituendū, est, quod acceptū voluntariè ab alio ita, vt ab vtraq; parte admittatur turpitudine, nulli est de præcepto restituendū, iuxta conclusa sup. in 2. dicto cōtra Palu. Adri. & alios multos pro diuo Ant. Monal. Ang. & Sylu. ibi citatis.

Tertium,

Tertium, quod verus intellectus. §. supra citati: Sed & quod meretrici, colligitur ex supradictis in confutatione primæ rationis, valet; Turpe esse meretricari iure naturæ, non tamen iure humano, ideo licet meretrix turpiter faciat, attento iure naturali, quod est meretrix, non tamen turpiter accipit mercedem attento iure humano, quod permittit eam esse meretricem, & ita ille, §. solum habet locum quo ad forum & territorium, in quibus opera meretricis est permessa, & nõ quo ad forum & territorium, in quo illa est damnata, & punitur, quale est forum conscientiæ, Et consequenter meretrix quo ad forum conscientiæ in quo eius status damnatur, non minus peccat accipiendæ mercedem, pro illa opera fœda quâ præstat, quâ qui accipiunt mercedem pro operis locatis ad occidendum, ad (vt ita dicam) duellandum, & iniuste bellandum, ac alia huiusmodi; nec consequenter in illo foro tenetur minus ad restituendum quàm illi. Sed quia illi per conclusa in præfato dicto secundo non tenentur de præcepto, sed de consilio tantum ad restituendum, ita nec ipsa tenebitur de præcepto, sed tantum de consilio restituere. Quæ est conclusio communis & antiqua speciali & noua ratione efficaciter fundata.

37 Ex quibus tribus dictis, & eorum fundamentis infertur primò, quod prædictus. §. Sed & quod meretrici, habet locum non solum in meretrice, sed et in omnibus alijs qui operas suas locant, aut accomodant eis rebus quæ permittuntur in foro exteriori, licet damnentur in interiori: qualia sunt multa quæ permittuntur iuxta. c. Deniq; , 4. di. in spectaculis carnis priuij, & aliorum festorum, & in hastiludijs, torneamentis, choreis, &cæt. quales ite erant pugnae, quas Romani permittebant cum feris, ad quas qui locabant operas, licet fierent infames, vt sunt meretrices, tamen mittebantur, & non puniebantur plus quàm illæ, & accipiebant suarum operarum precium non secus quàm illæ, iuxta prædictam l. 1. §. Remouet, cum seq. ff. de Postul. & l. In arenam. C. de inoffic. testam. quæ est conclusio quotidiana comprehendens innumeros qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ sunt saltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori, sed quia non sunt damnata in exteriori quo ad mercedem accipiendam & retinendam, æquantur meretricum operis.

38 Secundo infertur, opinionem doctissimi Io. à Medina in Codice de restit. q. 20. quam prædicti DD. Didacus & Sotus penitus carpunt esse veram; qua parte ait peccare meretrices accipiendo mercedem tanquam debitum operæ suæ fornicariæ. Tum quia accipere mercedem pro operâ occidendi aliquem iniuste, vel furandi, vel infamandi, vel aliquod aliud delictum faciendi, est peccatum, secundum omnes, & non alia ratione, quàm quia occidere, & alia prædicta facere, est peccatum; ergo & accipere mercedem, pro fornicandi opera est peccatum, quum illa opera sit talis in foro conscientiæ. Tum quia in confesso est, quod assassinus & quiuis alius locans operas suas ad committendum peccata, & accipiens mercedem ob eas peccat. Tum quia licet non concludat quod opera meretricis sit inuendibilis, eo quod est peccatum, & peccata nullius pretij sint, imò nihil, iuxta illud Iohan. 1. expositum ab Augustino, sine ipso factum est nihil, id est, peccatum, eo quod vt respondet Sotus, licet opera illa fœda

da meretricis quatenus est peccatum, nullius sit pretij, quatenus tamen est res quædam humano vsui accommodata, pretio æstimari potest, licet, inquam, argumentum Medinæ non concludat operam illam de se & in genere entis, esse inuendibilem, concludit tamen esse inuendibilem in genere moris, & actus intrinsecè mali, pro quo nihil iuste posse promitti, dari, vel accipi, sancitum est ab omnibus iuris vtriusque Authoribus: vt videre est, in l. Iurisdictionum. §. si ob maleficium. ff. de pact. l. 1. 2. 3. & per totum. ff. de Condiçt. ob turp. cau. & l. Generaliter. ff. de verb. obligat. & l. 1. ff. de receptat. & C. de Condiçt. ob turpem cau. per totum tit. & cap. 1. de schism. lib. 6. & cap. 1. de Homicid. li. 6. & in alijs innumeris locis: Nec vsquam inuenies textum qui significet licere accipere pretium pro opera peccandi, vel peccato cooperandi, excepta vna meretrice, quo ad forum exterius, quia quo ad illud nõ peccat, nec punitur, & eius opera pro impunita reputatur. Tum quia non est bona consequentia, qua Sotus 39 vt plurimum est talis, & tamen nullus vnquam Catholicorum, quod sciam, dixit licet posse pro ea saltem quando est intrinsecè mala, qualis est opera meretricia, capi aliquam mercedem.

Non obstat, quod actus peccati consideratus in genere entis, est quoddam 40 ens, & consequenter quiddam bonum & à Deo, vt diximus, in Prælud. 7. nu. 20. licet idem consideratus in genere mortis sit nihil, & nullius pretij: Quia omnia iura diuina, & humana respiciunt in eo magis, id quod est in genere moris, quàm quod est de genere entis, quæ sunt inseparabilia, & ita vetant absolute, ne pro tali actu accipiatur, detur, vel promittatur aliquid, excepta, vt dixi, vna fornicatione, & alijs similibus actibus, qui licet sint peccata in foro interiori, permittuntur tamen in exteriori, vt prædictum est, sic in simili Caietanus ait, in 2. sec. q. 100. ar. 2. ad secundum dubium, quod licet actus cõficiendi sacramenta & ministrandi illa sit res temporalis, non tamen potest vendi; quia magis attenditur spirituale, quod sine illo non potest esse, quàm substantia illius. Per quod ipsum dictum Caietani ob omnibus receptum probatur, quod licet aliquid sit in se vendibile, non tamen potest licite vendi, quum miscetur inuendibili. Sic ergo actus delinquendi, licet sit in se vendibilis, coniunctus tamen peccato, quod est inuendibile inuisibiliter, non potest licite vendi.

Tertio infertur, opinionem prædicti Medinæ non esse veram, qua parte ait, acceptum à meretrice in operæ suæ fœdæ mercedem, esse in foro conscientiæ restituendum; quia per conclusa efficaciter supra in dicto secundo, non est restituendum de præcepto, id quod turpiter acceptum est à turpiter dante: At per prædicta, quo ad forum conscientiæ non solum, datur meretrici turpiter, sed etiam turpiter accipitur ab ea, quia datur & accipitur pro opera & actu qui est peccatum & non quale quale, sed mortale, secundum fidem catholicã, vt prædictum est, ergo non est necessariò restituendum, sed retineri potest tanquàm donatum, vel derelictum ab eo, qui dat, vt dixit Anton. in c. Quia ple

Cap. Decimum septimū de septimo præcepto Decal.

rique de immunit. eccles. supra in Dicto secundo relatus, & declaratus.

Quartò inferitur, necessario idem dicendum esse quo ad forum conscientie, de alijs sceminis, & maribus, cuiuscunque ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, quod dictum est de meretricibus, & è contrario. Quia sicut illarum fornicatio est verita & peccatum mortiferum, vt plurimum in vtroq; foro, sic harum fornicatio est verita, & peccatum mortale in altero, scilicet conscientie, secundum fidem catholicam, iuxta prædictam Clem. Ad nostrum, de Hæret. & eo magis, quod meretrix non solum peccat infringendo non solum præceptum sextum & nonum, sed etiam vt plurimum infringendo octauum, quatenus vetat iactantiam, & actum gloriandi, & laudandi se de vita, de statu, vestitu, & artibus ad illiciendum alios in malum turpibus, quod graue crimè esse pronunciat, in cap. Quam graue, de excess. prælat.

Quintò inferitur, partim verum & partim falsum esse, quod communiter aiunt glossæ à multis receptæ, in l. 4. ff. de Condiçt. ob turp. caus. & in l. 2. C. eod. & in l. Affectio. ff. de donat. quatenus tenent promissionem de dando meretrici ob operam meretriciam non valere, nec ex ea posse agi. Per prædicta enim constat id esse verum quo ad forum conscientie falsum autem quo ad forum exterius: & è contrario partim esse verum & partim falsum, quod ait Barth. in dicta l. 4. ff. de Condiçt. ob turp. caus. à multis receptus, scilicet promissionem prædictam valere, quia verum est quo ad forum exterius, falsum quo ad forum interius.

41 Sextò inferitur, Confessarios prædictarū mulierum, & virorum impudicorum, quibus ob impudicitiam aliquid promissum est & nondum traditū, debere illis consulere, quod nos consulimus cuidam, qui præcepto cuiusdam Magnatis, magnis promissis eius illectus, accepta parte eorum, occidit quendam, & ob id vertit solum in aliud Regnum, & querebatur, quòd ille Magnas non soluit omnia promissa, & petebat illa, Consulimus enim, caueret ne peteret illa tanquam sibi debita iustitia legali, quia non erant talia propter promissionis nullitatem, & quia per talem petitionem approbaret peccatū, quod antè fecerat, & ita noue peccaret mortaliter: Sed quod in literis quas ei scriberet, & mandatis, quæ ad eum daret, confiteretur primū, agnoscere se, nihil sibi propter illam operam illicitam præter ipsum infernum, de iustitia deberi, & ita nil se petere ob eam, tanquam debitum legale, sed supplicare illi, vt miseretur eius necessitatis & indigentie, & dignaretur mittere illi promissa, in eleemosynam, non quidem propter eius factum, quod erat abominandum, sed propter affectum illum magnum obsequendi ei, qui fuit potens, vt præceptis Dei præferret eius præcepta, Ita, quòd nullatenus placeret ei suum factū illicitum, nec approbaret illud dicendo, ob id esse ipsi aliquid debitum, sed solum probaret affectum magnum atque desiderium obsequendi, quo in ipsum fuit, quum eius iussa compleuit, & erat obsequendi ei in licitis, & honestis, quando ea scriberet, & mandaret. Ita quòd delictum non sit causa principalis petendi promissa, sed causa impulsiva, & occasio sine qua non peteret. Quod ipsum, mutatis mutandis, debet consulere Confessarius ei qui promissit dare aliquid

Non furtum facies.

161

aliquid ob delictum, post quod perpetratum vult dare, quod ob id promissit: nempe, quòd perpetratio delicti non sit causa finalis, sed solum causa sine qua non daret: & quod det principaliter vt necessitati eius subueniat, vel honori suo satisfaciatur. Quod vtiliter dixit Caiet. 2. sec. q. 62. art. 5. Sic igitur præfatæ impudicæ vtriusque sexus personæ debent coram Deo & confessario agnoscere nil sibi deberi in foro conscientie ob illa turpia facta damnata in illo foro; & ita nihil velle, nec desiderare, vt quicquam ob ea promissorum eis tanquam debitum soluat, ne noue peccent ea noue approbando: Sed cupere & rogare vt sibi subueniatur soluendo promissa tanquam moraliter debita magno illi amori, quo fuerunt in promissorem extra operam illam illicitam, & quo sunt quando hæc petunt, ad inseruiendum tantum in licitis & honestis. Quod ipsum seruare debent in dando eis promissa, qui promiserunt. Et arbitror, quòd vt prædictus homicida per viam iustam plura obtinuit, quam obtinisset per iniustam; Ita hæc quoque personæ impudicæ plura consequentur per hanc viam Deo placidam, quam per contrariam.

Septimò inferitur, omnia supradicta intelligenda esse de his, siue sceminis siue maribus, qui sine fraudibus notabilibus à suis amicis aliquid extorquent, sed non de his quæ cum fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratia, dicendo se esse Virgines, quum non essent, aut non fuisse cognitæ, nisi à Magnatibus N. N. longè maiora extorserunt: Quia eiusmodi, sicut alij fraudatores, ff. & C. de dolis, restituere tenentur, iuxta ea quæ dicimus infra nu. 73. post Gerard. & Adrian. Non sunt etiam intelligenda de his, qui accipiunt quidem sine dolo, sed ab his qui non possunt dare, l. 2. & 3. C. de Auth. præstan. & l. 1. & 2. C. de præd. minor. c. Si quis presbyterorum de reb. eccles. non al.

Ubi restitutio facienda.

S V M M A R I V M.

Restitutio rei aliena fiat vbi sita est, si bona fide possidetur, nu. 42.
Debitum ex contractu, vel quasi contractu, restituatur in loco solutioni destinato, aut vbi iure petitur: nu. 43.
Debitum ex delicto, aut quasi delicto soluat vbi damnum passo fiat satis nu. 43.

RESTITUTIO autem facienda est, vbi solutio fieri debet, & ita vbi est 42
sita res, quando restitutio est facienda eo solo quod est res aliena, cū qui bona fide, & sine sua culpa possidet, nihil perdere debeat, c. 2. de Constit. & l. si possessor, ff. de petit. hæredit. Si tamen restitutio ex contractu, aut quasi contractu debetur, fieri debet in loco expressè vel tacitè solutioni destinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locū præstitutū solutio nec creditori nec debitori damno sit, l. 1. ff. de eo, quod certo loc. c. P. & G. de offic. deleg. & ca. Dilecti, de foro compet. §. Præterea. Inst. de action. & si locus præstitutus non fuit, restituendum est vbi coram iudice competenti petitur,
Man. Nau. X arg. cap.

43 arg. cap. fin. de foro competen. & annotat. in iuribus prædictis. Sed si restitutio ob delictum aut quasi delictum debetur, faciendi est in loco, in quo ipsa facta nullum damnum is, cui fieri debet, accipiat, siue restituatur ubi acceptum fuit, siue ubi est dominus, siue in alio loco ad quem dominus transfulisset, ita ut dānificatus nulla impensa vel alio onere grauetur, quàm si damnum datum non fuisset; quia restituere est in primo statu reponere, & reddere rem integre, in statu eo in quo dominus seruasset, si ab eo ablata non fuisset, l. Restituere, 1. & 2. ff. de verb. signifi. & l. 1. C. de Restitut. & sentent. pass. & 2. quæst. 3. §. final. sentit D. Thom. & explicat Caietan. 2. secund. quæst. 62. artic. 5. quamuis semper sufficit restituere ubi creditori placet, l. 1. ff. Qui fatid. cogan. & per dicta supra eodem. capit. u. Ex quo colligitur cuius impensis suo domino sit suum mittendum.

Quæstionis magnæ fuit nuper in Vrbe; An is qui mutuo dedit mille in India, ea lege & conditione, ut certo tempore lapsa, posset ea petere a mutuuario ubicunque terrarum inueniretur, an postea inuentus in Vrbe teneatur soluere integra illa mille, an verò possit deducere cambia, quibus constat traductio illorum ab India in Urbem? Et quidem videtur liberandus soluendo illa integra mille in India, aut etiam in Vrbe deductis cambijs, quoniam, l. 1. & totus titulus. ff. de eo quod certo loco, non solum habent locum in debitis aliarum specierum, sed etiam in pecunia numerata, textus est in l. quarta. ff. De eo quod cert. loc.

Quomodo restituendum.

S V M M A R I V M.

Restitutio facienda est eo modo, quem causa cur debetur postulat, & remissio & condonatio partis sufficit sine obligatione & presentia reali vel verbali rei soluendæ. nu. 44. & sequent.

Debiti remissio solutio quædam est. nu. 45. & 46.

Debitum facilius remittitur, dum res soluenda præsens non est, u. 46.

44 **R**ESTITVENDVM autem est eo modo, quem natura contractus, delicti, aut ultimæ volûtatis requirit, & sufficit quod obligatus per se vel per alium restituat, Argu. c. Qui per alium, de reg. iur. lib. 6. Et si delictum occultum est, etiam restitutio occulta debet esse, argum. cap. Si peccauerit, 2. q. 1. §. Non tibi dico; de pœnit. dist. 1. Sed cauendum est, ne quando per alium occulte fit, internuncius quod restituendum est, retineat, & restituere debens in sua obligatione permaneat, ut dicitur infra eod. c. 45 nu. 67. Et quicquid S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 4. & Dyon. in regula. Peccatum de Reg. iur. lib. 6. & alij alibi dicant, sufficit etiam quo ad forum conscientie, ut is cui restitui debet, liberaliter & voluntarie remittat, & condonet, iuxta glof.

glo. in d. c. Pec. catum. verb. Restituatur, & Host. in summa de Vfur. §. Quæ pœna, ver. Quid si. siue realiter ei offeratur, & coram constituatur, quo accipiat, aut condonet; siue solum verbo offeratur, siue absque vlla reali vel verbali oblatione, creditor precibus partis aut alterius alicuius internuntij, confessarij aut alterius remittat & condonet, modò vere & ex animo remittat, & ea sit per quæ id donare possit, ut rectè Caieta. in summa verb. Restitutio. resoluit, & Adrian. in 4. de restit. q. 2. col. 4. sentit. Et credendum est, eum ex animo remittere, si ipse id affirmat, quum ut acriter Caiet. ubi supra aduertit, nemo alius sit suæ voluntatis se aptior testis. Quod verum est si contrarium non arguunt coniecturæ, quales respondimus interuenisse in quodam casu, in quo austerus quidam dominus, qui suos subditos precibus suis non obtemperantes, per se aut alios vexabat, a quibus certam conditionem petijt, arg. l. 1. §. Quæ onerandæ. ff. Quorum rerum actio non det. & glo. l. 1. ff. Quod iussu. Et videtur nobis cautum, quod Caiet. singulariter addidit scilicet: Quod pauper diuiti debens nõ deferat ad eum, aut ostendat id quod est soluendum, sed deprecetur per se vel alium, quo ipsi condonetur, ne rei debitæ præsentia difficilior efficiatur ad condonandum. Cùm multo facilius, quod non habemus, quàm quod possidemus, remittamus & condonemus. l. Cùm hi. ff. de Transact. Facit. l. Sed & si ego. ff. ad Velleian. Neque id obstat condonandi liberalitati, sed ad illiberalitatis tentationem reprimendam valet.

Quis ordo in restitutione seruandus.

S V M M A R I V M.

Restituat omne debitum, si potest, sin minus, prius certi quàm incerti, nu. 47. & 48. Et prius res sua domino, nu. 49. Et postea illud, & illud, nu. 50. & 51. Et prius talium & talium contractuum, quàm usurarum, nu. 52. Restituere contra ordinem prædictum non sufficit, nu. 52. & 53.

IN restituendo seruetur ordo, quæ ius diuinum & humanum præscribit, scilicet quod nullus ordo. seruetur quãdo suppetit vnde oibus, soluatur, cùm oibus quod debetur sit soluendum, iuxta S. Paul. ad Rom. 13. & §. 1. Inst. de iust. & iur. & quando non suppetunt omnibus soluendis, prius debita certa quorum creditores sciuntur, soluantur, quàm incerta quorū creditores ignorantur, propter quatuor rationes S. Ant. 2. part. tit. 2. c. 7. Vnde sequitur ut bene annotarunt Sylu. verb. Restitutio, 6. q. 5. & Caiet. Verb. Restitutio. c. 8. Multos errare, qui cùm non possunt omne debitum restituere, componunt se super incertis cum prælatis ecclesiæ, ut id quod eis remittitur tanquam proprium possideant, certos creditores defraudando; Verum est tamen, quod si res incerta adhuc in eadem specie permanet, puta qui dam calix consecratus, repertus, aut ablatu & adhuc integer, & non potest ha

beri eius dominus nec inueniri, potest dari prius CHRISTO erogando in eius pauperes & pia opera, quia per id nulli creditori præiudicatur: Siquidem debitor non tenetur ex alieno creditori satisfacere, & constat, quòd ille nunquam eius fuit, imò semper alienus. §. Sacra Inst. de rerum diuis.

49 In debitis certis seruandus est ordo Baldi communiter recepti in l. Pro debito, C. de bon. aut. lud. poss. l. quòd primū suo domino suum restituatur, vt commodatum, depositum, furto subtractum, aut raptum, quod adhuc in sua forma & specie reperitur. Quia hoc in eius, qui restituere debet, bonis non numeratur, cum eius dominium nunquam ad illum translatum sit, imò semper penes eum cuius erat remansit. Et ideo ante omnia alia illi restituendum est, l. Si ventri, ver. si tamen, ff. de priuil. cred. Secundo loco venditori soluendum est pretium eius quod vendidit emptori, penes quem res empta est. Quia quāuis illius dominium in emptorem transferit. l. Traditionibus, C. de pact. illud tamen remansit obligatum solutioni quandiu in sua forma & specie penes emptorem inuenitur, iuxta dictum Bal. & eos qui eum referunt vbi supra. Pro quibus facit primò, l. 2. ff. quibus caus. pig. vel pypoth. tac. cont. per argumentum a fortiori. Deinde quòd hoc videtur valde æquum & rationi contentaneum, saltem ad hunc effectum, quò in hoc cæteris creditoribus præferatur, quando omnium solutioni debitoris bona non sufficiunt.

50 Et idem eadem ratione videtur de omni eo, quod titulo oneroso datū fuit: verum est tamen, quòd si res empta pluris valeat quàm pretium pro ea promissum, eo soluto, residuum cedit alijs debitis soluēdis. Verum est item, quòd venditor non habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita, nec emptor in pecunia habita ex noua eiusdem rei venditione, nec in eo, quod permutatione illius habuit, quia nec pretium, nec habitum per permutationem in singularibus actionibus in eius locum succedit, iuxta gl. Bartho. & communem in l. Labeo, ff. de verb. signifi.

Tertio loco seruanda sunt statuta regionis si qua inueniuntur specialia, super ordine restituendi, vt dicuntur esse in aliquibus regionibus de nummularijs fraudatoribus, & si non sunt, seruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expressè obligata, alijs præferuntur, & postea in sua dote vxor, & fiscus alijs creditoribus, quibus non sunt, bona prius expressè hypothecata, quamuis tacitè sint. l. Assiduis, C. Qui potior, in pignor. habeatur, & l. Quamuis, de Priuil. fisc.

51 Quarto loco sequuntur ij, quibus sunt tacitè hypothecata suo ordine, postea depositarij, nisi quando deposita fuit pecunia ad negotiandum, & vt soluerentur vsuræ, aut interesse. l. Si hominem, §. fin. ff. de polit. & l. Si ventri, ff. de priuil. credit.

Quinto loco subsequuntur, qui habent priuilegium personale, quo præferantur alijs sine obligatione reali. Postremū locū tenent alij creditores, qui nō habent hypothecā nec obligationē bonorū expressā, nec tacitā, nec priuilegium personale, sine cōsideratione, quis eorū sit prior, aut posterior, ita vt quod prædictis lauisfactis supererit, pro rata parte nominū inter hos diuidetur recipiendo &

do & amittendo solidum pro libra, vt dici solet, deductis tamen ante omnia impensis necessarijs, sed non pomposis ac superfluis funeris & exequiarum debitoris mortui, & publicationis & copiæ testamenti, & alijs ad aditionē hæreditatis necessarijs, iuxta Palud. communiter receptum in 4. distinct. 15. quæst. 3. & Sanct. Anton. 2. part. tit. 2. cap. 7. §. 3.

Aduertendum tamen, quòd qui alteri mutuū dedit pro reficienda domo, nauis, aut alia re simili, præfertur omnibus qui habent hypothecam bonorū domini illius in solutione ex pretio eius consequenda l. 2. ff. Qui potior, in pignoro habeantur. Adde præterea; quod qui debitor soluendo hunc ordinem nō seruat, suæ conscientiæ non satisfacit iuxta Hostien. Monal. & Syuestr. verb. Restitutio. 6. q. 7. si ignorantia iuris aut facti eum non excusat, arg. c. Ea te, de iureiur. nisi quando creditor aliquis in petendis suis creditis, in iudicio, aut extra illud fuit alijs diligentior. Quia tunc non solum potest, sed etiam debet prius illi quàm alijs soluere l. Pupillus, ff. de ijs, quæ in fraud. credit. Syluest. vbi supra, q. 8. Modo alij non sint magis priuilegiati. Et idem quod hic diximus de debitore soluente, est dicendum de creditore petente, nempe quòd nō peccat accipiendo suum debitum quod diligentius petijt, si alij non sunt magis priuilegiati, alioqui sic, violando iustitiam, quæ habet vt illis priusquàm ipsi satisfiat per prædicta. Vnde infertur, peccare generos & nurus recipiētes aut retinentes de bonis socerorū, quod eis debetur, scientes eorum bona alijs magis priuilegiatis deberi. Aequum etiam nobis videtur, quod Caietanus verb. Restitutio, cap. 8. dicit, quòd vsurarius prius debet soluere, quod debet per contractus licitos, quibus non est pauperior factus, quales sunt emptionis & mutui, quàm vsuras inique extortas, etiam si ante illos contractus fuissent extortæ: Per quod soluitur, quod hic nouè quærebatur. Debet tamen prius eas soluere, quæ quod dēt per contractus gratuitos quibus pauperior est factus. Nō obstat, quòd Medina teneat oppositum, dicens vsuras esse magis iniustas magisq; prohibitas à iure diuino naturali & humano quàm sit retentio debitorum ex alijs contractibus, quia id non est verum; magis enim indubie debeo tibi quod mihi mutuaasti, quàm quod per vsuram tibi ademi. Cùm in mutuo nemo vnquàm dubitarit, & in vsuris multi, quamuis male, vt colligitur ex cap. Quoniam in omnibus, de Vsur. & Clemen. prima eod. titul. Tum ob alia, quæ breui-tatis gratia omitto.

Quando est restituendum.

S V M M A R I V M.

Restitutio fiat statim, nu. 53. nisi excuset ignorantia, dilatio, aut impotentia, saltem sine iactura vitæ, salutis, aut famæ, aut sine magno aliquo damno. nu. 55. 56. & 57.

Dammum quod debitoris, eum à restituendo excuset, nu. 59.

Man. Nau.

X 3

Confessa.

Cap. Decimū septimū de septimo præcepto Decalo.

Confessarius non absoluat, nisi prævia restitutione, cum, qui semel iussus restituere, non restituit, nu. 59.

Restitutionem differt extrema necessitas secundum omnes, sed eam non tollit, etiā eius quod in ipsa accipitur, nu. 60. nisi quando & cæt. nu. 61. Differt eam necessitas minor quam extrema, & timor damni eius cui debetur, nu. 62. aut Reipub. aut adulteriorum, & fornicationum, nu. 63. Sed non, quod non sit condemnatus, num. 64. Neque dilatio confessarij nisi quando & cæt. nu. 65. Nec voluntas soluendi paulatim. nu. 66. Nec sufficit male acceptum mittere si non datur, nec legare testamento, nisi quando & cæt. nu. 67. & 68.

Debitor an antequam soluat exeat Purgatorio. nu. 68.

54 **R**ESTITUTIO autem faciendā est statim iuxta S. Tho. 1. sec. q. 62. art. fina. ab omnibus receptum. Pro quo est cap. Sæpe, de Restit. spol. quatenus habet, tantum ferè peccare qui alienum retinet, quam qui accipit. Et quod præceptum restituendi, quamuis sit affirmatiuum, quatenus expresse iubet restituere, est tamen negatiuum, quatenus tacitè præcipit non retinere alienum, inuito suo domino. Et præcepta negatiua semper & ad semper obligant, quamuis affirmatiua non nisi semper, & ad certum tempus, iuxta eundem Thom. 1. sec. quæst. 33. art. 2. & Arch. capit. Si peccauerit, 2. q. 1. & in summa de pæn. dist. 5. Panor. & omnes in cap. No- uit, de Iudic.

55 Ex quo infertur, Primò, decisio dubij quando & quoties quis ob retentionem alieni nouè peccet? nam omnes tenent quod non peccat nouè singulis momentis, & quod pluries quam semel peccat communiter, qui illud multo tempore retinet, & quod peccat, quoties proponit non restituere illud: Et etiam credo quod quotiescunque vitur alieno, quod restituere tenetur, quamuis de restitutione non cogitaret, Caiet. 2. sec. q. 66. ar. 3. & secundum aliquos quoties commodè restituere valens non restituit, quod tamen intelligendum est, si id animaduertit, quamuis non statuatur illud non restituere, nõ autem aliàs, siquidem illud potius est status peccati, quam peccare.

Secundò, quod quamuis qui nocte in lecto aut in ecclesia recordatur se alienum habere, & posse commodè restituere, statim debet proponere actualiter vel virtualiter restituere: non tamen statim à lecto surgere, aut ecclesiam egredi, quod id restituat. Quia id non potest commodè, & satis est id facere, quum commodè poterit, boni viri arbitrio. Ad id autem quod hic quæritur, An hæc commoditas arbitraria referatur ad tempus, vel ad facultatem restituendi? Respondetur, quod ad vtrunque, ad tempus quidem, per prædicta, ad facultatem autem, per statim dicenda, seruando ea.

Tertiò, quod sicut ignorantia probabilis iuris aut facti quandiu durat à restitutione excusat. Quod te. ff. de reb. credit. cum ei annot. sic etiam multo magis ab statim restituendo excusabit. Et vt condonatio creditoris pro semper à restitutione excusat, sic ab statim restituendo eius voluntaria dilatio excusabit; Si quidem permanente hac, inuito domino alienum non retinet; & vt perpetua

Non furtum facies.

tua restituendi impotentia perpetuò excusat, sic impotentia restituendi statim ab statim restituendo excusat. Et dicitur non posse, non solum qui est in extre-
ma necessitate, aut nullo modo potest, sed etiam qui commodè non potest, l. 56
Nepos Proculo. ff. de verb. signi. cap. Faciat. 22. q. 2. Ille autem dicitur commo-
dè non posse, qui non potest sine damno suorum bonorum altioris ordinis,
qualia sunt vitæ & salutis, respectu famæ & rei familiaris; & qualia famæ re-
spectu rei familiaris, vt supra dictum est, aut non sine magno damno eorum
quæ sunt eiusdem ordinis, quod aliqua dilatio parum creditori nocens excu-
sare potest, vt speciatim & accurate, S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 8. à col. 4. profe-
quitur. Et ita qui statim aliena bona fortunæ restituere sine amissione proprio-
rum suæ vitæ, salutis, aut famæ non potest, ad statim restituendum non tene-
tur. Nam quemadmodum iuxta prædicta, in cap. 16. nu. 44. nemo tenetur re-
gulariter ad bona aliena inferioris ordinis restituenda, cum damno suorum
altioris ordinis, sic & multo minus tenetur ad aliena inferioris ordinis & qua-
litas, cum amissione priorum altioris ordinis statim restituenda, argum.
cap. Cum in cunctis, de elect. & Authen. Multo magis, C. de sacros. Eccles. Sic
eadem ratione qui debet centum aureos statim soluendos, si non potest statim
soluere sine magno damno suæ rei familiaris; puta non nisi domum suam, aut
aliquod prædium multo minoris vendat, quam valeat, ad statim restituendū
non tenetur. Quod (nostro iudicio,) non solum locum habet in debito quod
ex contractu aut vltima voluntate, sed etiam in eo, quod ex furto aut alio de-
lictò nascitur, vt sentit Anton. vbi supra, quicquid Caiet. vbi supra dicit; Quia 58
quamuis hæc duo debita, quod ad suam originem differant (quia in vnus origi-
ne peccatum est, & in alterius non) quod ad hunc effectum tamen, saltem in fo-
ro conscientie, similia sunt, siquidem vtrunque restituere tenetur, & in vtroq;
totalis impotentia omnino excusat, & sic in vtroquo mediocris impotētia me-
diocriter excusare debet, arg. de toto ad partem, l. Quæ de toto, ff. de rei vendi.
& cap. Pastoralis. §. Item si totum, de offi. deleg.

Aduertendum tamen, quod non dicitur magnum damnum priorum bonorum, eo quod sint magnæ res alienæ restituendæ. Quia vt rectè Caiet. verb. 59
Restitutio, c. 6. dixit, illud non est suorum bonorum iacturam facere, sed alie-
na relinquere. Nec etiam dicitur magnum damnum priorum bonorum,
non lucrari eo quod restitutus est, quia vt idem dicit vbi supra, illud non est
amittere suum, sed alieno non vti. Quod, mea sententia, non habet locum in
instrumentis artis, quibus victum sibi parat, qui restituere tenetur, iuxta San.
Anton. & Com. nec etiam damnum priorum bonorum ab statim restituen-
do excusat, quando restitutionis dilatio etiam magnum damnum cui est re-
stituendum infert iuxta omnes.

Quartò, quod quamuis æquum nobis videatur dictū Caiet. verb. Restitutio
c. 6. quod ante ipsum S. Anton. 2. par. tit. 2. c. 8. sentit, l. quod confessarius non
debet absolvere eum, qui statim restituere tenetur, nisi prius actualiter resti-
tuat, si antea à confessario iussus, restituere prætermisit: Quia quamuis fides
pœnitenti in his quæ pro se, & contra se dicit, habenda sit, provideri tamen et

debet, ne qui semel defecit, iterum deficiat; licet inquam, hoc dictum videatur æquum, talis tamen pœnitens occurrere posset, & tales circumstantiæ temporis, loci, & causæ, vt confessarius solo restituendi proposito contentus esse debeat. Cùm etiam Deus tunc eo (sua benignitate) contentus sit, argu. ca. Dixi, & cap. Magna, de Pœnit. dist. 1. Quia non est ad amplius faciendum opportunitas, arg. c. Si quid inuenisti 14. quæst. 5. Per quæ respondetur affirmatiue, ad nouè quæsitum. An qui subtrahit decimas, aut impedit solutionem earum, possit absolui ante realem restitutionem, si ab ea aliquo supradictorum modorum excusatur legitime, non obstante Concil. Trid. quod sess. 25. c. 12. prohibet absolui ante satisfactionem eiusmodi subtrahentem vel impredientem.

60 Quintò sequitur, quòd in necessitate extrema constitutus, nõ habens aliud quàm quod ad suam suorumque vitam est necessarium, restituere non tenetur, nisi creditor eadem necessitate prematur, imò neque si eadem prematur, arg. cap. Si non licet, 23. q. 5. & l. Si præses, C. de Aq. quot. nisi dominium eius quod restituendum est, semper penes creditorem remansit, quicquid Io. Tabienf. verb. Restitutio, § 4. dicat.

61 Magna tamen circa hoc quæstio incidit: An sit vera communis opinio in 4. dist. 15. quam recentiores sequuntur in Armilla aurea, videlicet, eum, qui in extrema necessitate quòd ea se liberet, aliquid accipit, ad restituendum illud non teneri, licet ad pinguiorem fortunam euadat: Ad quam breuiter respondeo, oppositum eius quod rectissime Adrian. vbi supra, q. 33. defendit, verius & iustius esse. Nam efficaciter probamus in Apolog. libelli de Redit. eccles. q. 2. monit. 4. Quòd nemo sit verus dominus rei qua eget ad liberandum se ab extrema necessitate, licet posset iuste eam accipere etiam autoritate propria, & ea vti, quatenus esset ad id necessaria. Tum quia contraria sententia non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, sine quibus non est affirmandum aliquid contra ius regulare, cap. Legatur, 24. q. 2. §. Consideremus, in Auth. de Trient. & semiff. col. 3. c. Consuluiti, 2. q. 4. alias 4. & cap. 2. de Translat. Prælat. & ius regulare habet. Id quod est vnus, sine consensu eius non efficit alterius. l. Id quod nostrum est, ff. de reg. iur. Tum quia lex illa celebris, quæ est secunda in §. Cum in eadem, ff. ad l. R. hod. de Iact. non habet, res fieri communes, per necessitatem, sed esse communicandas. Tum, quia non patiuntur iura vt eiusdem rei dominium sit penes plures in solidum, l. 3. §. Ex pluribus, ff. de acquir. poss. Tum, quia legi charitatis, misericordiæ, ac pietatis, & cuiuscunq; alterius virtutis satisficit, succurrendo necessitatem extremam patienti sufficienter, ad hoc vt ab ea liberetur vt palam est. At frequentissime succurri potest, & abunde quidem extrema patienti, commodando vel locando ei rem illam, qua eget, non tradendo ei dominium illius, verbi gratia; Aliquis, alioqui saltem alibi diues, in montibus Alpibus vel Pyrenæis niuecanis, necessitatem extremam alicuius vestis patitur: & aliquis alioqui pauper, deferens vestes pretiosissimas, holosericas, pellibus Herminiorum carissimas duplicatas siue suffultas, obuiat illi, tenetur quidem ei vnã, vel duas, vel plures & quotquot ille, ad illam necessitatem subleuandam eget, commodare vel locare, sed non dare & transferre

transferre in illum illarum dominium: Imò, cum se in aliquem locum vbi necessitas illa cessaret, recipere, posset illam vel illas, quas commodauit, repetere: quod nemo negabit. Tum, quia nemo diceret, quòd si quis alioqui diues, aliquo in loco fame moriens obuiaret alicui pistori viginti mulos panibus coctis onustos; aliquò agenti, fieret dominus omnium illorum panum, quum tamen qua ratione fieret dominus vnus, eadem quoque fieret omnium, antequam vllò illorum ad sedandam famem vteretur: Neque quisquam diceret, pistorem obligatum esse ad dandum dominium omnium illorum illi: neque illum autoritate propria posse omnes eos sibi occupare: Imò quilibet eruditus dicit satisfacere pistorem communicando illi esurienti panes necessarios ad illam esuriam sedandam. Tum quia ridiculum videtur & grauitati legum contrarium dicere, extremam famem patienti quæri dominium omnium panum, qui in foro venduntur, & ilico sedata per vnum panem fame, illud ei per di: & rursus iterata fame fieri eius, & propulsata ea, desinere esse illius. Tū quia glossæ receptæ in d. §. Cum in eadem, & d. c. Sicut hi. 47. dist. asserunt, verbum communia, in loco dicto; Necessitas omnia facit communia, exponendum esse, per communicanda. Concludo igitur per extremam necessitatem proximi, obligare quidem proximos eius ad subueniendum ei tantum, quāto est opus ad liberandum eum ab ea, facereque sibi ius capiendi illud, etiam propria autoritate, non tamen efficere eum ipso iure dominum illius necessarij, & consequenter teneri regulariter ad restituendum, quum ad pinguiorem fortunam peruenit. Dixi Regulariter quoniam nonnunquam vt infra, nu. 118. dicemus, ex paruitate rei & alijs coniecturis, iuste credi potest eum ad id non teneri.

Non obstat, quòd Sotus lib. 4. q. 7. ar. 1. de Iust. & iur. nouè distinguit inter eum qui non habet bona aliqua, vbi extrema necessitate vrgetur nec alibi, & inter eum, qui alibi ea habet, & inter illud, quod tēpore talis necessitatis insumptum fuit, quales sunt res ad esu pertinētes, & iter illud quod insumptum non fuit, qualis est vestis, aut equus quo vsus est, & cōcludit, quòd qui alibi hēt bona, ad restitutionē expensū tenetur, & et qui non hēt ad restituendū id, quod insumptum in illa necessitate non fuit, sed nõ ad id quod in ea impensum & consumptum fuit. Tū quia quāuis primo aspectu eius consideratio pulchra videatur, penitus tamen introsipienti non videbitur vera. Primū, quia ipse fatetur, quòd qui bona alibi habet, restituere tenetur et insumptum, & cū vnus regionis bona nõ adimant necessitatem extremam, in quā in alia incidit, fateri dēt, quòd extrema necessitas sola non facit dominium rei alienæ, vt ea vtatur sine obligatione restituendi. Secūdo, quòd præsupponit falsum, significans, quòd omnis, qui licitè vti potest eo, quod vsu consumitur, illius dominus efficitur, quia ipsemet li. 4. q. 1. de Iust. & iur. loquens de extrauag. Ad cōditorem, de verb. sign. tenet quòd Fraciscanus eius quod licitè comedit, & cōsumit dominus nõ est, iuxta e. Exijt de verb. sig. li. 6. quod nos latius cōfirmauimus in Apolo. prædicta. q. 1. Mon. 14. nu. 1. Tertio, quòd et præsupponit falsū, quatenus significat, quòd nemo, qui cōsumit aliquid tāquā illius dominus, si est verus dominus illius, ad illud restituendū tenetur. Nam qui consumit panē & vinū mutuo acceptum, tanquam Dominus

dominus & existens verus illius dominus consumit. l. 2. §. Appellata. ff. de reb. cred. tamen soluere illud & restituere tenetur. Et ita quamuis extrema necessitas aliquem dominum faceret, quo ad effectum illum ab ea liberandi, non ob id eundem ab obligatione restituendi liberaret. Arg. cap. Cum cessante, cum ei annot. de Appellat. Siquidem ad se liberandum ab ea, sufficit dominium quod per mutuum vel alium iustum contractum, absque donatione acquiritur.

Quartò, quòd necessitas solùm tribuit ius ad accipiendum, & cogendum vt illi detur, quòd sufficit, vt liberetur ab ea, & non amplius, & ad hoc sufficit mutuo vel commodato, vel alio contractu iuste accipere, aut illi dare, quia limitata causa limitatum producit effectum, l. Non omnis, ff. de reb. cred. Concludo igitur, quòd qui aliquid in extrema necessitate accipit, postmodum cum potuerit ad restituendum tenebitur, siue alibi bona habeat, siue non, siue illud totum consumat siue non, nisi per coniecturas probabiles iuste præsumeretur donatio, vt supra tactum est, & latius dicitur infra nu. 118. & 119. Quoniam vltra prædicta sequeretur ex contraria opinione, quòd si aliquis mille militum dux in extrema necessitate mille ducatorum aureorum alimenta alicuius priuati hominis vel villæ comederent, soluere ei non tenerentur, quamuis altero die direptione aliqua licita diuites euaderent, quòd est absurdum, & ita non dicendum, l. Nam quòd absurdum, ff. de bonis liber.

Sextò, principaliter infertur, eum qui totum statim restituendo, non posset decenter pro dignitate sui status viuere, ad illud non teneri, quamuis id facere, perfectionis esset, vt ait S. Anton. 2. par. tit. 21. cap. 8. col. 7. modò ei sit animus restituendi illud, quamprimum poterit, & modò curet ne quid in alios vsus, quàm necessarios & dicentes impendat, quo reliquere aliquid, & paulatim restituere possit.

Septimò, quòd quando ex restitutione statim facta redundaret damnum corporis aut animæ eius, cui debetur, non est statim facienda. Quia nec furioso, nec irato ens depositus, quo creditur, se aut alium percussurum, reddendus est c. Ne quis 22. q. 2. Neque eadem ratione volenti bellum facere, aut litigare iniuste, sua pecunia, qua id faciat, & fortiori ratione, si ex ea magnum damnum Reipub. obueniret, siquidem eius bonum priuato præponitur, c. Licet, de Regul. & Auth. de Restit. & ea quæ par. §. Licet, collat. 5. Et consequenter nemo debet facile condemnare Reges aliosue Principes qui aliqua iudicio eius, aliena retinent, credentes probabiliter ex eorum restitutione, sua Regna passura magna incommoda & bella iniusta. Arg. l. Si quis fumo, ff. ad l. Aquil. Quæ tamen non procedunt, quando æqualia vel multo maiora mala probabiliter crederentur euentura ex retentione, quàm ex restitutione. Depositarius enim qui sicut putat ex redditione gladij furentis, vel alius penes se depositi secururam percussorem alicuius iniustam, ita credit ex retentione securura esse maiora mala, puta, furentem, vel alium cum Cognatorum, & amicorum turba, se & suam domum cum his quæ in ea sunt incensurum, restituere teneret: arg. à cessante ratione iurium prædictorum, quæ illa fundant: quòd aliquando scimus euenisse. Et idem dicendum videtur; quando probabiliter creditur,

creditur, quòd ex restitutione statim facta, sequerentur adulteria, fornicationes, aut alia peccata mortalia, quæ indigentia restituenti, aut eius filijs, aut filiabus suaderet. Quia vt dicit S. Anton. vbi supra. hæc mala sine comparatione sunt maiora quàm damnum; quòd creditor ex dilatione sui debiti patitur, imò sunt bona altioris ordinis quàm fortunæ quæ creditori debentur.

Octauò, quòd multi damnantur ob non solutionem debitorum, nullum sibi de ea scrupulum conscientiæ incutiendo, credentes se antequam per sententiam condemnentur, non teneri. Quia quoties qui alienum iniuste retinet, & considerat, aut considerare debet, se illud debere, & proponit formaliter vel virtualiter non restituere sine vlla iusta causa, quæ eum excuset, toties mortaliter peccat, iuxta Maior. in 4. di. 15. q. 26. col. 2. vt supra eod. cap. nu. 5. declarauimus. Nam quemadmodum qui concubinam retinet, non est pœnitens, sed pœnitentiæ illusor, & confitendo peccatum peccato apponit; sic qui opere & voluntate, sine iusta causa alienum retinet, non est vere pœnitens, iuxta Scotum in 4. dist. 15. q. 2.

Nonò, quòd confessarius non potest pœnitenti dilationem concedere, quãdo certò scit eum soluere posse, nisi concurrat aliqua causa prædictarum supra eod. num. 62. & seq. quæ ab statim restituendo excuset. Quibus annumerarem casum in quo videret confessarius debitorem nolle se resoluere ad totum debitum statim restituendum, ob aliquod emolumentum inde sibi proueniens, & creditorem nolle concedere dilationem, parum sibi nocuam, & nunquam aut non tam cito nec tam vtiliter, atque dilationem concedendo, suum recuperaturum, & ea concessa debitor suam fidem obstringit se ad certum tempus soluturum. His enim concurrentibus confessarius dilationem, & absolutionem concedere posset; iuxta mentem Angeli in verb. Restitutio vlt. q. 5. post directorium. Tunc enim confessarius verisimiliter credere potest, quòd creditor illo contentus foret, si sciret vt ipse secretum intimum conscientiæ debitoris.

Decimò, quòd qui debet & statim totum restituere potest, & non vult nisi certam partem, in singulos menses vel annos, quousque solutionem finierit, non est absoluendus; quicquid dicant Hostiens. & alij Summistæ iuxta Adriã. in 4. de restit. col. 17. dicentem quòd confessarius qui talem absoluit, eum magno opere decepit, quia qui debet & potest commode restituere, & non restituit, est in peccato mortali, per prædicta; quòd Maior. in 4. disti. 15. q. 28. ait non solùm procedere in debitis ex delicto, & furto, sed etiam in alijs mutuo, aut alio iusto modo contractis.

Vndecimò, quòd qui non potest furtum aut aliud damnum datum restituere per se, sine sui manifestatione, non debet per se, sed per aliam personam secretam & fidelem id facere, ad quod confessarius cui reseruatam est peccatum aptior alijs videtur, modò pro fideli habeatur. Caueat tamen, quia si persona media non restitueret, non deliberaretur debitor ab obligatione, vt exprimit S. Anton. p. 2. ar. tit. 2. cap. 4. §. 1. etiam quando pro fideli haberetur, si dominiũ rei restituendæ in eum, qui restituit translatum fuit, quamuis non, quando translatum non fuit, & iuste acceptum fuit, iuxta notata in cap. Significante, de pignori.

gnor. Et idem S. Anton. addit, ne multum fidant praedicatoribus & confessoribus pecuniam potius quam salutem animarum quaerentibus: & consultum fuerit syngrapham à creditore accipere, in qua confiteatur, se accepisse tantam summam, per N. pro solutione eius, quod alius sibi debebat, sine nominis expressione, & eam poenitenti tradere. Et in hoc casu restitutio differri potest, quousque inueniatur persona per quam fideliter & secreto fieri possit.

Duodecimò, quòd qui statim restituere potest, & non restituit, quamuis testamento relinquat ut restituatur, securus non discedit, si aliquid ex praedictis eum non exulat, nisi quando id fecit, quia probabiliter credit, quòd suus haeres melius praestabit, & nisi hoc persuasum haberet, statim ipse per se restitueret; Angel. verb. Restitutio, 3. §. 2. Addo tamen, quòd qui non potest statim restituere, debet remissionis schedam aut dilationem à suo creditore petere, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 62. ar. 8. ad 2. receptum, nisi tali petitione peccatum manifestaretur per supradicta eod. c. nu. 3. 1. aut aliquod scandalum sequeretur, Arg. cap. Nihil, de praescript.

Quaeritur autem à multis an defunctus detineatur in Purgatorio donec eius debita solvantur? Resoluo negatiue, iuxta Tho. in Quodlibet. 6. art. 13. & Adriā. in Quodlibet. 8. quia fieri potest ut moriatur martyr, vel statim post baptismum, quem recta ire in caelum, docet fides catholica c. Batismi vicem, de consecr. dist. 4. c. Cum Marthae, de celeb. miss. & c. Debitum, de Baptis. vel cum contritione ad omnem poenam delendam sufficienti iuxta c. Mensuram, adiuncta glosa. de poenit. dist. 1. vel absolutus virtute iubilei, ad id efficacia, Extrauag. 1. de poenit. & rem. Non obstat quòd Angel. dixit contrarium per c. In literis, de Rapt. in illis verbis *Ut à peccatis suis valeat liberari* quia ut olim praelegendo illud Salmaticae, diximus, loco verbi *Valeat* quòd refertur ad defunctum, debet legi *Valeant* quòd referatur ad haeredes, ita quòd significat per restitutionem debitorum defuncti haeredes liberari à peccato suo negligentiae: aut germanius quòd intelligatur de ope tribuenda mortuo, accidentaliter per preces creditorum, vel pauperum bene satisfactorum, nam ut ait Tho. ubi sup. solutio debiti parum prodest defuncto nisi accidentaliter, modo praedicto. Quare risu, aut potius commiseratione digni sunt filij, & alij haeredes, qui miserentes plurimum defunctis, quòd propter debita teneantur in purgatorio, non miserentur sibi quòd tenentur, in statu infernali notabiliter eorum solutionem negligentes, aut differentes, quòd plus satis frequenter contingit.

De impediente bonum alienum.

S V M M A R I V M.

Impediens à consequendo beneficio, officio, vel alio bono: ille solus, & omnis tenetur ad restitutionem, qui & car. nu. 69. 70. & 73.
Restitutio praesupponit debitum legale, nu. 69.

Privatio

Privatio praesupponit habitum, nu. 69.

Testamentum vel legatum qui facit mutari tenetur restituere, nu. 70.

Intellectus l. 1. §. Denique 1. ff. de aqua pluui. arcen. nu. 71.

Argumentum à contrario, quando validum, nu. 71.

S. Thom. canonum ac legum obseruantissimus, nu. 71.

Iustitia distribuendi beneficia & officia publica multum differt à iustitia distribuendi communes pecunias Communitatis singularibus eius, nu. 72.

Beneficiarios malus elector vel collator, cui restituet, nu. 73.

Impediens malo animo cur non teneatur restituere, impediens autem per metum, & car. sic. nu. 73.

Restituent qui suffragantes sine votantes. nu. 74.



DEBITATVR hic, An qui alium à consequutione officij, beneficij aut alterius boni impedit, restituere teneatur? In quo quauis multum dissentiat doctores, ut patet per Adrian. in. 4. de Restit. q. 10. & quaestio sit difficilis, eaq; Caiet. 2. sec. q. 62. ar. 2. ad nubes efferat, omnibus tamen perpensis, nobis placet, quòd Adriano non displicuit, quauis illud non asseruerit, scilicet quòd ois & solus ille impediens regulariter restituere impedito & danu passo tenetur, qui impedit alium à consequendo officio, aut beneficio, aut alio bono ita ei debito, ut haberet iam in eo ius perfectum, quòd appellat ius in re acquisitum, per dispositionem inter vivos, aut ultimam voluntatem, collationem, confirmationem, aut alium modum legitimum, aut erat ei de iustitia debitum; ita quòd habebat acquisitum aliquod ius imperfectum, quòd appellat ad rem per iustam promissionem, emptionem, stipulationem, electionem, praesentationem, oppositionem siue concursum, expectatiuam, regressum, accessum, coadiutoriam, primogenium, legitimam aut alium titulum, qui non dat ius perfectum, per quòd acquiritur bonum, sed quoddam imperfectum, per quòd illi conuenit, & acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum: nisi impediatur per modos iustitiae contrarios, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, aut aliam fraudem, etiam si aliis odio, vel mala intentione impediatur. Mouet nos ad id primum, quia ex definitione restitutionis posita, sup. n. 6. colligitur, quòd ubi non est debitum legale, non est quòd restituatur, quòd etiam affirmat Caiet. in d. q. 62. ar. 2. à col. 4. & etiam Sotus ubi supra. At nemini cui non est ius in re vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum est debitum legale, licet forte sit debitum morale, & antidorale, ut colligitur ex glo. & alijs Inst. de actio. in princip. & in l. Ex hoc iure. ff. de Inst. & iur. ergo non debetur eius restitutio. Secundò, quòd restitio siue redditio praesupponit ablationem, secundum mentem omnium, quam Sotus ubi supra exprimit. At cui nihil iuris est, nihil iuris aufertur, quia privatio praesupponit habitum, l. Decem, ff. de verb. c. Ad dissoluendum, de Despof. impub. ergo & car. Tertiò quòd qui bladiiis, sine vi, metu, mendacijs & dolo, facit testamentum mutari, aut legatum in alium transferri, restituere non tenetur, l. fin. C. Si quis aliq. test. proh. ergo neque qui impedit, ne collator, praesentator, aut elector conferat, praesentet aut eligat illum aut illum, vel Rex vel alius qui potest conferre aliquod officium vel aliud ius illi vel

illi vel illi, tenebitur illi aut illi restituere, arg. l. Illud, ff. ad l. Aquil.

Dixi *Etiā qui malo animo, &c.* quia intentio nocendi, aut malū iniustū in ferendi, necessitatem restituendi non inducit, quamvis in foro conscientia peccatum inducat, nisi adijciatur ei opus aliquod exterius iniurium & contrariū legibus iustitiæ, ut licet mala intentione suspendens iuste damnatum, licet peccet, non tamen tenetur restituere quicquam, & miles in bello iusto occidens hostem vel diripiens civitatem, malo animo & sine, peccat quidem, sed non tenetur restituere, quia licet transgrediatur leges charitatis, vel aliarum virtutū, non tamen transgreditur leges iustitiæ specialis, quarum transgressio sola est iniuria, & obligat ad restituendum, ut probamus cum communi, in Apolog. prædicta q. 2. monit. 4. Qua ratione etiam Sotus, quem post hæc scripta legimus, discedit à Scoto, Palud. & Communi in 4. q. 6. ar. 3. à col. 17. quatenus aiunt, intentionem malam sine opere iniurioso inducere obligationem restituendi. Per hæc resolvitur negative illud novè quæsitum. An qui odio alicuius famulii alterius & efficit, ut herus eius dimittat eum, qui non potest invenire alium qui tantum salarij ei soluat, quantum dimittens, teneatur restituere? respondendum enim est quod non, nisi efficeret ut herus contra iustitiæ legem ante lapsum temporis conuenti, eum dimitteret. Non obstat l. Proculus, ff. de damn. infect. quam Caiet. vbi supra citat, quia illa & l. Fluminum §. fin. eod. tit. pro nobis faciunt, habent enim eum, qui fodit puteum in suo, non teneri vicino, licet inciderit venas per quas fluebat aqua in eius puteum. Neque obstat l. 2. ff. de nou. ope. nunc. quam citat Scotus, quia vitiosa est allegatio, & videtur voluisse citare l. 1. §. Denique 1. ff. de Aq. plu. arc. quatenus significare videtur, eum qui puteum effodit, aut aliud opus in suo facit, unde damnus vicinus accipit, non teneri de damno, si non facit animo nocendi, significans à contrario sensu, quod tenetur si eo animo faceret: Responderi enim potest primo, quod argumentum à contrario sensu, licet alioqui sit validissimum in iure l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iur. & c. Apostolica, de his quæ fiunt a Præl. sin. conf. cap. nil tamen valet, quo ad ea quibus contrariū exprimitur in iure, iuxta gloss. celeb. & receptam, ut tradit ibi late Fely. in c. Significasti, de foro comp. pro qua textus optimus in c. A nobis 2. de sent. excom. & secundum omnes communiter, intentio mala sine opere iniurioso non obligat ad restituendum damnum, ut prædictum est.

Quæ solutio roboratur ex eo, quod Vlpianus ibi noluit innuere obligationem restituendi propter malum animum induci, sed ut clarius confirmaret dictum Marcelli negantis eo casu actionem de dolo dari, dixit, non esset locum actioni de dolo, sine malo animo, sine quo dolo non datur, l. Dolum C. de dolo, facit pro hoc, quod prædictæ leges fluminum, & Proculus, quæ sunt ipsiusmet Vlpiani, neque alia lex ponderat bonum vel malum animum, sed solum an quis iure vel iniuria in suo faciat opus quo nocetur proximo. Non obstat, quod etiam Thom. in d. q. 6. art. 2. significat actum, malo animo factum inducere restitutionem aliquo casu, quo bono animo factus non induceret, Tum quia Thom. non loquitur de actu solo animo malo facto, sed malo animo

animo iniuste facto, & ita intelligendus est de actu iniurioso alteri, vel modo iniurioso facto, puta per vim, metum, dolum, vel fraudem, de quo statim dicemus. Tum quia etiam Thom. videtur legisse prædictum §. Denique, & quia non occurrit sufficiens responsio, tentavit aliqua parum firma, de quibus vnū est, quod ait teneri quem aliquo casu ad restitutionem, sed non secundum æqualitatem, quum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ, quæ obligat ad æquale beneficij cū proposito firmo conferendi, quod nullo iure vel rōne necessario probari potest, & reprobatur ea manifesta, quod qui proposuit firmiter conferre alicui beneficium, si mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, & non tenetur restituere, nec peccat si æque dignus est; At qui iam contulit vni, si mutata voluntate conferat alteri, peccaret, & non valeret collatio, & teneretur restituere, etiam si secundus esset longe dignior. Tertio quod odium, vel malus animus, sine opere iniurioso obligat ad restitutionem, quod dū saluare nititur Sotus, parum sibi constat, ut videre est vbi supra col. 20. Quare dicta Thom. in illa responsione ad 4. reducenda videntur, ad ea, quæ firma ratione probantur, & tribuenda obseruantia, qua solet esse in sacros canones & sacras leges adeo magna, ut nec latum vungem ab eorum verbis recedere sit solitus; quod quia non aduerterunt Scotus, Palud. Caiet. & alij, putauerūt Thomam sensisse contrarium, in quo etiam Sotus, se satis inuoluit.

Non obstat etiam ratio Caiet. vbi supra scilicet, quod officia, & beneficia ⁷² sunt bona communia, quæ sunt singularibus diuidenda, & ideo qui ea male distribuit, aut male impedit, contra iustitiā distributiā facit, ut qui male distribuit, vel impedit bene distribuere centum aureos cōmunes singularibus plebis, & consequenter quemadmodum hic restituere tenetur, iuxta omnes, ita & ille tenebitur; Non inquam hæc ratio obstat. Tum quia illa solum militat in beneficijs, & officijs publicis, & ita quo ad alia nihil probat. Tum quia non est eadem ratio de distributione centum aureorum cōmunitatis faciēda alicuius cōmunitatis in singulos eius, & de distributione beneficiorū & publicorū officiorum cōmunitatis ecclesiæ, vel Reipublicæ in singulos eius. Nam ut perspicaciter ait Sotus vbi supra non sunt beneficia & munera publica cōmunitatis ita debita ijs inter quos sunt diuidenda, ut centū aurei cōmunitatis diuidendi singulis eius sunt debiti eis, eo quod beneficia, & officia publica sunt instituta principaliter propter seruitiū ecclesiæ vel Reipub. & non propter eos, qui seruituri sunt: Et collatores eorum non distribuūt, tanquā debita eis, quibus distribuūt, sed tanquam debita seruitio ecclesiarū & tanquā electores ministro rū earū, ita quod per bonā vel malam electionē eorū, non fit principaliter commodū, vel damnum eligēdis; sed ecclesijs vel Rebus pub. quibus sunt eligendi: ⁷³ sicut præfectus ab aliquo Domino aedificio alicui construendo, deligendo artifices idoneos, vel minus idoneos, non facit commodum vel damnum principaliter idoneis, vel magis idoneis, quos ad illud opus deligere omittit, sed Domino: & si quid damni dat, non tenetur restituere illis quos omittit deligere, sed ipsi domino, cuius aedificium est male, vel non adeo bene, constructū. Confirmantur

Cap. Decimum septimū de septimo precepto Decal.

firmantur hæc, eo quod licet iustitia distributiva illud aut illud officiū, vel beneficiū, aliquibus dare obliget, regulariter tamē nemini ius perfectū, quod appellat in re quo suum fiat, cōcedit, nec imperfectū, quod appellat ad re, quo de bitū illi sit, & possit illud iure petere, quamuis sit dignior, nec vnquā talis vsus in ecclesia aut Republica Christiana fuit, etsi multoties diuisor non dando digniori, aut dando indigno peccet. Sed quando centum aurei cōmunes, sunt particularibus plebis distribuendi, vnusquisque eorum ius aliquod habet, ob quod illis debetur, & suam partem, aut saltē quantum debetur ex ea petere potest. Dixi supra in conclusione non esse restitutionem faciendam impedito, quia Reipub. vel alij iniuste læso, facienda esset, vt ex proxime dictis colligitur. Dixi etiam, *Nisi impediatur per modos iustitiæ contrarios, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, &c.* quia si per hos modos impeditur, tenetur. Vnde si mentiens me esse mortuum, aut nō esse eius cōsanguineum, aut esse spurium, aut ignarum, aut malū, aut per alias fraudes, aut per vim faceret mutari testamentum, aut legatum, aut collationem, aut presentationem beneficij, officij, aut alterius boni, & cōmodi factam, aut iam decretā, restitui mihi tenetur, iuxta omnes per l. 1. & 2. C. si quis aliq. testa. proh. & l. ff. de hered. institu. etiam iuxta Gerardum relatum per Adrian. vbi supra: licet ipse plus ceteris in hoc se extendat. Ratio verò cur mala intētio dānicandi hanc necessitatem restituendi non inducit, mendaciū autē, fraus, aut comminatio, & alij modi iniusti, sic, est quod intentio sola dānicandi est contra charitatem, sed non cōtra iustitiam cōmutatiuam, cuius actus est restitutio, & mendaciū, fraus, & comminatio sunt contra iustitiam, quia per hæc iustus modus acquirendi, qui impedito competit, impeditur. Non tamen tenetur restituere quārum impedit, nec quantum soluere deberet, si eripuisset iam penitus acquisitum, aut debitum, sed quantum consideratis circumstantijs, iudicio boni viri videbitur, vt communis dicit in alijs casibus, saltem iuxta aequitatem, & consuetudinem in his semper seruari solitam. Ex hoc sequitur, quod quando beneficia, officia, & cathedræ dantur per oppositionē seu concursum digniori, extā te statuto quod necessariō debeāt conferri candidatis tempore præstituto concurrentibus, & competentibus, si satis sunt in id qualificati, & aliquis impediuit, ne darentur legitimis oppositoribus, seu concurrentibus candidatis, sed alijs, restituere tenetur. Quia illi iam ius quoddam perfectum acquisierant, ad petendum vt alicui ex ipsis darentur. Quemadmodum etiam, qui iniuste ab opere agricolam, à scribendo scribam, &c. impedit, tenetur restituere, quia impedit ab eo, quod ipsi iure conuenit, scilicet, laborare aut scribere, Nec obstat, quod Sotus vbi supra colum. pen. significare videtur, quia non loquitur de Scholasticis suffragantibus alijs quā cōdidatis, sed de suffragantibus minus dignis candidatorum, de quibus etiam nos in hoc loco antequam eum videremus, diximus eos ad restitutionem non teneri: quamuis peccent eodem modo quo collatores & electores beneficiorum, per suprascripta. Sequitur etiā, quod non tenebitur restituere, qui sine vi, mendatio, aut fraude, mihi prohibuit profectioem ad Episcopum, cui erat propositum, beneficium alicui digno

Non furtum facies.

169

digno conferendi, ne me cognosceret, qui si me cognouisset, mihi illud conuulisset, quia illud beneficium adhuc non erat meum, nec mihi debebatur, nec ab eo per modos iustitiæ contrarios prohibitus fui.

Quæ causa non restituentem a peccato excusant.

S V M M A R I V M.

Restitutione à debita excusant nouem. Primum, necessitas. Secundum, remissio, aut satisfactio partis, duobus concurrentibus, nu. 75. Tertium, procuratio beneficij, nu. 81. Quartū, ignorantia probabilis, & quæ sit illa, nu. 82. 83. & 84. Quintū, præscriptio, nu. 85. Sextū, cessio bonorum, nu. 86. Septimū, metus amissionis vitæ, aut salutis, nu. 87. Octauū metus amittendi libertatem, nu. 88. Nonū, metus amittendi famam, nu. 89.

Remissio debiti, qualis sufficiens, nu. 75. & quod non requirit solutionem paratam, nume. 76.

Debitor quando securus per condonationem, nu. 78. aut eius a petitione cessationem, nu. 79.

Ignorantia qualis à restitutione excusat, nu. 82. & 83.

Præscriptio quomodo à restitutione excusat, num. 85.

Andreas Alciatus ob miram eruditionem laudatus, num. 85.

Bona vitæ, salutis, libertatis, & famæ, æstimari non posse, nu. 87. & seq.

Bona trium ordinum, vitæ, famæ, & pecuniæ, nu. 87.

Liber homo an se vendere possit, nu. 88.

Fama cum vitæ, & libertate in quo conueniunt, & quod æstimari non potest, n. 89. & quod non rependitur, nisi &c. nu. 90.

Mulier proba pluris famam quā libertatem æstimat, nu. 90.

Metus amissionis famæ, an excuset a restitutione uxorem supponentem partum, aut ex adulterio parientem, nu. 90.

Vita non est amittenda propter famam Illustris familiæ, nu. 91.



PORRO multa a restituendi obligatione excusant. Primum, necessitas, de qua supra eod. nu. 60. Secundū, Remissio, condonatio, aut alia satisfactio qua creditor fiat contentus; quæ si est perpetua perpetuo excusat, & si temporalis, pro tempore quo durauerit c. Peccatū, adiuncta glo. recepta, verb. Restituatur, de Reg. iur. li. 6. & l. 1. ff. Qui satisd. cog. concurrentibus duobus, prius est, quod fiat per eum, qui donare potest, & liberam suorum bonorum administrationem habeat. arg. c. Veniens de Testi. adiunctis ijs, quæ supra eod. c. nu. 45. diximus. Posterius, quod scienter & sponte fiat, sine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua Ex quibus inferitur primò, qd nō prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit cōtensus parte de

Man. Nau.

Y

biti

biti, propter diffidentiam recuperandi debitum, natam ex eo, quod ei debitor minatur, quod si pro ceterum, quæ debet, nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil unquam habiturus sit, secundum Caiet. in d. ar. 8. & antea Sylu. verb. Restitutio, 7. q. 1. & 2. quia deest ei secunda conditio. Secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias causas, ut recte 76 Sylu. ubi supra insinuauit. Secundò, infertur non esse opus tertia conditio- ne, quam aliqui desiderant in dicta reg. Peccatum, lib. 6. scilicet, quod sit parata solutio, nec illa quam quidam theologi relati ab Anton. 2. par. tit. 2. c. 6. scilicet, quod pecunia ponatur realiter coram creditore, sed neque ut verbis offeratur, quod requirunt alij relati per Perusinum in dicta regula; Peccatū, & Anton. ubi supra. Quia satis est ut creditor scienter & sponte id faciat, ut sentit glo. in d. reg. Peccatum. imò ut bene insinuauit Caiet. 2. sec. q. 62. ar. 6. quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, ut remissio vel dilatio de- biti foret opus misericordiæ, consulendum illi est, ut antequam pecunia reali- ter vel verbaliter præsentetur, remissio petatur. Quia quemadmodum actus castitatis liberius in absentia foeminarum & obiectorum venereorum exercen- tur; & abstinentiæ, in absentia suauium epularū; sic etiam libertatis condonā- di, & remittendi debita, liberius in absentia solutionis, & ante oblatam, præsen- tatam, & receptam pecuniam, quam post exercentur. Tertiò, quod non est necesse, quod debitor habeat propositum debitum soluendi si ei non remitta- tur, ad hoc ut remissio & condonatio creditoris valeat, quamuis sic, ad hoc ut peccatum dimittatur. Quartò, quod debitor qui dicit creditori, se ad soluendum quantum sua facultas fert paratum esse, & simul rogat, ut erga se utatur misericordia & liberalitate, consequuta totius vel partis remissio- ne, fiet liber à peccato, & restituendi necessitate, si soluendi voluntatem habe- bat, esto quod non fieret remissio; si verò talem voluntatem non habebat, li- beratur quidem à restituendi necessitate, non autem à peccato, quod pecca- bat nolendo soluere, etiam non sequuta remissione: quod etiam insinuauit 78 Sylu. verb. Restitutio, 7. q. 2. Nam debitor, qui etiam post condonatum de- bitum, eo animo esset quod nollet soluere etiam si posset, licet non esset ei con- donatum, manifeste peccat voluntate inordinata interiori contra septimum præceptum, arg. c. Si res 14. q. 6. & c. Sape, de rest. spoliat. in quod utinam mul- ti qui compositiones quarunt non inciderent. Quintò, quod si aliqua persona proba tractat cum creditore, & dicit, ego curabo ut N. soluat tibi tan- tum, si tu liberali voluntate reliquum remisseris, idq; faciat sine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia nunquam debitum recuperandi, & debitor para- tus sit facere quicquid potest, si creditor illi remittit, immunis est a peccato & restituendi necessitate; Si autem non habet voluntatem soluendi quan- tum posset, manet quidem a restitutione immunis, sed non a peccato. Sextò, quod si persona internuntia dicit remissionem libere esse factam, & non ita res se habet, a restitutione debitor immunis non fit, imò si de eo dubitat, de veri- tate certior fieri debet, quanquam si internuntius est satis ad id fide dignus, eius dicto excusatur, quoad contrariū rescierit: Quod cū rescierit, soluere tenebi- tur,

cur, aut soluendi voluntate proposita remissionem petere, arg. c. Cum cessante de Appell. Septimò, quod non excusatur debitor a peccato, eo quod creditor non petat ab eo debitum, ob timorem etiam reuerentialem, aut ob ignoran- tiam debiti, si iudicio boni viri soluendo erat. Quia eo casu creditor scienter & sponte non remittit, aut dat dilationem; quamuis excusaretur, si creditor scit sibi deberi, & non petit sine aliquo metu, aut sine alio respectu, qui eum inuoluntarium faciat, quia probabiliter credere potest, sibi ab eo dilationem dari, ut vtiliter annotarunt Angel. verb. Mora §. 1. & Sylue. eò. verb. q. 1. Octa- 80 uò, quod d. qui aliquid debet in genere, puta hominem, bouem, aut equum, aut tot modios frumenti, aut amphoras vini, a solutione aut restitutione non ex- cufatur, quamuis species quas ad soluendum destinatas haberet, incendio, aut alio quouis casu fortuito perirent: imò neque si omnia eius bona disperirent, quia debitor in genere non liberatur speciei peremptione, l. Incendium, C. si certum petat. not. in l. Quod te mihi ff. de reb. Credit. quanquam debitor spe- cie, puta illius vel illius hominis, bouis, equi, vestis, &c. regulariter excusatur illius speciei peremptione, si absq; dolo, fraude & culpa, & ante moram perie- rit. Nec etiam post moram saltem in foro conscientiæ, si sciretur, quod perin- de peritura erat apud creditorem ac apud eum, l. si. §. si. ff. ad l. R. hod. de Iact. siue ex contractu siue ex delicto deberetur, l. Si ex legati causa ff. de verb. obli. cum ei adnot. Sylu. verb. Restitutio 7. §. 5. Secus tamen si constaret, aut dubi- taretur, quod antequam res periisset, dominus vendidisset, aut ea vltus fuisset, l. Cum res §. fin. ff. de legat. 1. & declarat Sylue. verb. Restitutio 7. q. 5. Ille au- tem dicitur esse in mora restituendi, qui tenetur ex delicto l. 1. ff. de Condit. furt. & etiam, qui ex contractu, & non restituit ad diem præfixum, vel non sta- tim atque scit, vel scire debet, rem esse alienam l. Quod te, & arg. c. fin. de præ- script. idque facit sine iusta causa eam retinendi. Nam si eam retineret ratio- ne aliquarum impensarum, quas bona fide circa eam fecisset, aut credendo iu- sto errore suam esse, non censeretur in mora l. Illud ff. de pet. hæred. & l. Is qui rem commodasset, ff. de furt.

Tertia causa principalis a restitutione excusans, secundum aliquos Iuris pe- 81 ritos, est dedisse, aut procurasse creditori aliquod beneficium ecclesiasticum; quod falsum est, quia per spirituale non potest solui temporale c. quam pio. 1. q. 2. ut probamus in c. Cum secundum, de præb. Et ideo neque a soluendo eo, quod propter obsequia debetur, id excusat. Quamuis si post datum aut pro- curatum beneficium gratis, creditor ille causa gratitudinis debitum remiserit, debitor a restitutione liber erit. Et idem per eandem rationem dicendum est de officijs, quæ sine symonia aut peccato emi & vendi non pos- sunt, quamuis non de alijs, quæ licitè venduntur, & emuntur; quia horum datio aut procuratio impensa debitoris facta, idonea solutio est, argu. cap. Totum 1. quæst. 3. Quaritur hic an sit locus prædictis in offi- cijs secularibus, quæ sine peccato vendi non possunt? Respon. non esse, quum titulus est validus, licet in eo peccetur, quales sunt, multæ ven- ditiones factæ a Regibus, vel alijs facultate ad id Regia munitis, Y 2 in qui-

in quibus faciendis, solet nonnunquam interuenire peccatum, saltem veniale. Esse verò, quando in eo non solum peccat, sed etiam titulus est nullus, eadem ratione.

- 82 Quarta causa principalis est probabilis ignorantia facti, qua credit id quod restituendum erat, suum esse; quia forte hæreditate obuenerat; aut illud non debere, quia erat debitum a patre contractum. Et etiam ignorantia iuris obscuri, præsertim quando viri scientia & conscientia præditi consulunt ei, quòd ad restituendum non tenetur, arg. gloss. singul. & receptæ in c. Cappellanus, de feriis. Secus tamen esset de eo, qui consulit eos, quos credit sibi placita respò
- 83 furos, & nisi hoc crederet, eos non consuleret: Et minus qui consulunt multos qui dicunt illi, ipsum ad restituendum teneri, & ab aliis consulendis non desistit, donec aliquem reperiat, qui ei respondeat, ipsum non teneri, & huic potius quàm reliquis fidem adhibet, iuxta Adrian. in 4. de Restitut. colum. 88.
- 84 Dixi supra, Ignorantia probabilis, quia non excusat crassa & supina, qualis est illa, qua quis emit a milite missale, aut calicem aut a famulo orbem aut salinum argenteum, aut ab aliquo iuvene panno sericum, aut alterius generis pannum, quem credere aut certe dubitare debebat habuisse illum per furtum, rapinam, aut bellum iniustum, non adhibita diligentia debita ad veritatem sciendam. Nec etiam excusat ignorantia iuris clari, qualis est ea, qua ignorat iniustum esse, rem furto ablatam emere, vt eam sibi retineat, arg. c. Apostolica, de Cler. excom. minist. & c. Ignorantia, de reg. iur. lib. 6. Sylu. ver. Restitutio 3. q. 7. Quamquam quia quisque sibi arctius est obligatus quàm alteri, potest illud tale venditori reddere, aut permutatori, & pretium recuperare, aut quod pro illo dedit deprecatus eum, qui male accepit, & male dederat, vt illud suo domino restituat, per dicta supra eod. ca. nu. 9.
- 85 Quinta causa est canonica præscriptio, aut vsucapio, qui est vnus modus acquirendi dominium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum eam, quæ competit ex eo, quod eam legitimo tempore modo ad id legitimo bona fide possederit, l. 1. ff. de vsucap. & toto titu. de præscript. l. 1. C. de vsucap. transfor. & gloss. 16. quæst. 3. in summa. Et vt nemini videamur per incuriam præscriptionem immobilium bonorum vsucapionem appellasse, monemus, quòd quamuis modus acquirendi rem mobilem per possessionem appelletur vsucapio, & modus acquirendi rem immobilem præscriptio iuxta vulgarem opinionem commentatorum vtriusque iuris: verius tamen videtur, quòd omnis talis modus appelletur vsucapio; & exceptio, quæ ex ea nascitur, præscriptio, vt colligitur ex multis legibus ff. de vsucap. & doctissimus, ac omni iuga disciplinarum omnium encyclopædia toti orbi vsque ad miraculum Illustris Andreas Alciatus, in l. Vt sunt, ff. de verb. sig. & alij recentiores in aliis locis monstrant.

Non sine causa diximus, quòd præscriptio canonica excusat, quia legalis iuris civilis, quæ sacris canonibus non cõsentit, non excusat; Et ideo nulla præscriptio quæ inchoata fuit, & continuata mala fide, seu a sciète re esse alienam, excusat,

excusat, nec etiam, quæ capta bona fide, si postea antequam finiretur, mala successit, c. Vigilanti c. fin. de præscript. c. Possessor de Reg. iur. lib. 6. Vnde nec leges particulares Regnorum, vel statuta ciuitatum, quibus statuitur, ne post aliquot annorum lapsum, debitum peti possit, debitorem scientem se debere & non soluentem in foro conscientia excusant, iuxta communem quam tenet Anchar. in ca. Peccatum de Reg. iur. li. 6.

Sexta causa, quæ excusat est cessio bonorum, qua debitor ea relinquit creditoribus ff. de cess. bonor. & C. De his qui bonis ced. quæ in foro exteriori excusat quoad debita ex contractibus orta, quatenus lex civilis statuit ne debitor cedens in plus teneatur quàm commode soluere possit, de iis quæ postea quaesierit: Quod ipsum est dicendum de debitis, quæ ex delicto nascuntur, quo ad interesse priuatum partis, non autem quo ad interesse publicum, nam quo ad illud, qui non habet in ære, debet luere corpore. l. 1. §. & generaliter ff. de pæn. & glo. c. Non satis 86. dist. & c. Si res, 14. q. 6. Dixi supra, In foro exteriori, Nam in foro conscientia non excusat, nisi quatenus necessitas eum sine cessione excusaret; de qua supra eod. cap. nu. 60. cum seq. diximus. Hoc est, ita quod ei suæ artis instrumenta, & ad victum necessaria iudicio boni viri dumtaxat relinquuntur.

Septima causa est impotentia restituendi sine vitæ & salutis periculo, per resolutionem Innoc. iij. in ca. Officij de pæn. & remiss. cum declaratione quâ super illam Inno. 4. communiter receptus fecit. Cuius ratio videtur esse, quod vita & salus sunt bona altioris ordinis, quàm bona fortunæ, & pecunia æstimari non possunt, arg. l. In feruorum §. fin. ff. de pæn. Et ideo restitutio, quæ est actus iustitiæ commutatiuæ, vt dictum est supra eodem ca. num. 6. quæ ad æqualitatem partes reducit, non obligat ad danda bona altioris ordinis, & in æstimabilia pro bonis fortunæ quæ inferioris sunt ordinis. Qui autem bona proximo debita cum periculo vitæ & salutis restitueret, nõ male faceret, si magna essent, quin laudem promereretur, ob rationes & auctoritates quibus pulchre D. Sotus, lib. 5. quæst. 1. ar. 6. de iust. & iur. probat licitum esse vitam cordate & prudenter pro defensione sui amici & proximi, & etiam suæ rei familiaris, & pro quolibet actu virtutis effundere. Vnde inferimus veram rationem huius septimæ causæ & excusationis non esse, quòd homo suæ vitæ & salutis dominus non sit l. Liber homo, ff. ad l. Aquil. & cap. contingit 2. de sent. excommun. cum saltem eius custos sit, cum potestate ponendi eam pro Deo, Pro Republica, pro amico, pro suis bonis, & etiam pro quolibet actu virtutis.

Octaua causa est impotentia restituendi sine amissione libertatis, & sui ipsius venditione, Quia quamuis lex vetus Exod. 22. statueret, vt qui furto sublatum reddere non possit, venderetur, & etiam vt debitor seipsum aut suos filios pro debito ciuili traderet, Leuir. 25. & 4. Reg. 4. & quamuis idem nunc sanciri possit, nunquam tamen in Republica Romana, postquam Christiana effecta est, decretum fuit, vt aliquis pro debito ciuili seruus efficeretur, imò in l. Ob as alienum, & Auth. sed hodie. C. de actio. & oblig. & in cap. 2.

& ibi gloss. de pig. sancitum est, ne quisquam ad id compellatur. Ratio huius octauæ causæ videtur esse eadem, quæ septimæ, videlicet, quòd libertas sit altioris ordinis bonum quàm bona fortunæ, & sua natura inæstimabile, sicut vita, & salus, l. Libertas, ff. de Reg. iur. & ideo non est danda pro bonis fortunæ, quæ sunt inferioris ordinis, & sua natura æstimabilia. Quamquam non male faceret, qui pro facienda restitutione, se quasi seruum creditori traderet, aut se alteri venderet; nulla enim lex diuina vetus vel noua id vetat, imò neq; vlla Romana, imò statuit ne quis ad id compellatur, & quanuis l. Et liberi hominis, cum sequent. ff. de contra. empt. probet emptionem liberi hominis scienter factam non valere, non tamen probat vendentem se ob grandem necessitatem peccare, & l. 2. C. de Patr. qui fil. distr. habet, posse patrem vendere filiū etiam inuitum propter necessitatem, & hodie passim Christiani in Aethiopia multos emunt, qui se ipsos vendunt, aut se vendi consentiunt. Quod licitum permissumq; esse etiam prædictus Dom. Sotus lib. 4. quæst. 2. art. 2. de Iust. & iure. scripsit. Vnde sequitur, quòd ratio huius octauæ causæ excusandi, non est quòd homo liber suæ libertatis dominus nequaquam sit, sed prædicta.

89 Nona causa est impotentia restituendi bona sine famæ amissione, secundū doctissimum Cardinalem Caietanum lib. 17. respon. 14. respon. & 2. sec. quæstio. 62. art. 2. dicentem, quòd quemadmodum bona vitæ & salutis sunt altioris ordinis, quàm famæ, sic bona famæ altioris ordinis sunt, quàm pecuniaria, & quòd nemo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur, cum iactura bonorum altioris.

Contra tamen hoc tenet Maior. in 4. dist. 15. quæst. 17. & Adrian. in 4. de restitut. et postea prædictus Sotus resolutionem prædictam Caietani refutat, lib. 4. quæst. 6. art. 3. de Iust. & iure, & q. 7. art. 2. sentit non esse horum ordinum rationem habendam, sed potius æstimationem famæ cum æstimatione debiti esse conferendam, et quòd æstimatio famæ tantum posset æstimationem debiti superare, quòd non teneatur restituere: & e contrario si debitum superaret æstimationem famæ, teneretur restituere cum illius iactura. Mouetur ad id primo, quòd doctrina Caietani videtur ei magis metaphysicæ quàm philosophiæ morali niti. Secundò, quamuis fama ex se maioris sit æstimationis quàm aliqua res pecuniaria, magna tamen pecuniaria, pluris quàm exigua fama æstimatur: sicut quamuis pretiosius ex se sit aurum, quàm plumbum, c. Duo sunt 96. dist. tamen plumbum viginti pondo pluris æstimatur quam vnum granum auri. Tertiò, quòd qui lætæ Maiestatis diuinæ vel humanæ Illustrem aliquā familiam infamauit, restituere suo iudicio teneretur ei famam, etiam si ipsi ob id mors subeunda foret. His tamen non obstantibus Caietano eruditissimo hærendum censeo; Primò, quia eius doctrina non tam metaphysicè nititur, quàm philosophiæ morali, quæ neminem compellit ad dandam suam vitam pro debito ciuili, & nõ alia ratione quàm quia hæc est altioris ordinis debitum, vt dictū est. Quæ eadē ratio militat in fama respectu boni pecuniarij. Siquidem etiam fama sua natura bonum est inæstimabile, sicut salus & vita, & superat bonum pecuniarium, iuxta illud Eccl. 41. Curam habe de bono nomine,

mine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni, & Prouer. 22. Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ, & Arist. 4. Ethic. ait. Honorem esse maximum bonorum exteriorum; quem probat Thom. 2. sec. quæst. 129. ar. 1. Cui & alter Thom. ibi consentit, & in qu. 131. ar. 1. ad secundum, & q. 103. art. 2. ad primum, & gloss. cap. Suam, de pœnis, & in Extrauag. Ad conditorem, 10. 22. §. Rursus, verb. Honori, de verb. signif. Nec obstat quòd, quando fama restitui non potest, aliqua pecunia est compensanda. Tum quia id non fit, eo quòd fama suapte natura æstimabilis sit, sed quia alia compensatio fieri nequit. Tum quia etiam pro vita & salute idem fieri iubetur, in l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de his qui dete. vel effud. & l. Ex hac ff. Si quadru. paup. quæ tamen ob hoc non dicuntur æstimabilia. Tum quia id non datur pro pretio famæ, quæ nullum habet, sed pro compensatione dāni, quod ob eius iacturam obuenerit, sicut etiam mutilato aliquo membro, datur aliquid, non pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet, sed pro dāno quod ex eius defectu euenit, per leges prædictas & ea quæ supra cap. 15. nu. 19. citata fuerunt, quorum consideratio ad hæc maxime facit. Quartò, quòd S. Doctor. 2. sec. quæst. 62. art. 2. ad primum, & secundum, eodem modo loquitur de restitutione famæ, quo de restitutione vitæ, aut membri, quæ restitui nequeunt, nam in vtroque dicit par rependi non posse, & in vtroque dicit compensandum esse: & in respon. ad secundum vbi de compensatione famæ loquitur, se remittit ad prædictum vers. ad primum, vbi loquitur de compensatione vitæ, aut membri abscissi, dicens in famæ restitutione idem esse faciendum, quod de vita ablata, & membro abscisso dixerat, per quod aperte significat famam æstimari non posse; Et quòd id quod pro ea rependitur, non datur magis pro solutione, quàm quod redditur pro vita erepta, aut membro abscisso, Et quòd altioris ordinis sunt bona famæ, quàm pecuniaria, & quòd non potest conferri pretium boni pecuniarij cum pretio famæ, quod nullum est, sed cum damno ex eius iactura sequuto. Quintò, quòd libertas, fama, & honor, eiusdem ordinis esse videntur, & vt dictum est, nemo pro solutione debiti se vendere tenetur, ergo nec pari ratione se infamare, argum. l. Illud ad l. Aquil. Sextò, quòd mulier quæ pro honesta habetur, potius seruitutem cum bona fama, quàm libertatem cum infamia eligere debet, arg. l. Isti quidem §. fin. ff. Quod met. caus. At pro restituendis bonis se in seruitutē tradere non tenetur, ergo minus tenebitur, quando ob id pro inhonesta haberetur. Septimò, quòd restitutio vt dictum est supra eod. cap. nu. 6. est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem inter accipientem, & eum a quo accipitur constituit, & restituere debitum cum iactura famæ, esset reddere debitum & perdere famam pro solo debito, quæ magna inæqualitas foret. Octauò, quòd Innoc. iij. in c. Officij de pœnit. & remiss. aperte dicit quòd metus indicandi suum adulterium marito, vxorem a restituenda hæreditate excusat, non distinguendo inter hæreditatem magnam vel paruam, & inter famam Magnatum & infimatum. Nec vnquam S. Thom. neque aliquis alius classicus author istas distinctiones parum iudicio nostro fundatas induxit, ergo neque nos eas

faciamus arg. l. De pretio ff. de publ. in rem act. c. Solitæ, de Maiorit. & obed. Nonò, quòd non potest dici, quòd Innoc. iij. in d. c. Officij non sensit aperte, quòd metus amittendi bona altioris ordinis excusat a restitutione bonorum inferioris ordinis, quia clare dicit, quòd metus mali maioris consequendi ex indicatione adulterij marito facta excusat vxorem a restitutione hæreditatis, quam spurius pro legitimo habitus obtinebit, & cum textus de metu generaliter loquatur, de quolibet iusto intelligendus est, quumq; metus infamiæ talis sit, d. l. Isti quidem, cum gloss. etiam de infamiæ metu intelligitur. Decimò, quòd durum & nouum videtur id quòd prædictus Sotus sine aliquo authore asserit, scilicet, eum qui Illustrem aliquam familiam infamauit, ad restitutionem famæ cum iactura vitæ teneri. Vndecimò, quòd similitudo auri & plumbi non concludit, quia vtrumq; sua natura pecunia est æstimabile, & ideo maior quantitas vnius potest pretio superare minorè alterius: Sed fama non est res pecunia æstimabilis, sicut nec etiam vita, salus & libertas. Duodecimò, quod rarissime continget casus, in quo bona cito aut tarde restitui non possint, sine iactura famæ, faciliore ratione, quàm in casu prædicti c. Officij, in quo mulier supposuit sibi partum, aut ex adulterio occulto filium suscepit; in quo tamen habetur, quòd non tenetur id reuelare marito, si timeret eum, cum tamen sine metu amissionis vitæ se in monasterium tutum recipiens reuelare posset, quòd quidem ecclesia eam suo marito restitui absq; idonea cautione, non permitteret, arg. c. litteras, sub fin. de Restit. spoliat. & c. Inter alia, de Immunit. eccles. Deniq; facit, quòd si contraria opinio vera esset, sequeretur nullum inter restitutionem debiti famæ & pecuniæ discrimen fore, cum iuxta illam in vtraque magnum damnum eius qui restituere tenetur excuset, & in nulla paruum, & in vtraq; pretium pecuniarium magnum vel paruum reperitur. Sequeretur èt, quòd semper fama per æquiualens restitui posset, contra sententiam S. Th. 2. sec. q. 2. ar. 2. ad 2. communiter receptū. Concludimus ergo quòd restitutio debiti bonorum omni via possibili procuranda est, sed si non inueniatur ad id idonea, sine amissione vitæ, aut libertatis, aut famæ, nõ est necessariò facièda. Moderamur tamen opinionem prædicti Caiet. vt solùm procedat in fama bonitatis virtutem theologam & moralem consequente, & nõ in fama ex alijs rebus præclaris parata, qualis est fama ingenij, scientiæ, iuriũ, solertiæ, artiũ, diuitiarum, & aliarum rerum similia, In qua opinioni contrariæ sit locus; Quia fama harum nõ videtur inæstimabilis, vt est fama bonitatis; iuxta ex Eccles. & Prouer. supra citata; Quas duas species famæ & infamiæ esse, & in vtriusque locum esse detractioni, probabimus infra ca. 18. num. 20.

De restitutione incertorum bonorum.

S V M M A R I V M.

Bona incerta quæ? nu. 92. & an possint pauperi eà habenti applicari, nu. 93.

Restitutio

Restitutio bonorum incertorum vt reseruata episcopo, nu. 92.

Restitutio bonorum incertorum cui & a quo facièda, nu. 92. & 93.

Episcopi absolutionem eius, qui bona incerta habet, vt reseruare possunt, nu. 92.

Compositio de incertis, qua iusta, nu. 93.

BONA incerta sunt bona debita alicui homini, qui, vel quorum⁹² quantitas ignoratur, etiam post inquisitionem debitam, iuxta cõmunem sententiam, in c. Cum sit, de Iudæis, quam ibi explicauimus. Dixi, *Bona*, pro genere. Dixi, *Alicui debita*, ad excludendum ea, quæ in nullius bonis sunt, & habita pro derelictis, quæ occupantis sunt, l. 1. ff. de acquir. rerũ domin. & §. Nullius Inst. de rerũ diuis. Dixi, *Homini*, ad excludenda sacra & religiosa, quæ licet nullius in bonis hominis sint, sunt tamè Dei, non solùm illo titulo generali quo omnia sunt eius, psal. 13. & c. Quo iure 8. dist. sed etiam alio speciali humano iuxta gloss. in dicta l. 1. & dicto §. Nullius, Dixi, *Qui ignoratur*, ad differentiam aliorum, quorum domini sciuntur, vel iusta inquisitione sciri possunt. Dixi, *Vel quantitas ignoratur*, ad significandum dupliciter aliqua dici incerta. Quamuis gloss. c. 2. de Pœnit. & remiss. lib. 6. sola illa, quorum quantitas ignoratur appellet incerta. Dixi, *Etiam post inquisitionem debitam*, quia ante illam non contingit iusta ignorantia c. Innotuit, iuncta glo. de Elect. si per eam saltem hæredes cognosci possent, iuxta Tho. recept. 2. sec. q. 62. ar. 5. Quorum restitutio pauperibus est facièda, c. Cũ tu, de Vfur. Et secũdũ multos, Episcopis est reseruata, & per eos tantũ facièda, secundum Host. in d. c. Cum tu, & in summa de pœn. §. fin. sed communis cõtra, cuius veritatem copiose in Comment. d. c. Cum sit, probauimus; vbi conclusimus eum, qui restitutioni est obligatus, per se ipsum sine Episcopo & etiam sine confessario, restituere posse. Imò quòd Episcopus contrarium iubere non potest, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris se interponere, Secundum Angel. verb. Restitutio 2. §. 14. Rosell. eod. verbo. §. 2. Pisan. Restitutio 6. Gabriel in 4. dist. 15. q. 2. col. 18. & Io. de Lign. & Cald. in d. c. Cum sit, de Iudæ. & alios quos refert Syluest. verb. Restitutio 8. q. 5. Quod adeo quidem verum videtur, quòd consuetudo contraria non valeret, siue quia contra legem naturalem esset, siue quia irrationabilis, eo quòd episcopis communiter non magnæ curæ sunt pauperes, iuxta Syluest. vbi supra. Quanquam consuetudo episcoporum, qui sibi ipsis restitutionem horum bonorum reseruant, de qua glossa. cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. mentionem fecit, defendi posset intelligendo de absolutione peccati commissi ob illorum non restitutionem, & de restitutione, & ordine confessariorum, hoc est prohibere confessariis, ne absque consilio episcopi absoluant, aut distribuunt, sed non prohibere parti, vt si per se velit, non restituat, nec suam conscientiam prout debet exoneret. Et hac noua distinctione aduersæ opiniones omnes inter se conciliari, possunt simul constitutiones synodales multorum episcopatum defendi. Dixi supra, *Regulariter*, Quia episcopus interponere se potest quatuor casibus. Primus, cum restitutioni obligatus moritur absque hærede

Cap. Decimumseptimum de septimo præcep. Decal.

hærede & exequutore. Secundus, Cum qui restituere tenetur non vult id facere, & contra illum in iudicio proceditur. Tertius, Cum qui restituere debet, non recte distribuit. Quartus, Cum huiusmodi res ab eo, qui est aut fuit manifestus vsurarius, possidentur, secundum communem vbi supra.

93 Addimus tamen, quod propter omnes rationes, ob quas confessarius debitorem rerum certarum non statim restituentem aut ad certum tempus absoluere potest, a fortiori debitorem incertarum poterit. Et quod si restitutioni obnoxius, est pauper, potest sibi totum aut aliquam partem capere, maxime de consilio episcopi, aut confessarij, tanquam vnus ex pauperibus, per ea quæ infra eod. cap. num. 181. dicemus. Neque est necesse iniungere ei onus orandi vel alia pia faciendi pro animabus eorum quibus restitutio debebatur, quæ necesse non esset alijs pauperibus iniungere, vt late diximus in Apolog. libel. de Redit. Eccles. Mon. 34. q. 1. Quia non est textus nec ratio, quæ id prober, quamuis ad ea quibus alij obligarentur teneretur, arg. l. Illud, ad l. Aquil. & c. Inter cæteras, de rescript.

Addimus etiam quod licet pientius esset, pauperiores eligere, & ex his cæteris paribus meliores, c. est probanda & c. Non satis 86. dist. non tamen est necesse, quia nulla lege aut ratione id conuincitur, vt in eadem Apolog. q. 1. Mon. 77. nu. 2. concludimus. Per pauperes vero intelligimus non solum personas pauperes, sed etiam Ecclesias, Xenodochia, & monasteria, ornamentis, luminaribus, ædificiis, & alijs similibus indigentia, secundum Io. And. communiter receptum. in cap. 1. de Testam. lib. 6. aut alia opera pia: Quia redditus ecclesiastici, æque aut magis quàm hæc incerta pauperibus debentur, c. Aurũ 12. q. 2. & c. fin. 16. q. 1. Et certum est illos in alia opera pia infumi posse, quod latius probamus. in d. Apolog. q. 1. Monit. 28. num. 1. quicquid dicat Petrus Perusinus in tract. de cano. port. Episcop. c. 7. Cuius opinioni in legatis pauperibus factis, locus esse posset. Imò & pauperes intelliguntur non solum medicantes, sed etiam alij egentes ijs, quæ sunt eis ad decentiam necessaria, vt diximus in d. Apolog. q. 1. mon. 77. num. 4. Et subtiliter Caieta. 2. sec. q. 100. art. 1. ad 7. Per quæ resolutio affirmatiue illud nouè quæsitum, An iuste retineat quis illud, quod per compositionem factam cum Camera Apostolica super incertis retinet? modo vere sint incerta, iuxta definitionem datam supra eod. num. 92. & modo compositio non sit indiscreta, vt quia 20. millia pro 3. vel 4. millibus remittuntur: vt dicit Caiet. ibidem, quia Papa habet administrationem generalem omnium quæ debentur pauperibus, per ea quæ tradimus in Comment. C. Non liceat Papæ, 12. q. 2. §. 9. num. 2. Et ita potest iuxta de causa applicare in alia pia arg. Clemen. Quia contingit, de relig. dom. & condonare aliqua iuxta de causa, qualis est recuperandi pro illis quod alias non recuperatur, vel tarde. Aduertant tamen procurantes huiusmodi compositiones quod sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si quum possint, non restituant ea pauperibus. Imò & post compositionem, si est eis animus non restituendi sibi condonata, etiam si non fuissent condonata, sicut fur cui remissum est furtũ, peccaret, si esset aĩo nõ restituẽdi illud, et si nõ esset remissum, ar. dictorũ j.

De

Non furtum facies.

172

De fructibus beneficiorum male impensis.

S V M M A R I V M.

Beneficiarij impensæ quæ probandæ, nu. 94.
Impensa omnis inordinata peccatum, sed aliter clerici, aliter laici, nu. 94.
Beneficiarij regularis impensa, vt faciendæ, nu. 94.



COMMVNIS & vera opinio habet; Beneficiarios impendentes fructus suorum beneficiorum in prauos, vanos, vel profanos vsus, & ab eisdem accipientes, non solum peccare, sed etiam ad restituendum teneri, vt late probamus, declaramus, & limitamus in Comm. c. fin. 16. q. 1. & latius in eius Apolog. q. 1. 2. & 3. Summam quorum huc spectantium in Monito vltimo dictæ q. 3. quamplurima continentem pro paucis, quæ hoc in loco in vulgari posueramus, in gratiam confessariorum de verbo ad verbum reponimus. Nempe quod admonendi sunt confessarij, & consultores beneficiorum, ne facile peccati mortalis & restitutionis dampnent, vel absoluant beneficium contentem malam bonorum suorum impensam, imò mature considerent. Primum, omnem impensam quorumcunque bonorum, a quibuscunque quocunque modo factam, si est inordinata hoc est contra rectam rationem naturalem, diuinam vel humanam, omnem item retentionem inordinatam esse peccatum saltem veniale, quia illa est prodigalitas, hæc auaritia, hæc est contra virtutem liberalitatis per defectum, illa contra eandem per excessum, & ita vtraque mala, & peccatum saltem veniale; Quod probat Tho. 2. sec. q. 118. art. 1. & 119. ar. 2. Inter impensam autem prodigam, & retentionem auaram beneficiorum, de redditibus ecclesiasticis ex vna parte, & similem de redditibus laicis ex altera, hoc distare, quod hæc regulariter est venialis, illa vero mortifera, vt diximus in Apolo. prædicta q. 1. monito 39. post Thom. in d. q. 119. ar. 2. Deinde animaduertant, An sit regularis, vel secularis; Et si est regularis, eadem censura censeant, impensam factam ex alijs bonis, quoquo modo quæsitis, ante vel post professionem, ac de redditibus ecclesiasticis, quia illa omnia sunt ecclesiastica, eo quod quicquid habebat ante professionem, sit per eam monasterij vel ordinis. Auth. Ingressi, C. de sacros. Ecclesi. c. In præsentia, de probat. & quicquid post eam quærit, acquirat eidem, c. Cum olim 2. de priuil. & dictum est in d. Apolog. q. 1. Monito x. & tribus sequentibus & 56. & 62. & modum restituendi male impensa pono ibidem q. 2. Monito 20. Si autem est secularis, consideret cuius speciei sint bona illa, quæ impendit, & non censeat eum mortaliter peccare magis quàm laicum, si bona illa erant patrimonialia, per posita in Monit. 22. Quorum de numero sunt etiam ea, quæ ratione dignitatis clericalis, missando, prædicando, confessiones audiendo, & alia sacra ministrando, quæsierit, vt ibidem, et in monito. 72 probatur. Idem si erant ecclesiastica, sed reliquata ex illa

Cap. Decimum septimum de septimo præcep. Decal.

illa eorum parte quæ illi ad decentem vitam erat conueniens, per Mon. 30. & duo sequentia q. 1. & Mon. 77. eadem q. etiam si auare fuerint reliquata, siue residua facta, prædicto Monito 30. & seq. Idem si ea beneficiarius ipse sit cõ meritus ex obsequiis Ecclesiæ præstitis ultra ea, quæ tenebatur præstare inferuendo mediocriter suo beneficio, per posita in q. 1. monit. 78. vel si tantundem dederit Ecclesiæ suæ vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, quantum de redditibus ecclesiasticis impenderit, Monit. 77. Ita quod tantundem potest pro patrimonialibus habere de redditibus beneficij, quantum in eleemosynas & alia opera pia impenderit, postquam beneficium fuit adeptus, per idem monitum, quod est maxime notandum: Iudicet etiã bene impensum, quod datum fuit pauperibus quibuscunque etiam alienigenis & locis pijs extra suam parochiam, vel Episcopatum sitis, per dictum Monit. 77. etiam si non fuerint data in necessitatem naturæ, sed tantum decentiæ personæ, per Monit. 77. Idem faciat si fuerit impensum in decentiam, aut utilitatem Ecclesiæ immediatam, vel mediatam, hospitio suscipiendo Regē, proceres, & iudices eius, literatos item, & alios amicos, & etiam aliquando inimicos, ut loco & tempore opportunis prosint, vel non noceant Ecclesiæ, vel iuribus eius, vel litigando pro iuribus Ecclesiæ, vel pro sua electione vel prouisione, per Mon. 77. & Mon. 78. q. 1. Idem si fuerit impensum in remunerationem obsequiorum a cognatis, amicis, vel famulis ei præstitorum, per Monit. 81. ead. q. Idem iudicet de vere irreuocabiliterque donatis ad quæuis opera pia, etiam in art. mortis, per d. Monit. 81. & seq. d. q. 1. Idem etiam de illo suo perfuio beneficiarij, quod seruat in pia opera etiam futura, modo probabiliter sperentur, per monit. 77. Nec putet male impensum, eo quod beneficiarius male uiuat, & ob id perdat fructus, modo aliàs canonicè possideat, per monit. 79. Idem itē iudicet, de quæsitis per distributiones quotidianas, quod de alijs redditibus, per monit. 79. & de quæsitis per pensiones, per monit. 80. Pro male vero impenso iudicet retentionem superfluatorum sine iusta causa, et sine proposito impendendi pijs operibus, saltem futuris probabiliter speratis, per mon. 75. Beneficiarium autem, qui fuerit confessus se impendisse notabilem quantitatem de redditibus ecclesiasticis malè, vanè, aut profanè extra casus et modos sub prædictis comprehensos, peccasse mortaliter, tenerique ad restituendum, qua parte poterit illam, pijs operibus: Iudicet item diuitem, qui gratuito contractu recipit a beneficiario aliqua, sciens non esse patrimonialia, vel quasi patrimonialia, neque ob causas prædictas largita, peccare mortaliter, tenerique ad procurandum, quod donans restituar, et restituere, si ille id non fecerit, iuxta monit. 81. quæstio. 1. De restitutione autem lucri, quod in ludis fit, dicitur in cap. 19. et de restitutione famæ. in cap. 18.

Qui

Non furtum facies.

175

Qui peccant mortiferè contra septimum præceptum.

S V M M A R I V M.

Preceptum contra septimum peccat mortaliter, qui accipit alienum. *Qui suum, credens alienum, Qui suum, ad quod alius ius habet, n. 94. Qui vi, nu. 95. Qui rem sacram, Qui ut faceret, quod debebat, aut quod non debebat. nu. 95. Qui emit pro altero, & dicit pluris constare, Qui res communes male distribuit, Qui beneficium, aut officium indigno confert, num. 96. Qui impedit aliquem ab aliquo bono, Qui est causa pœne iniusta, nu. 97. Qui capit res naufragio amissas, num. 98. Et an ignorantia excuset nu. 99. Qui incendit, num. 100. Qui laxat coniectum in carcerem ob debita, num. 101. Qui opem fert fugienti. Qui captiuus fugit, num. 103. & etiam Christianus, num. 104. Qui recipit ab eo, qui dare non potest, num. 105. Qui recipit ex contractu rem alienã, n. 106. Qui se deuotum, aut pauperem simulat, Qui mercenario non statim soluit, aut in quo debet, num. 107. Aut famulo, Et quid si dominus est officialis mechanicus aut scholasticus, nu. 108. & 109. vel Magnas, num. 110. & 111. Qui occulte sua debita recuperat, num. 112. sine his conditionibus, a num. 113. usque ad 117. Qui non soluit legata pia, num. 117. Qui præ necessitate accipit, nu. 118. Quid si extrema erat, nu. 119. Qui custos ferarum, pascuorum &c. fideliter non custodit, num. 123. & 124. Qui prohibet male tractari feras, num. 125. Qui habet columbarium, num. 126. & 127. Qui includit animalia aliena in usum suum, num. 128. & 129.*

Sacrilegus quis, & an sit excommunicatus, nu. 95. Distributor communium rerum, male distribuens, nu. 65. & 96. Beneficium, aut officium conferens indigno nu. 96. Naufragio res perditas capiens nu. 98. Incendiarinus occultus excommunicatus an tenetur se reuelare nu. 100. Carcere inclusum, qui soluit, aut adiuuat, num. 101. 102. & 103. Captiuus fugiens, num. 103. Pauperem se simulans nu. 107. Donare qui non possunt, num. 105. & 106. Mercenario & famulo male soluens, num. 103. usque ad nu. 112. Excommunicatio non obligat eum qui clam sua recuperat nu. 114. Debitum tantum legale recuperationem occultam iustificat, nu. 114. Legatum pium male solutum, nu. 117. Necessitas extrema excusat a peccato, sed non à restitutione, nu. 118. & 119. Venatus & piscatus prohibitus & an restitutio excuset, nu. 120. & 125. Restituere qui domini iubent inutiliter, nu. 121. Custos pascui Venatus & piscatus &c. nu. 122. 123. & 124. Columbarium quod licitum, nu. 126. & 127.

Animalia

Cap. Decimum septimum de septimo præcep. Decal.

Animalia aliena, qui ferit, occidit, vel includit, nu. 120. & 128.

Apes & examina earum capiens, nu. 128.

94 **P**ECCAT primò contra septimum præceptum, qui rem alienam notabilem furatur, vel vult furari, vt supra nu. 1.

Secundò, qui rem suam propriam, credens esse alienam, accipit quamuis quo ad forum exterius pœnam non incurrit, si per id ne mini nocet, arg. l. Inter §. penul. ff. de furt. nec quo ad forum interius ad restitutionem obligatur, vt ibi. nu. 2.

Tertiò, qui rem suam, in quam aliquod ius alius habebat, contra eius volũtatem contrectat, vt pignus traditum, aut equum locatum vel commodatum sup. nume. 26.

95 **Q**uartò, qui vi accipit aut vult accipere aliquid, quod peius est quàm furari, est enim rapina. cap. Pœnale 14. quæst. 5. & est alterius speciei secundum Thom. 2. sec. quæst. 66. ar. 9. ideoque habet circumstantiam necessariò confitentiam, per prædicta supra cap. 6. nume. 3. & non solùm de accepto, sed etiam de honore, quem per iniustam vim abstulit, satisfacere tenetur, vt alij, qui sine rei ablatione iniuriam faciunt, iuxta sententiam eiusdem Thom. vbi sup. & aliorum.

Quintò, qui rem sacram ex loco sacro, aut non sacro aut rem non sacrã ex loco sacro furatus est. Quin & plus peccat, quàm fur simplex, & alterius speciei peccatum, nempe sacrilegium admittit cap. Quisquis, 17. q. 4. Et si id commisit effringendo fores, fenestras, seras, tectum, aut parietem Ecclesiæ, est excommunicatus ipso iure. ca. Conquesti, de sent. excommunicat. de quo infra cap. 27. num. 97. quamuis non ob solam effractionem, quam furtum nõ sequitur, nec ob solum furtum sine effractione, licet vtrumque sit peccatum graue, & propter iniuriam quæ per vtrumque infertur Ecclesiæ, puniri debeat, vt post Panorm. Fely. & communem, in d. c. Conquesti, diximus; cui consequens est id quod Maior in 4. di. 15. dixit, scilicet, Quòd qui effracto sacrario sanctissimum Eucharistiæ sacramentum furaretur, excommunicatus esset. Locus autem sacer quo ad hoc dicitur quælibet Ecclesia, Xenodochium, basilica, eremitorium, auctoritate Papæ, aut Episcopi ædificata, ca. Constitutus, de relig. domib. aut Cœmeterium per illos sacratum, cap. 1. de Consecr. Ecclesi. libr. 6.

Sextò, qui recipit aliquid notabile vt faceret, quod facere tenebatur, vt iudex, pro ferenda iusta sententia, aut testis pro dicenda veritate, aut accusator pro accusatione iusta, ad quam tenetur, aut vt desistat ab ea iniuste. c. Non sane 14. q. 5. ca. Militare, 23. quæst. 1. l. 1. & 2. ff. de Condict. ob turp. caus. & obligatur restituere quod accepit, ei qui dedit, vt dictum est supra eod. cap. nu. 37. Et quamuis grauius peccet, qui capit, vt faciat quod facere nõ debet, aut ommittat quod facere debet, non tamen tenetur ex præcepto restituere, quod accepit, quamuis ad damnum quod fecit tenetur, per dicta supra eod. cap. nume. 33.

Septimò,

Non furtum facies.

176

Septimò, qui alterius iussu aliquid emit, & dixit plurius emisse, quo sibi illud plus retineret, iuxta S. Anton. nisi pro impensis necessarijs acceperit, aut venditor donauit ipsi, & non pro quo emit, Argume. cap. Requisti de Testamen.

Octauò, qui distributor onerum & commodorum alicuius communitatis vel alius, non distribuit iustè, alijs plus oneris quàm debet imponendo, & alijs minus commodi quàm par est tribuendo, secundum Anton. & omnes; quamuis nec odio, nec alio malo animo id faciat, nisi ignorantia probabilis iuris, aut facti eum excuset: quia iustitiam distributiuam violat, & restituere tenetur grauato id in quo grauauit, secundum omnes, præsertim Caieta. 2. sec. quæst. 62. ar. 2.

Nonò, qui prælatus, aut dominus, cui est ius conferendi beneficium ecclesiasticum, aut officium publicum, confert illud indigno secundum omnes, vt in c. Graue, de præb. diximus, & restituere tenetur etiam si sit Papa, secundum omnes, non quidem digno, vel digniori, vt aliqui dicunt, sed Reip. vel Ecclesiæ cui damnum intulit, per supra dicta eod. nu. 7 2.

Decimò, qui impediuit aliquem etiam sine malo animo, a consequutione alicuius boni, officij, aut beneficij, in quo erat ei quæsitum ius in re, vel ad rem, vel malo animo a consecutione alius, in quo nondum erat tale ius quæsitum; sed in priore illo casu non tenetur ad restitutionem, in hoc vero non, nisi vi, metu, dolo, mendacio, aut minis id faceret, per dicta supra eod. cap. nume. 17.

Vndecimò, qui est causa, vt alius iniuste aliqua multa vel pœna mulctetur, aut ne suum ius consequatur, cum restituendi obligatione, iuxta omnes, arg. c. fin. de Iniur. & l. Qui occidit, ff. ad l. Aquil.

Duodecimò, qui sibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum, nec infidelium, siue ex nauis, siue ex mari, siue ex littore accipiat, cum restituendi obligatione, cap. Excommunicationi, de raptorib. l. Si quis, ff. de incend. ruin. & naufrag. & l. Deprecatio, ff. ad l. Rhod. quamuis ea perirent nisi ille acciperet, qualia sunt farina, faccarum, papyrus, cum ex charitate opem suis proximis ferre teneatur, d. c. Excommunicationi, & si fuerit in mora restituendi, etiam ante monitionem ipso facto est excõmunicatus quo ad Deum, licet quo ad ecclesiam debeat præcedere monitio, vt ibi declarat Panorm. Quod locum habet, nisi periculo mortis etiam non adeo probabili se obiiciat, quo ea seruaret, quia tunc sibi retinere posset, eo quod ad opem ferendam cum tali periculo non teneatur. Quamuis etiam tunc si dominus iuste sperat se recuperaturum suum per aliud medium, scilicet, quia mare ad littus eijceret, aut inueniret alios, qui mercede illud periculum subirent, restituere tenetur soluta sui laboris mercede iudicio boni viri, iuxta S. Anton. 2. part. tit. 1. ca. 15. §. 2. Angel. verb. Naufragium, §. 3. & Sylu. eod. ver. q. 2. Quamquã simplex qui crederet illud accipere sibi licitum esse per statuta regionis, aut per aliquam aliam rationem, mortaliter non peccaret, nec ipso iure excõmunicatus esset, licet respondere teneretur, si iudex ob id eũ excõmunicaret.

Inter

Cap. Decimum septimum de septimo præcep. Decal.

Inter omnes autem conuenit, capta omnino derelicta, vel pro derelictis habitata, non esse restituenda, per ea quæ infra eod. nu. 170. de rebus inuentis dicentur. Non tamen putatur habitum pro derelicto, quod in mare ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur, secundum Gloss. Panor. & Cõem in c. Cum dilecti, de Accusat. Quamuis sic illud quod dominus deserit, eo quod existimat, quod licet recuperari sine probabili periculo vitæ posset, neminem tamẽ illud subiturum, l. Si quis merces, ff. pro dereli. Idem dicendum de accipientibus ab ijs, quorum domus & bona igni deflagrant, qui grauius peccant, quàm qui simpliciter furantur. Gab. in 4. dist. 15. q. 3. R.

¹⁰⁰ Decimotertio. Qui non casu sed de industria in aliquam domum, aut locum, aut segetes, ignem immittit, cum restituendi obligatione, c. Pessimã, 23. q. vlt. & c. Si quis, de iniur. Et si locus erat sacer, puta, Ecclesia, aut cœmeterium, aut Xenodochium, &c. ipso facto est excoicatus, & quamuis antequam denuntietur ab episcopo, absolui possit, non tamen postea, Panor. & Cõis in c. Conquesti, & c. Tua, de sent. excom. Sed si locus non est sacer, non est ipso facto excommunicatus, quamquam excommunicari debet: Et tales quando dicantur denunciati, aut non, dicitur in cap. 27. nu. 94. Author vero incendij aut alterius delicti manifesti, occultus, non potest pœna excommunicationis compelli ad se manifestandum, sed ad restitutionem debitam faciendam sic, c. Qui dam. 5. q. 1. & Caiet. in opuscu. lib. 17. Respon. 14. responsione.

¹⁰¹ Decimoquarto. Qui soluit aut solui facit iniuste, ob debita in carcerem iuste coniectum, cum obligatione restituendi debitum creditori, quamuis misericordia motus id faciat. Io. de Platea in l. Quoties, de exact. lib. 10. nisi sit adeo pauper, vt neque per se, neque per alium probabiliter soluere posset: Quia tunc quemadmodum ipse se soluendo & fugiendo non peccat, ita nec alius qui fugæ author esset, nec restituere creditori tenetur, secundum communem, quamuis secundum aliquos sic, ad compensandum damnum, quod ¹⁰² inde carceris custodi eueniet, Contra quos tenet Caiet. quem sequimur, 2. sec. q. 69. ar. 4. eo quod qui e carcere licite fugit, ad damna custodis non tenetur, quia illud damnum per accidens, sine intentione eius qui se carcere liberat contingit. Diximus, *Coniectum in carcerem ob debita*, carceratus enim ob delictum, morte aut abscissione membri dignum, licite fugere potest, iuxta S. Thom. 2. sec. quæst. 69. art. 4. ad 2. siue peccatum occultum sit, siue publicum, siue condemnatus sit, siue non. Syl. verb. Fugere, quicquid dicat Cardinalis in Cle. Pastoralis, de re iud. etiam effringendo, aut limando compedes, & etiam carcerem rumpendo, modo vim carceris custodi non inferat, aut alteri Iustitiæ ministro, quicquid dicat Henri. quoli. 9. art. 25. & Syl. vbi supra, vt optime Caiet. in d. ar. 4. defendit, & à fortiori ratione, fugere potest is qui quæritur, vt capiatur iuste aut iniuste, cum voluntate satisfaciendi tantum quantum conscientia recta dicitur. Qua eadem ratione potest quis alterius fugam sine peccato inuare, vt antequam capiatur à Iustitiæ ministris, liberetur, quando nec ex obligatione sui officij, nec ex mandato Regis, nec alterius superioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re

Non furtum facies.

177

re particulari prohibetur, & credit quod suo iudicio, sine carcere, & si ne pœna temporaria respiscet a peccato, vt in c. Inter verba, 11. q. 3. conclus. 6. pag. 174. nu. 608. diximus, & infra. c. 25. nu. 38. repetemus, addendo quædam Caiet. in d. ar. 4.

Decimoquintò, qui captius fugit, aut fuit causa vt alius captius à suo domino fugeret, cum obligatione restituendi eundem captiuum, si potest, si minus æque bonum, aut pretium, & præterea, omnia quæ ille fugiens furatus est. Quia quemadmodum fuit causa fugæ, ita & omnium, quæ fugam adorans surripuit. argum. cap. fin. de Iniur. secundum dicta supra in cap. 11. num. 12. Quamquam Christianus captius apud infideles, fugiendo non peccat, nec qui ei auxiliatur, arg. l. 1. C. Ne Christian. mancipium, si tempore pacis, aut iniusti belli ex parte infidelium captus fuit, arg. c. Dominus, 23. q. 2. & q. 8. c. Vt pridem. Idem est si Christianus iniuste ab alio Christiano detinetur. Sed ¹⁰⁴ si captus fuit in bello iusto ex parte infidelium, quale esset, si Christiani tempore induciarum aut pace cum illis constituta, infideles adorirentur, restituere honestam redemptionis mercedem tenetur, Arg. cap. Noli. 23. q. 1. quamuis non personam propter animæ periculum. Ad nullam etiam restitutionem teneretur in casu aliquo, si infidelis ad circuncisionem aut idololatriam Christianum compelleret. Quia ipso facto omnino liberatur. cap. Nulla. 54. distin. & ita qui liberavit, non peccat, quin bene meretur, Sylu. verb. furtum, q. 6.

Decimo sextò, qui recipit aliquid gratuitum, ab eo, qui donare non poterat, ¹⁰⁵ nisi ignorantia probabilis excuset, & ad restitutionem tenetur. Monal. in summa. Donare autem non possunt Abbates, religiosi, moniales, cap. Non dicatis, 12. q. 1. serui, & alij, qui non habent aliquid suum proprium, & filij qui sunt in potestate patris, l. Filius familias, ff. de donat. Licet hi cognatis donare bene possint, si liberam administrationem haberent, & etiam alijs, ex suis bonis castrensibus, aut quasi castrensibus. d. l. Filius, cum gloss. & communi. Possunt etiam illi omnes, cum expressa vel tacita facultate superioris donare. Quam habere creduntur, qui cum eorum facultate student, aut peregrinantur, ad largiendas eleemosynas pauperibus, iuxta id quod alij Scholastici suæ conditionis regulariter faciunt, argum. l. Si Longius, ff. de Iudic. gloss. dicti cap. Non dicatis, & l. 2. ff. de Iurisd. omn. iudic. Et etiam in casu extremæ necessitatis, & etiam magna, si ad superiorem non pateat confugium, iuxta Panormitanum receptum, in cap. Si quis, de fur. & gloss. d. cap. Non dicatis. Neque etiam vxor, quæ præter dotem non habet alia bona, quæ Paraphernalia vocantur, donare regulariter potest, sine expresso, aut tacito consensu mariti, nisi quando ipse ad id tenetur, iuxta gloss. cap. Quod Deo pari, 33. quæst. 5. Sub qua limitatione includi possunt octo casus, quibus vxori donare est licitum, quos post alios in 4. distin. 15. Sylu. est. verb. eleemosyna, quæst. 5. scripsit. Neque furiosus qui non ¹⁰⁶ habet certa interualla, in quibus ad mentem redire solet, l. Iulianus, ff. de Minor. Neque pupillus absque tutoris sui autoritate. l. Pupillus, ff. de acquir. rerum domin. Neque prodigus, qui habet curatorem, aut est ei bonis interdictum, l. Is cui, ff. de verb. obligationib. cum notat. per Bart. & alios. Neque

Man. Nau.

Z minor

minor. 2 5. annis; quamuis eius donatio valebit, si post illos eam ratam habuerit, l. fin. C. si maior factus. Neque personæ ecclesiasticæ de redditibus ecclesiasticis nisi ad pia, vel modis tactis supra eod. nu. 94. Neque hæretici, nec rebelles, nec alij similes, quos lex ob sua delicta suis bonis ipso facto priuat. c. Vergentis de Hæret. cap. Cum secundum, eod. titu. libr. 6. l. Quisquis C. ad l. Iuliam Maiest. Quanquam illi quibus donata ab illis sunt, vsque ad sententiam declaratoriam retinere possunt. Ang. ver. Donatio, 1. §. 4. Syl. eod. q. 1. §. 8.

Decimoseptimò, qui recipit aliquid notabile pro se sciens alienum esse per contractum siue onerosum siue gratuitum, Alex. 4. par. q. 86. cum restituendi obligatione, vt dictum est, supra eod. cap. nu. 10.

107 Decimooctauò, qui se sanctum, deuotum, pauperem, infirmum, aut religiosum cum non esset, simulauit, vt hac simulatione eleemosynam ab eo qui parte facta sibi veritate non dedisset, obtineret, cum obligatione restituendi quod datum ei fuit, non illis a quibus accepit, quia iam apud Deum mercedem suam consequuti sunt, sed pauperibus, iuxta Scotum communiter receptum in 4. dist. 15. q. 2. & copiosius Adrian. in 4. de restit. q. 15. Sotus tamen postea lib. 9. q. 7. art. 3. de Iust. & iur. tenuit quòd huiusmodi hypocrita ad restitutionem non tenetur, nisi eleemosyna magna esset, sed communis videtur verior, quia quòd eleemosyna sit magna vel parua non refert quo ad forum iterius, de quo agimus, quia non refert nisi quo ad præsumendum, An erogans habuerit, aut non habuerit animum absolutè erogandi, arg. c. Et si quæstiones, de Symon. & præsumptio cessat in foro interiori, vbi sola veritas valet. c. Tua, & c. Is qui, de spons. Quam tamen communem limitamus ne procedat, quando simulatio non est causa finalis sed tantum impulsua. Arg. textus optimi in l. 2. §. fin. ff. de donat. qualis videtur esse simulatio, qua parua eleemosynæ acquiruntur. Et quoties sic quæsitum fuerit restituendum non est ei qui dedit restituendū, vt videtur significare Sotus, sed pauperibus vt ait Communis per quos omnia opera pia intelliguntur, iuxta ea quæ citauimus in prædicta Apolog. q. 1. Mò. 28. num. 1. Quia causæ finales illius eleemosynæ duæ fuisse videntur, scilicet amor Dei & necessitas proximi habiti pro seruo Dei: & ideo quamuis hæc secunda cessat, & ita quo ad pauperem simulantem erogatio non valeat, quo ad Deum tamen valet, quia cessante vna ex duabus causis finalibus, non cessat dispositio, §. Affinitatis Inst. de Nupt. & in ipsum Deum dominium transit, eo modo, quo eius, quod diuinæ suæ Maiestati donatur, transit. arg. l. Si quis ad declinandam, iuncta gl. verb. Minui. C. de Episc. & cleri. & §. Si quis in nomine, Aut. de Eccles. tit. collat. 9. & not. per Innoc. in cap. Cum super, de caus. poss. Et ideo impendendum est in ea quæ ad eum specialiter pertinent, sed non necessariò in solas pauperum personas.

Decimononò, qui mercenario diarium suum statim non soluit, contra c. 19. Leuit. Non morabitur opus mercenarij, & cæ. vel soluit quidē, sed nō in ea re quam debet, sed alia, puta pāno, aut esculēto cōtra eius volūtātē, cū possit soluere in re conuenta, & si in ea non poterit soluere, id in quo soluet æstimandum erit iuxta pretium commune. Et si mercenarius eo non indigens illud vendit, &

dit, & non inuenit pretium, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 17. §. 8. & communem; Quod meminisse deberent confessarij, & admonere concionatores, in eis terris, in quibus duces & alij ministri Regum soluunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigēt, quosque longe viliori pretio statim vendere coguntur. Ad soluendum tamen diarium temporis quo seruus ægrotauit non tenetur herus, gl. in l. Si vno §. Cum quidam. ff. locat. Et si mercenarium vel quemlibet alium famulum qui suas operas locare consuevit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei soluere tantum quāti aliū similem conduceret; Et si pretium statuendum est arbitrio heri, taxandum est, boni viri arbitrio, Feder. conf. 18. Angel. & Siluest. verb. Familia.

Addo quod in prædicto c. 28. addit. huius Man. decidi, hoc in loco quæstionem illam, An qui donauit sua, aut renunciauit beneficio suo, vt posset iustè cooptari in aliquod Collegium, in quod soli pauperes cooptantur, sit habilis ad illud? Ad quod nunquam antea fui ausus respondere, licet sæpe rogatus, præsertim Salmanticæ. Tunc autem adduxi multa pro vtraque parte, quorum summa ommissis allegationibus breuitatis gratia est. Pro parte negatiua vigere, quòd paupertas prædicta videtur culpabilis, procurata, & affectata, quæ non debet prodesse. Pro parte verò affirmatiua, quòd is est vere pauper tempore cooptationis, quòd solum statuta requirunt: & quòd non est factus talis culpa sua. Et quòd nemo diceret eum inhabilē, si id propter amorem Dei fecisset. Et quòd studiose, siue virtuose, & meritorie, ac satis propter Deum relinquit bona, qui ea relinquit eo fine vt adipiscatur locum opportunum studijs & virtutibus, quo aptius maiore cum autoritate Deo, Ecclesiæ, & Reip. inseruiat, quoque muniatur qualitatibus, & opinione necessarijs ad consequenda loca in quibus id præstare valeat: per quæ tenuimus hanc partem, modo donatio sine illo pacto & confidentia illicita de retrocedendo; quoniam alioqui cessio esset fraudulenta, & ipso iure nulla, per quam non vacaret beneficium, secundum Innoc. in c. Cum vniuersorum, de rer. permu. & Rot. antiq. 7. de Renū. & probat extrauag. 1. de simon. & melius noue Extrauag. Pij V. de Confidentia.

Vigesimalò, qui non vult soluere famulis debitum ex conuentione tacita aut expressa facta cum illis cum obligatione restituendi per proxime dicta, vel soluere quidem vult pretium conuentum, sed illud est longè minus iusto.

Vnde sequitur primò, quòd maior pars magistrorum artium mechanicarū, 128 quales sunt sartores, sutores, carpentarij & cæ. qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, vt eos doceant suas artes; ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & interdum etiam pro victu quem illis præbent, aliquid accipiunt; Et Scholastici Salamantini, qui accipiunt famulos ex conuentione expressa vel tacita, se illis certum tempus ad studendum concessuros, & panem & duos denariolos pro obsonio, & singulis in singulos menses, singula paria calceorum, & postea occupant eos in alijs rebus contra ipsorum voluntatem, adeo vt non possint discere illas artes, aut studere, peccant cum magna obligatione restituendi damnum, quòd illi accipiunt, propter tempus discendi & stu-

dendi illis ereptum . Et si eos volentes occupant , tenentur illis dare quantum dedissent alijs qui absque , tempore studendi & discendi ipsis seruijssent.

109 Sequitur secundò peccare cum obligatione restitutionis eos, qui accipiunt famulos, conuentione facta, quòd non vacabunt literis, & illis amplius stipendium non tribuunt quàm alijs, quibus facultatem studendi faciunt, quia notabiliter est minus ea mercede, quàm eorum obsequia merentur.

Sequitur tertio, quòd Nobiles, qui absque conuentione expressa pueros precibus parentum accipiunt, & præbent illis victum & vestitum, quale gestabant, quando eos acceperunt, & per se aut alios eos elegantia morum, & artibus honestorum hominum instituunt, quoad viri fiant, & tandem eos honestè cultos dimittunt, obligationi iustitiæ, qua erga eos tenentur satisfaciunt: Quia illis ex conuentione expressa, aut tacita plus non debetur, nec plus illa ætas, nec illud obsequij genus meretur, nisi intercederet lex, promissio, aut còsuetudo particularis ad plura obligans.

110 Sequitur quartò, quòd qui accipiunt œconomos, emptores, à secretis, architrucinos, pueros, satellites, à pedibus, & alios similes famulos cum obligatione, vt sint parati ad illis omnibus diebus, & horis, quibus eis placuerit seruiendum, & non præbent illis victum nec vestitum, sed certam pecuniam, quæ ipsorum victui non sufficit, tenentur soluere reliquum, quòd ad eorum victum & vestitum honestum, necessarium fuerit, & præterea honestam aliquam mercedem, pro merito obsequiorum. Diximus, *Cum obligatione, vt sint parati ad seruiendum illis oibus diebus, & horis*, quia si nò accipiunt nisi vt tres aut quatuor menses illis seruiant, non tenebuntur ad aliud quàm quòd obsequia illorum mensium merebuntur, nec si eos accipiunt ad aliquas horas diei, quemadmodum aliqui doctores Salmanticenses aliquos accipiunt in comites, qui eos comitentur euntes ad prælegendum, & inde redeuntes, & diebus festis quando proficiscuntur ad rem sacram, aut ab eadem reuertuntur ipsi, aut ipsorum coniuges, non tenebuntur ad soluendum plus, quàm obsequium illarum horarum cum obligatione paratos se præstandi ad seruiendum illis horis meretur.

111 Sequitur quintò, quòd Magnates, qui suis famulis dant certam portionem ad victum & vestitum moderatum non sufficientem, non obligando tamen eos ad continuum obsequium, sed solùm, vt habitent, aut resideant certum tempus vbi resederint ipsi, & compareant coram eis saltem singulis quindécis semel, non tenentur ad soluendum plus quàm illam pecuniam, si illis plus quàm dictum est non seruiant. Quia nec conuentio expressa, nec obsequia facta eos ad amplius obligant. Sed si pluribus quàm conuentis eorum opera vtantur, tanto plus tenebuntur, quanto plus eos sibi seruiendo occupauerint, & minus temporis ad agenda sua negotia eis relinquunt. Quia illorum meritorum iustitia eos ad id obligat per ius naturale, & diuinum, Dignus est enim mercenarius mercede sua. Luc. 10. c. 1. 13. q. 2.

112 Vigesimo primò, qui clà recipit, quòd sibi deberi præterdit ob vsuras, dolos, aut aliud delictū. Licet. n. sponte data propter delictum, regulariter retineri possint,

possint, non tamen iuste peti, & minus tanquam debita legalia recipi.

Vigesimosecundò, qui occulte recipit quòd suum est, vel sibi iuste debetur, cū còmode iure recuperare possit, aut qui (etsi còmode iure recuperare nò possit) se ob id periculo mortis aut amissionis alicuius membri, qua iudex propter furtum condemnare possit, obijcit, & qui id facit contra conscientiam sibi dictantem quòd ita recuperare peccatum est mortale, & qui aduertit vel aduertere debet, quòd ex tali occulta recuperatione redundaret magnū scandalum, aut damnum ei, qui habebat eam rem, quam sic ille recuperauit, penes se depositam, aut pignoratam, aut commodatam, licet ad restitutionem non teneatur. Gab. in 4. dist. 15. q. 3. Non est tamen peccatum occulte recipere, quòd sibi vere debetur, quando aliàs illud recuperare, non possit propter defectum, iniustitiam, ignorantiam vel affectum iudicis alteri parti fauentis. Et qui quamuis recuperare possit, non tamen commode, propter rei paruitatem & magnitudinem sumptus in recuperatione faciendi, aut quia ex tali lite simultates oriuntur, aut licet sine lite recuperare possit; nò tamen sine amissione gratiæ & amicitia illius qui debet, iuxta glo. sing. in c. Ius gentium 1. dist. modo in tali recuperatione hæ conditiones concurrant. Prima, ne aliquod ex predictis inconuenientibus sequatur. Secunda, ne plus debito suo accipiat. Tertia, vt restituat damnum corporale aut spirituale, quòd ex eo in aliquem redundaret, Gab. vbi supra, Sylu. in Rosa aur. casu 37. Quarta, vt res quam accipit, non sit aliena, nec furto nec latrocinio ablata, nec inualide ab eo qui debet acquisita. Quinta, vt caueat, ne iterum tale debitum sibi soluat, eo quòd debitor recordatus illius debiti, vel pœnitens voluntatis non soluendi illud ei, satisfacere velit. Cauebit autem satis, si quo modo honesto debitorum aut eius hæredibus significet, nihil eos illo nomine vlli debere, secund. S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 15. §. 1. Sexta, vt illud vere & de iustitia sit ei debitum: Multi enim decipiuntur, nostro iudicio, vsurpantes ex bonis suorum dominorum pro suorum obsequiorum satisfactioe; quibus quamuis aliqua compensatio remuneratoria debeatur debito gratitudinis & antidoralis, non tamen debetur de iustitia vera & legali. Obligatio enim gratitudinis, quam antidoralem appellat, non parit actionem neque ius petendi, sicut obligatio legalis, per notata à S. Th. 2. sec. q. 58. & 106. & ab alijs in l. Ex hoc iure ff. de Inst. & iu. & l. Sed & si §. Consuluit, ff. de Pet. hæred. Ad nouè autem quæsitum hic, respondetur affirmatiue; quòd Martinus qui rem depositam apud Iohannem clam accipit pro debito quòd Iohannes ei debet, tenetur reddere, vel manifestare ob latam excommunicationem contra id accipientem, vel scientem; quia nullo iure conceditur, vt creditor accipiat in compensationem rem à debitore detentam, si non est sua; & ita est prohibitum per hoc septimum præceptum. Credimus etiam decipi eos, qui putant sibi licere autoritate propria vlcisci iniurias, quas per iustitiæ ministros nò possunt: quãuis gl. 1. Nullus C. de Iude. quã Paulus Cast. còsulendo sequutus fuit in còsilio mihi, 203. dixit posse. Et et qui accipiunt aliquid occultè ob penã, quæ illis non debetur ante condensatione: per gl. c. Fraternitas, 12. quæst. 2. & alia, quæ in eius commento diximus. Notanda tamen sunt

sequentia, primum quod excommunicatio generalis episcopi qua monitione
 præmissa excommunicaret scientes & non reuelantes res substractas alicui ne-
 scienti quis eas subtraxit, non obligaret eum qui sic recuperauerit, neq; etiam
 id scientes, modo pro comperto haberent, eas pro debito legali fuisse subtra-
 ctas, secus tamen si dubitarent, licet recuperans eis dicat, quod ad recuperan-
 dum suum, tantum quod iustum erat accepit: nisi tanta fide & virtute apud
 eos esset, vt merito propter eius dictum dubietatem ab animis suis depellere
 deberent, arg. glo. sing. in l. Titio fundus. ff. de condict. & demonst. & eorum,
 quæ addit ei Fely. in cap. Cum contingat, de rescript. Quæ procedunt etiam si
 Episcopus iuberet reuelari eos qui rem illā pro recuperatione rerum suarum
 acceperint: vt recte probat Sylu. verb. Furtum, q. 1. 5. quicquid Rosel. dicat,
 Quod ipsum nobis videtur, quando datur excommunicatio specialis ob illā
 rem, quicquid dicat Sylu. vbi supra. Tum quia quamuis specialis sit quo ad
 rem, tamen quo ad personas generalis est. Tum quia excommunicatio maior
 generalis non ligat eum, qui mortaliter non peccat, c. Nullus. c. Nemo. 1. 1. q.
 3. vt in c. Inter verb. pag. 130. conclus. 6. nu. 480. 1. 1. q. 3. dicimus. Tum quia ne-
 mo sine alium innocentem tenetur prodere, præsertim ad damnum & præ-
 iudicium, c. Quis aliquando. Tum quia vt idem Sylu. ait ver. Nec tibi dico,
 de pœn. dist. 1. si intentio iudicis est vt manifestaretur, quamuis acceperit iniu-
 stam compensationem, intolerabilem errorem contineret, & ita non valeret. c.
 1. de re iudic. Tum quia clausula huiusmodi poni solita in literis Apostolicis
 sub forma significauit, intelligenda est, quando scitur non fuisse acceptum pro
 iusta compensatione aut dubitatur, per dicta in c. Inter verba, pag. 239. nume-
 792. & seq. conclus. 6. arg. l. Si procurator. ff. de condict. in deb. Nec refert, an
 res sit deposita, vel non, quo ad forum conscientie, quicquid aliqui dicant, ar-
 gu. l. illud, ad l. Aquil. & c. 2. de Translat. Præl. Secundò, notandum quod si ab
 eo, qui bene accepit, iuramentum acciperetur, an sciret quis accepisset, posset re-
 spondere, se nescire, subintelligendo intra se nescire se aliquem qui malè acce-
 pit, arg. c. Humanæ aures, 22. q. 5. & eorum quæ in eius Comment. dixi, &
 etiam supra. c. 12. nu. 8. Tertiò, quod indubium est id, quod doctissimus Medi-
 na in Cod. de Restit. de reb. restit. quæst. 11. scilicet, quod modo supra dicto
 recuperans contra voluntatem debitoris parati ad soluendum illi peccaret, li-
 cèt non teneretur restituere per dicta supra eod. nu. 112. Quartò, quod licèt
 tertius aliquis non debeat regulariter accipere etiam occulte, quod est eius,
 qui restituere tenetur, & non vult, nec commodè compelli potest vt suo credi-
 tori satisfaciat arg. c. Forte, & cap. Denique 14. q. 5. Vxor tamen potest de bo-
 nis mariti, qui debet & non vult soluere etiam contra eius expressam volunta-
 tem, quia est sociā adiutrix, Genes. 1. Et hoc faciendo adiuuat eum ad seruan-
 dam animam, modo sine scandalo id faciat, Gab. in 4. dist. 15. quæst. 1. colum.
 octaua. & prouideat quo maritus intelligat se illi non debere, recuperata
 scheda remissionis ab eo cui soluet, aut alio modo, per prædicta supra
 numer. 112.

Vigesimotertiò, qui occultè accipit, quod dubitat an suum sit, ad illius ta-
 men

men restitutionem non tenetur secundum Med. in Cod. de Rest. fol. 66. quan-
 diu probabiliter an suum sit dubitat, quod non est satis tutum. Quia quam-
 uis dubitetur, an sit eius qui habebat, an eius qui accipit, quo ad proprietatē
 certum tamen est, possessionem eius fuisse illius qui eam antea habebat, & sic
 iniuste illam teneri ab eo qui accipit, donec restituat, aut certò suum esse sciat,
 & sic tenetur ad restituendum arg. c. Sæpe, de restit. spoliat. & l. 1. ff. de furt. quæ
 habet furtum fieri quo ad possessionem.

Vigesimoquartò, qui nõ soluit legata pia tempore & modo debitis, c. Quia
 oblationes 15. q. 2. ad cuius peccati remissionem non sufficit propositum in
 posterum soluendi, si tunc soluere sine magno sui detrimento potest, per su-
 pradicta eod. c. nu. 66. & 68. Quod locum habet quamuis talia legata fiant tan-
 tum coram duobus testibus. Quia iuxta Canonica iura valent, c. Relatum 1.
 de testam. non obstante contrario statuto, quod tanquam præiudicans liberta-
 ti Ecclesiæ, non valeret. Imò qui scriberent illud & iudicaret secundum illud
 excommunicati essent, c. Graue, de sent. excom. Rosel. verb. Excommunicatio
 1. 18. excommu. & infra traditur. cap. 27. nu. 32.

Vigesimoquintò, qui absque necessitate extrema aliquid ad edendum, aut
 vestiendum accipit, cum restituendi obligatione, quia illa licèt excuset a tanto
 non tamen a toto. c. Si quis, de furt. licèt cum extrema quisque possit sine ali-
 quo peccato accipere, non pro se solum, sed etiam pro alio, qui est in eadem, si
 de suo non habet, nec aliter ei subuenire potest, c. Scut hi. 47. dist. & c. Discipu-
 los, de Consec. dist. 5. R emanet tamen obligatus ad restituendum regulariter
 exceptis certis casibus, vt dictum est supra eod. cap. nu. 61. quamuis oppositū
 communis dicat. Quæ procedere potest in re adeo parua, vt probabiliter credi
 possit, dominum eam gratis concessurum, & etiam in magna, quando extremè
 egenti constaret eum a quò accepit non solum eam ipsi mutuaturum, sed etiā
 gratis concessurum, si præsens esset quando eam accipit. Quæ ratio probabili-
 ter credendi ex rei acceptæ & eius domini circumstantijs colligi potest, scilicet,
 num sit diues, num liberalis, num cognatus & amicus eius qui accepit, num
 eleemolynas elargiri solitus: vt rectè prædictus Medina notauit in Cod. de Re-
 stit. de reb. restit. q. 3. col. 4. Inter omnes autem conuenit, peccare eos, qui ex-
 tra necessitatem extremam occulte res alterius superuacaneas ad sibi aut alteri
 subueniendum accipiunt, c. Forte, & c. Denique 14. q. 5. Tum quia erogatio
 superfluum non semper est debita pauperibus. Tum quia etiam quando est
 debita eis per dominos earum est facienda, & ad eos pertinet pauperum & pio-
 rum electio, vt in Apolog. prædicta, q. 1. monit. 77. probauimus: & consequen-
 ter alius nec pro se nec pro alio accipere potest nisi vt prædictum est, & tradit
 S. Tho. Quodlib. 8. art. 12. communiter receptus. Necessitas autem extrema
 quæ sit infra. cap. 24. nu. 6. dicitur.

Vigesimosexto, qui aliquod animal domesticum in prædio suo damnum in-
 ferens occidit aut grauiter percutit, quia non est ei ius id faciendi, sed solum
 expellendi ab eo & includendi, donec de damno dato dominus eius monitus
 satisfaciat. S. Cæterum, Inst. de l. Aquil. & l. Quintus Mutius. ff. eodem & glos.

Cap. Decimum septimū de septimo precepto Decal.

iuncto textu in cap. Si læserit, de iniur. & damno dat. nisi consuetudo, priuilegium, vel aliquod statutum contra disponderet, arg. cap. final. de Consuet. capi. Priuilegia, 3. distin. & l. Omnes Populi. ff. de iust. & iure, & trad. Angel. verb. furtum. §. trigessimoprimum.

Vigesimo septimò, qui venatum aut piscatum, cum iuste non posset, prohibuit, cum obligatione restituendi emolumentum, quod verisimiliter impediuit. Gab. in 4. dist. 15. q. 5. arg. 2. conclus. 5. corol. 1. Arg. l. in laqueum, ff. de acquir. rer. dom. Et non potest iuste prohibere nisi concurrentibus quinque. Primum est authoritas Regia iusta, aut consensus populi liber a metu, aut præscriptio canonica sine vi & metu introducta. Secundum, vt ob occisionem ferarum extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahi, vt extra illum eas capiant, aliàs enim punire posset, arg. cap. Ex tenore de Rescrip. l. Itaque fullo, ff. de furt. Tertium, vt prohibeat in suis proprijs prædijs, quamuis, nostro iudicio, sufficit vt domini aliorum sua sponte in id consentiant, Arg. cap. Scienti de Reg. iur. lib. 6. Quartum, & restituat omne damnum, quod illæ feræ alienis prædijs faciunt, quorum domini in damnum eorum non consentiunt, quamuis in aliorum damnum consentiant. Parum tamen prodest quibusdam Magnatibus dicere sapius se restitutos eiusmodi damna, & nunquam restituunt, & subditi timentes eos, & ministros eorum, & fugientes odium & indignationem & minas eorundem, quia eis sæpe opus habent, ea petere non audent, quæ peterent ab alijs sibi paribus, quia eiusmodi metus, etiam si alioqui non esset omnino iustus, inducit restituendi necessitatem, vt dictum est supra eod. Quod etiam Margarita confessorum probat, scilicet ne venantes in locis prohibitis occidant vel mutilent, saltem pro prima vice, quamuis id sancitum sit, quia eiusmodi seueritas non est exercenda nisi in consuetos id facere, & contumaces. Et consuetudo sic puniendi etiam prima vice, iniusta videtur, quam qui seruaret, peccaret mortaliter, quod asserit Sylu. verb. Restitutio 3. quæst. secunda 2. §. 4. & verb. Venatio, sub fin.

Vigesimo octauò, qui est custos venatus, aut piscatus prohibiti, vt ceruorū, cuniculorum, auium, & Syluarum cæduarum, aut pascuorum, cõstitutus ab ijs, quorum sunt illa iura: Custos, inquam, iuratus, aut sola fide adstrictus fideliter ea seruare, & non seruat, arg. c. 1. & c. Qualiter, de pact. & c. Si Verò, de iur. nisi sciret eos, quos contrafacientes inuenisset, fecisse id necessitate, quæ eos a peccato excusabat, & non permittit eis plura quàm talis necessitas exigit. Diximus, *Nisi sciret, &c.* quia dubitatio non excusaret; in dubio enim tutiora sunt eligenda. cap. Ad audientiam de homic. & cap. Si quis autem, de Pœn. dist. 7. vbi latè de hoc diximus. Excusaretur etiã si sciret eos, quos in eiusmodi locis inuenit, esse consanguineos, aut adeo domini prædictorum iurium amicos, vt probabiliter credat illi eorum venatum placiturum. Non tamen sufficit inuentos tales esse qui si facultatem a domino peterent, obtinerent, sed eam petere nolunt. Ex hoc sequitur, peccare cum obligatione restituendi damnum custodes, qui dissimulant se videre prædicta loca prohibita ingredientes

Non furtum facies. 181

dientes, quo cedant, venentur, aut piscentur in eis propter aliqua dona, aut quia sunt sui amici aut consanguinei: Quia tenentur præseruare a damno dominum ob iuramentum præstitum, & ob fidem datam. Med. Cod. de Rest. de reb. restit. quæst. 12. colum. secunda. quamuis non tenerentur per prædicta eod. capitul. numer. 33. & sequent. restituere ea, quæ ob id acciperent.

Vigesimo nonò, qui custos se abscondit ne videatur ab ijs qui talia loca prohibita ingredi volunt, vt ingressos intercipiat, aut puniri faciat, secundum aliquos, quorum opinio dura nobis videtur, saltem quo ad eos, qui permittunt ingredi, quo semel depræhensi iterum ingredi caueant, nec sinunt eos inferre damnum notabile in locis eiusmodi prohibitis: Tum per ea quæ diximus in cap. Inter verba 11. quæst. 3. num. 629. Tum quia oppositum omnes fere custodes faciunt, idque ab omnibus scitur, & ita nemo se deceptum dicere potest, arg. cap. Scienti, de Reg. iur. lib. 6. Diximus supra, *De custodibus, quos constituunt, qui iuste prohibent & possident*, quia constituti ab ijs qui iniuste & tyrannice prohibent, ad nil tenentur, licet iurauerint se capturos, aut denunciaturus quos inuenierint, Arg. cap. In malis promissis rescinde fidem 22. q. 4. & cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Notandum tamen est iuste prohiberi venationem certarum ferarum certis temporibus, scilicet quando pariunt, aut oua ponunt, aut nutriunt, aut tempore niuis, aut ne illis, vel illis instrumentis venatus fiat, aut ne talibus artibus venandi quis vtatur: Quia eiusmodi prohibitiones in populi vtilitatem redūdant. Sed qui talium prohibitionum tempore venantur, restituere quod venati sunt non tenentur, nisi post iudicis condemnationem, Med. vbi supra, & probatur per gloss. receptam, c. Fraternitas 12. q. 2.

Trigesimo, qui prohibet suis subditis, ne eiciant, aut ne occidant feras, in suis prædijs damnum inferentes, cum intentione non restituendi integre damnum, aut postea cum esset notabile non restituit, Gab. in 4. dist. 15. quæst. 5. ar. 2. conclus. 5. colum. secunda.

Trigessimoprimum, qui ad venandum profectus, permittit, vt canes sui noceant alienis auibus domesticis, puta gallinis, anatibus, anseribus, & id genus alijs; aut quod sui equi, & famuli notabile damnum inferant prædijs aut satis per quæ transeunt, aut eorum fructibus, & non vult restituere, Hostien. in summa de Pœnit. Omnibus de venatione prædictis addo id quod nemo hætenus attigit, & pauci confessarij, meo iudicio, aduertunt, videlicet, quod Reges & Magnates prohibentes ne feræ palantes, quæ non sunt incluse, occidantur a dominis prædiorum, quibus nocent, non excusantur a peccato per propositum restituendi damna etiam consequuta restitutione, magis quàm excusatur fur, aut raptor, per propositum restituendi quod furatus fuerit, aut rapuerit, etiam sequuta restitutione: Quia licet per eiusmodi propositum & restitutionem consequutam excusetur a peccato, quod admitteret non restituendo, non tamen excusatur a peccato quod admittit dampnificando, aut capiendo aliena inuito domino. Aliud enim peccatum est dampnificare, furari, vel rapere, & aliud damnum illatum, furto subtractum, vel raptum

Cap. Decimumseptimū de septimo pracepto Decal.

raptū non restituere, & ita excusatus ab hoc, non excusatur ab illo: quia à diuēt
sis non fit illatio l. Papinianus. ff. de minorib. c. Ad audientiam de Decim. Qua
re, qui per feras vel animalia domestica nocet prædijs proximi eo inuito, pec
cat mortaliter, etiam si postea cumulatissime damnum restituat, & consequē
ter non solum oportet eum pœnitere, & confiteri, quod non sufficienter vel
non debito tempore restituerit damnum illatum, sed etiam quod intulerit
illud inuito domino. Quod concionatores prædicare, & confessarij memi
nisse deberent.

126 Trigesimosecundū, qui habet columbarium illicitum, cum notabili aliorū
præiudicio arg. cap. Si bos de iniur. & l. 1. Si quadrup. paup. fec. di. Diximus,
Illicitum, quale est, si opportunis temporibus alimentum non præbeat, nec cir
cum illud habet agros satos in quibus sufficienter, saltem pro maiori parte
columbæ alantur, nec qui tenet illud est paratus ad restituendum quodlibet
damnum notabile quod illæ fecerint quando ei constiterit: nec vnum dam
num alio compenatur, puta, quia vicinus eius cui suæ columbæ nocent, non
habet totidem, quæ tantundem ei noceant. Quia concurrentibus aliquot
horum tolerari potest, iuxta Palud. in 4. dist. 15. q. 2. S. Anton. 2. parte. tit. 2. c.
1. & commun. non autem quando ex illis damnum notabile proximi nascitur,
sicut nascitur ex columbarijs aliquorum prædiuitum, qui nec serunt agros, nec
vineas colunt, & habent columbaria columbis conferta, quæ ex satis subdito
rum vel vicinorum suorum viuunt, qui contradicere ob metum maioris dam
ni non audent, secundum Maior. in 4. dist. 15. q. 29. Quanquam, nostro iudi
cio, regulariter non peccant qui columbaria habent vbi non est lex, quæ ibi
prohibeat, & est consuetudo, quæ id permittit, & populus non queritur, nec
damnum notabile apparet, attento quod ad populi victum pertinent, & æque
fere profunt stercoreando quàm noceant pascendo, & eas Reges tolerant, & si
non essent columbæ domesticæ, essent palumbæ Syluaticæ, vt sunt cornices &
aliæ aues, quod optime Syluest. verb. Restitutio 2. quæst. 4. insinuauit.

127 Trigesimotertio, qui in suo columbario certa semina spargit, aut aliqua ar
te vsus est, qua columbas ab alijs columbarijs ad suum pertraheret, cū obli
gatione restituendi si paruitas eum non excusat, Med. in Cod. de restit. de reb.
restit. col. 12. Quod tamen limitandum videtur, vt procedat tantū in eo, cuius
principalis finis est alienas inescare, non autem in eo, qui principaliter in
tendit suas pascere, & retinere, ne alio euocentur, argum. l. Si quis nec cau
sam. ff. de reb. cred.

128 Trigesimoquarto, qui sibi accipit, aut includit animalia aliena domestica
etiam fugitiua, vt eorum lanam, plumas, aut oua in vtilitatem suam cōuertat,
aut eis vtatur, secundum Io. Maior. in 4. dist. 15. q. 5. Quia ob fugā non defi
nunt esse cuius erant. §. Gallinarum, Inst. de rerum diuis. Idem dicendum est
de accipiente animalia domum redire solita, vt sunt sues, apes, pavi, columbæ,
cerui qui abeunt & redeunt: Et de illo qui accipit aut occidit ea priusquam il
lam consuetudinem reuertendi amiserint. §. Pauonum & §. Apium Inst. de re
rum diuis. l. Naturalem §. 1. & 2. ff. de acquir. rerum domin. Quam amisisse vi
dentur

Non furtum facies.

182

dentur cum ad horas & dies consuetas bis redire desinunt, post quæ accepta
cipientium fiunt iuxta glos. l. De quibus, ff. de leg. Apes tamen, aut examina
antequam in aluarijs includantur, & aliæ aues ex alienis arboribus acceptæ
fiunt accipientis, qui per hoc furtum non committit etiam eas in alieno præ
dio accipiendo, priusquam ab ingressu eius, aut ab ascensu arboris à domino
prohibeatur: imò nec si postea, licet tunc iniuriarum teneretur, l. Naturalem
§. Pauonum, & §. Ceruos, ff. de Acquir. rer. donin. Prohibitus autem videtur
tacite, si prædium est muro aut sepe cinctum.

De Participantibus in damno dato.

S V M M A R I V M.

Participantes in male captis vt peccent, & ad restitutionem teneantur, nume.
129. ad 140.
Damnum à multis adunatis aliquo duce, vel sine duce datum à quo restituendū, nu.
130. & 131. & à quo datum à multis non adunatis, nu. eod.
Restitutiones qui fauore vel consilio impedit. nu. 131. & 132.
Ratum qui habet damnum iniuria datum, nu. 133.
Excommunicatus quando qui non manifestat, nu. 134. & seq.
Custos qui non bene custodit, nu. 136.
Impedire furtum quis & quomodo tenetur, nu. 136.
Damnum quod tutor aut procurator infert vt sua parti proffit, nu. 137. & 138.
Furatur qui aliquid ab eo qui illud petiit dedisset, aut multa parua. nu. 139. 140.
Restituat fur, & malefactor, impensas factas ob ablata: & interesse, nu. 140



Trigesimoquinto, peccat qui cum multis adunatis sub vno duce si
ue vt vulgus ait, caporali, vel sine illo ad furandum, aut damni
ficandum vadit l. prima. ff. si famil. fur. fecif. dic. l. Ita vulneratus,
ff. ad l. Aquil.

Restituere autē nō tenetur, nisi id quod ad eum peruenit, & id cuius talis
causa fuit, quod sine ipso illud non fuisset illatum, ita quod si fuit causa totius
tenetur restituere totum alijs non restituentibus, & si partis partem, secundū
posita supra nu. 17. Vnde si multi singulatim vineam aliquam ingrediātur, alij
aliorum ignari, & vnusquisque suum racemum capiat etiam quoadque nul
lus in ea relinquatur, nullus eorum mortaliter peccat, nec restituere tenetur,
& multo minus tota multitudo, quia nullus eorum damnum notabile facit,
nec est causa quo fieret, nec in id consentit.

Trigesimosexto, qui procurat vt Rex, aut Magnas, aut iudex suum cuiquā
tollat, vel ne cui quod sibi debetur restituatur, neve ad id debitor cogatur,
quod multi Magnates & familiares Regum, aduocati & procuratores saepe fa
ciunt, qui non solum mortaliter peccant, sed etiam restituere tenentur.

Trigesimo-

132 Trigesimo septimo, qui male consulit scienter & dolose, imò & si bona fide, sed non adhibitis studio & diligentia debitis, ad veritatem assequendam. Quare qui consulunt, caueant nimium suæ scientiæ vel prudentiæ fidant.

Trigesimo octavo, qui alicuius acumen aut fortitudinem laudat, aut ignaviam & demissionem vituperat, quo eum ad damnum proximo inferendum movet, & totum damnum restituere tenetur: quia ad id exhortari videtur.

133 Trigesimo nono, qui audiens aliquem alteri suo nomine nocuisse, illud ratum & gratum habet, quia mandare videtur, c. Rati habitationem, de Reg. iur. Quod solum intelligitur iuxta Angel. verb. Furtum, §. 20. quando qui nocuit, non nocuisset, nisi existimans eum cuius nomine nocuit, illud ratum habiturum. Sed huic moderationi raro (nostro iudicio) locus erit. Quia raro, aut nunquam continget aliquem nomine alicuius nocere alteri, nisi existimantem illud gratum ille fore. Quanquam si eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus suo nomine factum est, licet opus in se illi placeat, ad nullam restitutionem tenetur, quamvis peccet, per c. Cum quis de sent. excom. lib. 6. & cap. Rati habitationem c. Ratam de Reg. iur. lib. 6.

Quadragesimo, qui testis à iudice legitime interrogatus, an sciret tale furtum, sciens tacet, & ob illud damnificatus suum non recuperat, & restituere tenetur c. 1. de Crimin. fals. si non tacet propter metum alicuius periculi sui status, aut personæ, aut bonorum iuxta S. Anton. 2. part. tit. 1. c. 19. §. 7. & arg. c. Quisquis, 1. q. 3. & Scotum in 4. dist. 15. q. 2. Sylu. verb. Restitutio, 2. q. 6.

134 Notandum tamen est, quòd si episcopus excommunicationem promulgavit contra eos qui non manifestauerint eum qui tale furtum fecit, sciens manifestare non debet, quoad usque eum iuxta ordinem correctionis evangelicæ moneat: & inducere debet, vt mandato Episcopi satisfaciatur, & si fur satisfecerit, eum manifestare non debet, nec etiam si non satisfaceret, si illud probare non potest, quia quando præcipitur, vt qui talem rem scit, eam per denunciationem manifestet, intelligitur de eo quod scit & probare potest, vt diximus copiosius quàm alij in Rep. c. Inter verba 1. q. 3. pag. 225. & seq. & nu. 778. nisi

135 quando prælatus is esset qui potest prodesse, & non obesse. c. Hoc videtur 22. q. 5. Sed si admonitus satisfacere nollit, & admonitor probare potest, manifestare debet, quia aliàs excommunicationem incurreret, & damnificato, quod ob suum silentium recuperare de suo omisit, restituere tenetur. Io. de Anan. in c. Qui cum fure, de furt. nisi ob iustum metum taceat, vt proxime dictum est. Per quæ respondetur negative ad nouè quæsitum An vxor, filius, aut Cognatus alicuius delinquentis, abscondens aliqua eius bona in aliquo monasterio, aut alio loco, ne à iudicibus sequestrantur, teneantur ipsi vel alij eius rei conscij, manifestare illa, propter excommunicationem, aut iuramentum, quibus iubentur id facere, si omnia abscondita pertineant ad compensandum debitum dotis, vel aliud, alioqui contra. Oportet autem cauere, ne iterum peti possit id ad quod abscondita sufficiunt, instar illius, qui clam accipit aliquid de bonis creditoris, in sui debiti compensationem, de quo supra, num. 113. Non diximus otiose, Per denuntiationem, Quia si iudex post semiplenam probationem coram

coram ipso factam, & ad plenam probationem præcipit, vt qui illud scit ad testificandum veniat, iuxta cap. fin. de iureiur. & c. ad nostram, eod. tit. tenetur ire ad deponendum quod scit, licet admonitio euangelica non præcesserit, nec probare possit. Quia illi non præcipitur vt denunciaret, sed vt testificetur. Ang. verb. Denunciatio §. tertio, nisi sit persona à testificando eo casu excusata ob cognationem vel aliam causam, de quo infra ca. 25. numer. 48. & sequenti dicitur.

Quadragesimo primo, qui constitutus custos ciuitatis aut agri, damno notabili, quod fieri videbat, saltem vociferatione, non obstitit, cum obligatione restituendi in solidum, per dicta supra eodem, num. 18. Quamuis qui ad id officio non tenetur, licet peccet si malitiose tacet, restituere tamen non tenetur, per dicta ibidem; Imò nec peccaret, si absque malitia per negligentiam aut modestiam non se ingerendi negotijs alienis, id facere omittat. Sed si ex officio aut dignitate tenetur impedire, & administrare iustitiam, quia est Princeps, aut iudex, peccat & restituere tenetur, iuxta mentem S. Tho. 2. sec. q. 62. ar. 7. & supra eod. nu. 18. adiunctis etiam ijs, quæ S. Anton. & Angel. dicunt, & quæ nostri scribunt in c. Quantæ, de Sent. excom. & nos in c. Inter verba, 1. q. 3. conclus. 6. pag. 108. num. 714. diximus.

Quadragesimo secundo, qui iudex non facit parti damnum restitui cum posset, siue sit Reipub. siue personæ particularis, cum obligatione restituendi, iuxta Scotum communiter receptum in 4. dist. 15. q. 2.

Quadragesimo tertio, qui curator, procurator, & alienorum negotiorum gestor, administrator bonorum alienorum, & filius qui res sui patris tractat, qui nomine sui principalis, & ob eius vtilitatem alicui damnum notabile infert, & ad restitutionem in solidum tenetur, si principales non restituant, & eorum bonis restituere potest, si adhuc eorum administrationem retinet, & prudenter faciet restituendo, ita vt ab ipso postea domini reposcere non possint. Et si iam dictam administrationem non habet, & est adeo inops, vt satisfacere non possit, debet dicere principalibus, si ignorant, quòd satisfaciant. Et si illi restituere noluerint, tenetur restituere si potest; occulte tamen poterit accipere de eorum bonis tantundem quo satisfaciat, obseruatis conditionibus seruandis ab ijs, qui occulte sua debita recuperant: quæ positæ fuerunt supra eodem cap. numer. 113.

Quadragesimo quarto, qui occulte aliquid accipit ab eo, cui non displiceret acceptio sibi nota, sed occulta sic, is licet peccet venialiter, non tamen mortaliter: Quia eius acceptio, aut retentio non est contra voluntatem Domini, sed modus solum accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non sufficit, vt definiunt bene Adrian. in 4. de Restit. & Caiet. in summa verb. Furtum. Id quod sæpe filij ob verecundiam parentum faciunt. Serui etiam & famuli accipientes à suis dominis panem & fructus quibus vescantur, credentes dominum illa concessurum esse, si ab illo peterent, aut si illic inueniretur, quamuis nollet, vt se inscio acciperent. Dixi, Quibus vescantur, Nam qui caperent ad donandum vel vendendum alteri, vt solent aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia

alia similia mortaliter peccarent, & tenerentur restituere. Quia non solum modus sed ipsum factum inuito domino fit. Qui tamen minutatim vno die quid exiguum, puta quadrantem seu quattrinum, & alijs multis diebus singulis tantundem caperent, nulla vice peccarent, nisi venialiter, etiam si taliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent: modo iam inde à principio, vel postea non habuissent animam furandi notabilem quantitatem, per illa parua furta, siue tamen cum hoc animo, siue sine illo perueniatur ad quatitatem notabilem, restituenda videtur illa. Quo fit, vt inueniri possint furta solum venialia, quae obligent restitutionem sub poena peccati mortalis. Quae limito procedere in eo, qui continuato tempore sine magnis interuallis illam notabilem quantitatem conflaret; non enim dicerem teneri ad restituendum sub poena peccati mortalis illos famulos, qui aliquot diebus vnus mensis aliquot eiusmodi furta facerent, & post alium vel duos menses totidem, & post aliquot alios totidē & cetera, ita quod in fine trium vel quatuor annorum conflarent summam etiam duplo maiorem, quam sit illa, quae semel accepta peccatum & restituendi necessitatem induceret.

Ad dubium autem 16. P. Vinc. scilicet, An fur teneatur restituere impensas, quas furtum passus fecit in quaerēda re sibi furto subtracta? Respondeo, quod sic, eas quas vir prudens & bonus facere debuisset, quia earum causa fuit, & nō solum fur, sed etiam quilibet alius malefactor tenetur ad interesse damni, etiā extrinsecū, l. Qui tabulas, & l. Is. cui, §. fin. ff. de furt. & glo recepta in l. r. verb. casibus, & verb. consequenter, C. de sent. quae pro eo, qd̄ int. prof. Cur ergo cōfessarij non obligant eos ad illud restituendum? quia forte nesciunt damnum, aut probabiliter credunt damnum passos contentos fore restituto principali, quae solutio quaedam est l. i. ff. Qui satisfd. cong.

Quadragesimòquintò qui impedit aliquem euntem ad impediendum damnum quod tertius inferre volebat quarto, & ad restitutionem tenetur, licet aliter non iuuaret tertium, quia impediendo opitulaturum, indirectè videtur iuuare nociturum; vt rectè innuit Medina in Cod. de Restit. fol. 39. Peccaret etiam cum obligatione restituendi, qui aliquos amicos, aut famulos mitteret ensibus districtis ad terrefaciendum, aut ad alium iocum, aut ludum, si ex eo damnum sequeretur, nisi adhibeat diligentiam debitam ne damnum notabile fieret, Arg. c. Presbiterum, & c. Lator, & c. Continebatur, de homicid.

De peccatis patrum circa bona filiorum.

S V M M A R I V M.

Pater circa bona filiorum peccat his modis mortaliter, nu. 141. & 151. Peculium filiorum quadruplex Castrense, num. 141. Quasi Castrense, & an sit tale omne peculium clericorum, num. 142. Aduentitium, num. 143. Professitium

tium, num. 144. An sit mixtum. num. 144. Donare pater filio nisi in his casibus non potest. nu. 145. Donatio facta à patre filio quando valet, nu. 146. & seq. Filius qui plus alijs patri seruit quid obtinere debeat. nu. 148. Donatio coniugis facta coniungi, quae valet, nu. 149. Legatum à patre relictum filiae cui dos debetur: an compensetur. nu. 150. Filia renuncians legitimae cum iuramento, & enormi lesione, vt teneatur, nu. 152.

Quadragesimosexto peccat mortaliter, qui pater tractat aut dat bona filiorum suorum aliquo modo indebito infra scripto nu. 151. cū obligatione restituendi de qua ibi. Pro quorum intellectu, praesuppono nouem. Primum, quod quatuor bonorum genera, aut peculiorum, filij viuentibus parentibus habere possunt, scilicet Castrensia, quasi Castrensia, Aduentitia, & professitia. Secundū, quod Castrensē est quod filius in bello acquirit l. Castrense, ff. de Castrensi pecul. cum eis annot. & in Rub. C. cod. & haec bona solius filij sunt, tam quo ad vsum fructum, quam dominium, & in eis pater nihil habet, secundum omnes l. fin. C. de inoffic. testa. l. 1. §. fin. ad Macedon. Bart. in l. si forte, ff. de Castrensi peculio, in tract. de duobus fratrib. 142. Tertium, quod quasi castrensē est quod filius familias acquirit officio aliquo publico, puta Medici, Aduocati, scribae, aut magistri in aliqua septem artium liberalium, aut quouis alio publico, propter quod stipendium publicum accipit; aut beneficio Regis, vel Reginae, l. Cum multa. C. de bonis quae liberis, & quod clerici suo officio clericali, aut suis beneficijs curam animarum habentibus aut non habentibus, cum administratione, aut sine ea acquirunt, quoniam etiam quaelibet alia bona clericorum, saltem quae acquirunt post clericatum, iure communi sunt quasi castrensia, Auth. Presbiteros, C. de Episcop. & cleric. secundum Host. Panor. & Cummun. in c. Quia nos, de Testam. & c. Constitutus de Restit. in integ. In quibus nil plus habet iuris pater quam in Castrensibus l. Non solum C. de bon. quae lib. quod an de consuetudine seruetur, infra 143 dicitur. Quartum quod peculium aduentitium est peculium filij familias nō castrensē, nec quasi Castrensē, aliunde quam à patre & ex bonis eius & ob gratiam illius principaliter habitum, qualia sunt bona illi haereditario iure à matre aut à suis cognatis, aut amicis, & suo labore, industria, aut fauente fortuna parata: per notata vbi supra. In his bonis aut peculij proprietates est filij, & vsum fructus patris quandiu viuit regulariter d. l. Non solum, & l. Cum oportet C. de bon. quae lib. nisi, cum qui donauit aut reliquit filio, veruit, ne patri quaeretur vsum fructus. Auth. excipitur eod. tit. & in casu Auth. Idem, eod. tit. & cum in bonis filij sui cum fratre succedit, secundum ius commune, Auth. Itē C. eod. Dixi, Iure communi, Nam secundum leges Regni Castellae solus pater filio succedit per l. 6. & 7. Tauri, & etiam secundum leges Lusitaniae tit. 75. li. 4. ordinat. quāuis fratres habeat, nec ad diuidēdū inter reliquos fratres tenetur, scdm omnes l. fina. C. de Collat. & l. Cum antiquis C. de inoffic. testa.

Peculium verò professitium est peculium filij Familias habitum à patre aut eius

eius causa, aut de eius bonis nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens: & in his tam proprietatis quàm ususfructus est patris. Nobis tamen videtur, esse aliquod mixtum partim aduentitium partim profectitium, scilicet, quod filius suo labore & industria ex bonis paternis, aut in eisdem acquirit, quicquid dicat Syllu. Nam quamuis rectè dicat, quòd quicquid filius, ex illis bonis acquirit aut patri acquirit, aut furatur: quòd tamen filius, ob suum laborem & industriam promeretur, eius est, & tanto plus, quàm cæteri fratres debet habere de bonis paternis, quando plus quàm illi in eis quaerendis laborauit, aut certe tantum quantum mercedis solui debet alij extraneo qui tantundem laboraret, aut potius dimidium eorum, quæ de bonis, & pecunia etiam clandestine accepta per suam industriam lucratur, per singulare doctrinā Bart. in l. i. §. Nec castrense col. 3. ff. de Coll. bono. quam plurimorum autoritate fulcit Decius in l. Illud. C. de collat. à nu. 10. Quòd intelligendum est còcurrentibus duobus; alterum est, quòd filius patrem sustentare non teneatur, quia habet vnde alatur l. si quis à liberis, §. Idem. ff. de de lib. agnos. & l. Nensenius. ff. de negot. gestis, & l. Alimenta. C. eod. cum eis annot. per glo. & doctores. Alterum, quòd expresse aut tacite protestetur se eo animo seruire, vt pater ob suam operam & laborem det ei tantum quantum alteri extraneo dare deberet, si ipse ei non seruiret. Meritum etiam filij prædictum attendi potest, ad effectum, quòd pater donare aut relinquere poterit tantum plus ei quàm eius fratribus, quantum alicui extraneo ob similia merita dare deberet, ita quòd id nõ computetur in sua legitima, iuxta mentem Bart. in l. i. §. Castrensis, ff. de Cast. pecul. & l. Si donatione C. de Coll. Et quanquam hæc duo dicta colligantur ex eo quòd statim in eod. cap. nu. seq. & num. 148. dicitur, visum tamen est hic declarare, quia est
145 res quotidiana & parum ab alijs resoluta. Quintum, donationem à fratre factam filio, qui est sub ipsius potestate, non valere, nec à filio factam patri, quia pro vna & eadem persona reputantur l. fin. C. de Impub. nisi primo, facta à patre in dotem aut matrimonium l. Pomponius Philad. ff. famil. ercisc. & ff. de Coll. bon. & de Collat. dot. per totum. Secunda, mobilia facta pro bello C. Famil. ercisc. l. 4. Tertia, ususfructus quem in bonis filij aduentitijs habet pater, vt in l. Cum oportet, & l. non solum §. si autem C. de bon. quæ lib. Quarta, facta pro meritis & seruitijs in tantum quantum pater dare alicui extraneo ob similia merita teneretur, iuxta Bart. communiter receptum l. 2. §. Castrensis, ff. de Castr. pecul. & l. Si donatione C. de Coll. & l. Frater à fratre, ff. de cond. indeb. Et in foro conscientie sufficit ea esse vera arg. not. in c. Tua, & c. Is qui, de spons. Sed in foro exteriori probari debent, nec sufficit patrem dicere ea vera esse, iuxta eundem in l. Si fortè, de Cast. pecul. Quia fides non habetur dicenti de se alium benemeritum esse, quando id requiritur ad hoc vt iure aliquid facere possit, qualis est hæc donatio, iuxta eundem & commun. Et cum dubitatur an pater filio donet ob merita, vel ob meram liberalitatem, præsumendum est dare merita, si antecesserunt, & aliàs ob liberalitatem ob iuxta gloss. cõiter receptam in d. l. Si donatione C. de collat. V. facta in omnibus casibus in quibus
146 donatio à marito facta vxori suæ, aut ab vxore facta marito valet, qui referuntur infra

eur infra nu. 150. Quia iuxta doctissimum Azon. in summa de do nat. donatio inter maritum & vxorem, & donatio inter patrem & filium communiter æqui parantur. Notandum tamen est, quòd donatio patris, & matris facta filio, quæ non est remuneratoria, quamlibet valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocantur, Si tamen excedat quantitatem de qua patres libere disponere possunt, iuxta varias leges diuersorum Reg norum, quas statim citabimus, & legitime reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda est, quantum opus fuerit ad præiudicium eorum excusandum. l. i. C. de Inoff. don.

Sextum, quòd si vnus filius patri suo seruit, & alij non; quamuis pater pro remuneratione eius meritorum dare possit, quanti illa merita valent, & quantum extraneo alicui dedisset, si tamen non dat, nec filius in vita cum patre conuenit, vt sua merita remunerarentur, saltem vt extraneo, nec protestatur se ab eo, aut eo mortuo, ab eius hæredibus petiturum, a suis fratribus hæredibus remunerationem aliquam ratione suorum meritorum poscere non potest. Quia illud amore filiali facere censetur, Arg. l. Nensenius. ff. de neg. gest. l. i. & l. Alimenta, C. eod.

Septimum, quòd donatio a marito facta vxori, aut ab vxore marito post contractum matrimonium de præsentem, aut ante pro tempore, quo contractum iam fuerit, nõ valet; & donator antequam moriatur cum libuerit reuocare potest. l. i. ff. de donat. inter vir. & vxor. quamuis fiat per tertiam personam, & per modum remissionis debiti. l. Si sponsus. ff. eod. excepto quando Imperator aut Rex donat Imperatrici aut Reginæ, aut illa illi. C. eod. l. penul. Et quando donatur pecunia pro restaurandis rebus igne absumptis, ff. eod. l. Quod si vir. Et quando donator pauperior ob talem donationem non efficitur, quamuis recipiens ditior fiat. Et quando recipiens non fit ditior, quàmuis donator pauperior fiat. Et quando donatur pro tempore in quo matrimonium perficietur, s. vt res fiat mariti, aut vxoris, quando alter eorum morietur, l. Sed interim. ff. eod. Et quando donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem donatoris id habeat, vt in d. l. Sed interim. modo se in vita reuocandi facultate non priuet, secundum glo. in d. l. Sed interim. Et quando vxor marito donat ad aliquem honorem aut dignitatem consequendam. l. Quod adipiscendæ, ff. eo. Et quando maritus extante matrimonio, vxori omnem dotem promissam, aut aliquam eius partem remittit. glo. sing. & ibi Cyn. & Bal. in l. Si constante, de donat. ante nuptias. Remissio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori suæ in mensum aut annum, aut quandiu superstes fuerit, pro victu suo, & suorum, certum quid pro æstimatione fructuum dotis & non amplius deputat, vt tenet glo. in l. Ex animo. ff. de donat. inter vir. & vxor. per illum textum.

Octauum, quòd pater, qui legatum aliquod filie cui debebat dotem, relinquit, videtur relinquere in solutionem, aut in partem solutionis illius. c. Qui abstulerit 12. q. 2. Quia est debitum, quòd lege debetur.

Nonum, quòd ex prædictis colliguntur modi, quibus pater contra filios peccat mortifere. Primus, accipiendo sibi vel alteri aliquid notabile a suo filio fam. ex bonis castrensis, aut quasi castrensis, aut fructibus eorum cum obligatione

obligatione restituendi, arg. c. Qui abstulerit, 12. q. 2. Secundu s, accipiendo sibi vel alteri aliquid notabile quo ad proprietatem de bonis aduentitijs sui filij familias. Tertius, administrādo ea ita male vt notabiliter lædatur, siue vsum fructum habeat, siue non, quo casu alij fratres hæredes post obitum patris damnū illud, quū bona inter se diuiserint, refarcire tenebūtur. Sed si pater vsum fructum eiusmodi bonorum habebat, & non damnificauit proprietatem, sed solū fructus illorum, nec pater nec fratres ob illud ad aliquam restitutionē tenentur. Angel. verb. Peculium. §. 24. Sylu. eo. verb. quæst. 15. Quartus, inducendo per metum saltem reuerentialem, aut dolum & fraudem suum filium, vel filiam, vt suæ legitimæ vel patrimonio renuntiet cum iuramento se contentam fore dote minore legitima, cum obligatione restituendi, arg. a Contrario, c. Quamuis, vbi Dominic. & alij de pact. li. 6. Diximus, *Per metum aut fraudē*, Quia si sponte id faceret, teneretur ad seruandū iuramentū, et si enormiter vel et enormissime læderetur, in foro cōsciētia, quāuis nō in exteriori, quia ex tali dāno dolus aut fraus præsumitur, secundū Petrum Anchar. consi. 38. & in reg. Accessorium, de reg. iur. libr. 6. & late Decius consi. 180. quæ tamen præsumptio in foro conscientia cessat, iuxta not. in c. Is qui, & c. Tua, de sponsal. Quæ distinctione contrariæ opiniones relatæ per Decium in d. consi. 180. & 26. & 182. fortassis componi possent.


De peccatis mariti circa bona uxoris, & e contrario.

S V M M A R I V M.

Maritus ut peccat si accipit ex bonis uxoris sue paraphernalibus, nu. 153. Uxor ut peccat, si accipit ex bonis mariti etiam ad largiendum eleemosynas, nisi octo casibus numer. 153. & seq. & quando potest occultare bona mariti, nume. 156.

Bona paraphernalia quæ sunt, nu. 153.

Eleemosynam quando uxor largiri potest, nu. 153. & seq.

153  Vadragimoseptimò, qui maritus sibi aut alteri accipit aliquid notabile ex bonis quæ præter dotem uxor habet, quæ græco vocabulo paraphernalia lex appellat: nam alienum contra ius vsurpart. Bona paraphernalia sunt bona, quæ uxor sibi reseruat, præter dotem quam marito pro oneribus matrimonij dedit. l. Si ergo. §. Dotis. ff. de iur. dot.

Quadragesimooctandò, quæ uxor sibi aut alteri accipit ex bonis mariti notabilem quantitatem contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus alijs, cum obligatione restituendi. S. Thom. 2. sec. q. 62. art. 1. quia nec eleemosynam ex bonis mariti, aut communibus absque eius facultate dare potest, nisi Primò, extremè egenti, cauendo tamen ne ob id maritus egeat extremè. capitu. Pasce, 86. distin. Secundò, vbi consuetudo regionis haberet, quòd uxores

uxores eleemosynam panis, aut vini largiantur; ibi enim credere potest, id placitum marito, quamuis expresse id prohibet: quia verisimile est id maritum facere, ne eleemosynas extra modum consuetum tribuat. Si autem crederet eum verè nolle, vt etiam consuetam & moderatam faciat, debet se ab ea faciendâ abstinere, iuxta S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 19. §. 1. arg. c. Per tuas 3. de Symon. Tertio, cum facit ad euitandum aliquod damnum mariti temporarium, vt Abi gail. 1. Reg. 25. fecit. Et eadem ratione, imò fortiori, si eam facit ad proprium damnum spirituale euitandum, vt cum maritus est malignus, & illa moderate largitur, vt Deus eum illuminet, & ad pœnitentiam conuertat, modo sine eius scandalo faciat, arg. c. Nihil, de præscrip. Quarto, si maritus est amens. Quintò, si maritus est absens: quia tunc administratio domus ad eam spectat, nisi per illum aut superiorem aliter statuatur. Palud. in 4. dist. 15. q. 3. art. 6. conclu. 2. Sed quia nec eius dicta, nec ratio iure firmo nituntur, verius est eam in his duobus casibus non posse dare ad summum plus quàm eius maritus valens & præsens largiri solebat. Sextò, quum maritus pro eius victu certū quid illi deputat, & ex eo partius viuendo reliquat aliqua in pauperes eroganda, iuxta eundem vbi supra. Septimò, si habet bona paraphernalia, de quibus ad voluntatem uxor statuere potest, nisi vbi consuetudo & statuta prouincia aliter decernerent. Octandò, si dedit marito dotem ad sustentandum sufficientem, & nihilominus nouit aliquam artem texendi, aut luendi, aut acu pingendi, vendendi, emendi, aut aliam similem, qua non deferendo debitam domus administrationem lucratur. Quo possent conciliari opiniones contrariæ Glo. l. Sicut, ff. de oper. libert. & Theologorum Thom. Richard. & Palud. vbi supra: siquidē ex ita lucrifactis libere impendere potest, vt sentit Barto. in l. Cajo ff. de alim. & cibar. legat. modo, vt sanctè dixit Astenfis, sua familia eo non indigeat: quia de præcepto charitatis primum domesticis subueniendum est, c. Non satis. 86. dist. & l. Si præses, C. de seru. & aq. & modo lucra non sint communia inter maritum & uxorem, & administratio sit marito reseruata, vt communiter sunt in omnibus Hispaniæ Regnis.

Adnotandum tamen, quòd si maritus est prodigus, vel decoctor, potest licite uxor accipere clam aliqua, vt necessitatis tempore, domui suæ prouideat, adeo quod marito etiam id imperanti, non tenetur omnia, quæ habet illi tradere. Ang. verb. Furtum.

Ad nouè autem hic quæsitum, respondimus affirmatiue, quòd etiam in foro conscientia potest uxor totam dotem repetere mortuo marito, esto, quòd ille multa superflua impendisset in eam alendo & ornando, quia iura cum onere conseruandi eam uxori, faciunt eum dominum eius, l. Doce ancillam, C. de rei vendi. & l. In rebus, C. de iur. dot. & c. Per vestras, de Don. int. uir. & vx. & alia quæ tunc attulimus.

Ad alterum hic nouè quæsitum, respondimus, quòd maritus tenetur restituere uxori, non solū dotem integram, sed etiam ea quæ bene vel male impendit de bonis paraphernalibus eius, non tamē quæ de lucris communibus, quoniam illa sola quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta, censentur lucra; re-

Cap. Decimum septimū de septimo praecepto Decal.

liqua. n. licet pro dimidio lucriferent vxori, lucrifunt tamen reuocabiliter; ita quod maritus ad quem spectabat libera illorum administratio, potuit bene vel male administrando illa, sibi & vxori reuocare, vt tradit Io. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vx.

Ad tertium nouè quæsitum respondimus, quod vxor etiam si maximam dotem dedit marito, non potest absque eius licentia dare de illa 40. aureos, etiam Nutrici suæ. Nec obstant citata in contrarium de pupillo, quem aiunt non teneri ad restituendum ea, quæ de suis bonis clam tutore impedit, nec deponentem qui de rebus à se depositis clam depositario idem facit, quia vterq; horum tenetur ad imputandum illud sibi in redditione rationum, quod effectus est restituere, arg. c. Veniens, 2. cum similibus de testib. Nec refert an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, quum à principio 40. dare statuerit, per dicta supra eod. num. 140.

Ad alia quatuor nouè hic quæsitā, sic in summa respondimus. Primò, quod etiam in Portugallia vbi ipso iure omnia bona mariti & vxoris communicantur, donatio mariti de mobilibus, etiam sine vxoris consensu valet, quoniam apud maritum est tota administratio bonorum, & potest solus regulariter alienare mobilia, licet non immobilia, iuxta tit. 6. lib. 4. ad fin. & tit. 8. lib. 4. ordin. Lusitaniæ. Secundò, quod tenetur tamen computare illa in partem suam, imò & facere quod vxori suæ id innotescat, vt in partitione tantundem plus sibi cedat, per prædicta. Tertio, quod donatarius qui credit maritum non manifestaturum id vxori, nec in sua parte clam illa donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. Quarto, quod idem est dicendum de marito, qui in terris vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore sua, quia licet impensa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra, non tamen id facit donatio, quæ illi non permittitur sicut illa.

De peccatis filiorum circa bona paterna

S V M M A R I V M.

Filius mortaliter peccat cum obligatione restituendi aliquid ex bonis patris accipiens, n. 156. Quævis sint aduentitia aut profectitia, & c. n. 157. 158. & seq. Filius qui ex patris iam mortui pecunijs lucratur nu. 161. & quid de lato sibi contemplatione sui patris: Et quid de sumptibus fratris sui scholastici, nu. 162. Et quid de sumptibus bonorum aduentitiorum, n. 163. & seq. Et quid de pœna soluta pro eius delicto, & de impensis in nuptijs eius factis, & quid de iocalibus, nu. 165. & seq.

Legitima filiorum varia in varijs Regnis, nu. 158.

Filius studiorum impensam à patre factam an & c. nu. 159. & 164.

Filio donatum patris intuitu, nu. 162.

Filij lucra de patris pecunia facta, nu. 161. & seq.

Vxor an domina, an vsuaria iocalium. nu. 166.

Quadragesimo-

Non furtum facies.



Quadragesimonondò, qui filius aliquid notabile ex bonis patris contra eius voluntatem accipit: Quia filius nullum ius in bonis patris viuentis habet, quam quod debet ali ex eis, si ex suis non potest, l. Si quis à liberis, §. Idē, ff. de lib. agnos. Et ita quod ex eis acceperit, patri, aut saltem eius hæredibus, singulis pro rata restituere debet, nisi pater viuēs illud ei condonarit, iuxta S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 15. §. 1. etiam si bona ex quibus id accipit forent sua aduentitia aut profectitia, per supra dicta eod. cap. num. 153. Et etiam si accipiat ad elemosynam dandā non egenti extremè: imò & si ad dādum egendi extremè, si eius necessitati mutando subuenire potuisset, per supradicta eod. cap. n. 90. Potest etiam licite accipere quando probabiliter conijcit patrem suum eo contentum fore, vt cum de eius licentia peregrinatur, aut in peregrinis gymnasijs versatur; tunc enim probabiliter credere potest, ratas habiturum patrem elemosynas illas quas instar sui simulum facit, argum. l. Si longius, ff. de Iudic. cum ei annotat. Potest etiam quum bona ipsius aduentitia ad eum spectant, etiam quo ad vsum fructum cuiusmodi sunt in casibus relatis supra eodem cap. nu. 60.

Quinquagesimò, qui filius accipit sibi vel alteri, ex bonis patris datis sibi in peculiū profectitiū, vel ex fructibus eorū, vel ex fructibus aduentitiōū pertinentibus ad patrem, imò vel ex ipsis bonis cum præiudicio vsum fructus patris contra eius voluntatem, vel cum eius voluntate plus quā pater donare potest, eo quod excederet suam legitimam, & quantitatem quam pater cuiilibet extraneo relinquere potest. Quod interdum iure communi sunt duæ tertiæ partes, & interdum dimidia Auth. de Trient. & semiss. collat. 3. & Auth. Nouissima. C. de in officio. testament. & iuxta leges Regnorum Lusitaniæ tertia, lib. 4. ordinat. tit. 70. & Regnorum Castellæ quinta l. 7. & 8. adiuncta. l. 15. Tauri, & etiam tertia ad donandum ea quibus filijs volet. Et si mortuo patre illud plus non vult in diuisionem conferre cum suis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi: per supradicta iura. Idem est si vltra legitimam per donationem patris inualidam aliquid accipit.

Quinquagesimoprimum, qui filius accipit fructus ex aliquibus bonis sui patris viuentis de consensu eius, post mortem eius non vult in diuisionem cum cæteris fratribus illos conferre, nisi pater permittat, & consentiat eos accipi ab eo animo remunerandi eius merita, intra tamen quantitatem quam ei donare potest. Bart. in tract. de duob. fratrib. num. 1. & 2. Quod ipsum etiam dicendum de pecunia quam in peculiū profectitiū à patre accipit, secundum mentem Bart. vbi supra. Idem quoque dicendum de eo quod pater nomine filij emerat, cum id labore atque industria sua filius promeritus esset, l. Filij, ff. famil. Herciscun.

Quinquagesimosecundò, qui filius non vult conferre ea, quæ pater ipsi emit sed viuens non tradidit, quamuis sint libri, arma, aut alia quæ si traderentur viuente patre, bona castrensia, aut quasi castrensia fierent, quo ad proprietatem & vsum fructum, quia omnino patris remanent, & sic inter fratres diuidenda sunt; licet tempore quo talia pater emit, filius iam esset doctor aut

Man. Nau.

A a 3

miles:

miles : nam quo illa fierent bona castrensia , aut quasi castrensia , necesse est , ut in vita patris ea tradantur , l. 1. C. de Castrensi pecul. Bart. in dicto tract. num. 16. Et idem dicendū est de libris quos pater emit & tradidit filio qui versabatur in literarum studijs , si doctor effectus aut iam emancipatus non erat : quia non fuerunt facta bona quasi castrensia . Verum est , quod ad aestimationē qua empti sunt , si nunc minoris aestimantur , accipere non tenetur , iuxta gloss. in l. Illud , C. de Collat. ab omnibus receptam ; nec etiam pluris , si eorum aestimatio creuit iuxta Raphaelē ; cuius contrarium tenet Ludo. Rom. quod verius nobis videtur , Arg. l. secundum naturam , ff. de Reg. iur. cap. Qui sentit eod. titul. libr. sexto.

Ad nouē hic quaesitum , respondimus , quod filius non tenetur conferre illa , quae cum eo praeter ceteris pater impendit in vestitu , cibo , & equitatu ; quia id non est donatio , saltem talis quae in legitima computari debeat , nisi quum pater donauit ei aliquam summam , ut de ea pro libito disponderet , & ipse suo arbitrio in praedictis impendit , quia conferet eam , ut alias donationes iuxta l. 17. & 18. Tauri.

Adde quod si pater filij nulla bona habebat , & aluit eum in studijs literarum , non tenetur in parte suae legitimae computare alimenta , quae ibi accepit . Sed sic , se pater penes se peculium castrense , aut quasi castrense filij habebat : quia praesumitur eum aluisse tanquam administrator bonorum eius , iuxta Barth. vbi supra arg. l. 1. C. de dot. prom. Quamquam in relictis creditori per vltimam voluntatem distinguitur an debitum esse necessarium , aut voluntate contractum , iuxta Commun. in l. Si cum dotem , §. Si pater . ff. solut. matrim. & in §. Sciendum . l. 1. C. de rei vxor. act. c. Officij de testam.

161 Quinquagesimotertio , q. filius , id quod de patris pecunia lucratus est , eo mortuo non vult conferre , cum obligatione restituendi pro parte Lucri , qua suo labore & industria meruit , ut quilibet extraneus meruisset , praecedente protestatione expressa vel tacita , per praedicta eod. cap. nu. 144. & seq. & nu. 148. & 158. facit . l. fin. C. de Collat. & Bart. in dicto tract. nu. 23. Quia eam conferre non tenetur , per praedicta : quae pars regulariter est dimidium eius , quod lucrificat , secundum Bart. in l. 1. §. Nec castrense , ff. de Collat. bono. quem plurimorum auctoritate fulcit Decius in l. Illud , C. de collat. ut diximus supra nu. 158. Idem de filio qui viuentē patre datum aut relictum aliquid ab aliquo extraneo solius patris & non sui contemplatione , mortuo patre non vult conferre . Quia illud est peculium profectitium , per supra dicta in eod. cap. nu. 144. secus tamen esset , si ei datum aut relictum ipsiusmet contemplatione fuit , aut tempore quo iam emancipatus erat , l. Sed si quid . ff. de usufruct. Bart. vbi sup. nume. 7. Quod si non constat vtrius contemplatione fuerit datum , id conijciendum est ex qualitate personarum , & modo relinquendi , & alijs similibus , iuxta boni viri arbitrium , arg. l. 1. ff. de iure delib. & cap. De causis , de offic. deleg. Idem de filio qui non vult pro sua parte soluere debita honesta , quae suus frater in literarum studijs viuentē patre , qui eum ad ea miserat , contraxit , cum obligatione restituendi . l. Sed Iulianus , §. penult. ff. ad Maced. & Bart. in d. tract. num. 16. & Bald.

Bald. in Addit. eiusdem . Quamuis conferre in impensas studij , in quo perseuerare intendit , non teneatur , iuxta Bart. & Bal. vbi supra nu. 17. Idem dicendū de filio qui non vult computare in suam legitimam mortuo patre sumptus , quos ille in sua bona aduentitia necessarios fecit , aut qui in eorum perpetuum emolumentum redundabant , cum pater eos animo recuperandi fecisset , cum obligatione restituendi . Secus tamen esset , si eos animo non repetendi fecit , quod si non constat , parui praesumentur facti sine animo repetendi , cum eo verò , si sunt adeo magni , ut fructuum aestimationem excedant , Bar. vbi supra , nu. 22. Illud constat , quod si sumptus non erant ad eadem bona necessarij , nec in perpetuum vtilitatem eorum , sed solum in fructuum quos pater in vita percipiebat , redundabant , filius mortuo patre illos in legitima sua computare non tenetur , quia omnia onera & sumptus in fructuum vtilitatem redundantes ad patrem , qui vsum fructuum habet , pertinent , iuxta Bar. recep. d. nu. 22. Idem dicendum de filio , qui mortuo patre non vult computare in sua legitima bona patris quae insumpsit in ludos , & in vsus malos & vanos , in quos frequenter filij scholastici pecunias a patre ad emendum libros acceptas insumunt , cum obligatione restituendi , secundum mentem gl. l. Illud . C. de Collat. & communē super ea scribentium . Idem de filio committente aliquod delictum , ob quod pater penam soluit compellente ad id statuto regionis , secus tamen esset , si pater sponte nullo cogente ad id statuto ex pietate illam soluit , ar. l. Liber captus . C. de Cap. Bar. in d. tract. nu. 31. Idem etiam de filio , qui in sua legitima computare non vult sumptus , quos pater animo in ea computandi in eius nuptijs fecit , secus tamen si absque tali animo id fecit , quod in dubio praesumitur , l. 3. §. fin. ff. de muner. & honor. Bart. vbi supra num. 30. facit . l. Ex parte . §. Filius cum gloss. ff. famil. hercisc.

Quinquagesimoquarto , qui gener vestes pretiosas , & ad festa celebranda & alia ornamenta , ut margaritas , annulos , lapides pretiosos data suae uxori a socero etiam extantia , mortuo socero in uxoris legitima computare non vult , cum obligatione restituendi , si aliud in vltima voluntate non declarauit . d. l. Ex parte , cum glo. Bald. in Addit. Bart. in d. tract. de duobus fratrib. non enim potest dici eorum donatio morte soceri confirmata , cum non constet nec praesumatur donatio , sed concessio vsus eorum , arg. l. Id vestimentum . ff. de pecul. & l. mortis , in fin. ff. de donat. inter virum & vxor. & Bart. vbi supra nu. 22. sed necessaria in vsum quotidianum non tenetur computare , nec pretiosa eo pretio quo constituerunt , sed quo valent tempore collationis , neque in hoc si opes aut dignitas personarum adeo sunt magnae , ut illarum donatio praesumatur , l. Filius . ff. de donat. Angel. verb. Peculium , §. 24. Syluest. verb. 12. Nec vestes lugubres , quia vxoris sunt , per glo. in l. Ex re domini . ff. de stipul. seru. & Angel. Verb. Peculium , §. 21. Idem de genero , qui donata uxori suae a consanguineis eius , sibi retinet . Quia , quod consanguinei mariti ipsi offerunt , pertinet ad eum , & ad vxorem quod consanguinei vxoris eidem dant , Bart. in l. sed si plures . §. In arrogato , ff. de vulg. & pupill.

S V M M A R I V M.

Falsarius ut peccat, & cui restituet, qui nummos in substantia falsavit, num. 167. Qui circumcidit, aut attenuat nummos, Qui scripturam, pondera, mensuras, num. 168. Qui sigillum, num. 168. Falsarij bullarum qui excommunicati, numer. 169.

167 **Q**uinquagesimoquintò, qui nummos in substãtia, pondere, aut forma falsificavit, aut falsis, sciens tales esse, vsus est, iuxta mentē omnium, in c. Quanto, de iureiur. cum obligatione restituendi damnum quod contingit quando falsitas sit circa substantiam, s. substituendo, aut permiscendo vnum metallum pro altero. l. Paulus. ff. de solut. aut circa pòdus, minorem pro maiori cudendo, l. i. ff. de Contrah. emp. non autem ita contingit damnum, cum solùm falsificat formam cudendo sine potestate id faciendi, aut imprimendo characterem & formam alienam absque consensu eius cuius erat. l. Sine nomine, & l. Qui nomine. ff. ad l. Cornel. de fals. Quia primis duobus modis proximum damnificavit, & non tertio. Restitutio autem fiet damnum passo, si scitur, sin autem pauperibus, argu. ca. Cum tu, de Vsur. & dictorum supra eod. nu. 92. & 93. Neq; excusatur quòd talem ab alio accepit, quia eius error alteri nocere non debet. Si tamen ignorabat falsum esse, durante ignorantia excusatur, sed postea ea excussa damnificato satisfacere renetur, & saltem si ipse fuit in culpa accipiendo falsum pro vero: Et non cui dedit si ipse pro vero impenderit, & damnum erat notabile, aliàs non, per supradicta eod. c. num. 3.

168 **Q**uinquagesimosextò, qui autoritate priuata, forficibus aut alijs instrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat nummos, cum obligatione restituendi, iuxta glo. recept. in d. c. Quanto. Dixi, *Priuata*, quia secus est si hoc fecit publica eius, qui eos cudi iussit, vt iusto maiores ad æqualitatem pretij aliorum redigerentur. Dixi, *Publica*, quia priuata non liceret reducere ad illam æqualitatem; imò qui id faceret, teneretur restituere id quod corraderet ei, qui cudi iussit, aut monetario qui eos cudit, si illud plus perit ipsi monetario, & non iubenti cudere.

169 **Q**uinquagesimosseptimò, qui aliquam scripturam in damnum alterius falsat, aut ea, sciens falsam esse, vtitur, aut malitiose abscondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit scribam, vt sibi testamentum aut aliam quamlibet scripturam falsam faceret, toto tit. ff. & C. ad l. Cornel. de fals. cum obligatione restituendi omne damnum, quod inde sequetur. Et si sunt litera: Papæ, est excommunicatus excommunicatione Papæ referuata, iuxta. capitu. Ad falsariorum, de Crimine falsi, licèt solam vnam literam aut vnum apicem, qui non mutaret illarum sententiam demeret, iuxta communem in capitu. Dura, de Crimi. fals. Quod

Quod non credimus esse verum saltem quo ad forum conscientia, vt post Io. Gerson, tradidimus in c. Ad audientiam, el. 1. de Rescript. & trademus infra. c. 27. nu. 59. Vt etiam non incurrit, qui hoc fecit in literis quæ iam non valent, quæque iam euauerunt, secundum Richard. in 4. dist. 18. ar. 12. q. 3.

Quinquagesimooctauò, qui falsat pondera, stateras, mensuras, aut illis falsis scienter vtitur, cum obligatione restituendi, c. 1. de empt. & vendit. Idem de illo, qui falsat subscriptionem, vel inscriptionem, aut sigillum Prælati, aut aliorum quorumlibet, cum obligatione restituendi damnum si quod sequatur, secundum S. Ant. 2. par. tit. 2. c. 18. §. 7. Et fortiore ratione, qui vtitur falsis reliquijs, aut veris causa turpis quæstus, vel ebrietatum, & comestationum mortalium, aut miraculis, & reliquijs nouis ab Episcopo non approbatis. c. 2. de reliq. & l. Nemo, C. de sacrosanct. Eccles. & clarius Concil. Trid. sess. 25. de Inuocat. & cæ. Turpis aut quæstus dicitur, qui quæritur ex venditione, locatione, traditione vel ostensione reliquiarum & aliorum sacrorum, cum pacto vel sine principali ob id aliquid recipiendi, non tamen, qui minus principaliter intenditur, vt cum sit principaliter ob honorem & reuerentiam eorum, sicut vt plurimum fieri solet, per ea quæ late tradidimus in repet. c. Inter verba, 11. q. 3. nu. 281. & in Enchiridion siue Manuali de Orat. Super. c. Quando, De consecrat. distin. 1. c. 6. nu. 15. & seq. & nuper in Comment. c. cum Minister 23. q. 5.

De peccatis circa inuenta.

S V M M A R I V M.

Inueniens ut peccat si non restituit, aut non quærit, & cæ. nu. 170. & seq. *Thesaurum qui arte magica quærit, nu. 176.* *Inueniens trabem & cæ. nu. 176. aut animal in laqueo, nu. 176.* *Bona quæ sunt nullius, & quæ derelicta, nu. 170. & seq.* *Thesaurus quid, & inuentus cuius sit, nu. 172. & seq.*

170 **Q**uinquagesimononò, qui aliquid notabile alienū inuenit, & sibi retinet, vel quā cito & cōmode pōt non reddit peridenti, si eū cognoscit, aut si non fecit, quæ oportet, vt eū noscat, iuxta Scotū receptū in 4. distin. 15. Diximus, *Notabile*, quia minus eo non inducit mortale, per supradicta in c. 11. nu. 4. & specialius supra eo. c. nu. 3. Dixi, *Alienum*, Quia non est peccatū ēt veniale accipere sibi quod nullius est, cuiusmodi sunt aues & feræ & lapides pretiosi litoris maris, quæ inuenientiū & capientiū fiunt, §. Itē lapilli Inst. de rerū diuis. qualia sunt ēt, quæ aliquādo fuerunt aliquorū, sed desierunt esse illorū, quorū fuerunt, nec sunt effecta aliorū, vt thesauri, de quibus plura statim. Quales itē quæ a suis dominis pro derelictis habentur, l. Falsus, §. Si factū. ff. de fur. & l. Interdū, ff. de acq. poss. & §. si. Insti. de rerum diuis. Pro derelicta aut quis habere suam rem perditam præsumitur ex coniecturis, de quibus est, quod

quod tacet, & non quærit per se vel per alium iuxta, Feder. Senen. in conf. 17. aut iacit librum apertum in mare, vel fluuium, gl. in d. §. Si iactum. quamuis id faciat tempore tempestatis. Non tamen idem esset si iaceret eum clausum, saltem illo tempore. l. Qui leuandæ, ff. ad l. Rhod. de iact. & minus id quod vi fluminis fertur. arg. l. Nauigia, C. de furt. c. Excommunicationis de Raptor. 171 Quod si per debitam inquisitionem non apparet quis perdidit, vel cuius est, pauperibus restituendum est, arg. c. Cum tu, & ei annot. de vsur. Et si inuentor est pauper, potest sibi totam, aut partem illius retinere tanquam vnus ex eis saltem ex consilio confessarij, per ea quæ diximus In Enchrid. de Orat. super cap. Quando, de Consec. dist. 1. not. 7. nu. 34. & supra eod. cap. nu. 93. & in Apolog. libelli de Reditib. q. 1. num. 77. Caueat tamen, ne à sua ipsius cupiditate falsus debitam inquisitionem omittat, & pauperiorem quàm sit se sibi persua-deat, arg. c. Quatuor 4. q. 3. Maior in 4. dist. 15. q. 8.

Sexagesimò, qui casu thesaurū aliquē occultū i loco alieno inuenit, & dimi-dium domino non reddit, aut si data opera absque facultate domini effodiēs inuenit, & totum non reddit, saltem sui laboris mercede deducta, iuxta men-tem glossæ dicti c. Si quid. 14. q. 5. Pro cuius declaratione dicimus, quòd the-saurus est pecunia sub terram vel alibi abscondita vetustiore tempore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla est memoria l. Nunquam §. Theaurus ff. de acquir. rer. do. & melius in §. Thesauros. Inst. de rerum diuis. & melius in l. 1. C. de Theaur. lib. 10. Qui secundum ius commune totus est eius, qui inuenit illum in eo, quòd plene suum est, quo ad dominium directū & vtile; & si casu inuenit in alieno, dimidium est eius, & dimidium domini lo-ci vbi est inuentus: Sed si data opera inueniat in alieno, distinguendum vide-tur, an de consensu domini loci fuerit quæsitus, an sine illo, & priore casu to-tus cedit inuentori, posteriore verò totus domino loci, vt probat prædicta l. 1. & rectè resoluit Syl. in Aurea Rosa cas. 19.

173 Ex quo sequitur Primò, quòd creditor qui thesaurum in domo, quam pi-gnori habet inuenit, & maritus qui inuenit in terra dotali vxoris, diuidere de-bet eum cum debitore, aut cum vxore. Et etiam, qui in agro aut domo ad mo-dicum tempus conductis, imò & ad longum, nempe ad vitam, aut vitas, aut in emphiteosim perpetuam, vel ad decem annos, qui etiam longum tempus con-stituunt, vt mox dicitur, quia nullus horum est integer dominus, l. 2. ff. si ager vecti. vel emphit. petat. & sic dimidium directo domino dare debet. Et econ-trario, si inuentor habet dominium directū, dimidiū dare debet habenti vtile, vt colligitur ex Bar. in l. Si is, §. fin. ff. de acquir. rerum domin. & in l. In causæ. ff. de Procutar. & §. Thesauros Insti. de rerum diuis. Dominium autem dire-ctum totum dicitur habere is, qui proprietatem rei sine vsufructu habet, vt qui in emphiteosim perpetuam, aut ad vitam dedit, aut ad decem annos loca-uit. Dominium verò vtile tantum dicitur habere, qui sine proprietate, ha-bet ius fruendi re, perpetuò, vel pro sua vita, aut plus, aut saltè pro decē annis, iuxta gloss. Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. & allata per Decium conf. 204. & alios alibi.

Sequitur

Sequitur secundò, eum, qui thesaurum in loco publico aut sacro siue reli-gioso inuenit, partiri debere cum Fisco, aut ciuitate, aut prælato Ecclesiæ, cu-ius est ille locus, vbi est inuentus. Dixi supra, Secundum ius commune, quo-niam vbi aliæ sunt de hoc leges, aut de alijs rebus inuentis, illæ seruandæ sunt, sed non est expectanda sententia iudicis, vt rectè monuit Ca. 2. sec. q. 66. ar. 3. Quia, licet ille non dicat, hæc restitutio non sit in pœnam, cuius soluen-dæ obligatio exigat sententiam, iuxta glo. illam sing. c. Fraternitas, 12. q. 2.

Sequitur tertio, quòd aliquam pecuniã dispersam per agrum, aut in sacculo retro aliquem parietem, aut in aliquo eius foramine inueniens, restituere te-netur, quia non est thesaurus, per suprascripta: & trad. Bald. in Rub. de rerum diuis. Idem est de illo, qui aliquam pecuniam metu belli occultatam, aut quo-melius seruaretur, repositam inuenit. Quia propriè non est thesaurus, de quo loquimur. Quare nullum ius sibi acquirit, qui eam inuenit, imò tenerur resti-tuere illi qui abscondit, aut eius hæredibus l. A tutore, ff. de rei vendi. aut pau-peribus; quòd si non facit, mortiferè peccat, vt sensit gloss. dicti §. Theaurus, Insti. de rerum diuis. si ex coniecturis apparet, non multum temporis fluxisse, ex quo posita fuit. Qui verò emit aliquod prædium, siue vrbantum, siue rusti-cum, in quo postea thesaurum inuenit, nil tenerur restituere venditori, d. l. A tutore, vbi supra: quamuis sciēs in eis thesaurum esse emerit ab eo, qui id igno-rabat, iuxta. S. Thom. 2. sec. q. 66. ar. 5. quicquid. Ang. dicat.

Sexagesimo primò, qui thesaurū arte magica, aut alijs diuinationib. & mo-dis illicitis quærit, quāuis id efficiat i suo, & quòd inuenit sit Fisci l. Vnica, C. de Theaur. lib. 10. Videtur tamen eum retinere posse illum, quousque conden-netur, quia pœna est, arg. glo. sing. c. Fraternitas 12. q. 2.

Sexagesimo secundò, qui trabē, aut aliquid aliud fluminis vi delatū inuenit, & sibi accipit, nisi esse tale, vt iure præsumeretur, p derelicto eē habitū, ar. l. Qui leuandæ ff. ad l. Rhodiam. de iact. Gab. in 4. dist. 15. q. 8. sub fin. & si in suo id inueniens, dominum requireret, vt illum inde auferret, aut pro derelicto habe-ret, aut peteret à iudice, vt constitueret ei terminum intra quem illud faciat, & dominus nil horum curet, satis præsumi potest, eum id pro derelicto habere, quo sibi retinendo non peccet, arg. d. l. Qui leuandæ, cum ei annot.

Auis autē & fera in laqueo etiam alieno inuenta, accipientis fit l. In laqueū. ff. de acquir. rer. domi. §. Illud quæsitum, Insti. de rer. diuis. nisi vbi contraria con-suetudo ei qui laqueum parauit adiudicet, Maior. in 4. dist. 15. q. 10.

De peccatis circa contractus, & primo circa depositum.

S V M M A R I V M.

Fraus species doli, nu. 177.
Culpa quid, & quotuplex, nu. 177.
Dolis quid, & quotuplex, nu. 177.

Fallacia

Cap. Decimum septimū de septimo præcepto Decal.

Fallacia species doli, nu. 177.

Casus fortuitus quid, & idem vni casus, alteri non, nu. 178. De quo nemo, nisi in tribus casibus tenetur, nu. 179.

Contractus magis obligat eum, cuius gratia fit, nu. 179.

Contractus per quosdam transit dominium, & per quosdam non, nu. 180.

Deponens mutabile cum facultate utendi, & cat. nu. 180.

Depositarius ut peccat non reddendo, vel utendo, nu. 181.

Depositarius se offerens, non ad plus tenetur, nisi & cat. nu. 181.

Pactum ne depositarius de dolo teneatur, non valet, nu. 181.

177



D cognoscendum peccata quæ circa deposita, commodata, mutata, pignorata & locata committuntur, præsupponimus primum, quod plurimum interest an quid dolo, an culpa, an casu pereat, vel peius fiat, & an culpa lata, leui, vel leuissima. Ideoque definiendum esse, quid sit vnumquodque horum. Definiuntur autem à Panor. in c. 1. de Commod. & c. fin. de Depof. post. Bart. in l. Quod Nerua, ff. depof. cum notat. ibi & alibi sæpe per nostros doctores; & Thom. 1. par. q. 48. ar. 5. & 6. & 1. sec. q. 2 1. ar. 2. & 2. sec. q. 1 18. ar. 8.

Secundò, quòd ex mente omnium prædictorum dici potest breuiter, quòd Culpa, generaliter sumpta, est voluntaria inordinatio actus, vt loquitur Tho. aut deuiatio à bono, vt Bart. Et quia inordinatio, siue deuiatio voluntaria, aliquando fit studiose siue de industria, & aliquando inconsiderate, ideo culpa diuiditur in dolum, & culpam simplicem. Dolus autem est machinatio, seu circumuentio, ad decipiendum seu fallendum alium adhibita, l. 1. ff. de dolo, glo. in Reg. scienti lib. 6. Dolus autem est duplex, qui fit verbis, & vocatur fallacia, & qui fit rebus tantum, & vocatur, fraus, vt ait Thom. in d. artic. 8. Iterum dolus diuiditur in verum, & presumpsum, vt aiunt Bar. & Pan. Nam licet dolus non possit probari, nisi per confessionem partis, vel coniecturas, quo ad forum exterius, iuxta glo. c. 2. de renunc. lib. 6. & in l. Dolum C. de Dolo: tamen quando signa sunt manifesta, dicimus dolum verum; quando secus, dicimus dolum presumpsum. verbi gratia, librum commodatum reliquisti noctu in platea furibus frequentata, & est perditus, diceris apud homines, vero dolo, eo sine vt perderetur ibi posuisset, si autem eundem librum reliquisti in platea interdiu, diceris dolo presumpso reliquisti apud eosdem: licet fieri possit, vt neutro casu coram Deo dolo feceris, vel quòd in posteriore casu dolose feceris, & non in priore. Et dolum verum appellauit Bart. latissimam culpam, dolum presumpsum latiore culpam. Ex quibus inferitur. Primò, frequentissime fieri, quòd qui verè coram Deo non est in dolo, presumatur esse in eo coram hominibus, arg. c. Tua, de spons. eum ei adnot. Secundò, fraudem esse specie doli generaliter sumpti, iuxta l. Ius gentium, §. Sed si fraudandi, adiuncta gl. ff. de pact. Tertio, quòd ois dolus est culpa, & ita quòd promittens indénitate alicui de culpa comissa per famulum, tenetur de furto ab eo dolose admisso, vt aiunt Bart. & Panormitan. communiter recepti vbi supra, Culpa verò simplex differt

Non furtum facies.

191

differt à dolo, quòd ille scienter & studiosè fit, hæc verò ignoranter, vel negligenter: & ita est triplex lata, leuis, & leuissima. Lata est quam regulariter omnes communiter vitant, qualis est eius, qui extra domum, aut in scamno librū sibi commodatum relinquit. Leuis verò, quam regulariter homines diligētes suæ professionis euitant: qualis est eius, qui librum aliquem in suo cubiculo, ostio tamen aperto, relinquit. Leuissima quam homines diligentissimi vitare solent, qualis est eius qui librum commodatum intra cubiculum relinquit, quòd clauē oblerauit, non tamen manu, an bene obseratum esset tentauit, iuxta communem opinionem in prædicto cap. & casus fortuitus est inopinata rei euentus, qui præuideri non potest, etiam per diligentissimum. Casu autem fortuito fit, quòd sine vilo dolo & culpa eius de quo agitur cōtingit: qualia sunt, quæ cōtingunt per bellum inopinatum, furtum latronum, terremotum, gelu, grandines, fulmina, & alia similia. l. Quæ fortuitis, C. de Pignor. act. Monemus autem, quòd alij non monent, quòd aliquis euentus dici potest casus fortuitus respectu vnius, & non respectu alterius, vt incendiū domus respectu eius, qui incendit, dolo aut culpa dicitur factum: & respectu passi damnum suorum bonorū aut alienorū per illud, qui nullatenus fuit eius cōsciis, casus fortuitus.

Tertio, quòd regulariter nemo tenetur de dāno quòd casu fortuito contin- 179 git, nisi in tribus casibus. Primus, quādo culpa præcedit, vt qui equū sibi vsque ad Bononiā cōmodatū, duxit ad Mediolanum, & post Bononiæ trāsitū, incidit in latrones qui ei rapiūt illū. Secundus, cū mora præcedit, & fit deterior, aut perit aliter quā perisset apud cōmodantem, per supradicta à .nu. 44. Tertius cum sit pactum, Quòd quamuis casu fortuito amitteretur, ei qui recepit pereat, d. c. 1. & l. In rebus, ff. eod. & l. 1. C. eod. & l. 1. §. Is ff. de actiō. & oblig.

Quarto præsupponimus, quòd quando aliquis cōtractus in fauorē & vtilitatem solū alterius contrahentium fit, ille regulariter tenetur de dolo, & culpa lata, leui, & leuissima, alter autē non nisi de dolo. Et si in fauorem, & vtilitatem vtriusque fit, vterque tenetur de dolo, lata & leui culpa, & non de leuissima, nec de casu fortuito, l. Contractus ff. de Reg. iur. cum late annotat. ibi per Decium.

Quinto præsupponimus, quòd aliqui sunt cōtractus, per quos dominium 180 rei de vno in alium non transfertur, & aliqui per quos transfertur. De numero non transferētiū est cōtractus depositi, per quem sola custodia rei alteri committitur, l. 1. & l. Licet ff. Depof. & regulariter fit in fauorem eius qui deponit, & commendat. Et cōtractus commodati, per quem conceditur vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur c. 1. cum ei annot. de Commod. & toto tit. ff. Commod. vt commodatio gratuita mulæ, libri, vestis, & id genus aliorum: Et regulariter fit in fauorem accipientis: Et cōtractus locati & cōducti, per quem vsus alicuius rei, quæ vsu consumitur, pretio conceditur, toto tit. ff. & C. Locat. & in Decreta. eodem tit. quales est concessio non gratuita vsus domus, prædij, mulæ, equi, & id genus aliorum. Et cōtractus pignoris, per quem debitor creditori aliquid in cautionem pignorat. l. 1. ff. & C. de pigno. & eod. tit. in decretal. De numero verò transferentium dominium sunt, emptio, & venditio ff. & C. de contrahend. empt. permutatio, donatio, & mutuum.

per

Cap. Decimum septimū de septimo præcepto Decal.

per quod gratis creduntur res, quæ in numero, pondere & mensura consistunt, & vltu consumuntur. l. 2. §. Appellata. ff. de reb. credit. Qualia sunt pecunia numerata, panis, uinum, & oleum.

Sextò, quòd depositum prædictarum rerum in numero, pondere, & mensura consistentium, facta facultate depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuum, simul ac depositarius incipit eis vti. l. Quintus. ff. Depof. & clarius in l. Certi conditio. §. fin. cum. l. seq. ff. de reb. cred.

181 Sexagesimo tertio peccat, qui deponit rem in numero, pondere, vel mensura consistentem, cum facultate vt ea vtatur, pacto facto aut intentione principali, vt aliquid lucri inde ei redeat, quia per proxime dicta in effectu mutuat & sperans inde principaliter Lucrum; quod esse peccatum, infra num. 207. patrebit. Idem de depositario, qui depositum deponenti petenti reddere non vult, c. Bona fides, de Depof. nisi cum deponens in suum damnum aut alienum repeteret, vt quum deponens arma furens, ea ad se vel alium lædendum repeteret. c. Nequis 22. q. 2. Et nisi quando bona deponentis publicata siue confiscata sunt: quia tunc depositum sico reddendum est. d. l. Bona fides. Et nisi quando latro, apud eum à quo furatus erat, deponeret. per eandem. l.

Sexagesimo quarto, qui depositarius depositum amissum dolo vel lata culpa eius, de quibus supra eod. cap. num. 177. reddere non vult. l. 1. §. vult. ff. Depof. quamuis non, si culpa leui sit amissum. Quia regulariter depositum gratia solius deponeris fit, & per contractum alterius tantum partis gratia factum, altera pars de culpa leui non tenetur, per supradicta eo cap. nu. preced. Vnde si ob custodiam aliquam mercedem accipit, tenebitur si sua culpa, quamuis leui amittatur, non autem si leuissima, vel casu fortuito, nisi præcesserit mora in restituendo, vel pactum, quod ad id eum obligaret, per prædicta num. 79. licet non valeret pactum, ne depositarius de dolo teneatur, quia id materiam & occasionem peccandi præberet, quod non licet, c. Ex parte, de Consuet. Conuenire ff. de pact. dotal. Etiam quando gratia depositarij depositum factum est tenetur de culpa leui, Et etiam quando ipse se obtulit custodem, ob quod qui deposuit alteri diligentiori committere omisit, iuxta commun. Cuius contrarium tenuimus supra. cap. 4. num. 3. sequuti Deciū in d. Reg. Contractus, nisi quando se ob suam vtilitatem obtulit, & non quo gratificaretur deponenti, aut operam suam ei nauaret.

Sexagesimo quinto, qui depositarius deposito contra voluntatem deponentis vtitur, vt de vtente pignore. infra eod. cap. nu. 213. dicemus.

De peccatis circa Commodatum.

S V M M A R I V M.

Commodans vt peccat ante tempus repetens, nu. 182.

Commodatarius vt peccat non reddens, aut vtens & cat. nu. 183. & 184.

Commo-

Non furtum facies.

Commodatarius remittens per nuncium non reddentem, nu. 185. & 186.

Impensa quæ quomodo commodatario soluenda, nu. 186.

Commodatum à mutuo in eius redditione longe differt, nu. 185. & sequent.



Exagesimosextò peccat, qui commodans commodatum ante tempus constitutum à Commodatario contra eius voluntatem, & cum eius damno notabili repetit, cum obligatione restituendi. l. In commodato, §. Sicut ff. Commod. & c. 1. de commod. nisi commodans tantundem damni pateretur, si non repeteret, secundum Ang. verb. commodatum §. 4. quod saluat quo ad forū conscientie Syl. quando commodatarius alio remedio sibi quo illud damnum vitare, prospicere potuisset: quamuis illud commodatum sibi non fuisset, sed nostro iudicio in vtroq; foro peccat qui commodat, & ante tempus reuocat. Quia textus indistinctè loquuntur in d. c. 1. de Commod. & in d. l. In rebus nec vlla ratio in vno foro potius quàm in alio concludit. Et quia licet quis (ceteris paribus) sibi magis quàm alteri obligetur, c. Si non licet, 23. q. 5. & l. Prefes, C. de seruit. in proposito cætera non sunt paria. Quia commodans sua voluntate propria rei vltum alteri concedit, & suam fidem seruare tenetur l. 1. ff. de pact. c. Qualiter, eod. tit. Sed si res ad certum vltum, & ad certum tempus commodata non fuit, sed quousque commodati placeret, (quod precarium vocatur) cum libuerit repeterere potest, nisi quando absque causa, & cum damno alterius repeteret, quia tunc dolo id facere videretur, Sylu. verb. precarium, q. 1.

Sexagesimoseptimò, qui comodatarius ad præfinitum tempus non reddit, aut deterius factum sua culpa etiam leuissima reddit, quo comodans non fuit contentus ar. c. 1. de Comod. cum ei annot. Idem si comodatarius in aliū vltum quàm concessum commodato vtitur, aut diutius quam conuenissent, cū dāno notabili comodatis, cū obligatione restituendi illud, & rē, quāuis deterior fieret casu fortuito, quia furtū comittit l. Qui inuenta, ff. de furt. & §. Placuit Inst. de oblig. quæ ex delict. l. Si vt certo ff. Comod. & omnis fur est in mora l. In re furtiua ff. de Cond. fur. & casus fortuitus ei qui est in mora nocet, vt supra cod. c. n. 179. dictū est. Non est tamē fur, nec peccat, si probabiliter credit eū qui comodauit, contentū fore eo, quod ipse fecisset, & ideo illud fecit. l. Qui rem ff. de furt. Nec tenetur de dāno comodatarius sine cuius culpa res comodata perijt, aut deterior est effecta solo vltu ad quē comodata fuit l. Si comodauero, ff. Com. Imò saltem in foro conscientie, restituere non tenetur comodatum quod perijt aut deterius effectum est alio vltu, si certum est eodē modo periturum aut deterius effectū iri, si tempore copetenti comodanti restitutum fuisset, nisi id quod comodatis ob morā interfuit. Ang. verb. Comodatū §. 14. Ex quo sequitur, peccare comodatariū qui rē sibi comodatā, cū domini dāno notabili alteri comodat, l. Qui vas §. Si ergo. ff. de furt. Et qui commodatum sui tantum gratia accipit, vt regulariter accipi solet, & sua culpa etiam leuissima amittatur, restituere tenetur. Sed si accipit ob causam & vtilitatem eius qui commodat: quemadmodū vxor ornāmēta & vestes, quas maritus aut amicus comodat, recipit, quo ornatio-

ornator ad eum accedat, non nisi ad damnum dolo aut culpa lata datum tenetur: Et si vtriusque gratia commodatur, vt commodantur vasa argentea, & alia similia ad splendide aliquem dominum vel amicum communem excipiendum, tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum, sed non ad id quod leuissima datum est, l. Contractus de Reg. iur. c. 1. cum ei adnot. per Panor. & alios de commod. Quinquam Sotus lib. 5. q. 7. art. 3. de iust. & iur. recenter contra omnes dicit se credere commodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quæ ad mortalem in foro conscientie non peruenit. Sed communis tenenda est, quia hæc obligatio non tam descendit ex peccato, quam ex natura contractus.

185 Sexagesimooctauo, qui misit comodatum, pignus, depositum, aut locatum per nuntium non habitum pro fideli, & amittitur dolo, aut culpa eius, & non vult soluere arg. c. Significante, de pignor. Bar. in l. Eum qui ff. Commod. Sed non, si misit per nuntium communiter pro fideli habitum, l. Qui argentum, ff. com. & Bar. vbi supra. Quia ea quæ pereunt, regulariter suo domino pereunt, & quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt sunt domus, bestia & similia, quorum dominium non transijt in accipientem, manet & sunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant; & ita quomodocūque pereant, eisdem pereunt, nisi dolus, pactum, culpa, aut mora præcedat; quorum nihil interuenit in missione rei commodatæ per nuntium communiter ad illam ferendam pro fideli habitum: Quamuis contrarium sit dicendum de rebus mutuatis; puta pecunia numerata, pane, vino, olio, & id genus alijs, quæ vsu consumuntur; quia dominium eorum transit in accipientem: & ideo licet per nuntium fidelem & diligentem mittantur, si actu non peruenerint ad eos, quibus mittuntur, & nuntius non fuit electus per eos, non liberatur mittens, iuxta communem. in l. Incendium, C. si cert. per. & l. Quod te. ff. cod. & d. c. Significante.

Sexagesimonono, qui comodatarium rem sibi commodatam non vult restituere, nisi solutis prius impensis quas ipse iure facere tenetur. Quales sunt victus, & curationes exigui pretij. l. In rebus. §. Possunt. ff. Commod. Bart. in l. Diuortia. §. Impendia. ff. solut. mart. quamuis pro compensatione alterius debiti liquidi retinere posset, iuxta comu. argu. à contrario. l. ff. C. de cōpen. & c. 2. de Depos. & etiã in pignus magnarū impelarū in eius curationē ab aliquo morbo, aut inuestigationē, aut alia similia factarū. d. §. Possunt, & Bar. vbi sup.

De peccatis circa locata & conducta.

S V M M A R I V M.

Locator non reddens pensionem pro re locata perditā, nu. 187. & seq.
Locans domum in malos vsus, nu. 195. vel dolium vitiosum. nu. 196.
Castitati seruanda hæc vera remedia sūt, nu. 195.

Meretri-

Meretricū pmissio vt licita. n. 195. A. & domus eis vt locada B. & an id expectatio peccati nulla cum participatione lucri licita, nu. 195. A. (diat. C.)
Locare domum Meretrici, aut alij peccaturo in ea. vt liceat, nu. 195. C.
Tributum Meretricum tanquam fædum ab Anastasio sublatum, nu. 195. C.
Cesar Costa Doctor laudatus, & in Archipresulem euectus, nu. 195. D.
Operarius, qui non laborat iuste conductori, nu. 196.
Conductor non soluens, vel damnificans arbores & c. nu. 194.
Sterilitas quæ, & quando minuit pensionem, nu. 188. & seq.
Pensio emphyteosis duplex & quæ minuitur, nu. 190.
Emphyteosis quæ perditur biennio non soluendo, nu. 193.
Locator quando potest auferre locatum, nu. 193.



Septuagesimo, qui locat aliquid & pensione accepta ob crimen commissum sua bona perdit, & non vult reddere pensionē saltē pro rata tēporis conductori, qui eo non potuit vt cōuenit vt l. si fundus ff. locat. quæ vnā cum glo. & cōi sententia probat locatore teneri ad reddendā conductori totā pensionē, vel pro rata tēporis, siue fundus publicetur ob maleficiū, siue detur militibus; licet nō teneatur soluere illi interesse dāni emergentis, aut lucri cessantis, eo quod non fuit vsus toto illo tēpore ad quod conduxit. Idem de locatore, qui compellit ad soluendā integrā pensionē domus locatæ conductorem eā relinquere coactū ob pestē, & aliā iustam causam superuenientē ante definitū tēpus. Quia solū pro tēpore, quo ea vti potuit soluere tenetur, c. Propter sterilitatē, cū ei annot. de Locat. Idem de locatore qui non vult deducere partem agricolæ debitā, propter sterilitatem fortuitā, quā nec fertilitas anni præcedētis nec sequentis cōpensare potest, d. c. Propter, de Loca. l. Ex conducto §. Si vis ff. locat. quamuis ad id nō teneatur eo solo, quod fructus iam percepti damnificentur, surripiantur, aut pereant, quia id sterilitas dici non potest, l. Damnum C. de locat. Idem de quolibet locatore, & conductore, qui non seruat vel non vult seruare leges locationis, & conductionis expressas vel tacitas, quæ colliguntur ex infra scriptis sex notabilibus. Primum, quod iuxta leges Lusitanicæ Catholicæ Fidei propagatrici consultissimas, præfata remissioni locus non est, quia per illas ad tollendas mille difficultates circa hoc occurrentes sapienter statutum est lib. 4. ordin. tit. 61. Quod agricola nullam pensionem soluat quando nulli fructus extiterint, & quando aliqui fuerint, quamuis pauci sint, integram soluat, aut omnes fructus domino relinquat, de illis semente deducta, si est prædium ab eodem fatum, aliàs nihil. Diximus, Remissioni, Quia compensationi anni fertilis cū sterili ibi etiã vt in alijs Regnis iure cōmuni locus est, vt eo. tit. 61. cauetur.

Secundò, quod sterilitas fortuita est, quæ contingit ex insolito calore, frigo re, tempestate, terremotu, magna alluione, locustis, brucis, & id genus alijs, quæ absque aliqua culpa agricolæ eueniunt: prædicto §. Si vis.

Et quanquam multæ sunt opiniones circa diffinitionē sterilitatis prædictæ, omnibus tamen perpenfis, ea vero propior videtur, quæ diffinit esse illam,

Man. Nau.

B b

quam

quam conuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio Regionis probat, & quod cessantibus his eligatur illa Bartoli, in dicto §. Si vis, & Io. And. in d.c. Propter. scilicet, quæ est tanta, vt ex tribus partibus, quæ communiter colligi solent, vix duæ tantum colligantur; vt si solent colligi quindecim modij frumenti, & non colliguntur nisi decem, quo casu, si prædium erat conductum tribus scutis, duo soluantur. Quamquam ite aliqui dicunt, quod tunc sterilitas vnus anni compensanda est cum fertilitate alterius, cum in præcedenti anno aut sequenti duplo plus solito colligatur: verius tamen videtur sufficere, vt colligatur tantum, quantum pacto, aut consuetudine ad id constitutum est, aut plus solito tertia parte. Quia ad sterilitatem sufficit, vt tertia parte minus solito colligatur. Et in hoc nulla est differentia, an pensio sit soluenda in pecunia numerata, an alia quauis re, Argu. l. Illud, ff. ad l. Aquil. & c. 2. de Translat. Præl.

189 Tertiò, quod hæc remissio locum non habet, cum locator & conductor sunt socij partiarij tam lucri quam damni, iuxta glo. receptam in d. c. Propter, Nec quando sterilitas ex vitio, aut tenuitate agri, in quo multa herba, vel zizaniæ se mentem suffocant, quia hoc negligentie Agricolaë imputatur, qui eas non extirpat. Quod etiam Sylu. verb. locatio, q. 13, recte annotat. Neque in pensionibus rerum, quæ in longum tempus, scilicet, in decem vel plures annos, aut in vnâ vel plures vitas, aut in perpetuum conducuntur, & locantur, etiam si maior pars rei sic ad longum tempus locatæ pereat, etiam casu fortuito, modo non tota l. 1. C. de iure emphit. quod verum est, quando exigua pensio exsoluitur potius ad recognitionem Domini directi, quam ad solutionem fructuum secus autem, quando ita fructibus responderet, quod tantum aut parum minus soluitur, quam si ad modicum tempus conduceretur. tunc enim prædicta remissio facienda est, quia emphiteuta siue conductor non soluit pensionem tam ad recognitionem domini directi, quam in fructuum compensationem; quæ communis opinio est quam refert & sequitur Ias. in l. 1. C. de Iur. emphi. num. 20.

190 Quartò, quod pensio proventus, aut merces locationis non sunt augenda propter fertilitatem, quæ euenit ex eo, quod fructus per conductoris industriam excreuerint, quia sua industria eidem non debet esse damno, nec etiam quando ex fecunditate prædij euenit. Sed sic quando casu fortuito contingit: vt si res locata fuit molendinum, ex quo conductor communiter percipere quinquaginta solet, & quia reliqua molendina vicina destructa sunt, hoc anno centum percipit, pro rata pensio augeri debet, sicut ob sterilitatem casu fortuito euenientem diminui solet, Panor. in d. c. Propter, & Sylu. ver. Locatio, q. 14. Quia contrariorum eadem est disciplina, c. Hospitiolum, 3 2. dist. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur.

191 Quintò, quod qui aliquam rem propriam ecclesiæ in emphiteosin temporariam aut perpetuam habet, & per duos annos pensionem soluere cessat, ipso facto eam perdit, c. Potuit, de locat. nisi celeritate solutionis mora purgetur, quæ purgatur si ante citationem, vel statim post eam sine alia dilatione soluit, iuxta Inno. & Io. And. in d. c. Potuit, & Bald. spec. tit. de locat. quamuis glo. & Cardinalis

Cardinalis in d. c. Potuit, arbitrio iudicis relinquunt, quod verius videtur. Sed si prædium est alterius personæ priuatæ, non admittitur ob non solutionem ante trium annorum lapsum, sed moram purgare non potest propter maius temporis spatium, quod ad eam faciendam datur, l. fin. C. de iur. emph. Sed si dominus prædij debet emphiteutæ tantum quantum sibi debetur, non perdit propter cõpensationem, quæ solutionis vi habet, ar. c. fi. de depof. vbi Pano. & alij. 193

Sextò, quod qui domum suam in certum tempus locauit, ante præfinitum tempus ab ea colonum vel inquilinum amouere potest in quatuor casibus c. Propter §. 1. cum glo. de locat. Primus, quando in longum tempus, scilicet, in decem aut ad minimum in quinque annos locatum fuit, & in duobus primis annis pensionem non soluit: aut quando in minus tempus locauit, & die præstituto non soluit, nec celeriter satisfacit, l. Aedem C. de locat. & d. c. Propter, §. 1. Secundus, cum ad suam habitationem propter aliquam necessitatem superuenientem ea opus habet d. l. Aedem & d. c. Propter §. 1. Si tamen comode aliter sibi prouidere potest, non dicitur necessitatem habere. Quæ tamen superuenire potest locanti qui aliam domum non habet quando locat, quicquid dicat Sylu. verb. Locatio, q. 9. vt si tunc cum alio degebat, & postea vxorẽ duxit, & cum ea separatim ipsi viuendum est. Tertius quando domus indiget refectione qua tempore locationis non indigebat, d. c. Propter, Sed in hoc & præcedenti casu pensionem pro rata temporis pro qua aufertur deducere debet, d. c. Propter, §. 1. Quartus, quando conductor abutitur ea etiam absque damno illius recipiendo meretrices, desides quosque & lenones, & id genus nihili homines, & tunc nihil ei de pensione remittere tenetur. Aut male ea utitur, & cum damno illius, in cubicula sues introducendo, arbores cadendo, agrum idoneo tempore non colendo: quo casu de pensione remittere pro rata debet, potest tamen in iudicio damna petere, Panorm. & Io. de Imola in d. cap. Propter.

Septuagesimoprimum, qui suam domum, aut aliam rem locauit ei quem putabat ea ad peccatum mortale abuturum: vt qui arma locat ei, quem putat interficere, aut iniuste alium percutere velle; aut locat domum suam ad vsuras in ea exercendas, quia auxilium ad peccandum mortaliter præbet, Arg. c. fin. de iniur. & c. 1. de offic. deleg.

Ad nouè hoc in loco quaesita, respondimus multa, in d. c. 2 §. quorum summa est. Primò, quod licet potestati publicæ permittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices, secundum August. in lib. de ordine, relatum a Tho. 2. sec. q. 10. art. 1. c. dicente quod vt Deus permittit aliqua mala quo maiora vitentur, vel maiora bona sequantur, ita potestas humana imitans eum id facere potest.

Secundò, quod non licet permittere lupanaria eo modo, quo alicubi permittuntur, videlicet constituendo eis patronos, & locando domos carius quam locarentur honestis, eo quod magis lucrantur, quam illæ, & recipiendo aliquam turpis lucri partem, quia hic modus participationem lucri obueniens ex peccato continet, & vt erudite dixit Caiet. supradicto ar. 1. nulla permissio peccati est licita, cum participatione lucri præcedentis.

B

Tertiò, quòd non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare, quia legem & consuetudinem iustam trās- greditur contra c. Quæ contra mores 8. dist.

Quartò, difficile defendi posse, quòd non peccat mortaliter qui facit vel lo- cat domum meretrici ad meretricadum, etiam in ea parte ciuitatis in qua per- mittitur habitare. Tum quia non licet locare domum vsurario ad exercendū fœnus, c. 1. de vsur. lib. 6. Tum quia nullatenus licet dare occasionē peccandi iuuando, per resolutionem positam supra eod. c. 14. nu. 30. A. Tum quia quā- uis possit Potestas publica permittere meretrices, consultores, & adiutores ea- rum, & accederes ad eas, non tamen potest efficere, quòd illæ & hi nō peccent, & negari non potest eum, qui facit vel locat domum meretrici ad meretrican- dum iuuare ipsam ad illud. Tum quia fundamenta quibus contrarium in d. c. 28. defendimus, soluuntur concedendo. Primò, quòd licet cuique vti iure rē suam locandi licite, non tamen illicite. Secundò, quòd quamuis liceat locare domum ei quem credit aliquo modo in ea peccaturum ad aliū finem quam peccandi, & ad exercendam artem, cuius exercitium non habet peccatum inse- perabiliter admixtum, non tamen ad finem peccandi, nec consequenter ad exercendam artem cuius exercitium habet in se peccatum admixtū; & ita quā- uis liceat locare domum peccatoribus, puta concubinario, aleatori, peieranti, & id genus aliis non excommunicatis, ad viuendum honeste etiam si credan- tur peccaturi; non tamē ex eo consequitur, quòd liceat locare meretrici domū ad viuendum meretricando, & exercendo artem cuius exercitium inseparabi- liter habet peccatum admixtum: Quia id nulla humana potestate potest fieri licitum, cum sit contra legem naturalē & diuinam c. Sunt quidam 25. q. 1. li- cet iusta de causa permitti possit. Contrariū tamen sine scrupulo affirmat Ma- ior in 4. dist. 15. q. 35. Pro qua facit, quòd id seruat consuetudo totius fere or- bis Christiani. Et quòd prædictum dictum Augustini, ab omnibus receptum, vix potest exequi sine domum locatione. Et quòd in hac vrbe, sciente & pa- tiente Papa, locantur, & semper consueuerunt locari domus meretricibus. Et confessarij absoluunt, & semper absoluerunt locatores earum sine propo- sito abstinendi a tali locatione. Et quòd ad contraria, quæ vrgentissima sunt, re- sponderi potest procedere in eis, qui locant eo fine principali, vel minus prin- cipali, vt meretricentur; non autem in eis, qui locant illis ad viuendum tantū, cum displicentia coram Deo vera meretricij & artis meretricandi. Et quòd hoc significare videtur d. c. 1. de vsur. quatenus vetat locari domos vsurarijs ad fœnus exercendum, & quatenus non vetat locari indigenis, sed tantūm alie- nigenis: Quamuis replicari possit, probari quidem ibi, quòd permittitur lo- catio vsurariis indigenis, ad fœnus exercendum in foro exteriori, non tamen quòd liceat in interiori de quo agimus.

C

Quintò, quòd magis expediret non permittere. Primò, quidem quòd dif- ficile est defendere, quòd liceat eis facere vel locare domus, in quibus me- retricentur, vt dictum est & quòd rarò locantur ad tam purum finem viuendi, quòd non misceatur aliquis finis, saltem minus principalis meretricadi, vel de lucro

lucro participandi. Secundò, quòd multi pueri incipiunt hac occasione prius peccare, quàm alioquin inciperent. Tertiò, quòd libido non extinguitur nec refrænatur, imò accenditur eius vsu, secundum Magistrum lib. 2. dist. 24. addi- to malæ inclinationi sensualitatis malo habitu, quia duo vincula fortiora sunt vno. c. 1. de Treug. & pac. Quartò, quòd castitatis habitu resistendi illi malæ inclinationi refrænatur illa, & non lupanari resistentiæ illi resistenti. Quin- tò, quòd finis per eam prætenus, puta ne honestæ sollicitentur, non attingitur: Viri enim prudentes aiunt, eos, qui ad eas sollicitandas sunt apti, non adire meretrices, imò postquam malè sunt eis assueti, tanto magis honestas sol- lificant, quo maiore impetu naturæ & vitij feruntur. Sextò, quòd ipsemet no- ui pueros castissimos venientes ad academias ex terris, vbi non est eiusmodi occasio fornicandi, ob eam, quæ in illis se offerebat, animas, studia, & corpo- ra ipsa contagio infecta perdere. Septimò, quòd meretrices ipsæ, posteaquam desinunt esse ad illud turpe lucrum aptæ, mille malorum instrumenta fiunt. Octauò, quòd mares maiore vigore sunt ad resistendum libidini quàm fœmi- næ c. Indignantur 32. q. 6. Et fœminis nusquam hac permissione succurritur. Nonò, quòd verum remedium contra libidinem est ardens amor castitatis, vi- ratio eius perdendæ occasionis, vigilantia ad resistendum coniuncta cum ab- stinentia, sobrietate, & labore assiduo, & super omnia gratia Diuina. Quorū omnium contraria lupanaria requirunt.

Ex his sequitur. Primò, pessimam esse permissionem qua Caupones intra domos suas, vel in tuguriolis contiguas, permittunt meretrices, quo plures eo diuertant: quia non sit auctoritate publica, & est ei mixta participatio.

Secundò, esse peccatum mortale querere lucrum vel tributum ex mere- tricio, & fœdis meretricum opera & lucro. Quare non immerito Nichepho- rus lib. 16. cap. 20. Histor. Eccles. huiusmodi lucrum & tributum appellat ve- tigal & portorium impurū, detestabile, absurdum, Deoque inuisum, feris qui busq; barbaris indignum, & execrandum piaculum: summisq; laudibus effert Anastasium, quòd imperiali magnificentia illud omnino sustulit. Cuius rei me- isthæc recognoscentem, admonuit Præcellens Doctor Casar Costa, non solūm vtriusque iuris peritia, sed & historiæ atque politioris literaturæ cognitione præclarus, nuper a Santissimo D. N. Gregorio XIII. in Referendariorū nu- merum cooptatus, Cum antea fuisset Sapientiæ Romanæ Gymnasta percele- bris, & post hæc scripta, fereq; dimidium huius operis typis excusum, ante- quam hic locus excuderetur, ad amplissimum amplissimæ Capuæ Vrbis olim æmulæ, ab eodem Gregorio, vt eruditissimo, ita in eruditissimos quosque propensissimo, Archiepiscopatum euectus.

Septuagesimosecundò, qui dolia vel alia vasa vitiosa scienter nō patefacto vi- tio, locat, aut ignorans eorū vitium, pro integris vendit, ob quod vinum effu- sum est, aut damnificatum, & damnum vini & interesse soluere nō vult, l. Sed addes §. Si quis, ff. Locat. Quamuis secus sit, saltem quo ad forum conscien- tiæ, si ignorans vitium, simpliciter locauit; dicens conductori, nescire se illa esse vitiosa, & ideo displiceret an essent talia. Ang. verb. Locatio §. 24. & Sylu.

eod. verb. q. 18. Quod ipsum est dicendum de omnibus aliis vitiosis ex quibus damnum sequi potest: qualis est equus qui aquam ingressus in eam procidit, & vestium iacturam adfert, Sylu. vbi supra. Idem de operario, qui conductus salario diario, fideliter non laborat, ob quod conductor notabiliter damnificatur, cum obligatione damnum ad arbitrium boni viri satisfaciendi l. 1. ff. locat. Idem si promisit se diario pro altero laboraturum, & dolo, aut sua culpa, id non præstitit, vel non vult conductori damnum ob id acceptum satisfacere, cum obligatione restituendi, Arg. l. fin. ff. ad l. R. hod. de Iact. & d. l. Sed addes, § Cum quidam: secus tamen si eum casus fortuitus impedit l. Si vno §. Cum quidam ff. locat. & si est paratus ad præstandum, sed culpa conductoris non præstat, diarium ei persoluum est: & etiam si præstare omisit ob casum fortuitum ex persona conductoris contingentem, quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset, reperisset, Sylu. verb. Locatio q. 12. aliàs non, in foro conscientiæ. Quæ tamen limitatio nobis non videtur iure probari.

197 Septuagesimotertio. Qui pensionem rei conductæ eius domino non soluit eo quod ea non vitur, quia non vult, aut quia ob aliquem casum fortuitum ex parte ipsius contingentem non potest, cum obligatione restituendi. glol. in d. l. Si vno §. Item cum quidam. Quod limitant Ange. verb. Locatio. §. 15. & Syl. vbi supra, procedere, quando dominus eo quod eam illi locauit, alteri locare omisit, aliàs non, saltem in foro conscientiæ. Sed nec hæc limitatio, nostro iudicio, iure probatur. Et aduertendum quod in illa quæst. an Merces locationis, & quælibet alia pensio sit soluenda in principio vel fine anni; resolutio glossarum in §. penul. Inst. de inut. stipul. & in l. 1. c. Quando dies legat. ced. ponitur in illis duobus senarijs.

*Annua si debes, tunc inspicias caput anni.
Anno si debes, in fine teneberis anni.*

Circa quod varij varie loquuntur, sed tenendum est, quod in primis conventio partium est attendenda, & ea deficiente, consuetudo regionis, & eis deficientibus, regulariter soluenda est in fine anni, quando vnica solutio est facienda, & tempus ponitur causa differendæ solutionis, vt resoluit Ias. post alios in l. Qui hoc anno ff. de verb. Dixi, Regulariter, quia aliud est faciendum quando ex causa propter quam datur, & ex persona cui datur, & aliis circumstantiis aliud conijcitur, vt Panor. cum communi tenet in d. c. Propter, de loc. & satis in c. Peruenit, de arb.

199 Septuagesimoquarto, Qui dolo, lata culpa, vel leui, sua, vel suorū, infert notabile damnum rei conductæ, & non vult illud satisfacere gl. in l. Si quis fundus §. Celsus & l. si merces §. Qui colonum, ff. locat. Secus tamen est, si infertur ab alio, cui ipse restituere nõ potest, aut nõ tenetur, aut casu fortuito, quæ nec culpa, nec mora eius præcessit, per dicta supra eod. cap. nu. 179.

Septuagesimoquinto, Qui colonus partiarius locauit alicui prædium rusticum, aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta, & omnes fructus earum

earum percipit, aut eas cædit, aut alius odio exorto ipsius dolo vel culpa, eas cædit, aut earum fructus dissipat, & non vult restituere domino suam partem vel damnum, iux. l. fructus ff. de vsu. & d. l. Si merces §. Culpæ ff. locat.

De peccatis circa iura & tributa Regia & publica.

S V M M A R I V M.

- Tributa & iura Regia, qui non soluit vt peccat, nu. 200.
- Tributa sine autoritate imponens, vt peccat, nu. 201.
- Exactor iurium illicite impositorum, vt peccat, nu. 201.
- Clericos qui grauantes gabellis excommunicantur, nu. 201.
- Episcopi inquirant an clerici gabellis grauentur, nu. 202.
- Gabellæ rerum quas homines ad suam necessitatem ferunt, nu. 203.
- Gabellas ob merces debens, sic verum pandat, nu. 203.

Septuagesimosexto, Qui tributa & iura iuste auctoritate Pontificia, Regia, aut alia publica, consuetudine immemorabili imposita, non soluit, cum obligatione restituendi iuxta Host. in summa de pœnit. & communem. Quod plane procedit in iuribus debitis ob prædialia, aut alia ad eorum statum pertinentia, aut alia via iusta impositis, cum intentione obligandi ad mortale, aut ob contractus locationis aut alios cum illis initos. Et etiam quando per aliam legem vel iussionem iustam imponuntur, nisi habuerint intentionem tacitam, vel expressam impediendi obligationem ad pœnam æternam per impositionem alterius temporalis, vt infra cap. 23. a nu. 36. dicitur, & in Rub. de pœn. olim diximus, & nuper latius in comment. c. Fraternitas, 12. q. 2.

Septuagesimosextimo, Qui absque autoritate Pontificia aut Regia aliquod tributum subditis imponit, cum obligatione restituendi: quadam enim rapina est, Pan. in c. Super quibusdam, de verb. signif. & excommunicatur per bullam cœnæ, cuius tenor ponitur infra ca. 27. a nu. 58. Idem de illo qui exigit tributa aliqua apertè illicita, aut sciens talia esse, cum obligatione restituendi, arg. c. 1. Ad Rom. & c. 1. de offic. deleg. & per dicta supra cap. 11. nu. 12. & etiã si dubitat an sint licita vel non, & sua sponte iniustus ad id se offert: secus tamen si iussu superioris facit: quia obedientia in dubio excusat, cap. Quid culpatur 23. quæst. 1. modo virtute obedientiæ prius dubietatem illam ex animo pellat, & licitum esse credat, eo quod pro tali a superiori habetur, vt in c. Siquis autem de Pœnit. dist. 7. nu. 14. noue declaramus.

Septuagesimooctauo, qui Gabellas & vectigalia licitè laicis imposita, quæ nec ecclesia nec ecclesiastica personæ debent, exigit ab eis, & est excommunicatus ipso facto c. Quanquam de Censib. libr. 6. non obstante contraria consuetudine, nisi quando inueherent, aut emerent ad negociandū & mercaturam

exercendam, aut haberent facultatem a Papa ad illa ab eis exigendum. Gab. in 4. dist. 15.

Rogatus a multis, vt hanc decisionem amplificem, facta mentione Gubernatorum laicorum, qui frequentissime imponunt superindicta extraordinaria super pane, vino, carne, panno & aliis id genus ad victum & vestitum spectantibus, quæ Itali vocat Gabellas, Hispani Sissas, Galli Tallias & gabellas, & ea perinde petunt, aut peti iubet, vel permittunt ab ecclesiasticis personis, quæ ad ea soluenda non obligantur, ac a laicis: Eorū itē qui vectigalia, & gabellas imponunt pro facultate vehendi, exportandi & importandi currus, mulos, & alia iumentā, vacua, vel onūsta, & perinde petūt, iubēt, aut permittunt peti ab ecclesiasticis atq; a laicis; quāuis id quod vehūt, importāt, vel exportāt, sit de eorū patrimonio, aut prouētib; ecclesiasticis, & in suos vsus cōuertendū. Rogatus; inquā, hoc, plurima possem hic addere, quæ gratia breuitatis omitto, cōtentus admonere, Primò, eos grauissime in his peccare, Deū imunitatēq; ecclesiasticā offendere, cēsurasq; horrendas ēt Bullæ cænæ Dñi incurrere, multos canones famosos infringēdo, in quibus sunt c. Bene quidē 96. dist. c. Ecclesia, de Consi. c. Aduersus, de Immun. eccles. c. Nouerint, de sent. excō. c. Quāquā de Cēs. li. 6. Secūdo, quod gl. sing. Cle. Præsenti de Cēs. dixit, quod iudicio sui authoris, tota Italia ob hæc est interdīcta, & quod de aliis prouinciis, qui earū facta norūt, testificentur, quod profecto auditu horrendū est. Tertiò, quod attestamur sapius a nobis & nostris famulis, satis multa huiusmodi vectigalia in multis Regnis exacta fuisse, Ideoque iure vereri, ne Deus omnipotēs in dies magis & magis iratus, cōsultores Principum & Rerumpub. de prædictis canonibus parū curantes, & Principes ac Respub. nimī illis credentes, & exactores soli auaritiæ inhiantes grauissime tandē castiget. Quartò, Demirari me, quod cū tot has censuras incurrāt, tā pauci tamen confessarij locorū vbi hæc aguntur, eas pro dignitate æstiment, & eas incurrentibus absolutionē denegent; & tā pauci episcopi, qui excōmunicatas & interdīctas personas, & terras vbi hæc fiunt, iubentur, & permittuntur, denuntient: cū præceptū eis sit a concil. Viennensī d. Clem. Præsenti, vt sub pœnā peccati mortalis id faciant, postquā de eo ipsis cōstitit, quod tamen facile constare potest, quāuis parte vocata & audita id fieri debeat, per gl. memorabilē eiusdē Clem. verb. Constitit. Quāquā etiam testor multos populos Italiæ et Gubernatores, & exactores eorū biennio proximo a Summo Pœnitentiario Santissimi D. N. petijse absolutiones a censuris ob hæc incurris, restitutione promissa, parata, vel facta, quos vtinam aliorum Regnorum populi et rectores imitentur, Amen.

An autem iura illa quæ Hispani vocat cochlearia, et sedilia, quæ soluuntur ex granis in forū importatis, et in aliqua eius parte ad vendendum depositis, et alię id genus Gabellæ, quæ in multis Regni Castellæ locis tam a clericis quàm laicis, vt audio persoluuntur, licite a clericis exigantur, ijs qui earum conditiones melius quam nos norunt, delegamus. Addo, quod portoria et alia tributa Regia et publica non sunt soluenda de ijs quæ quis ad suam, et suæ familiæ necessitatem secum portat, iuxta ius commune.

Nec

Nec consuetudo contraria valet secundum Ang. verb. Pedagium, §. 3. Sed cōtra tenet S. Anton. in 2. par. c. 14. quod verius est, & quotidianus vsus comprobatur & bene, quia consuetudo potest inducere in omne, quod lex. c. fin. de consuet. & l. 2. C. quæ sit longa consuet. & certum est hoc lege statui posse, vt etiā idem S. Anton. ait.

Septuagesimononò, qui debitor Gabellæ cui publicanus siue conductor gabellarum defert iuramentum, aut remittit eius conscientiæ, vt veritatem pretij aut quantitatis mercium quas defert dicat, & acceptat, & non plene eam manifestat, cum obligatione restituendi, Medina. C. de restit. de reb. restit. q. 13. sub fin. qd est verum, etiam retenta opinione de qua infra. c. 23. a nu. 36. Quæ habet, quod regulariter, qui fraudat legem temporali pœna munitam, non incidit in spiritualem æternam. Non teneretur autem id iurare, & in onus suæ conscientiæ recipere, quia satisfacit dicendo se paratum soluere, quæcunque se debere publicanus monstrabit.

De peccatis circa pignora.

S V M M A R I V M.

Pignoris qualis vsus peccatum. nu. 203.

Pignoris fructus capere quando vsura. nu. 203.

Pignus cum pacto commissarius capere an liceat. nu. 204.

Pignus vendere an liceat, & quo ordine. nu. 204.

Pignore vendito minoris vel maioris debito & cet. nu. 205.



Ctuagesimò, qui creditor vitur pignore cum notabili damno debitoris absque eius voluntate expressa vel tacita, & nullam habens causam verisimiliter credendi dominum id æquo animo laturum, & est furtum. l. Si pignore. ff. de fur. Pan. in c. 1. Depos. & si cū eius voluntate expressa, aut tacita vtatur, vsuram admittit, de quo infra nu. 217. nisi sit vsus, qui gratis inter amicos concedi solet, qualis est libri iuxta. S. Tho. 2. sec. q. 78. ar. 1. ad 6. Idem de creditore qui dolo, aut lara culpa, aut leui pignus perire, aut notabiliter damnificari consentit, vel non vult rescire damnum Glo. in l. si creditor. C. de pignor. actio. secus autem si culpa leuissima id contigit, & secus si casu fortuito, modo mora non præcedat. Nec pactum quo pignus quocunque modo periret, debitori periret, §. fina. Inst. quibus mod. re contrah. oblig. & l. Quæ fortuitis. C. de pignor. actio. Idem de creditore paciscēte cū debitore, quod non soluēte ad certū tēpus, pignus sibi cedat, aut ne post certū diē redimi possit. l. si. C. de pact. pign. & c. Significante, de pign. nisi quādo non in lucrū creditoris, sed in pœnā debitoris fit pactum, vt pro vendito iusto pretio habeatur, quod sentit Pan. in d. c. Significante, & S. Ant. 2. part. titu. 1. c. 7. & Syl. in Aurea Rosa cal. 28. Idē de creditore qui expresse paciscitur, vt pignus

pignus venderetur, non soluto intra certum tempus debito, & priusquam venderet debitori non notificat, l. Si conuenerit, ff. de pignor. Act. Ang. verb. Pignus §. 7. nisi etiam conuenerit, ne notificatio esset necessaria, Gl. in ead. l. Si conuenerit. Et licet de pignore non vendendo pactum sit, trina tamen monitione facta, ut luat illud, vendi potest, modo inter monitiones seu denunciations ipsas, triduum interijciatur : Si autem nulla facta fuit mentio de vendendo vel non vendendo, vnica denunciatio sufficit, quo tractis duobus annis, propria autoritate vendere possit. l. fin. C. de iure Dom. impetran. & Ang. vbi supra Sylu. verb. Pignus, q. 10. non autem prius sine auctoritate Iudicis. Et si creditor bona fide pignus minoris, quam sibi deberetur vendit, reliquum a debitor re petere potest: quemadmodum etiam si pluris vendit, restituere tenetur. Ang. vbi supra. §. 8. Et quandiu debitor aliquid etiam solum quadrantem debet, creditor totum pignus retinere potest, quoad ille solutus fuerit. l. Quandiu, C. de distract. Pign.

Potest etiam creditor pignus a debitore ad tempus praefinitum non soluen- te alteri pignorar. l. 1. & 2. C. Si pig. pign. det. Potest etiam impensas bona fide in pignus factas repetere, ut si erat ager, in eius cultum, si erat animal, in pastum factas. l. Seruos, ff. de Pign. act. tenetur tamen ad computandum in sorte fructus ex pignore perceptos, deductis impensis, quas in eorum collectionem, aut conseruationem fecit. S. Anton. 2. par. tit. 1. c. 15. §. 3.

Octuagesimo primo, qui vasa sacra, libros, vestimenta & ornamenta ecclesiastica pignorat. l. Sancimus; C. de sacrosan. Eccles. cap. 1. de Pignor. nisi fecerit id ex magna necessitate, puta redemptionis captiuorum, subuentionis pauperum, & aliorum operum ecclesiae multum necessariorum. d. cap. 1. de pignor. & c. Aurum, 12. q. 2.

De peccato usurae circa mutua.

S V M M A R I V M.

- H**enricus Infans Portugalliae, summa laude dignus, nu. 206.
- Usura quid, & duplex vera, & palliata, nu. 206.
- Mutuum duplex verum, & palliatum, & differt a commodato, nu. 206.
- Usura utraque pagina speciatim vetita, eam probans haereticus, nu. 208.
- Peccatum usurae duplex, sed neutrum usura mentalis, nu. 208.
- Usura lege civili vetita, sed valde exercita clam, nu. 208.
- Usura centesima quae & cat. nu. 208.
- Usuram quae intentio sine facto faciat, nu. 208.
- Intentio secundaria nec usuram nec Symoniam facit nu. 209.
- Usura est lucrum ob dilationem solutionis. nu. 210.
- Interesse quid, quotuplex & quod peti potest. nu. 211.
- Interesse lucri cessantis petitur sine his conditionibus. nu. 212.

Montes

Montes pietatis liciti, nu. 213.

Dotis ob solutionem dilatam, quid lucri capere liceat, nu. 213.

DICTVS de peccato usurae circa mutua, huic loco ad id opportu- 206 no iuxta promissionem in praefatione factam, interam summam eorum, quae in Comment. de usur. c. 1. 14. q. 3. scripseram, ad scrutanda fundamenta, quibus soluerentur dubia quaedam, quae anno 1554. soluere iusserat Vlyssipone Illustrissimus ille Cardinalis tr. Sanctorum quatuor Coronatorum omnium virtutum heroicarum panegyri rerum diuinarum & humanarum eximia cognitione comitata, & inclytus Infans Portugalliae Henricus, tunc frater gloriose memoriae Regis Iohannis eius nominis III. & postmodum Regni Lusitani moderator grauissimus, nunc autem Patruus obseruantissimus, & obseruatissimus Regis don Sebastiani huius nominis primi, Iuuenis quidem, sed pacis, & belli gestis pro arate Christianissimis, gloriosissimi, & gerendorum spe admirabilis. Summa ergo illius Commentarij est, quod continet vigintiduo notabilia. In quorum quatuor primis habetur, quod quamuis hoc verbum, usura, prima sui significatione significet usum cuiuslibet rei, iuxta illud Cicer. pro Rabirio. Usuram huius lucis & cat. tamen iuxta significationem, quam in hac materia communiter habet significat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Graecis dicitur Τόκος, id est, partus; quasi a mutuo partum, & Hebraeis appellatur מַשְׁכָּל id est, morsus, quo mutuas mutuatarium mordet, ut quidam recentiores scripserunt. Et quod contractus mutui differt a contractu commodati, quia per hunc non transfertur dominium rei commodatae, per illum autem sic rei mutuo data, ut dictum est supra, nu. 180. Licet conueniant in hoc quod vterque debet esse gratuitus, iuxta glo. recept. in c. 1. de Commod. & quod mutuum verum reperitur in solis rebus quae usu consumuntur, & in pondere, numero & mensura consistunt, puta, pecunia numerata, vino, oleo, pane, tritico, & id genus alijs, quae usu consumuntur. Inst. quib. mod. re contr. oblig. in princip. Dixi, Verum mutuum, quia velatum siue palliatum est, quod secundum suam formam apertam & verba contrahentium est alius contractus, quam mutui, secundum vero formam latentem, & mentem contrahentium veram vel praesumptam, est mutuum; quale est omnis contractus, alius a mutuo, in quo quis minoris iusto pretio infimo, siue medio, quaerit aliquid propter anticipatam solutionem; & contra, quo quis vendit alij pretio maiore iusto supremo propter dilatam solutionem. c. In ciuitate, de usur. & cap. Ad audientiam, de empr. & c. illo vos, de Pignor. cum eis annotat. qui enim emit 10. rem ad minus pretio infimo valentem 12. ob anticipatam solutionem in effectu videtur mutuare pretium quod dat, & illud minus iusto pretio, quod dare deberet, accipere pro usura. Qui vero contra vendit rem valentem ad summum & pretio rigoroso 10. pro 12. ob dilatam solutionem, videtur mutuare pretium rei quam vendit accipiendo illud plus iusto pretio, quo res vendita valet pro usuris, ut in praedictis iuribus probatur. Quod autem pretium sit infimum

simum, quod medium & quod supremum traditur infra. c. 23. nu. 178. unde licet omnis usura in solo contractu mutui versetur; quia tamen contractus mutui est duplex, verus & palliatus, ita duplex est usura, vera, quæ in vero mutuo, & velata seu palliata, quæ in palliato versatur.

207 In quinto, & sexto notab. quod aliud est peccatum usuræ, & aliud usura: quia peccatum usuræ est accipere, vel velle lucrum usurarium. Usura verò est lucrum pecunia æstimabile suapte natura, quod principaliter vi mutui veri vel palliati quæritur. Dixi, *Lucrum*, pro genere, & *Pecunia æstimabilis*, ad differentiam lucri non æstimabilis pecunia, quale est spirituale meriti, & gratia, quod sit, quando, & quomodo, & cur oportet apud Deum, iuxta illud psal. Beatus vir qui miseretur, & commodat, siue mutuatur, & illud Evangelii Math. 19. Centuplum accipietis & cæ. Quod proprie non est usura, licet aliquando metaphoricè sic dicatur Luc. 19. Th. 2. sec. q. 78. ar. 1. Et ita mutuare quæ, ut præsentetur, vel eligatur ad beneficium, vel ut illud sibi conferatur, non est proprie peccatum usuræ, licet sic peccatum Symoniæ, quæ est grauior usura. Dixi, *Suapte natura*, ad differentiam lucri quasi spiritualis virtutis, & amicitia, quod mutuando quæritur, & non est usura, quia suapte natura non est pecunia æstimabile, licet multi pluris æstimarent amicitiam, quam mutuando aliquibus quærunt, quàm pecuniam, quæ ex eo ab usurario quæritur. Dixi, *Principaliter*, Quia licita est intentio minus principalis quærendi aliquid pecunia æstimabile, ut infra dicitur. Dixi, *Vi mutui*, ad differentiam eius, quod ratione veri interesse lucri cessantis vel damni emergentis accipitur, quia illud non est vxura, iuxta glo. sing. & receptam. c. Conquestus, de usur. facit. c. 2 & capi. Salubriter eod. tit. Dixi, *Veri vel palliati*, Ad includendum lucrum, quod quæritur ex mutuo palliato, de quo supra nu. proximo.

Et quod usura est illicitum lucrum, & velle vel accipere illam, peccatum mortale, adeo quidem, ut contrarium asserere sit hæresis. Cle. 1. de usur. & non solum iure humano, sed etiam naturali & diuino veteris & noui testamenti c. Quia, & c. Super eo, de Usur. Nam prohibetur hoc septimo præcepto decalogi: Non furtum facies, Exod. 20. quo omnis rei illicita usurpatio, qualis est usura, prohibetur. c. Pœnale. 14. q. 5. quod est præceptum vtriusque testamenti, & quod specialiter prohibetur in nouo, per illud Luc. 6. Mutuum dantes, nihil inde sperantes, contra impium Molinæum, & pium Sotum ex Urbano in cap. Consuluit, eod. tit. & Conc. Lateranens. sub Leon. decimo. & ex alijs, per quæ etiam ratio eorum cõfutat. Et quod ius Diuinum noui testamenti specialiter prohibet non solum mutuacionem cum pacto expresso, aut tacito reddendi plus aliquid mutuato, sed etiam mutuacionem sine pacto aliquo cum intentione principali, ut plus aliquid re mutuata restituatur, per. c. 1. 14. q. 6. & alia in d. Notab. 6. adducta.

208 In septimo notabili, & duobus sequentibus: Quod omne peccatum aliud ab usuræ peccato, est duplex, mentale tantum, quod est voluntas peccandi absque verbo vel opere, & Mentale, & reale quod est voluntas peccandi verbo vel opere sequuto. Ita peccatum usuræ est duplex, Mentale tantum, quod est volu-

tas lu-

tas lucrandi usuram opere non sequuto, & mentale & reale voluntas eam lucrandi opere subsequuto. Et quod usura mentalis differt a peccato mentali usuræ, quia non est voluntas quærendi lucrum, sed lucrum ipsum ex mutuo dato intentione principali quærendi illud sine villo pacto expresso vel tacito, de qua intelligendi sunt disputantes, An usura mentalis obliget ad restitutionem: Nã de peccato usuræ mentali tantum nulla est dubitatio, quia sicut nullum aliud peccatum mentale tantum obligat ad restitutionem. Ita nec peccatum usuræ mentale tantum. Sed disputant, An lucrum quæsitum ex mutuo intentione principali ob illud dato, obliget ad illud? Ita quod præter peccatum usuræ mentale tantum & usuræ mentale & reale, est usura mentalis definita supra esse lucrum & c. quæ non dicitur mentalis, quia lucrum non sit sequutum, sed quia sola intentio mentalis fuit causa principalis quærendi illud, quæ hæctenus, quod sciã, nullibi sunt ita declarata. Et quod nunc etiã legibus secularibus Regum Christianorum est expresse prohibita usura, & implicite a tempore Iustiniani Imperatoris, secundum Cõem. De qua, Io. And. in Mercur. Reg. Peccatum, de Reg. iur. lib. 6. Et ita nullus Christianus eã clare exercet, sed verèdum ne aliqui velate siue palliate maiore quã virtutem exercent. Nam maxima quæ olim permittebatur, erat centesima, quæ centum mensibus ipsam sortem exæquat, ita ut quoque mense fors unum pariat; & duodecim in anno, ut copiose ostendit Bar. Soc. in l. si hæres §. Itẽ ff. ad l. falcid. cui cõcordant Budæus & Alciatus in locis ibi citatis, & alij alibi, & ea tantum in pecunia traiectionis sortis periculum in se suscipiente, in alia vero mercatoribus, duæ partes centesimæ, hoc est, octo pro centum in anno. Et alijs non negotiabilibus dimidia centesimæ, hoc est, sex pro centum in anno. Et nobilibus tertia pars, id est, quatuor in anno pro centum. Et nunc aliqui uelate siue palliate accipiunt tam grandes, ut interdum fors pariat decem & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias, quæ tamen tres aut quatuor in anno occurrunt, & ita triginta & amplius in anno pro centum. Itẽ antea ex usuris, usuræ non capiebatur l. Vt nullo C. de Usur. & l. Placuit ff. eo. At nunc cãbiorum cãbia corraduntur.

In Decimo, & Vndecimo notabilibus, quod intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam usuram etiam sine pacto expresso vel tacito, contra impium Molinæum, non aut minus principalis contra Scotum lib. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur. Tum quia id tenent glo. & Inno. in d. c. Cõsuluit, de usur. ab omnibus Theologis & Canonistis recepti. Tum quia c. Si officia, 59. di. & c. Quid proderit 61. di. ff. c. cum suis glo. probant licitum esse ecclesie & Prælato seruire, cum spe secundaria licet non principali aliquod beneficium obtinendi. Tum quia quam plurima sunt in quæ quãuis non liceat intendere principaliter, licet tamen minus principaliter, v.g. non licet dicere missas & diuina officia audire principaliter pro distributionibus quotidianas, minus principaliter tamẽ sic, iuxta glo. sing. & recep. in c. 1. de cleric. non residet. lib. 6. Non licet et principaliter seruire Deo intuitu remunerationis terrenæ, sed minus principaliter sic, iuxta illud Psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Adeo quod Concil. Tride. sess. 6. can. 31. definiuit contrarium esse hæreticum. Tum per alia ibi latius adducta, ita quod licet nullum neque principale

principale neque minus principale lucrum tanquam iure debitum ex mutuo expectari possit, potest tamen tanquam antidorale, & remuneratorium de gratia & non de iustitia debitum. Vbi etiam cum communi asseruimus, quod tam principaliter, quam secundoario possumus sperare lucrum amicitiae & gratitudinis ex mutuo, & tam principaliter quam secundoario lucrum pecuniarium ex illa amicitia & gratitudine, sed non nisi minus principaliter, & secundoario lucrum pecuniae ratione mutui. Et consequenter, quod qui postquam principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens illam intentione mutat in intentionem minus principaliter accipiendi, si postea gratis datum accipiat, non est usurarius, ut recte dicit Ang. verb. usura. Et ita non sunt usurarii omnes qui cum spe lucri mutuuant, sine qua non mutuarent, quia potest esse finis eorum principalis amicitia, vel amor Dei, & virtutis, & lucrum minus principalis: Nam ut aliquis finis sit principalis alicuius actus, non sufficit quod ille non fieret sine illo, sed oportet, quod plures vel tanti aestimetur, ac alius finis propter quem ille sit, ut late probamus in d. c. Cum minister, a nu. 37. & supra proxime tetigimus. Neque etiam peccat, qui non mutuat principale ob lucrum, bona fide aliquid accipiendo a mutuario, existimans id sibi amanter & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quam ob timorem ne pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur: Quamuis si postea id intelligeret, teneretur ad restitutionem illius, secundum Anton. 2. par. tit. 1. c. 7. §. 6. & Caiet. 1. sec. q. 78. ar. 1. Contra verò si dum sibi datur, existimabat non dari sibi libera voluntate sed coacta, accipiendo quidem peccat, etiam si a principio sola charitate mutuasset, Laurent. in c. salubriter, de usur. & S. Anton. vbi supra. Addidimus & ibidem, quod ex qualitate rei data ex lucro vel iactura dantis, & ex eo quod in tali casu virtus gratitudinis poscit, probus Pœnitens, & prudens confessarius conijcere possunt: An datum ultra sortem, dicatur datum libera an coacta voluntate. Diximus etiam illum qui eo quod a suo debitore debitum recuperare commodè non potest, mutuat illi pecuniam, ut sibi hac via alterum tantum quantum sibi debetur recipiat, non peccare, quia nihil ab eo accipit vi mutui. Maior in 4. dist. 15. q. 29. in princip. Adiecit tamen hoc casu cauendum esse debitori per chyrographi debiti redditione, vel per schedulam solutionis eius, ne postea ipse vel eius hæres iterum illud petant, vel accipiant sponte solutum, per ea quae dicta sunt in simili supra eod. c. nu. 113. Non peccat etiam qui accipit aliquid ob iustam mercedem laboris sui, vel famuli numerandi magnam pecuniam summam, quia non vi mutui, sed laboris numerandi accipit: neque qui capit aliquid pro sumptu & labore mittendi pecuniam mutuam longè absenti. Idem Maior vbi supra.

210 In Duodecimo Notab. & duobus sequent. Quod qui vendit, permutat, aut locat minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem, est usurarius. Et contrario omnis qui vendit, permutat, aut locat maioris iusto pretio maximo, siue rigoroso, ob dilationem solutionis, per rationem supra positam num. 206. Et quod in hoc saepe videntur peccare, qui emunt, vel locant redditus Episcopatum & beneficiorum, Magistratum, Prouinciarum, Dominiorum, oppidorum,

rum tributorum, vendibiliu exactiones, & alios census Regum, Episcoporum, beneficiorum, & aliorum priuatorum necessitate pressorum, multo minori iusto pretio infimo ob solutionem anticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & multo minori ob trium. Et contra, qui vendunt, aut locant aromata, cinnamomum, Piper & cæc. pannum, sericum, lanas, aulæa, libros, papyrus & alia similia, boues, vaccas, equas, oves & alia pecora, ijs, qui illorum indigent, ad sustentandum, vel querendum presentem pecuniam ex eis protinus reuendendis minoris iusto pretio, vendunt, inquam, vel locant maioris iusto pretio rigido, & summo, propter dilationem solutionis, & tanto plus addunt pretio, quanto solutionis dies longior fuerit. Monemus item ibidem cauere sibi debere ecclesiasticos, & seculares prædicates, qui agros suos colonis suis pluris iusto pretio rigido locant, propter dilationem solutionis suorum debitorum, aut propter mutuacionem tritici ad serendum, & victus aut pecuniae ad alia necessaria cum longa solutionis dilatione, quibus rebus fatigant eos supra modum, adigentes ad viuendum miserius, quam si eorum essent mancipia, & eos etiam qui redditus suos quam maximo possunt pretio locant in auctionibus publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus & donarijs incrementorum, quae Hispani vocant Pujas, & dilationibus solutionum, cogentes illos facere renunciations ab omni iure alienas, quales ante nostram aetatem paucissimas Hispania vidit, nulla habita ratione, quod per huiusmodi submissiones, & ad casus fortuitos obligationes minuitur iustum alioqui pretium conductionis, nec habita ratione quod locantes tam excessiuo pretio, sunt in causa, ut conductores vtantur mendacis, & malis artibus in vendendis eis, ut pretium, quod soluunt, ex eis corradant, quibus, ni vtatur, impossibile est illud corradere.

In decimoquinto, quod interesse generaliter dicitur esse damnum emergens, & lucrum cessans, eo quod aliquid fieri cessatur, secundum glo. in verb. Possibile, C. de sent. quae pro eo quod int. prof. In qua definitione, coniunctio, & accipitur pro, vel, & verbum, fieri, prout comprehendit (non fieri) cum non facere, sit facere, l. Si mora. ff. solut. matrim. & glo. l. 2. recepta in princip. ff. de verb. obligationib. Et quod est duplex, scilicet damni emergentis, & lucri cessantis, secundum eandem gl. d. l. 1. Exemplum damni, habeo pecunias ad reficiendum domum, vel emendum aestate triticum, aut scenum, & eas mutuo tibi, quas quia ad praestitutum diem non soluisti, domus cecidit, triticum duplo carius emptum, pecora fame interiere, aut aliquod simile damnum accepi. Exemplum interesse lucri cessantis, sum mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi mutuo, & die praefixo non restituis, lucrum, quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

Et quod inter omnes conuenit, utrunque horum contingens ob mutuum peti posse tribus casibus. Primo, quando mora in soluendo praecessit, gl. celebris in c. Conquestus, de usur. & alia multa ibi citata. Secundo, cum ante aut post moram contingit, mutuum tamen datum fuit per aliquam vim Regis, Ciuitatis, aut cuiusuis alius. De quo tamen acius tractatur. infra eod. num. vlt. littera O. Tertio, cum à principio conuenit de soluendo damno: quibus tribus casibus

casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiam a principio conuenire de summa, quæ ultra sortem sibi rependenda est, ex verisimili illo interesse damni aut lucri, vt late prædictus Sotus scripsit li. 6. q. 1. ar. 3. de Iust. & iur. quamuis magis quam alij, hanc materiã restringere sit conatus: Quod postremũ, hodie nõ procedit in materia cambiorũ, per extrauag. Pij V. transcriptã in fra eod. cap. nu. vlt. N. vt ibi dicã. Et quod tota difficultas sita est in casu, quo quis sponte, sine vi mutuatur pecunias expositas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni: ob quarũ mutuatiõne cessat a negotiatione & frugiferorũ emptione, possit capere licite interesse lucri cessantis contingentis ante moram, & culpam. Nã Innoc. tenet quod non in c. fin. de vsur. quem prædictus Sotus laudat & sequitur, protestatus tamen, quod contrariam, quæ cõmunis est, opinionẽ nõ dãnãt, quã et laudandã esse & firmiter tenendã in prædicto not. 15. probauimus 14. rationibus refellendo, quas ipse pro sua eduxit. Quæ tamẽ cõclusio intelligenda est, dũmodo ois dolus, & fraus palliandi vsuras absit, & modo non tanquã res acquisita, sed tanquã res in spe posita, & quæ impediri multis modis potest, æstimetur, etiam in cõtractibus in quibus et hodie licet a principio conuenire: In cambiis enim hodie vt proxime dixi, non licet: & modo mutuatur res cum pacto de resarciendo illo: Quoniam interesse lucri cessantis non debetur magis, quã interesse extra rẽ damni emergentis, secundum Bart. & Com. in d. l. 1. At hoc non debetur, nisi pacto præcedente, l. Si sterilis. §. Cum per venditorem ff. de Actio. empt. ergo neque illud, arg. l. Illud. ff. ad l. Aquil.

Et quod pecunia mercatoris negotiationi exposita, vel alterius emptioni frugiferæ rei destinata, pluris valet, quã altera tãta aliorũ, & et ipsius, illi non ita exposita, arg. l. 3. sub fin. ff. de eo quod cert. loco. & trad. Caiet. 2. sec. q. 78. art. 2. quod antea sensit Scot. in 4. dist. 15. q. 6. Et ita etiam triticũ satũ, vel sationi destinatum, valet pluris, quã alterũ tantũ absolute consideratũ. Et quod quãuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandũ inest, absolute considerata eius pretium nõ plus augeat quã sine illa, considerata tamen in eo, qui scit & vult vt ea ad iuste lucrandum, facit vt pluris valeat: sicut facultas generandi quæ est in tritico absolute considerata, non efficit vt plus valeat, considerata tamen in eo, qui illud iam satum habet, aut sationi præparatum, aliud simile ad seminandũ non habens, facit vt pluris æstimetur ad effectum, vt vendere & etiam mutuare carius possit: & qui furto illud sustulerit, plus quã alteri restituere tenetur.

Et quod qui habet aliquid quod communiter nec sibi nec aliis pluris quã 10. valet, pluris illud alteri vendere non potest, quãuis illi multo plus valeat; tamen si sibi pluris valet, recte id vendere potest eo pretio, quo sibi valet, accipiendo pro eo tanto plus, quanto sibi plus valet, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 77. ar. 1. & Scot. in 4. di. 15. q. 2. receptos. Et quod sicut operarius potest accipere pretiũ operarũ suarũ, quas omisit ad preces alterius, q. eas soluere promisit, sic & mercator lucrũ quod ad pces mutuatarij omisit pp. pmissiõne de resarciendo interesse.

In decimosexto notabili, & tribus sequent. quod non sunt necessariæ tot conditiones ad iuste capiendum interesse lucri cessantis ex mutuo, quod Conrad. in q. 3. de Contract. & quidam alij alibi requirunt, licet aliquot earũ sic. Prima

Prima enim est, vt hic lucrandi modus non tantum sibi placeat, quantum negotiationis: quod tenet etiam Syl. verb. Usura. q. 19. quæ tamen non est necessaria. Nam iustum & iniustum, non in bonitate, aut prauitate animorum & intentionum, sed in rerum & operum externorum æqualitate & inæqualitate consistit. Arist. 2. & 5. Ethic. & Diuus Thom. 2. sec. q. 38 ar. 10. & q. 59. ar. 2. Vnde & recte ait idem Sotus lib. 6. q. 1. ar. 3. de iust. & iur. Nihil referre, an mutuans sit rogatus & quæsitus a mutuuario, an vltro mutuet, modo quod ad iustitiam commutatiuam pertinet seruetur. Secunda, quod interesse sit verum, quæ necessaria est iuxta mentem glossæ & omnium d. c. Conquestus. Tertia, quod mutuatio vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes, qualis non est secundum Caiet. & Medinam vbi supra, quando mutuans pecuniam, habet aliam qua negotietur. Quæ tamen limitatio non procedit si aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neque negotiationi committere vellet, quod prudentiæ est. Quarta, vt dandis vsuris non sit assuetus, quia ex tali consuetudine præsumeretur voluntas exercendi vsuram: Quæ tamen conditio non procedit in foro conscientiæ, in quo veritas præualet præsumptioni. c. Tua, de spõ. & fieri potest vt quis in alijs vsurarius sit, & in hoc non. Quinta, vt non recipiat interesse priusquam constet, quod verisimiliter lucratus fuisset. Quod in materia cambiorum videtur hodie statutum per extrauag. Pij V. transcriptam in fine nu. vlt. litera N. Sexta, vt mutuarius non egeat extremè, quæ non videtur necessaria, quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis, imò satisfacit mutuando, vt cum poterit soluat, per dicta supra eod. c. nu. 60. & mutuare sine interesse, esset donare. Septima, vt mutuans ob hoc non incurrat infamiam vsurarij apud simplices, æstimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinem, cum omnis species mali fugienda sit 1. ad Thesal. 5. & c. Cum ab omni, de vit. & honest. cleri. quæ conditio quamuis ad euitandum peccatum scandali necessaria sit, non tamen ad euitandam vsuram, & obligationem restituendi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per dicta supra eod. nu. 6. Quale non est peccatum scandali, quod est contra charitatem. Tho. 2. sec. q. 43. in principio. Octaua, quod causa principalis mutuandi, sit subsidium necessitatis vitæ, salutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen non est magis necessaria quam prima, per dicta in ea, licet sit honestissima. Nona, vt non capiat neque paciscatur totum interesse, quod verisimiliter expectatur, sed solum tantum quantum valet illa verisimilis expectatio: imò quod nec hoc nunc in cambijs fieri possit videtur probari per prædictam Extrauag. vt ibi dicam. Et quod consequenter, qui cogit soluere pœnam vel interesse creditori suo eo quod mutuarius suus non soluit ei mutuum stato die, licite potest ab eo recipere illud quod sic soluit & et compensationẽ dani accepti ob vedõne rerũ suarũ minoris quã valerẽt, aut emptionẽ tritici, & vini cariori pretio, eo quod stato die debitũ ei non soluit. Quia non accipit ratione mutui, sed ratione interesse damni emergentis, secundum omnes, etiã si promissio de soluendo eiusmodi damno non præcesserit, arg. l. Nummis. ff. de in lit. iur. & l. Iulianus, in princip. ff. de actio. emp.

Et quod non possit quicquam capere iuste ratione interesse lucri cessantis, ij. qui nolunt vel non possunt negotiari nec res frugiferas emere, & mutuāt ad interesse; neque illi mercatores, qui certa pecuniæ summa negotiantur & non maiori, & aliam quam habent ad interesse mutuunt; neque qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus reliquas pro interesse mutuunt, quia nullum interesse verum prætereundum possunt per prædicta. An autem qui suas vel aliorum grandes pecuniarum summas alijs atque alijs tradunt in vnis nundinis, soluendas in alijs cum aliquo lucro, aliqua ratione defendi possint, dicetur infra nu. vlt. Liter. N.

213 In notabili 20. & duobus seq. quod montes pietatis erecti modo infradicto, sunt liciti, quod contra Caiet. in opusc. de Monte Pietatis & Sotum libr. 6. de iust. & iur. q. 1. ar. 6. probatur, efficacissimis argumentis dilutis eorum rationibus. Modus vero est hic. Aliquis opulentus deputat aliquam quantitatem tritici vel pecuniarum ad mutuandum quotannis pauperibus, pignoribus ab eis acceptis; qui pro quantitate accepta, & pro tempore, quo eam non soluerint exiguum aliquid singulis mensibus soluant, pro victu & salario eorum, qui habebunt curam dictum triticum aut pecuniā custodiendi, mutuandi, recuperandi, & restituendi pignora tempore opportuno. Et quod gener licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à locero, in securitatem soluendæ dotis, per. c. Salubriter, de Vsur. & l. Pater. ff. de Dol. mal. quia non capit eos vi mutui veri vel palliati, sed alia ratione, quæ a varijs varia redditur, vt monstrat prædictus don Didacus a Leyua in c. 1. lib. Variarum resolut. sed nulla satisfacit per ea quibus breuissimè cōsultamus ibidem communem, & aliam Anan. & aliam Medinæ, & aliam Soti & aliam Fortunij, olim a nobis probatam, subdentes aliam genuinam fundatā in donatione tacita dotantis, & tradentis pignus, quæ colligitur ex multis in dotatione concurrentibus, quæ ibi insinuantur. Ex qua intulimus quatuor. Primum, quemlibet maritum, quamuis nō sit gener eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, non computando eos in dotem promissam, nisi contrarium exprimat, quamlibet longū tempus solutioni dotis præfigatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, licet solutio differretur accepto pignore. Secundum, posse maritum pacisci cum eo qui dotem promissit & non soluit, & quoad soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij pendat tantum quantum aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere posset. Quod Panor. d. c. Salubriter, & alij multi relati per D. Didacum, vbi supra, & etiam Sotus tenent, quicquid Io. lup. in Repet. c. Per vestras, not. 6. de donat. inter vir. & vxor. dicat. Tertium, verum esse quod insinuauit Sotus lib. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur. Maritum qui dotem recipit & hæredes eius in casu diuortij teneri vxori viduæ aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ salua manente dote dari possunt, quoad illi ea persoluatur. Quartum, quod iuste obseruari possunt statuta terrarum, vt qui dotem promittit, quoad soluat, & maritus, & ipsius hæredes quoad dotem viduæ aut separatæ reddant, certum quid ex centum in singulos annos perdant.

Qui

Qui peccant peccatum vsuræ, circa mutua.

S V M M A R I V M.

Mutuū qui non soluit æque bonum, & stato die, vt peccat, nu. 214.
 Usuram qui credit non esse peccatum mortale hæreticus, nu. 214.
 Usura circumspecte diffinita, & declarata, nu. 214.
 Usurarius confiteatur quoties voluit fœnerari, nu. 214.
 Usura quando mutuari: proposita pœna & cœt. nu. 215.
 Usura accipere fructus pignoris, nu. 216. & 217.
 Fructus pignoris, quando bene capiuntur, nu. 217. & seq.
 Usura an sit mutuari rem vt reddatur cum pluri valebit, nu. 219.
 Usura vt sit mutuari, vt molatur in suo molendino & cœt. nu. 220. & 221. aut vt superstes reddat duplum, nu. 221. aut ob officium, opem, vel talionem, nu. 222. & 223. aut vetus granum pro recenti, num. 224. & 225. aut argentea pro aureis & cœt. num. 226. aut emere granum ante messem & cœt. nu. 227.
 Usura minoris emere ob solutionem anticipatam, vel pluri ob dilatam, nu. 228.
 Pretium iustum triplex, imum, medium, summum, nu. 228.
 Usura emere a non habente, & eadem locare, nu. 229.
 Usura quando emere vel locare rem minoris quam valet & cœt. nu. 230. & 231.
 Censuræ vt restituendus, cum Extr. uag. Pij V. adita super censibus nu. 234. & seq.
 Usura mutuari pro re pauperi danda, non pro iniuria remittenda & cœt. nu. 237.
 Usura non est mutuari ob interesse damni aut lucri, nu. 239.
 Usura quando non est vendere carius propter impensas, nu. 239. & 240.
 Usura quando vendere vno tempore, quo soluatur alio, nu. 241. & 242. aut pretio maiore quam præsentis ob dilationem, nu. 242.
 Usura deponere pecuniam cum pacto vel intentione lucrandi, nu. 243. & seq.
 Usura soluere famulis alicuius, vt post auctarium capiat, nu. 245.
 Usura soluere ante diem statum ob lucrum, nu. 246.
 Usuram iuratam non soluere quando peccatum, nu. 246.



Ctuagesimosecundò, peccat mortaliter, qui res mutuatas non soluit stato die in rebus eiusdem generis & bonitatis, nisi impotentia, vel consensus expressus vel tacitus creditoris excuset, aut alia supradiçta, nu. 54. Peccat præterea, qui mutuatur aliquid ob lucrū notabile pecunia aestimabile, conuentum expressè aut tacitè, aut principaliter speratum, cum obligatione restituendi, nisi antequam recipiat peniteat, per dicta supra eod. nu. 210. Et notandum vsurario non sufficere, vt confiteatur quoties ad vsuram dederit, quia oportet vt dicat si scit, quoties secum animo deliberato dare constituit. Et si distinctè ignorat numerum verum, dicat verisimilem, plus minusve, vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt dictum est in c. 6. supra eod. nu. 14. & in specie Ma

ior in 4. dist. 15. q. 29. col. 3. Idem si a principio sine spe principali lucri mutua-
uit ex sola charitate, & postea illam concepit, & poposcit illud, per ibidem di-
cta. Idem de illo qui non vult proferre diem solutionis debiti absq; aliquo lu-
cro, nisi pro suo vero interesse accipiat per prædicta.

215 Peccat etiam qui mutuat apposita pœna nisi intra diem statam soluerit ei,
quem iam a principio credebatur ad eam diem soluere non posse, cum obligatio
ne restituendi, secundum Scotū & communem in 4. dist. 15. Idem si pœnam
exigit ab eo, qui sine sua culpa per impotentiam eam non soluit. Quia regula-
riter ubi non est culpa, pœna esse non debet. c. 2. de constit. Idem si soluta par-
te debiti totam pœnam exigit, saltem quando obligatio est diuisibilis. c. Suā,
cum glo. & communi de pœnis. Sed non si pœnam posuit, ut timore eam incur-
rendi soluat, præsertim optando potius solutionem, quam pœnæ incurfionem
d. c. Suam, l. Si pacto quo pœnam. C. de pact.

216 Octuagesimotertiò, qui creditor vitur fructu, vel vsu pignoris sibi traditi
cum pacto non computandi illum in sortem, in quam est computanda omnis
commoditas, quam ex eo percipit deductis impensis legitimis, ut supra cod. c.
nu. 25. & 26. dictum est. Quæ deductio est in causa quòd vsuram non commit-
tat, qui tantum in pignore impendit, quantum utilitatis ex eo percipit. Nec cõ-
sequenter, qui equum parua utilitatis in pignus accipit cum onere alendi eū:
Neque qui domum egentem tanta vel maiori impensa refectionis, quam pen-
sio eius valeat. Non tamen putamus esse tutum illud Soti lib. 6. q. 1. arti. 2. de
iust. & iure, quod non tenetur in partem solutionis accipere fructus collectos
ex pignore, quos debitor non colligebat, nec colligere cogitabat. Tum quia suf-
ficat esse fructus bonorum debitoris, & eos nullo iusto titulo a creditore retine-
ri posse. Tum quia alioquin dicendum esset creditorem qui sua solerti indu-
stria ter tantos fructus colligeret, quàm debitor cogitabat, eum ad restituend-
um quod amplius collegisset non teneri, quod palam est absurdum.

217 Octuagesimoquartò, qui mutuator accipit pignus cum pacto legis commif-
foriæ, s. ut nisi ad præfixum diē redimatur, sit venditū, addendo quòd oēs fru-
ctus aut pars eorum, qui vsque ad eum diem caperentur, essent sui. c. Significā-
te, cum ei annotat. de pignor. Secus tamen si prædicti fructus manerent debi-
toris, vel in sortem, vel in interesse computarentur. Quia pactum legis commif-
foriæ, appositum in pœnam sine fraude vsurarum valet, & etiam appositum,
ut lapsò die luendi pignus, esset venditum iusto pretio l. Si fundus §. si. ff. de Pi-
gnor. Quæ sunt de mente Pan. in d. c. Significante, & Ant. tit. 1. c. 7. & Sylu. in
Rosa aurea cas. 28. Secus itē est, si dominus directus in pignus accipiat prædiū
feudale. c. Conquestus, c. 1. de Vfur. adiuncta gl. si. Quod ipsum dixit de Domi-
no directo accipiēte in pignus prædium emphiteoticum Imol. in c. 1. de feud.
quē sequimur, quāuis dubitet Io. Anan. in c. 1. de vsur. & eisdem Barbat. in d.
c. 1. de feud. contradicat, modo tria concurrant, quæ ēt in feudo concurrere de-
bent. Primum, quod nihil aliud debitū ex contractu emphiteotico præter
fructus accipiat. Secūdū, ut illud prædium non sit effectum melius seu melio-
ratū ab emphiteuta, iuxta Syl. verb. Feudū q. 30. Quod verum est quo ad par-

tem

tem fructuum, qui ex melioratione capiuntur, & quo ad alios, qui sine illa per-
ciperentur. Tertium, quod emphiteuta dominium vtile emphiteusis gratis,
aut fere gratis obtinuerit, ut communiter feudatarius solet obtinere. Nam si-
ue ille siue feudatarius ad obtinenda sua vtilia dominia magnam summam pe-
cuniæ soluit, non potest capere fructus sibi, saltem quando pensio siue respon-
sio pro eis soluenda longè minor est fructuum valore, iuxta communem, quā
sequuntur Angel. verb. Feudatarius. §. 33. Sylu. eod. §. 10. Maior in 4. dist. 15.
q. 31. Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iu-
sto, dominus vtilis direct odedit, Arg. l. Quæ de tota, ff. de rei vendic. c. Pastora-
lis. §. Item cum totum, de offic. deleg.

Octuagesimoquintò, qui mutuat triticum, aut aliquid mutuabile, eo pacto 219
ut sibi reddatur tempore quo verisimiliter creditur eius pretium auctum iri,
& ipse vsque ad illud non erat seruaturus, cum obligatione restituendi c. In ci-
uitate c. Nauiganti, de vsuris; quia lucratur aliquid ex mutuo; secus si verisimi-
liter dubitabat, an tunc pluris aut minoris esset valiturum. Secus item si ad il-
lud vsque tempus seruaturus erat, & libertatem soluendi intra illud tempus
debitori non adimit, Angel. verb. vsura. 1. §. 36.

Octuagesimosextò, qui mutuat aliquid mutuabile, cum pacto vel intentio- 220
ne principali, ut in suo molendino molat, aut in sua taberna emat, aut ad suam
scholam veniat, aut in suo prædio laboret, iuxta mentē Panor. in c. fin. de vsur.
& debet eum ab illa obligatione liberare, & pro illa iudicio boni viri satisfacere,
Caiet. in summa, verb. vsura exterior. cal. §. Quamuis Sylu. verb. vsura. 1. q. 7.
dicat, ut pauperibus tribuat. Quod procedit, etiam si mutuarius, nil aliud
ob hoc perdat, nec mutuatori aliud commodum acquiratur, quàm quod ille
sit obligatus in suo molendino molere, aut in sua taberna emere & cat. quit-
quid dicant Ang. Rosel. & Adrian. in 4. de Restit. col. 33. Gab. in 4. dist. 15. q.
11. ar. 3. in prin. Maior in 4. dist. 25. q. 25. arg. 3. Quia illa obligatio molendi,
aut laborandi in tali loco, est lucrum pecunia æstimabile: & ideo quamuis non
teneatur quicquam ex pretio, aut utilitate iusta quam ob illud cepit, restituere,
teneatur tamen eum ab illa obligatione in futurum liberare: & pro pretio, iudi-
cio boni viri, satisfacere. Idem dicendum est de mutuante cum pacto ut sibi
vendat suum triticum, vinum, aut lanam etiam iusto pretio. Dixi, Cum pacto 221
vel intentione principali, quia mutuare sine pacto, cum intentione minus prin-
cipali, quod mutuarius illa ex gratitudine faciet, non est vsura, per dicta su-
pra cod. nu. 206. Et in specie dixit Syl. verb. vsura 1. q. 7.

Octuagesimosseptimò, qui mutuat in Flandriam, aut in aliam regionem pro-
ficiscenti, cum pacto, ut sic dixerim, ut assicuraret illud per ipsum dato ei asse-
curationis pretio, etiam iusto. cap. Nauiganti, de vsur. Quia ex mutuo lucratur
obligationem securandi eam ab ipso, secundum communem in dicto cap. Na-
uiganti. Secus si liberè mutuauit, & postea conuenerint, ut mutuator securar-
et certò aliquo pretio: Quia id non ex mutuo sed ex assicuracione lucratur.
Caiet. in summa verb. vsura exterior, cap. 12. & Maior. in 4. dist. 15. quælit.
24. arg. 3. Anton. 2. part. tit. primo. cap. 6. §. 46. Qui contractus securitatis est
licitus,

licitus, & Reipub. utilis, secundum S. Anton. receptum, ut dicitur infra eodē cap. num. ult. A.

- 222 Octuagesimo octavo, qui mutuat aliquid cum pacto, ut si mutuarius intra certum tempus moreretur, liber esset, & si viveret duplum redderet. Quia ex mutuo lucratur illam obligationem soluendi duplum, quamvis dubiam. Syl. verb. V. fura. 1. q. 36. secus si donaret gratis absque fraude, quo donatarius si usque ad tale tempus vixerit duplū reddat: quia nullum ibi mutuū interuenit, sed est contractus innominatus, Do, ut mihi des, l. Naturalis ff. de. Præs. verb.
- Octuagesimonono, qui Regi vel magnati mutuat cum pacto vel intentione principali, ut sibi conferat aliquod officium pecunia æstimabile, licet id quod tali officio lucratus est restituere non teneatur, secus si principaliter mutuat, ut eius amicitiam sibi comparet cum spe secundaria, & minus principali quod sibi illud officium conferet, per dicta sup. eod. à nu. 215. Idem de eo qui alicui mutuat cum pacto ut eum iuuet, pro se deprecetur, ut doceat, ut scribat, aut aliud quid simile pecunia æstimabile faciat. Idem de eo, qui medico mutuat, eum pacto ut sibi medeatur, siue sit alius medicus, qui sibi possit mederi, siue non, quicquid distinguat Med. in C. de Rest. fol. 147. Idem de illo qui mutuat alteri cum pacto ut ille sibi mutuet alia vice alterum tantum, secundum glo. sing. quæ est secunda c. 1. 14. q. 3. quicquid dicat Adrian. in 4. restit. nisi quando solū obligat per pactū ad id, ad quod iure naturali gratitudinis obligatur, secundum aliam glo. quæ est 1. eiusdem cap.
- 224 Nonagesimo, qui mutuat alicui triticum vetus, cum pacto, ut alterum tantū recens sibi restituat, sciens recens melius & maioris pretij fore quàm suum, tēpore mutui & solutionis, per supradicta, & per dictum Syl. verb. V. fura. 1. q. 17. maxime si libertatem soluendi quando libuerit adimit, & obligationem restituendi recens imponit. Secus tamen si principaliter mutuat ne suum corrumpatur, & valet, aut valebit tanti vel pluris tempore mutui vel solutionis, quàm recens sibi soluendo, siue quia est maior penuria eiusmodi tritici quando mutuo datur, siue quia siccius est recenti, & ideo ex hoc plus quàm ex altero capit mensura, siue quia eius substantia est melior. imò non peccaret, qui faceret pactum, ut plus tritici recentis quàm datum est reddatur, modo verisimiliter non valeat pluris illud plus recens restituendum, quàm vetus quum mutuatur, vel quum mutuans illud est venditurus, quia in hoc nihil lucratur ex mutuo qui mutuat, nec qui accipit perdit quicquam, iuxta Cōem, in d. ca. Nauigati, & c. In ciuitate, de vsur. quāuis mutuator videret damnum, quod ei ex corruptione tritici euenire posset, quod iuste velle potest absque damno mutuatarij, ut rectē Syl. verb. V. fura. 1. q. 15. insinuat. Quia non etiam est vsura tempore caritatis annonæ triticum æstimatum pretio quo tunc venditur mutuare, cum pacto ut tempore solutionis reddatur triticum pretio, quo tunc valebit. Quia in effectu est vendere triticum, & dilationem solutionis cōcedere, iuxta omnium mentem, in d. c. In ciuitate, de vsur. Anton. 2. par. c. 7. §. 13. nisi per leges iustas esset prohibita eiusmodi tritici anticipata emptio, ut est prohibita per leges Castellæ tritici anticipata emptio ad reuendendum, & etiam pro sua doimo

domo, nisi pretio quo viginti dies ante, viginti post sacrum diem Sanctæ Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci, ubi emit l. 13. & l. 14. legum Madri cii anno 1528.

Nonagesimo primo, qui quod sibi debetur non vult recipere vsque ad tempus, quo eius pretium crescat, cum debitor illud tempus expectare non teneatur, quia vult lucrari impensam quàm in custodiendo faceret, & periculū amissionis vitare. Idem de illo, qui alteri mutuat cum pacto, ut tali tempore & nō ante restituat, aut in alio loco extra illum in quo iure tenetur, reddat. Anton. ubi supra. Quia illam obligationē, quæ pecunia æstimabilis est, ultra fortē lucratur. Non tamē peccat, qui non petit triticū quod sibi debetur vsq; ad annum, aut tempus in quo carius erit; nisi directē aut indirectē debitoris solutionem impediatur, ut nostro iudicio, impedit diues qui nolens ut pauper Augusto anni fertilis soluat, prædicat ei ut illo tritico ad suam vtilitatem vtatur, & nullo pudore afficiatur, eo quod non soluit. Ad quas fraudes vitandas prudenter & sancte statutum est in Lusitania, ut qui triticum mutuum datum ante diem Sanctæ Mariæ Augusti non petierit, non possit petere vsque ad sequentem annum.

Nonagesimo secundo, qui pecuniam argenteam mutuat, ut aurea ei soluat 226 Host. in Summa de vsur. §. An aliquo, sub finem. Quamuis bene potest pecuniam argenteam aurea, & auream argentea emere & vendere, Et etiam lucrū aliquod moderatum accipere. Caie. in summa, verb. vsura, notab. 2. cas. 3. quia non lucratur ex mutuo, sed ex permutatione, emptione, vel venditione, sicut etiam ex commodatione pecuniae, ut pignori detur, aut ad ostentationē diuitiarum, quo aptius vxorem ducat, aut ob alium similem finem, quia ad huiusmodi fines etiam pecunia numerata commodari potest, l. 3. §. fin. & l. seq. ff. Commod. & trad. Scot. receptus in 4. dist. 15.

Nonagesimo tertio, qui triticum, vinum, aut oleū alicuius prædij ante messem vel vindemiam minoris ob anticipatam solutionem emit, quàm collecta 227 sunt valitura. Panor. in c. Nauiganti nu. 6. per illum tex. de vsur. secus tamen si equo pretio licet minori ob periculū, si cui subijciuntur, emeret l. Fistulas §. Frumenta ff. de contrah. empt. Nec interest, an ematur definite triticum talis agri, aut vinum talis vineæ, aut cū facultate deligendi triticū talis agri, aut vinū talis vineæ, ut libuerit, modo quod æquum fuerit plus ob illam optionem soluat, & sic quod Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 1. & alij scribunt, intelligendum est.

Idem de eo, qui aliquid minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem 228 emit, aut carius iusto pretio ob eandem dilata vendit, ut dictum est supra num. 206. Iustum pretium intelligo, siue sit infimum, siue medium, siue supremū; quia non constat in indiuisibili, habet enim latitudinem, ut traditur infra cap. 23. à nu. 78. Vnde quis iuste pannum, cuius pretium infimum est decem, & medium decem cum medio, & supremum vndecim, emit decem, ob anticipatam vel præsentem solutionem, qui non venderetur ei nisi vndecim dilata solutione, & contra, iuste vendit quis eundem 11. dilata solutione, quem libenter venderet decem præsentibus. Qui verò emeret minoris anticipata solutione, vel maioris venderet dilata, peccaret cum vinculo restituendi per supradicta

nu. 206. Per quæ conciliandi sunt doctores, qui sibi contrarij videntur.

Notandum tamen, non vnum solùm decipi existimantem, se iusto pretio suas merces vendere, quoties nō pluris quàm emit sumptibus & moderato lucro numeratis vendit, vt rectè Sotus insinuauit lib. 6. q. 3. de iust. & iur. Quia fieri potest, vt sumptus eius sit immoderatus, aut quod deceptus fuerit carius emendo, aut quia abundantia eiusmodi mercium, quæ confluerint, illarum pretium diminuerit. Quare aliquando vendere debet minoris quàm emit, quamuis dilata solutione vendat, si tunc vendere voluerit, & aliquando cum maiori lucro, quàm solet etiam præsentì pecunia vendere poterit. Quia parū impendit, aut quia contingit emere minori pretio eiusmodi merces, vbi emit quàm quò detulit, imò ob inopiam augetur, Arg. notat. in l. Pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & per Caiet. 2. sec. q. 77. ar. 1.

229 Nonagesimoquartò, qui pecora vel prædia emit ab eo quem credit ea non habere, & statim certa pensione ea eidem locat, cum obligatione restituendi pensionem, quam ex re, quæ non erat, ceperit. arg. l. 1. & totius tit. ff. de Condi. sine causa. Secus si probabiliter credebat illa eum habere, & bona fide emit, nec tenetur restituere, etiam post cognitam veritatem, id quod ex ea insumpsit bona fide; imò neque id quod non insumpsit, & quo factus est ditior, si quando ea emit, volebat emere talia, & emit ab illo, eo quod ea obtulit vendenda, & ideo non emit alia ab alio, & ita pro suo interesse potest retinere, iuxta dicta supra eod. c. nu. 211. Ang. verb. Vsuræ l. §. 71. Sylu. vsuræ 2. q. 6. Maior in 4. diff. 15. q. 46. col. 4.

230 Nonagesimoquintò, qui centum soluenda a se vel ab alio alteri, in fine anni emit vel redimit, soluendo in principio eius aliquid minus, puta viginti vel triginta, ob anticipatam solutionem, & tenetur restituere, Gab. in 4. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 4. Caietan. in summa verb. vsuræ, notab. 2. & latius Anton. 2. par. tit. l. c. 8. §. 3. & 4. nisi id faceret eo quod debitum non est liquidum, aut quia labor, impensæ, aut periculum subeunda sunt in eis recuperandis, vel illa quibus emit habet destinata negotiationi, aut frugiferorum emptioni, ex qua verisimiliter illud minus, quod alteri soluit, lucraretur. Præsertim si id facit rogatu vèditoris, Medin. in Cod. de Rest. de Reb. restituen. q. 38. in fine. Nobis tamen videtur verum id quod Caietanus dixit verb. vsuræ, sub si. & ante illum, & alios Innoc. cui nemo ibi contradicit, in c. In ciuitate, de vsur. videlicet. Iuste minoris emi posse debita, quæ non sunt soluenda vsque ad annum secundum, vel tertium, vel decennium &cæt. quàm si præsentì die soluenda forent. Tū quia minus est habere actionem quam rem. l. Minus, ff. de Reg. iur. & alia quæ congerit Dec. in reg. Quæ actionē. ff. eod. Tū quia hoc nō est mutuare, sed emere; & nō emere nūmos sibi soluēdos, sed ius, eos ab hinc ad aliquod tēpus recuperandi. Tum quia hoc ius, quod vno anno est inutile, minoris valet, quàm si esset statim vtile. Per quod periclitatur id quod ipsemet Caiet. dixit in dicto No. 2. sed, eum qui debet centum aureos in fine anni, non posse eorundem remissionem in principio anni minoris centum emere. Nam qua ratione potest tertius illam actionem emere, eadem poterit ipsemet contra quem datur redimere, quic.

re, quicquid in hoc Sotus dicat. Cuius tamen & Caietani opinio saluari potest, intelligendo de redemptione facta minoris ob solam solutionis anticipationem, vt in principio huius casus insinuauimus. Et supradicta procedunt quādo ob alios præcedentes respectus minoris emuntur cessante omni fraude vsurarum. Et ad hanc concordiam reduci debet S. Thom. ad Lectorem Florentinum relatus & probatus ab Anton. 2. par. titu. primo. capitu. 8. §. 4. & latè Angel. verb. Vsuræ l. §. 64. & latius Syl. verb. vsuræ 2. quæstion. 14. qui idem quod Caietanus & Sotus sentire videntur. Quæ tanquam quotidiana, & iuridica notanda sunt.

Ad dubium verò P. Vinc. quòd hæc consequeretur diuitem posse dare alteri 100. soluenda post annum cum aliquanto auctario: Respondetur negando sequelam. Tum quia, vt dictum est, hæc intelliguntur cessante fraude vsuraria, quæ in eo non cessat. Tum quia actio de qua loquimur iuste venditur, l. securda. cum sequen. ff. de hæred. vel act. vend. qualem non habet vendendam is cui diues dat illa.

Nonagesimosexto, qui centum mutuo ab aliquo pro lucro decem accipit, & eadem alteri precanti, pro lucro aliorum decem ratione mutui soluendorū mutuat, Maior in 4. dist. 15. q. 9. ar. 7. Secus tamen, si illa decem accipit ratione interesse damni, quod aliàs pateretur, per supradicta nu. 211.

Nonagesimosextimo, qui emit censum perpetuum vel temporarium, redimibilem vel irredimibilem sine conditionibus ad id requisitis, super quarum numero & veritate remisimus lectorem in Hispano, ad Not. 22. Commentarij. c. 1. 14. q. 3. Cuius summam supra nu. 213. retulimus in hoc latino, excepto illo Notabili cuius summa hic ex parte relata fuit, quorum loco subiicimus Extrauag. quam ille nunquam satis laudatus Pius V. post nostrum in Urbem appulsum in hæc verba promulgauit.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



Vm omnis Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites a nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præferunt, non potuimus, animarum prout tenemur, salutem consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfaciētes, tam graui morbo letiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuū redditum creari constituive nullo modo posse: nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursus, nisi vere in pecunia numerata præsentibus testibus ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro

integrō iustoque pretio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directē aut indirectē obligantes ad casus foruitos eum, qui aliās ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositā, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij seu quinquagesimæ aut alterius quantitatis vel rei, tam inter viuos quā in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eiq̃ue denuntiari conditiones, quibus vendenda sit, etiam per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interessē lucri cessantis, vel ad cābium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint & nulla. Imò & censum augeri, & nouum creari super eadem vel alia re in fauorem eiusdem aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliās de iure, & ex natura contractus nō spectarent. Postremò, census omnes in futurum creandos non solum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguī, non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, imò centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directē aut indirectē talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis aut clausulis concepta sint. Cum verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari cui pretium dandum erit, & post denunciam intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandoque reditum extinguī posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus sequutus fuisset. Pacta etiam continētia pretium census extra casum prædictum, ab inuito aut ob pœnam aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, contractusque sub alia forma post hac celebrandos fœneraticios iudicamus. Et ita, (illis propterea non obstantibus,) quicquid vel expressē vel tacitē contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum aut contrahentium qualitatem seu aliud accidens nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peuenerūt census

census, hortamur in domino, vt singulos contractus censura bonorum religionum subiiciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus &c. Dat. Romæ anno 1568. 14. Kal. Febr.

Cui annotamus aliqua in prædicto Commen. c. 1. 14. q. 3. nouè recognito, quæ, ne manuale nimium crescat, prætermittimus.

Nonagesimooctauò, qui mutuat cū pacto, vt mutuatarius vltra fortē sibi reddendam det aliquid notabile alicui tertio, vel pauperibus. Quia non licet vsuram lucrari etiam ad redimendos captiuos. c. Super eo, de vsur. Secus tamen de mutuante, vt ei remittatur iniuria; non quidem per rationem quam S. Anton. & Syl. verb. Vsur. 1. q. 1. reddunt, scilicet quòd vnicique licet suā vexationem redimere c. Dilectus 2. de Symon. Quia illud de vexatione iniusta intelligitur: & vexatio, qua iniuria affectus iniuriantem in iudicio vexat, non est iniusta, iuxta gloss. sing. receptam, cap. Si quis contristatus, 90. dist. Quare nos hic nouam addimus, scilicet, quòd pœna iniuriæ non debetur in foro conscientia, iuxta gloss. sing. cap. Fraternalitas 1. 2. q. 2. Et quod speciale est, vt pacto nudo tollatur ipso iure actio iniuriarum, l. Si vnus §. Pactus ne peteret ff. de pact. & quod non videtur tam quærere quod requirit cap. Quoniam 14. q. 4. quam à damno pœnæ, quæ non est ante sententiam alteri in conscientia debita, liberari. Quo fit quòd mutuarii cum pacto vt non solum iniuria remittatur, sed etiam damnum quod affectus iniuria passus est, quodque sibi in conscientia debetur, est peccatum vsuræ. Non peccat etiam qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum mutuat alteri, cum pacto, vt soluat tantum quotannis, quantum fructus rei frugiferæ, quam emisset deductis impensis quotannis valeret; per dicta supra nu. 211.

Nonagesimonondò, qui vendit triticum vel aliquid aliud vno mense pro pretio maiore, quò valiturum est alio, ad quem vsque non est seruaturus, & tenetur ad restitutionē eius, quod vltra pretium temporis venditionis acceperit. c. fin. de vsur. & ibi per omnes. Angel. verb. vsura §. 34. quamuis posset illud mutuare vno mense vsque ad alium in quo verisimiliter plus valebit, vt reddatur æque bonum in illo vel ante illum, vt rectè Sotus adnotat. Dixi, Non est seruaturus &c. alioqui enim secus, tribus concurrentibus, Primum, ne summū quo illo mente valiturum est pretium accipiat, sed medium. Ita quod si in vna parte eius valuit decem, & in alia quindecim, & in alia viginti, non nisi quindecim capiat, iuxta Alex. in l. Quod te ff. si cert. petat. Secundum, vt de precio deducat tantum, quantum seruando diminutum fuisset iuxta expertorum iudicium. Tertium, vt deducat impensas quas in seruando in illud vsque tempus facturus erat, Maior vbi supra q. 32. Nec obstat distinctio Caiet. 2. sec. q. 78. art. 1. magis difficilis, quā animabus utilis: Quia quicquid ille dicat, æquius est dicere, quod capitulum finale de vsur. moderatur, c. In ciuitate, quā quod ille asserit.

Centesimò, qui vendit aliquid dilata solutione in aliud tempus pretio maximo quo valebit vsque ad illud. Host. in summa de vsur. §. An aliquo. vers. Quid si vendas. & nos copiose super c. In ciuitate, de vsur. diximus. Vbi tamen conclu-

conclusimus non esse usurarium pactum, vt sibi soluat pretium, medium minimi & maximi, quo ab emptionis tempore, vsque ad tempus in quod ille seruaturus erat, valeret, siue eius pretium cresceret, siue decresceret.

Centesimo primò, qui aliquid ei, qui pecunia indigebat vendidit cum pacto aut voluntate principali, vt statim sibi minoris iusto pretio reuendat, iuxta tit. 43. ordinat. Florentissimi Regni Lusitaniæ; secus si simpliciter vendidit pretio iusto, quamuis summo: & postea, quia emptor vult illud reuendere, & non inuenit alium, qui emat, idem venditor iterum pretio iusto, quamuis infimo & pio accipit. Angel. verb. usura, §. 60. De qua diuisione pretiorū & aliquot alijs huc pertinentibus infra cap. 23. nu. 78. & seq. dicitur. Vfus tamen huius determinationis licet iustæ, lædere posset famam mercatoris nisi fuerit cautus: & laudarem valde mercatorem, qui id faceret, quando videret neminem alium velle dare pretium iustum etiam infimum, maxime si daret mediocre. Notandum etiam, quod usuram admittit qui suas merces quo lucraturum se spectabat deportat, & dilata solutione pluris iusto pretio etiam summo vendit, eo quod aliarum aduentu, adeo pretium decreuit, quod non solum non lucraretur, sed etiam perderet, si præfenti pecunia etiam summo pretio venderet, per supra dicta.

Centesimo secundò, qui commendat, vel deponit pecuniam apud aliquem mercatorem, aut nummularium, cum intentione principali vt aliquod lucrū menstruum vel annuum ei soluat salua sorte, & tenetur acceptum restituere, quamuis non interueniat pactum, & quamuis appelletur depositum. c. Confuluit, cum ei annot. de usur. Nec ignorantia excusat Glo. in c. Plerique 14. q. 3. Nec periculum perdendi illam, eo quod mercator aut fugere, aut decoquere potest: Tum quia illud lucrum non ob periculum, sed ob mutuum depositum palliatum accipitur. Tum quia illud periculum non est considerabile, per notata in d. c. Nauiganti, & c. Si sceneraueris 14. q. 3. Secus tamen est si absque pacto & intentione principali prædictis præfatum depositum faceret, & acciperet à depositario gratis donante aliquid ob gratitudinem, eo quod ex pecunia deposita fuerit lucratus, etiam si libentius suam pecuniam penes hunc gratum, quam penes alium depositam habeat. Et etiam si depositarius illud det sperans, quod ob huiusmodi largitionem, ab ipso pecuniam suam non auferet. Quia omnia hæc sunt gratuita. Caiet. 2. sec. q. 78. ar. 2. Usura tamē esset, si mercator illud daret, tanquam ad id ob pretium & usum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet aut speraret, & etiam si principaliter ob hæc deponeret.

246 Centesimo tertio, qui equum aut aliam rem omnium iudicio non maioris pretij, quam quindecim aureorum, ob dilatam solutionem viginti aureis vendit, cum obligatione restituendi quinque, licet postea propter mortuos alios equos 20. æstimetur, Maior in 4. dist. 15. q. 3. col. 5. Idem de eo, qui cum Rege vel alio qui suis militibus aut famulis mercedes & stipendia persoluere intra certum tempus tenetur, intra quod ob nummorum inopiam, illis soluere non potest, paciscitur se illis soluturum, si à domino sibi plus aliquid eo, quod soluerit,

uerit, detur, vt decem pro centum, arg. c. In ciuitate, de usur. nisi ratione veri interesse excusetur. Quamuis Rex vel ille alius in suis literis dicat se gratuitam donationem illius pluris facere. Tum quia hoc in effectu est mutuare pecuniam, vt ad certum tempus eadem cum aliquo auctario soluat. Tum, quia illa donatio non est vera, cum non ex liberalitate, sed ex necessitate quærendi pecuniam mutuam fiat, Med. de Restitutione, in quibus casibus licitum mutuantur ultra sortem recipere cal. 3. Idem etiam de Præfesto ratiociniorum, quæstore ærario, aut soluendis stipendijs, & mercedibus, & cat. obligato, si aliquid ab his quibus soluere debebat, accipit, vt anticipet solutionem, per prædicta in §. præcedenti, nisi verum esset interesse, aut iusta actionis emptio excuset, iuxta dicta supra eod. cap. num. 232.

Centesimo quarto, qui mutui accepti usuras soluere iurauit, & intra diem statum non soluit, nec impetrauit absolutionem à iudice, vel à parte. Nam licet promissio soluendi usuras non valeat, iuramentum tamen soluendi illas obligat c. Debitores, de iureiur. quamuis à iudice potest absolui, c. 1. eod. tit. & soluras repetere d. c. Debitores.

Ad dubium forte P. Vin. d. c. Debitores impugnans, quod soluens usuras videtur peccare consentiendo peccato Usurarij, respondeo negando, quia non iurat nec promittit soluere illas quatenus earum acceptio est peccatum, sed quatenus est actus de se indifferens, qui bono fine fieri potest virtuosus, iuxta doctrinam Thom. 1. 2. q. 18. art. 7. 8. & 9. qua eadē ratione acceptio sub usuris à nolente mutuare, est licita, nam idem actus quatenus actio potest esse malus, quatenus est passio bonus, & è contrario diuerso respectu, iuxta illud glof. c. 1. de conf. Eccl. vel alt. lib. 6. verb. sanguinis, de CHRISTI passione, Actio displicuit, passio grata fuit.

De Usura in pactis de retrouendendo.

S V M M A R I V M.

Pactum de retrouendendo quid. Quod iustum, & quod usurarium, & minuit de pretio, sed fructus non adimit ementi nu. 247. & seq. Penitenti pro se, & contra se in foro conscientie creditur, nu. 250.

Centesimo quinto, peccat mortaliter qui emit aliquid cū pacto de retrouendendo simulatè aīo magis mutuandi, quā emendi, & usurā cōmittit. Qui autē minoris iusto pretio, etiā dempta parte, qua illud pactū præfatum diminuit, peccat quidem peccatum iniustitiæ, sed nō usurā corā Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur usura, secundum omnes. Pro quo notandū primò, quod pactum de retrouendendo, est pactum quo emptor promittit reuēdere rē emptam venditori, quādo cūq; voluerit, vel intra certū tēpus, quod licitū est, & diminuit de pretio c. Cū, Iohānes, de fid. Inst. & l.

Cap Decimumseptimū de septimo præcepto Decal.

& l. Fundi partem, ff. de Contra. empt. & l. Si fundum l. Si à te C. de pact. inter empt. & vend. & leuit. 25. secundum Innoc. Host. Io. And. Panor. & Communem Canonistarum in c. Ad nostram, de empt. & legistarum in d. l. Si fundum & Cepol. de simul. contr. ca. 2. & omnes Theologos in 4. dist. 15. Secunda, Quòd emptor non teneretur restituere fructus interim perceptos, nisi à tempore moræ quam committit simul ac pretium illius loco & tempore congruis oblatum non accipit, l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. & glof. recep. & c. Illi vos, verb. Percepti, de Pignor. Tertia, Quòd iuste potest etiam statim locare venditori honesta pensione d. l. Fundi partem ff. de Contra. empt. & dict. cap. Cum Iohānes, de fid. Instr. Quarta, Quòd ad iustitiam huius pacti concurrere debent aliqua. Primum, vt simulatio, saltem ex parte emptoris, absit, ita vt emptor vere & principaliter intendat emere. Secunda; Ne fiat pactum vt redemptio fiat maiori pretio quam emptio facta est. c. Illo vos de pignor. Tertia, Quòd emptor faciat illud eo solo, vt placeat venditori, & quòd malit ne redimatur; & quod non emeret, nisi putaret esse redimendum: Quod tamen non est iuridicum: Tum quia nullo iure vel ratione probatur. Tum quia sæpe contingit aliquem posse vere rem aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod minuit pretium eius, & non absque illo. Quia non habet satis pecuniæ, ad eam iusto pretio emendam sine illo pacto, sine quo pluris valet d. l. Fundi partem ff. de Contrah. empt. & d. cap. Cum Iohānes, cum eis adnotat. Tum quia multi nollent res aliquas emere, quas tamen rogatu amicorum, quos oportet eas vendere, emunt quidem vere cum prædicto pacto, sed sperantes eas redimendas, quas alioqui non emerent. Nec etiam est necesse regulariter quod alij dicunt, ne pactum fiat, quod ultra certum tempus id redimi non possit. Quia perspicuum est posse fieri pactum de retrouendendo intra solum vnum annum, duos, tres, aut plures, quod in effectu est pactum, ne ultra illa tempora præfinita redimatur. Dixi, *Regulariter*, Quia post Extrauag. Pij V. super censibus relata supra num. 234. in emptione census non liceret illud, quod est nouum & singulariter notandum. Non est etiam necesse quod alij dicunt, ne emptor vsuræ dare solitus sit, eo quòd præsumeretur solitum facere, arg. l. Quod si nolit, §. Qui assidua, ff. de ædilit. edict. Quia licet ad sic præsumendum in foro exteriori iuuare posset, non tamen in foro conscientiæ, in quo cessat omnis præsumptio. c. Tua, de sponfal. nec etiam est necesse, ne fiat pactum, vt ante duos vel tres annos venditor redimere non possit, & postea sic: Quia huiusmodi pactum est licitum, licet pluris valeat, quod venditur cum hoc pacto, quando libuerit redimendi, quamuis non quanti si absque aliquo pacto venderetur. Nec videtur verum illud Io. Maior. in 4. dist. 15. q. 43. Quòd venditor grauat emptorem pacto quando libuerit redimendi, nisi consentiat vt emptor aliquid capiat ratione sui interesse; Quia qui suo iure vtitur, nemini iniuriam facit. c. Cum ecclesia, de elect. & l. Iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. Quamuis contra fraudatores, qui vendunt prædia non sata, & vineas vindemiatas, cum pacto redimendi intra annum, solent redimere paulo ante messem, vel vindemiam, solutis impensis, lege Nauarræ cautum est, vt qui non redemerit ante Pascha, non possit redimere

Non furtum facies.

216

dimere nisi post messem, vel vindemiam. Quintò, quod hic non agimus de cōiecturis ad præsumendum in foro contentioso eiusmodi emptorem habuisse intentionem magis mutuandi, quàm emendi, & eiusmodi venditorem magis pignerandi, quàm vendendi; si quidem de solo foro conscientiæ tractamus, in quo pœnitenti pro se, & contra se creditur.

De Usura in Societate

S V M M A R I V M.

Societas quid, & quæ licita, nu. 251. & vt ineunda, nu. 252. & seq. Asscuratur vt fors & lucrum in Societate, nu. 254. & 255.

Asscuratur vt capitale cum lucro, nu. 254. & 255.

Intellectus nouus c. Per vestras. de donat probans lucrum sine periculo, nu. 256.

Sorte salua qui lucratur in Gallia, & Italia, nu. 257.

Legare nummos, vt de reditu missæ dicantur, an liceat, nu. 257.

Usura dare ad lucrum salua sorte, vel non negotiaturo, nu. 258.

Deponens pecunias in scriptura mutuæ vel depositi peccat, nu. 259. & 260.

Societas in animalibus, & locatio eorum quæ licita, nu. 260. & 261.



Entesimosextò, Peccat moraliter, qui accipit notabile lucrum ex pecunia in societatem iniustam collata, vel maius quam debet ex collata in iustam, secundum omnes. Societas autem est conuentio plurium suam pecuniam industriam vel laborem cōferentium ad lucrandum, d. l. 1. & roto tit. ff. Pro socio, & Inst. & C. eod. tit. c. Per vestras de Donat. Et ratio qua lucrum ex pecunia, ex societate collata accipi potest, & non ex mutuata est, secundum S. Thom. 2. sec. q. 78. ar. 2. ad 5. Quòd Dominum rei mutuatae cum periculo in mutuatarium transfertur, non autem rei in societatem collatae, inuò manet periculo conferentis, sicut industria & labor periculo ea conferentium l. Si tibi areæ mea. ff. de præscriptis verb. Quo autem societas iusta sit, tria requiruntur. Primum, vt negotiatio licita sit. c. Per vestras, de Donat. inter vir. & vxor. Secundum, vt pecunia subiaceat periculo eam conferentis, hoc est, vt si pereat tota illi pereat, glo. c. Plerique 14. q. 3. Tertium, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas seruetur, & pro quantitate partium collatarum lucrum diuidatur l. Si non fuerit, ff. Pro socio, & post alios Caiet. 2. sec. q. 78. ar. 2. col. 6. hoc exemplo declarauit: Vnus confert mille aureos, alius laborem suæ personæ eisdem aestimatum, alius suam industriam quingentis aestimatum, vt hæc societas licita & sancta sit, ex his omnibus vna summa facienda est, & ex lucro & iactura pro rata eius quod confert quisque capere debet, vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur, duo singulos ducentos aureos caperent, & tertius centum. Sotus tamen lib. 6. q. 6. ar. 1. de Iust. & iur. dixit, non esse habendam rationem quantitatis pecuniæ, quam quis in societatem confert,

confert, sed periculi cui exponitur. Iustus tamen videtur contrarium, Tum quia id habetur in l. Si non fuerit ff. Pro socio, & §. De illa, Inst. de societ. Tū quia hoc est nouum inuentum, quo adhuc nulli negotiatores vsi sunt. Tum quia longe clarius & securius est dicere, societatem exæquandam esse iudicio peritorum, qui æstiment pretium pecuniæ collatæ, cum conditione expressa aut tacita, vt in primis conferenti restitatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretium industriæ & laboris ea conferentium absque aliqua spe quicquam pro illis referendi, nisi lucrum adsit: quique simul considerent, nullam vsuræ, nec iniustitiæ suspensionem esse, ex eo quod ei, qui pecuniam confert de consensu eius minus lucri quam par sit detur, si est persona, quæ donare potest. Per quod multæ societates iustificuntur, quas aliquot prædiuites cum suis famulis, amicis, aut cognatis exiguæ industriæ contrahunt, quo eis fidem, honorem, & diuitias concilient, & conferendo in societatem magnas summas pecuniæ, solam ad dimidiam, aut tertiam, aut quartam lucri partem eos obligant: quāuis etiam defendi possent, dicendo, potius esse locationes cum salario incerto, quàm societates. At si vnus pecuniam, & alius pecuniam & operam confert, vterque pecuniam quam contulit accipiet, & ex lucro, qui pecuniam & operam contulit plusquam alius arbitrio mercatorum percipiet, Angel. & Syuest. verb. Societas. Quando autem alius pecuniam, alius operam aut industriam in societatem confert, tota iactura pecuniæ erit eam conferentis, & tota laboris, eius qui eum subijt, & industriæ, eius qui eam adhibuit, siue iactura in principio, siue in medio, siue in fine negotiationis fiat, iuxta Bar. & Bal. in l. 1. C. Pro Societ. & S. Thom. 2. sec. quæst. 78. art. 2. ad 5. Quæ vera opinio est, maxime in foro conscientiæ, iuxta Angel. & Syluest. verb. Societas. Tum quia alioquin pars pecuniæ, ad quam soluendam alius teneretur, à periculo libera esset, quo ad eum qui contulit, & consequenter, quo ad illam partem, esset mutuum & non societas. Tum quia si in fine societatis lucrum esset, ante quam diuidatur, qui pecuniam contulit, eam in primis accipere deberet. Tum quia nō liceret pacisci, vt dimidiam aut tertiam aut quartam partem pecuniæ perditæ, alius qui laborem aut industriam posuit persoluat: Quia nullam ex illa partem sumit, si nullum inueniatur lucrum finita societate, imò tota eam conferenti restitatur. Tum quia, vt qui pecuniam contulit eam perdit, sic qui laborem aut industriam adhibuit, ea perdit, quæ interdum tanti & pluris æstimatur, quàm pecunia collata. Nam tantus potest esse labor, & tanta industria, vt licitum sit pacisci, vt qui ea confert, duas partes ex lucro, & dominus pecuniæ vnā solam accipiat. Verum tamen est, quòd si pecunia conferretur cū pacto, vt communis esset, & cōiter inter illos, sicut lucrum diuideretur, iustum esset vt pecunia perditā, omnibus periret, secundum omnes vbi supra. Notandum autem, quòd periculum pecuniæ collatæ vitare potest cā conferens, facta cū socio conuentione, vt se faciat securum, siue (vt aiunt) assecuret suscipiendo in se periculum eius, constituto ei pretio illo securitatis, quo eum tertius assecuraret, aut vt tanto minus de lucro communi accipiat. Nam qua ratione tertius potest eum assecurare, eadē potest & socius, vt rectè Sylu. verb. Societas 1. q. 2. dixit

dixit. Quæ confirmantur ex eis, quæ pridem respondimus Vlyssipone contra contra quandam maximi ponderis societatem iniquam, oblata alia iusta, quæ colligi poterat ex Maiore in 4. distin. 15. q. 49. Caiet. libr. 17. Respons. & Sylu. verb. Societas 1. quæst. 1. videlicet. Quòd fierent tres contractus. Primus societatis, in quam alius pecuniam, alius operam & industriam conferat. Secundus, quo qui operam confert assecuret alterius sortem iusto pretio accepto, aut altero tanto ex lucro remisso. Tertius, vt ad tollendas suspiciones & molestias rationem, qui operam præstat, lucrum incertum lucro aliquo certo redimat, aut ex lucro verisimili sed incerto tantundem certi retineat. Pro quo facit efficaciter, quòd nemo negat eum qui confert aliquam pecuniam in societatem posse assecurari de sorte, & de aliqua certa parte lucri ineundo suos contractus assecurationis sortis & lucri cum tertio, & qua ratione potest inire cum tertio, eadem etiam cum socio potest cessante omni fraude & simulatione. Ad do quòd possunt fieri eodem tempore, vt monstrat Ma. in 4. dist. 15. q. 49. Et non solum formaliter & explicite, sed etiam æquiualeuter & implicite; vt si quis negotiator publicè protestaretur se paratum ad accipiendam pecuniam à quocunque volente illi conferre illam in societatem, cum pacto de assecuratione sortis ad rationem 4. pro centum & lucri certi 4. pro duodecim incerti lucri. Ita quòd ex lucro incerto verisimili 12. ex centum accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor. Et postea alius sciens hanc protestationem, confert ei centum, dicens, ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti iuxta protestationem tuam. Pro quo, præter prædicta vrget. c. Per vestras, de Donat. inter vir. & vxo. sic noue inductum: ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honesti, onera matrimonij sustentet, & ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur; siquidem ob hoc iubebat illam a marito auferri; & ita videtur noluisse, vt ad lucrum & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obijcere: voluit item, certum aliquod lucrum inde prouenire, ad matrimonij onera sustinenda. At hæc duo fieri non possunt sine assecuratione & lucri incerti pro certo redemptione, ergo Papa tacitè voluit illa fieri. Facit etiam quod in multis Galliæ locis, quando in ea prælegebamus, audiuius, & nunc audimus in aliquot Italiæ partibus & Montibus idem seruari; quòd Ecclesiæ & viduæ & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur. Quæ consuetudo defendi nullo modo potest, per intellectum, quem Io. And. & nonnulli alij d. c. Per vestras, asignant, s. quòd in fauorem ecclesiarum, viduarum, & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat; quia esset vsura, quæ neq; etiā ad redimendos captiuos admitti potest c. Super eo, de vsur. Nec vilo alio modo defendi potest, quàm dicendo, quòd exordium cœpit ab hoc societatis modo, quo sit cum securitate & redemptione prædictis, & continuata fuit vsque ad illud tempus. Ad quod conijciendum facit, quòd vix tertiam partem lucri dubij verisimilis, quod si-

bi pro sua rata regulariter obuenire possent, accipiebant: Nam verisimile lucrum centum ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant nisi quatuor pro centum; quod significat illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. Pro quo facit etiam quod Caiet. in libr. 17. Resp. 1. 1. respons. scripsit. Intelligimus tamen hoc, cessante omni fraude & simulatione, & ut coram Deo formaliter aut æquiualeter prædicti tres contractus veri fiant. De quibus omnibus copiosius scripsimus in prædicto Comment. c. 1. 1. 4. q. 3. respondendo ad quædam Soti argumenta. Et quidem optarem, ut episcopi, vel saltem Pontifex Max. declararet, prædictam consuetudinem esse iustam, eo quod præsumendum sit, quod in terris, in quibus a tempore immemoriali illa inoleuit, habuit originem huiusmodi licitam, & ita bona conscientia seruari posse, monitis præsertim pecuniam deponētibus, & depositarijs, ut tres prædictos contractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo est, quod cōsuetudo immemorialis facit præsumi titulum requisitum ad eius valorem. c. Super quibusdam, de verb. sign. & l. hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqua qu. & æsti. Licitum est etiam pactum, in quo qui pecunia aliena negotiatur, qui omne lucrū domino illius tradat, & ei a domino certū quid & ab omni periculo liberum pro labore, & industria soluat. Quia huiusmodi contractus non est societatis, sed locationis, & ideo si iactura, eius dolo vel culpa, aut illius ministrorū contingeret, satisfacere domino teneretur, quia gratia vtriusque sit, per dicta supra eod. cap. nu. 179. Angel. & Syl. vbi supra. Ad quæ sita hic de pecunia legata parochi, & beneficiario alicuius Ecclesiæ, ut perpetuò singulis mensibus, tot missæ pro legante dicantur, quod ex lucro illius, ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt. Respondeo legatum esse licitum: Quia licet legare vsumfructum pecuniæ. l. 1. & 3. de vsumfruct. earū rerum quæ vsum consumunt, & quia tale onus licitè adijcitur arg. c. Significatum, cum eis quæ illi adiecimus, de præb. Et quod expediret, ut legatarij emerent ea censum perpetuum irredimibilem, ad rationem vnus pro viginti si inuenirent, & si irredimibilem non inuenirent, aliqua prædia redditus annui quinque vel plurium pro centum, & si nec ea, censum redimibilem, & si neque illud, conferant illam alicui mercatori in iustam societatem, & quærant aliquè opulentum, qui sortem & aliquod lucrum certum, quanto maius poterunt, affecret eis pro parte lucris verisimilis & incerti ad eos ex illa societate prouentura, & si non inuenerint tertium, qui hoc faciat, curent id fieri ab eodē socio, cui illam in societatem contulerunt, per tres contractus initos modo supradictos num. 256. & dicant tot missas annuas, quot dicendis illud sufficiat arbitrio Episcopi. Arg. c. Nos quidem, de testam. & l. Legatum. ff. de administ. rerum ad Ciuit. pertin. & l. Legatum. ff. de vsumfr. legat.

258 Centesimo septimo, qui dat pecuniam in societatem ei, quem scit ea non esse negotiaturum, ut militi vel clerico indigentibus, in certum lucrum, quauis tres prædicti contractus societatis, securitatis, & redemptionis concurrerent. Quia non est vera, sed simulata societas, quæ mutuum velat sine palliat.

259 Centesimo octavo, qui verè coram Deo pecuniam in societatem contulit in lucrum

lucrum & damnum, sed a socio publicam mutui aut depositi scripturam accepit: quia mentitus est in periculum notabile suæ fame, & bonorum proximi. Quia posset voluntate mutata suam pecuniam depositam vel mutuatam reposcere, quamuis periret. Quare, eiusmodi scripturam, si lucrum participare vult, rescindere debet. Quamquam respondimus, hoc locum non habere, in eo negotiatore, qui contra intentionem pecuniam cōferentis pro honore suo scripturam mutui aut depositi loco societatis concessit; modo illam conferens scripturam prædictam quam cito commodè potest rescindi faceret, & aliam societatis si vellet capere potest, & etiam pignora accipere pro securitate restituendæ sibi suæ pecuniæ, nisi amittatur: & etiam pacisci, ne tali aut tali mercimonio, nec in tali, aut tali loco, aut tempore, cum tali aut tali homine negotietur; & si mercator rebus, aut loco, aut tempore, aut persona pacto exclusis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit, iuxta S. Anton. 2. par. tit. 1. c. 7. §. 38. Idem de eo, qui confert pecuniam in piscatum nauticum, modo posito infra eod. c. nu. 282. & 283.

Centesimo nono, qui locat boues, mulas, aut alia animalia pensione iniusta notabiliter, aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore quo definit laborare sine culpa sua ob culpam domini, vel casum fortuitum contingentem circa eum vel animalia, iuxta ea quæ supra nu. 199. diximus & gl. 1. Si vno §. Item cum quidam. ff. locat. aut cogit ad æstimationem eorum post mortem aut damnum naturale vel fortuitum, sine dolo, aut culpa leui eius eueniens, quia hæc domini periculo subsunt, Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 3. dub. 2. & Rosel. verb. Vtura 3. §. 13. nisi agricola paciscatur, ut periculum quocumque modo eueniret, esset commune vtrique, dato ei ob hoc iusto pretio, vel facta debita diminutione pensionis, quæ sine hoc pacto esset iusta. Quin & si absque intentione petendi aliquid ultra debitum ab agricola, si absque eius culpa damnum contingeret, ne durius boues exercent, paciscitur, ut dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum spectet, non facta ob id aliqua pensionis diminutione, mortaliter peccat. Tum quia qui eius voluntatem nesciunt, scandalizat S. Bonau. in suis cōtract. Tum quia mori potest sine illius intentionis declaratione, aut mutare intentionem, & postea ipse aut ipsius hæredes miserum agricolam vexare. Licitum est tradere animalia in societatem alteri, ea lege, ut lucrum sit commune, sed qui ea recipit nil ex eo capiat, donec pretium eorum domino pertolatur: & postea sint communia, modo ea quæ ante sortem recuperatã interierint, domino intereant, & non recipienti, iuxta S. Anto. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 39. qui alios contraria tenentes conciliat. Circa quæ, in fine illius §. ponit regulam, per quam omnes casus deciduntur: scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta, quibus alicui sociorum, iudicio boni viri, notabile damnum inferitur, est illicita; & rectè quidem, quia etiam omnia alia in qua commoditatum partes non respondent ex æquo paribus in societatem collatis, est illicita; per dicta supra eod. c. nu. 252.

S V M M A R I V M.

- V** Suram, qui suadet, aut sub ea petit, ut peccat, nu. 262. & 263.
- Usurario a non volente restituere, qui accipit solutionem crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur, nu. 264.
- Usurarij bona non sunt obligata, & fiunt ementis, nu. 265.
- Usuras pro alio exercens, etiam famulus obligatur, nu. 266. & 267.
- Peccatum non est ad minus peccandum inducere, nu. 263.
- Pignus ab usurario emptum, restituendum, nu. 265.
- Proxenetæ usurarum qui peccat, nu. 266.
- Usurarij uxor quæ peccat uiuendo de bonis sui mariti, nu. 268. & 271.
- Usurariorum filij, & famuli qui peccant de bonis eorum uiuendo, nu. 270.
- Usurarij gener recipiens ab eo dotem, ut peccat, nu. 271.
- Dotem ab usurario datam retinendi remedium, nu. 272.
- Usura non est marito usus pignoris pro dote dati & cat. nu. 273. & 274.
- Usuras, qui iudex iubet solui, aut non restitui, & aduocatus, procurator, & testis, qui ad id auxilium præbent, restituere tenentur, nu. 275.
- Usurarium instrumentum faciens, ut peccat & cat. nu. 276.
- Usurarius usuras & fructus pignoris restituat, nu. 278.
- Usurarius quis manifestus nu. 280. & a quo absolendus. nu. 281.
- Usurario manifesto nullum detur sacramentum nisi & cat. nu. 279. & 281.
- Usurarij testamentum nullum nisi hæc præcedant, & cat. nu. 279.
- Piscatorum ac diuitum eius modi societas usuraria, nu. 282. & 283.
- Socius industriam adhibens, quid de suo impendere debeat, nu. 283.

262



Centesimodecimò, peccat mortaliter qui inducit aliquem, ut sibi aut alteri tercio det ad usuram, quia peccato mortali consentire, peccatum mortale est. c. 1. ad Rom. c. Notum, 2. q. 1. quanto magis ad illud inducere. Qui autem accipit ad usuram ab eo, qui ad id est paratus, aut petit ab aliquo mutuum simpliciter, & quia alius non vult gratis mutuare, accipit sub usuris, non peccat mortaliter, nisi ob finem mortalem accipiat, nec etiam venialiter, si ob causam iustam accipit: sed sic si absque ea accipit, aut ob finem venialem, scilicet ob vanitatem & ludos veniales, aut ut eius negotiatione diuitias accumularet, cum alias habeat unde honestè uiuat, iuxta mentem S. Thom. 2. sec. q. 78. art. 4. & nostrorum doctorum in cap. Super eo, de usur. Quos Caiet. in summa verb. Usura, & 2. sec. q. 78. ar. 4. explicat. Quãuis igitur accipere ad usuram licitum sit, non tamen petere ut sibi ad usuram detur, quia est petere aliquid quod alius sine peccato facere non potest, quod nunquam licitum fuit, iuxta S. Anton. 2. part. titu. primo. cap. 9. §. 14. & Caietan. 2. sec. quæstion. 78. articul. 4. & libr. 17. respons. 14. respons. sed sic ab eo mutuum

mutuum petere. At si rogatus petat usuras sibi promitti, nec vellet sine illis mutuare, potest sub ijs licite accipere; Constitutus tamen in extrema necessitate, non peccat inducendo ad mutuandum sibi sub usuris eum, qui sine illis mutuare non vult, iuxta Innoc. recept. in d. c. Super eo. Quia hoc non est proximum ad peccandum inducere, sed consulere, ut minus peccet, hoc est, potius peccatum usuræ, quam homicidij committat: quod licitum est c. Si quod verius 33. q. 2. Ang. Usura. 2. §. 2. Syl. usuria 2. q. 1. & Caiet. sec. q. 78. art. 4. & in lib. 17. Respons. 13. respons. Verum etiam videtur, S. Antonino ubi supra non peccaturum, qui mutuum ad usuram, ob ignorantiam aut inconsiderationem peteret, aut quia scit frustra se rogaturum eum, ut gratis mutuet: Quod tamen nobis securum non videtur, propter rationes quas modo terigimus.

Centesimodecimò, qui ad Usuram capit aliquas merces ad res vanas, gratias alienum contrahendo, & uxorem & liberos notabiliter damnificando, ut insinuat Sotus li. 6. q. 1. art. 5. de iur. & iur. Quamuis non loquatur ille de capiente ad interesse, nec de emente (habita fide de pretio) merces quas præsentem pecunia vendit, quod Hispani Mohatram vocant, idem tamen est dicendum de illo, arg. l. Illud. ff. ad l. Aquil. & c. Dudum 2. de elect. Et notandum, quod qui mutuatur ei quem scit usurarium in fines malos aut vanos, non potest licite capere ab eo solutionem, si facta ea, usuras restituere non posset: Quia, qui mutuatur in malos fines, non habenti unde sua debita soluat, dignus est cui non solvatur, si alijs debitoribus nõ potest soluere. Gab. in 4. dist. 15. q. 11. col. 31. Syl. verb. Usura. 8. q. 7. quod ad forum conscientie videtur restringendum, vel ad casum quo debita omnia essent æque priuilegiata, per dicta supra eod. cap. à num. 52.

Centesimoduodecimò, qui suadet volenti mutuare gratis, ut non mutuare nisi ad usuram, aut volenti contrahere, ut contractum usurarium faciat, cum obligatione restituendi in solidum, Syl. verb. Usura 7. q. 2. De emente autem pignus amissum ob non solutionem usurarum, perinde iudicandum, ac de emente rem alienam, secundum mentem Scoti in 4. dist. 15. recepti. Quia nec usurarius videtur querere dominium nec dominus pignoris perdere illud, iuxta dicta supra eod. c. à nu. 203. Alia verò, quæ hoc in loco in Hispano scripsimus, declarando, dico primùm verius esse quod bona usurarij non sunt obligata pro usuris extortis, quia nullo iure probatur huiusmodi obligatio, & ita tenent Io. And. Panor. & Communis in c. Cum tu, & in c. Tua, per illum textum inductum ibi à Panor. de Usur. contra glos. in utroque c. & in c. 2. eod. tit. lib. 6. quam etiam ibi Domin. & Franc. reprobant. Secundò, quod dominium rei per usuras lucrifactæ transit in usurarium, secundum glos. c. Si quis usuram 14. q. 4. respondendum illi capitulo contrarium significanti, quæ communiter ibi recipitur. Tertio, quod dominium rei vendita per usurarium, transit in emptorem ita, quod non potest auferri ab eo, qui soluit usuras pro earum restitutione, ut Pan. cum communi Modernorum tenet in d. c. Cum tu. Quarto, quod debitor potest recuperare rem, quam pro usuris soluit usurario si penes eum est, imò & si penes alium titulo gratuito, saltem, quum defunt usurario bona ad restituendum, per l. Si & me & Titium ff. de reb. Cred.

- 266 Ex quo infertur, quòd qui aliquid notabile accipit gratis ab Usurario, in eadem specie qua fuit datum illi, vel etiam in alia, si sciebat eius bona non sufficere ad vsuras restituendas, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter si non vult restituere ijs quibus vsurarius tenebatur, iuxta Sanct. Bernar. in suis contractibus.
- 267 Centesimodecimo tertio, qui institor, negotiorum gestor, tutor, aut curator, habens potestatem ad negociandum, & dandum sub vsur. & recuperandum eas, & etiam si nomine suorum principalium dedit ad vsuras, vel recuperavit eas, cum obligatione restituendi, eis non restituentibus, Arg. c. Sicut non suo, 46. dist. & c. fin. de Iniur. Syl. qui alio refert, verb. Vsura 7. q. 4. etiam si merus exequutor illius fuit, aut famulus, qui solum pecuniam dedit, & pignora aut solutionem vsurarium accepit, quamvis nulla utilitas ex eo ipsi obueniret, per supradicta eod. c. nu. 18. & per determinata à Caiet. in summa, & 2. sec. q. 62. ar. 7. quicquid alij dicant, & etiam Syl. in d. q. 4. quod tamen est restringendū ad famulos, qui sciunt pecuniam, quam ferunt mutuum ad vsuram mitti, & quam recipiunt, pro solutione vsuræ recipi, & non extendendum ad alios, qui id ignorantes faciunt, quamvis sciant suos principales aliquando vsuræ dare solitos. Arg. c. Quid culpatur 23. q. 5. & c. 2. de Const. Quibus addo, quòd nūc interrogatus, an prædicti ministri teneantur restituere ante excussionē principalium? Respondi, quod sic, quia non censentur accessorij vt fideiussores, sed vt principales delinquentes, & ita magis obligati, quàm iubentes, per dicta supra eod. a. nu. 17. Idem de eo, qui est internuntius vsuræ ex parte vsurarij principaliter, vt lucrum illi, & sibi utilitatem comparet, quales sunt communiter proxenetæ quos Itali Senfales, Hispani Corredores vocāt; quod est restringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vsuram, non autem ad eos, qui simpliciter rogarunt vt daretur mutuum. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 9. §. 13. Dixi, *Principaliter ex parte vsurarij*, quia si principaliter intercessit ex parte indigentis rogans vsurarium paratum ex se ad mutuandum ad vsuram, vt illi mutualet, non peccaret.
- 268 Centesimodecimo quarto, quæ vxor vsurarij sciens maritum nō habere amplius quàm ad restituendas vsuras extortas, viuit ex eius bonis, cum ex suis aut consanguineorum bonis, aut ex suo labore honestè viuere possit, iuxta Cardi. in Clem. 1. q. 8. de Vsur. & Imol. in ead. Clemen. nu. 55. Quod, nostro iudicio, restringendum est ad eam, quæ viuit de eisdem bonis vsura acquisitis, quorū dominium in vsurarium non transijt, qualia sunt pignora frugifera. Et ad eā, quæ sumptuosius quàm eius statum deceat, viuit. Non tamen ad eam quæ solum impendit ea quæ in eam eo quòd vxor eius est, & ob dotem allatam impendere tenetur maritus: quia tanto & plus obligatur maritus ad eam sustentandam, quàm ad vsuras restituendum. Arg. l. Assiduis, qui pot. in pign. hab. Quicquid Syluest. verb. Vsura, 8. q. 2. & alij dicant. Neque ad hoc necessarium est, quamvis sanctum, eam maritum tempore opportuno ad eas restituendum inducere, & Deum, vt eum conuertat precari. Neque amplius quàm alia vxor tenetur in prædictorum bonorum custodiam, conseruationem, & amplificatio-

nem.

nem incumbere. Neque vt vsurarius res in certas restitutioni obnoxias retineat, & Episcopus cum ea, vt de illis tanquam pauper viuere possit dispense, neque vt sit in extrema necessitate, quicquid Sylu. vbi supra, & alij dicant, quia nullo iure, neque vlla ratione, ea esse de necessitate iustitiæ probari potest. Quod ipsum ferè dicendum est de vxore alterius cuiuslibet, non habentis vltra ea, quæ tenetur soluere, vel restituere. Arg. l. Illud. ff. ad l. Aquil. c. Dudum, 2. de elect. Idem quoque de liberis, qui aliter viuere non possunt, sed non de illis, qui alijs inseruendo victum quærere possunt, nisi seruitia patri facta id mereantur. Quia ad hos sustentandos pater non tenetur. l. Si quis a liberis. §. Sed si filius. ff. de lib. agnos. Idem etiam de famulis, qui sui victus impensam lucrantur, & de filijs, & famulis ignorantibus bona quibus sustentantur, vsura parta fuisse: Et de merentibus tanta quanta expendunt & iustum stipendium adferendo utilitatem rei familiari, laborando, effodiendo, aut aliud domi efficiendo, aut eam administrando, modo ne eandem rem pro vsura solutam in stipendiū accipiant. Gab. in 4. dist. 15. quæst. 3. col. 16. & 17. Sed non est idem de his siue filijs siue famulis, quorum opera, quamuis sit licita, non tamen adfert tantum utilitatis rei familiari, quantum impensam. Qualis est eorum, qui non nisi ad comitatum, aut mensam, aut alias res similes seruiunt, iuxta S. Bernardinum. Et multo minus si ad res inutiles, & ad alendos canes, accipitres & cæt. Angel. verb. Restitutio. 1. §. 21.

Centesimodecimo quinto, qui capit dotē à focero vsurario, cuius bona soluendis vsuris, quas debet non sufficiunt, sciens id aut debens scire; quod nostra sententia, intelligitur non solum quando res ipsæ vsura acquisitæ in dotem dantur, & quando dos est extra modum, sed etiam quando in pecunia, aut in alijs rebus quarum dominium ad vsurarium transfertur, moderata, & necessaria datur. Quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare sine peccato pot. Et quæ vxor sine marito illam dotem restituere non potest, si illa vult & maritus repugnat, maritus peccat, & non illa, modo statuat mortuo marito, aut quā citius poterit, restituere. Et si maritus vult & illa non, vxor peccat & non maritus, qui tamen de tali dote participare non debet: Et si inter vtrunque conuenit de non restituendo, vterque in statu damnationis versatur, cap. Peccatum, de reg. iu. li. 6. Hoc tamen remedio vti possunt, si focer satis habet ad restituendū res certas, & multas incertas debet. Possunt enim petere ab Episcopo, vt a iudice de his non habentibus quo se sustentent, illa bona dotalia, quæ pauperibus essent restituenda, iuxta dicta supra eodem nu. 92. Ang. verb. Restitutio 1. §. 20. & Sylu. verb. Vsura 8. quæst. quinta. Quod autem diximus, vxorem absque consensu & licentia mariti sui vsuras restituere non posse, intelligitur quando ex illarum restitutione scandalum sequitur, & non quando secreto absque eiusmodi scandalo id faceret, per supradicta eod. c. nu. 218.

Centesimodecimo sexto, qui focer genero suo cui dederat prædium frugiferum in pignus soluendæ dotis, mutuatur tantum, quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat illud ad percipiendum ex eo fructus, quos ille potest percipere. Quia ratio, qua. c. Salubriter, de vsur. quo hoc cōceditur genero, aut alteri ma-

trimonio

- 274 trimonio coniuncto, non habet locum in eo, qui tantūdem mutuatur ei, eo prædio in pignus accepto, quamuis gener bene potest focero, vel alij, qui liberaliter mutuauit, omne ius quod in pignus habet liberaliter concedere, modo nō faciat id principaliter ratione mutui, sed alia iusta, per dicta supra eod. c. num. 203. Et quia id nullo iure prohibetur. Quod etiam Sylu. ait verb. vsura 3. §. 4. Quæ autem sit illa ratio, & ad quas personas extendatur, tradimus nouè supra eodem. cap. num. 213.
- 275 Centesimodecimo septimò, qui iudex vsurario vsuras adiudicat, aut eum ad eas restituendas non cogit, Arg. c. Post miserabilem, & cap. Michael, de vsur. Idem de procuratore & aduocato, qui iuuant in hoc vsurarium, aut obuiant restitutionem earum petenti, cum obligatione restituendi in solidum, per dicta supra eo. c. à nu. 17. Neque excusantur, quòd scripturæ in superficie iuste viderentur, si conscientia dictabat, esse factas pro vsuris, iuxta Host. in d. c. Michael, vbi hoc non ait Inno. licet eum ad id citet Syl. Idem de notario publico faciente instrumentum simulatum, quod licet formaliter licitum contractū contineat, verè tamen continet vsurarium; vt cum verè res pignoretur, scribit quod venditur, vel pro centum decem datis, scripsit centum, vel è contrario; ita vt pro contractu iniusto, iustum describat, cum obligatione restituendi, nisi principalis restituat, per supra dicta eod. c. nu. 11. & 12. Cùm efficaciter socius damni inferendi fuerit. Quamuis si hoc in fauorem eius qui mutuuum accepit fecit, quia indigebat, & vsurarius gratis mutuari volebat, neque sub vsura cū scriptura continente aperte illam, restituere non teneretur, licet mortaliter peccaret, & esset excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus simulatos facientes: sicut nec esset ob scripturam apertam vsuram continentem, quia per eam nec damnum intulit, nec eius causa sufficiens fuit, cum ea & qui accepit, & qui mutuuum dedit æque vti possint, nisi eam faciat in locis vbi ex statuto iniusto, aut iniqua consuetudine, qui mutuuum ad vsuram accipiunt, ad eā soluendam compelluntur. Quia tunc restituere tenetur per dicta supra & per Syl. vsura 7. q. 7. Certum est etiam, notarium ad mercedem quam pro labore scripturæ contractuum vsurariorum accipit restituendam, non teneri, quamuis in eo peccet, quia suam mercedem accipiendo non peccat contra iustitiam, quod solum imponit necessitatem restituendi, per dicta supra eo. nu. 12. Idem de testibus eiusmodi instrumentorum vsurariorū. Quia eiusmodi contractus absque testibus, non valent, Sylu. vbi supra. §. 9. Quæ procedunt non solum in teste, & notario sciente contractum esse vsurarium, sed etiam in dubitante, qui antequam dubietatem exuerit, testificatur, vel facit instrumentum vsurarium, Arg. c. 3. eccles. & c. Dubius, de Heret. & c. Si quis autem de pœnit. di. 7. cum latè ibi à nobis traditis: quamuis aliquanto minus peccaret, per ea quæ ibidem nu. 86. scripsimus. Diximus, *Antequam dubietatem exueret*, quia si per opinionem alicuius doctoris solennis fulcitam ratione, illam exueret, posset id bona conscientia facere, per dicta ibidem nu. 85.
- 278 Centesimodecimo octauò, qui vsurarius non restituit quod vltra sortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, vel quos percipere potuit. Nec excusat

excusat eum, quòd mutuatarius multum eius pecunia lucrifaciat: contra impiū Molinæū; quia non ratione lucri mutuatarij, sed mutui eas recipit. Quòd si ipse non restituerit; hæres eius tenebitur restituere: & si fuerint multi, quisque pro sua parte tenebitur. Et si quis eorum non habet vnde restituat, alius ad id pro suæ hereditatis parte quantum feret, obligabitur. c. Tua nos, de vsur. Imò & legatarij, donatarij, & qui gratuito acceperunt aliqua ab vsurario, tenebuntur restituere, si quæ obuenerunt ad hæredes non sufficiant, quatenus facti sunt locupletiores, per supradicta. Ad restituendū tamen quod suo noīe pecunia vsuraria emit, nō tenetur, iuxta Maiorè i. 4. di. 15. q. 38. & Cō. in c. Cū tu, de vsu.

Centesimodecimononò, qui sacerdos vsurarij manifesti confessionem audit 279 vel eū absoluit, vel aliquod aliud sacramētū ei ministrat, antequā vsuras quoad poterit restituat, aut præstet cautionem de restituendo cum pignoribus vel fideiussoribus, ijs a quibus eas extorsit, si præsentés sunt, alioqui ijs, qui eis acquirere possunt. Et si non sint tales, Episcopo, aut eius Vicario, aut ipsius proprio parochio, corā personis fide dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mādato ita, vt i cautione exprimat verās sūmā debiti, si scitur, sin autē, arbitrio recipiētis moderando. Qui si sciēt obligationē minorē debito receperit, ad restituendū residuū tenebitur. Et vsurario nolenti hoc facere, nemo debet esse testis in testamento, nec confessionē eius audire, nec ipse debet in loco sacro sepeliri, & eius testamentū ipso iure est nullū. Si vero pignora vel fideiussores dare non potest, iuret se dare non posse: Quæ oīa continet, c. Quamquā, de vsur. lib. 6. Quin èt 280 is, qui eum in loco sacro sepeliret nisi prius prædictis præstiterit, excommunicatur per Clem. 1. de sepult. vt infra dicitur. Quòd si vsurarius in periculo mortis est, & vult prædicta præstare, sed non pōt a quolibet sacerdote eius confessio audiri potest & absolui, & obtenta ab eo facultate Ep̄o eius promissionē declarat, vt si conualuerit, ipsum, & si moriatur, eius hæredes ad restitutionē compellat, Arg. c. Si quis suadente, 17. q. 4. & asserit Sylu. verb. Restitutio 6. q. 1. Vsurarius manifestus dicitur qui palam & notorie ad vsurā mutuatur, aut suas res ob dilatā solutionē carius iusto pretio rigido manifestè vendit. Et nō est necesse, vt quibusuis petentibus tribuat, sicut aliqui dicūt, sed quod eius mutuatio quādo sit, sit manifesta. Pan. & Ant. Burg. in c. Ad nostrā de Empt. & vend. Neq; hoc requiritur, sed satis est, vt postea p̄ sūmā aut aliās, illud palā & notoriū fiat, scđm p̄dictū Ant. & citatos ab eo, qđ iustius videtur. Per sacerdotem in hoc casu intelligimus nō solū Parochū, sed èt quēlibet cōfessariū pr̄tē audiēdi 281 sacrā cōfessionē eius ltimā habentē, Arg. Clem. Dudū de sepult. Qui verò alijs acquirūt, sūt liberi in patris pr̄tē cōstituti, & serui proprij, aut bona fide possēs si §. 1. & 2. Int. Per quas p̄sonas nob. acqu. Notarius in hoc casu extraneo non acquirit, nisi illud mādato ordinarij faciat, sm gl. d. c. Quāq; verb. Mādātū. quod intellige quo ad effectū satisfaciēdi p̄cepto Ecclesie i hoc casu: Nā quo ad alios acquireret ijs quibus stipularetur, vt Perus. in d. c. Quamquam rectè declarat.

Centesimouigesimò, qui cōfert aliquā pecuniam in locietatem nautarum vo 282 lentium ire piscatum in mare longinquū, & non habentium commeatum, & alia in id necessaria, eo pacto, vt tāta sibi lucri pars obueneret, quāta cuius alijs nautarum,

Cap. Decimum septimū de septimo precepto Decal.

nautarum, & vt euentus navigationis sit illorū periculo, & quod ex lucro futuro primū prædicta pecunia ei soluatur; & si nullum fieret, vel adeo exiguū, vt non sufficeret ei soluendæ, quisque pro sua rata illam soluat. Nautæ verò vacui maneant. Arg. Glof. memorabilis, & quæ latius ibi Bald. in l. 1. C. Pro socio. num. 6. Quem sequitur Iaf. in §. Sequens. Inst. de Actio. num. 46. & eorum, quæ ait Thom. & eius Commentator 2. sec. quæst. 78. art. 4. ad 5. Tum quia vt ait Bald. in dicto num. 6. Socius, qui non est particeps pecuniæ in societatem collatæ, non debet soluere aliquam partem eius in negotiatione perditæ. Et is non communicauit suam pecuniam nautis, cuius iacturæ participes esse voluit. Tum quia vult esse socius omnium lucri euentuum, at iacturæ non nisi vnus. Tum quia vult, vt tota sua fors principalis sit sibi salua, contra gl. receptam in l. Si fuerit, ff. pro socio.

283 Credimus tamen eum hanc conditionem adijcere posse, vt casu quo tota pecunia siue fors ab eo collata, aut eius pars amitteretur, nautæ soluerent eam partem quam de ea impenderent in impensas, quas domi facerent. Quia quū alius in societatem suam pecuniam, alius suam industriam, & laborem confert, qui laborem & industriam confert, non debet de lucro deducere totas sui victus impensas, sed eas solas, quas ultra domesticas faceret, iuxta Bald. in d. l. 1. nu. 9. & licet contrarium videatur verius Saliceto, in d. l. 1. col. 3. & esset verū quādo tale pactum non interueniret; non tamen esset, quando interueniret, quia pactum illud non est iniustum, cum illi non obligantur ad sortem soluendam, nisi pro ea parte, quam impendissent in impensas, quas domi fecissent, in quo nulla inæqualitas in hac materia reprobata inuenitur Arg. l. Sed & si §. Quod autē 2. ff. de Petit. hæred. & l. Cum duobus §. Quidam Sagariam, ff. pro socio.

De usura circa Cambia.

S V M M A R I V M.

- M**utuum quoduis cum pacto, vt mutuans assuret usura, nu. 283. A.
- Mutuū pecunia ab vno numeratæ assurendo eū absque pacto, nu. 283. A.
- Assuratio licita & utilis, nu. 283. A.
- Usuras nauticas esse nunc vetitas quo sensu, nu. 283. A.
- Usura non est aliquid pro fideiussione accipere, nu. 283. B.
- Cambium quid, & quid sit siccum & est septuplex, nu. 283. B.
- Pecunia eadem numerata, plus aliq̄ quam aliq̄ valet, nu. 283. B.
- Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia, nu. 283. C.
- Pecunia finis peculiaris quis, & qui aliq̄ septem in quos locari potest pretio, licet non mutuari vel commodari, nu. 283. C.
- Commutatio omnis æqualem valorem commutatorum requirit, nu. 283. C.
- Cambium etiam pecuniæ pro pecunia, vtriusque valorē æqualē requirit, nu. 283. C.
- Permutatur id quod est pro eo quod nondum est, nu. 283. C.

Cambium

Non furtum facies.

- C**ambium primum per officium mutuandi licet, sed non est in usu, nu. 283. D.
- Cambium secundum per minutū licet etiā priuatis, etiam in Hispania, nu. 283. D.
- Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi potest, nu. 283. D.
- Cambium tertium per literas licet, quatuor seruatis, et quod merces cambiantis incerta, nu. 284. E. & H.
- Cambium tertium de vno loco ad aliū valet, sed non de tempore ad tempus n. 283. E.
- Cambium quartum translationis realis licet, nu. 283. F.
- Pecunia vt merx est vendibilis, sed non vt est pretium, nu. 283. F.
- Cambium quintum ratione interesse veri sed non falsi lucri, nu. 283. F.
- Cambium sextum per custodiam pecuniarum licet, nu. 283. H.
- Campsor capit & reddit pecuniam dupliciter re, & chyrographo, nu. 283. H.
- Deponens qui apud campsorem gratis custodientem usurarius, nu. 283. H.
- Cambium septimum præsentī pecunia pro absente licet hoc seruato, nu. 283. I.
- Contractus nominati, & innominati in hoc pares, nu. 283. I.
- Pecunia vna octo de causis plus valet quā alia, nu. 283. J.
- Pecuniæ pretium auctoritate priuata vt mutari potest, nu. 283. K.
- Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere potest alibi, nu. 283. K.
- Pecunia præsens tanto plus valet absente, quando distantior, nu. 283. K.
- Emanuel à Sa Doct̄or societatis Iesu laudatus, nu. 283. L.
- Cambia vstrata pecuniæ minoris pro maiore vt liceant nu. 283. L. & M.
- Bulla Pij V. de Cambijs, nu. 283. N.
- Mutuare Regibus & cat. sub usuris vt licitum, nu. ult. O.



Entesimouigesimoprimum, Peccat mortaliter, qui quærit lucrum notabile ex cambijs siccis, vel realibus contra iura naturalia diuina vel humana iusta, exercitis. Pro cuius & aliorum intellectu, inferemus huic ad id opportuno loco, summam Commentarij cap. fin. de vsur. quod est vnum de quinque prædicto Manuali adiunctis, quorum summam huc pertinentium huius latini opportunis locis inferere in eius præfatione promissimus.

Summa igitur prædicti commentarij huic loco opportuno inferenda est, A quod in primis quinque numeris haberur, quod principium illius capituli aliter intelligitur à Glof. Host. Io. And. & alijs in illud commentantibus, aliter à Io. Maior. Caiet. Syl. Med. & Soto in locis ibi citatis, quos ipsemet olim sequutus fueram; & quod eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perspicue monstratur, licet sit verus in se: videlicet. Quod mutuare alicui pecuniam traijciendā per loca periculosa, eo pacto, vt mutuatarius faciat eam assurere à mutuante, accepto in id aliquo pretio, est pretium vsuræ, quia ultra sortem quæritur mutuanti obligatio, vt assuretur ab eo pretio aliquo accepto. Et quod secundus intellectus est, quod mutuans pecuniam traijciendam per loca periculosa, suscipiendo periculum in se ob ali-quod pretium, est censendus vsurarius. Cuius statuendi ratio noua, & germana redditur, per quam monstratur, non fuisse Gregorio animum reprehendendi assicu-

affecuraciones quas quotidie in magnam Reipub. vtilitatem fieri videmus; sed neque declarare, quòd mutuare cum pacto, vt mutuarius teneatur facere affecurari per mutuante, sit vsura: quia hoc indubium erat, & indignum, vt tanta opera declaretur, neque fuisse animum decernendi esse verè peccatum vsuræ, mutuare suscipiendo periculum in se, & affecurando pretio iusto, ei qui verè vult pecuniam per loca periculosa trajcere, & verè vult eam sibi affecurari iusto pretio: quia hoc coram Deo, & in foro conscientie licitum est, vt ibidem monstratur, sed fuit animus obuiadi quamplurimis vsuris palliatis, quæ fiebāt mutuando cum affecuracione, suscepto pro ea pretio, quamplurimis, qui volentes sibi mutuari, & non inuenientes qui gratis mutuarent, fingebant se velle trajcere pecuniam in alias terras, & velle sibi eam affecurari, addito pretio iusto, quo inuenirent mutuatores: Obuiavit autem inducendo præsumptionem iuris, & de iure, qua qui hoc faceret præsumeretur vsurarius; & ita non dixit, eum qui hoc faceret esse vsurarium, sed censendum, hoc est præsumendum esse vsurarium. Quæ prouiso digna fuit sanctitate & eruditione Gregorij Noni. Et firmatur ratione prædicta per quam soluuntur argumenta, per quæ prædicti & etiam nos olim intellectum communem reliquimus.

In num. 6. 7. & 8. habetur, quod confitenti se mutuassee pecunias alteri, earum securitatem deposcenti, quo eas mari aut alijs periculosis locis transferret, & sine fraude ipse eidem securitatem præstitit pretio, quo ab alio eam accepturus erat, nulla restitutio est præcipienda à Confessario. Et quod principio illius cap. solum est locus in mutuante pecuniam numeratam; quod multis fundamentis probatur. Et quod illud cõiter receptū, vsuras nauticas esse prohibitas per ius Pontificium prædicti cap. intelligendum esse illas vetitas quo ad forum exterius, si ob mutuum pecuniarum numeratarum accipiantur; & etiam quo ad interius, si propter pecunie, aut alterius rei mutationem sumuntur; Sed non si & quatenus ob solam securitatem præstitam recipiuntur, (nulla ratione habita saltem principali mutationis certæ quãtitatis) modo non accipiantur maiores, quàm ab alio tertio pro eadem securitate recipere, quæ est noua, & singularis resolutio. Et quòd errat impius Molinæus in locis ibi citatis, asserens licere mutuanti accipere vsuras à diuite. Quia prædictum c. Naviganti, habet, non licere vsuras accipere ab his qui trajciunt pecunias in partes vltra marinas causa negotiandi, quod palam est non fieri à pauperibus. Et quòd quicquid Laurentius dubitet in loco ibi citato, fideiussor potest accipere aliquid pro fideiussione l. Hoc iure, §. 1. ff. de Donat. vbi hoc notat Bart. receptus, quum per supradicta affecurans possit pro securitate aliquid accipere, & fideiussor sit in effectu affecurator, & non capit vi mutui, sed vi fideiussionis, modo cesset fraus, qualis esset, si nollem tibi mutuare, nisi mihi fideiussorem N. præstes, quo cum conueni, vt pro eo certum quid accipiat inter nos partiendo, aut quòd liberatus à me à fideiussione, illud mihi tradat: aut nolens sine lucro mutuare, mitto te ad fratrem meum, aut alium, cui pecunias misi, qui tibi eas mutuet, cum pacto, vt ego pro te fideiubeam, & postea nolo fideiubere, nisi certa aliqua re mihi abs te data, quamuis teneri etiam posset his casibus, non inesse

in esse vsura, cum nihil vi mutui taciti vel expressi accipiatur; Sed solum vi alterius contractus longe differentis ab illo iuste illi appositum.

In Nonò, & Decimo num. Quòd Cambium proprie est commutatio vnus rei pro alia, & quòd diuiditur in cambium pecuniarum numeratarum & cambium aliarum rerum, quia multis de causis infra expressis, alia pecunia, & alia plus valet vni, quàm alia alteri, & è cõtrario. Et quòd Cabiū, vt à vulgo vsurpatur, est ois cõtractus pecuniarum pro pecunia non gratuitus, siue sit permutatio, siue emptio, siue depositum, siue quiuis alius. Et diuiditur in Reale, & Siccum; Et quòd cambium Siccum iuxta S. Anto. & alios Theologos ibi citatos est cabiū fictum & non verum; & sic accipitur in Extrauag. Pij. V. infra ad verbum in litera N. relata, sed Laurentius in dicto Cõmèt. citatus, qui ante omnes de hoc meminit, dicit: Cabiū siccum esse, quo Cãpsor prius dat quàm accipiat. Quòd ipsum etiã Syl. ait in verb. vsura 4. Et quia dat antequàm accipiat, dicitur siccum. Reale verò cõtra, quo Cãpsor prius accipit pecuniam, quàm det. Et quòd aliarum diuisiones Caiet. Medin. Soti & aliorum non videntur vtilis: Et quòd ex mente omnium potest vti liter dici, septem esse genera cambiorum. Primum, ratione officij mutuandi, quòd non est in vsu. Secunda, per minutum, quo præfens pecunia pro præfenti commutatur. Tertia, per literas. Quarta, per translationem. Quinta, ob interessè. Sexta, pro custodia. Septima, per cõmutationem pecuniarum præfentis pro absente.

In nu. vndecimo, & tribus seq. quòd permutatio est antiquior emptione, quæ cæpit post inuentam pecuniam numeratam, & quòd pecunia fuit inuenta, vt esset pretium, quo necessaria vitæ emerentur, & ut rerum venalium esset mensura quædam publica. Et quòd postea sequuta è permutatio pecuniarum pro pecunia, & ars cãbiendi, quæ est ars negotiandi pecunijs vltro citroq; dandis, & accipiendis: & quòd licet Arist. nõ sit visa licita, tamen ordinata ad querendam sustentationem, vel alium finem honestum, etiam Christianis licet, ex mente Tho. ibi citati & recepti. Et quòd licet primus finis pecuniarum sit emptio & venditio, sunt tamen alij septem secundarij, in quos ea licite vtimur, cambiando, permutando, Opes ostendendo, ornando, Aspectu eius delectando, & iure siue succo eius medicando. Et quòd excepto mutuo, & commodato, licite præbens eam potest capere pretium pro eius vsu: Qui autem mutuatur, & fingit se locare in aliquem vsu prædictorum, quo pro vsu eius aliquid accipiat, peccat coram Deo cordium scrutatore. Et quòd in omnibus commercijs, & contractibus iustitiæ commutatiuæ, est seruanda æqualitas, ita quòd tanti valeat acceptum, quanti datum, & è cõtrario, secundum omnes ibi citatos, præsertim Scotum in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. & ita sicut in emptione iusta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tanti vsus rei locata, quanti pensio pro ea soluenda, & tanti equus dandus pro mula, quanti mula pro equo danda: Et consequenter in commutatione & cambio pecuniarum, tanti debet valere danda quanti accipienda, & quòd huic consequens est, quòd nullo cambio, in quo pecunia pro pecunia datur, potest accipi aliquid vltra iustum valorem pecuniarum quàm dat ratione cãbij quatenus est permutatio, nisi adiungatur alia iusta ratio

ratio accipiendi. Quia si cambium aliarum rerum, quod est naturalius, anti-
quius, & magis necessarium, non est iustum, nisi seruata æqualitate valoris
vtriusque rei campſæ; à fortiori cambium pecuniæ pro pecunia non erit iu-
stum, non seruata æqualitate valoris, vtriusque pecuniæ. Et quòd qui dat nunc
pecuniam pro alia maiore post vnum, vel duos, vel plures menses reddenda,
iniuste facit per prædicta, quia vult accipere rem maioris valoris pro mino-
ris, via permutationis. Imò secundum Host. ibi citatum admittit vſuram peſ-
simam. Et quòd non est necesse ad iustitiam permutationis, quod Syl. & Sotus
ibi citati aiunt, quòd res accipienda per permutationem, iam sit in rerum na-
tura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur: quia nullo iure id cau-
tur, neque vlla ratione probatur; imò contrarium ostenditur, eo quòd res non-
dum nata emi, vendi, & promitti potest, per ibi citata.

In decimoquintò, & tribus seq. quòd prædictum primum cambium per offi-
ciū licitum est; nam, quicquid aliqui ibi citati dicant, possēt constitui à Repub.
officium mutuandi egentibus cum salario constituto, imò & præstituto aliquo
paruo lucro reddendo à mutuatarijs vltra sortem pro labore officiarij instar
montium pietatis, quòd ibi copiose probatur.

In decimo nonò, & vigesimo num. Quòd iustum est secundum cambium, vo-
catum vulgò per minutum, quo quis cābit præsentem pecuniam pro præsentem,
puta, nummos minoris valoris, pro nummis maioris, vel contra, puta quadren-
tes pro Iulijs, vel Iulios pro scutis, aut contra, modo fiat ex eo officio à Repub.
in hoc cum moderato lucro instituto, secundum plerosque omnes; Et quòd
credimus e tiam priuatis licere accipere aliquid exiguum, minus quàm quòd
campſori assignatur, non sola ratione cambij, sed ratione alicuius interesse sin-
gularis, laboris, tēdij, impedimenti, & aliorum incommoditatum. Et quòd li-
cēt legibus Hispaniæ vetitum sit, ne quis officium campſoris sibi auctoritate
propria sumat; non est tamen speciatim vetitum priuatis, ne cambiāt priuatim
occurrente occasione sine officij cāpsoris spetie, licēt iuste vetari possit, ex cau-
sis ibi expressis. Et quòd habens aliquam monetam, quæ ratione materiæ, vel
alicuius singularis interesse pluris saltem sibi valeat, quàm publica lege æstime-
tur, potest illam permutare pro alia, recepto illo pluri, præsertim in foro con-
scientiæ. Quia quicquid dicat Medina, quamuis illa moneta æstimata sit à Re-
publica certo pretio, ad vsum suum principalem, qui est esse pretium, & licēt
nemo cogi possit ad dandum pro illa maius pretium quàm constitutum, pro-
pter tamen alium secundarium vsum, & singulare interesse, iuste potest ali-
quid amplius accipere. Quòd etiā Sotus affirmat. Et quòd hoc cambium est
iniustum, quoties campſor plus lucri quàm sit lege, vel consuetudine statu-
tum recipit, & quoties pecuniam adulterinam, prauā, fractam, aut vſu non re-
ceptam compermutanti tradit, aut eum in pretio decipit.

E In num. XXI. & alijs decem sequentibus, quòd tertium cambium, vocatū per
litteras est iustum, & Reipub. necessarium, quia per illud virtualiter transfertur
pecunia de vno loco in alium quamlibet remotum virtute litterarū, quibus
efficit Campſor, vt tradatur tanta pecunia in alio loco, quanta ei datur in quo
ipse

ipse dat litteras, & aliquid amplius pro iusta mercede, Et quòd dicitur Cābiū
per litteras, quia communiter fit per eas; quamuis etiam fieri possit per nun-
tium, vel per ipsum Campſorem. Et quòd ad iustitiam requiritur, Primò, vt
seruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam & accipiendam: Quia in
omnibus contractibus tam nominatis quam innominatis, seruanda est æquali-
tas rerum cōmutatarum, iuxta prædictam omniū, præsertim Scoti, sententiā.

Secundò, quòd Campſor non accipiat plus iusta mercede, & quòd illa non
crescit ex eo solo, quòd tardius sit accipienda pecunia virtute litterarum, vel
eo quòd à principio non traditur ei pecunia, vel pars eius, sed expectat solutio-
nem vsque ad tempus, quo certum fiat literis satisfactum esse: neque decreſcit
ex eo, quòd tota pecunia statim solvatur, vel intra breuius tempus solito, quia
per dicta supra eod. cap. nume. 228 propter anticipationem vel dilationem so-
lutionis, iustum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

Quare qui minoris cambiunt accepta præsentem pecuniam per litteras, quas
vocant cambij, quàm dilata solutione per litteras quas vocant crediti, non pos-
sunt excusari, si iustum summum pretium mercedis excedant, quamuis intra
latitudinem iusti pretij plures cambire possint dilata solutione, quàm statim
facta, per dicta supra eodem num. 239. & infra cap. 23. num. 73. Excusari in-
quam non possunt ratione mercedis huiusmodi cambij, licēt ratione interesse
veri aliquando forte excusari possint, iuxta infra dicenda. Et quòd tertio requi-
ritur, quòd Campſor, qui dat pecunias soluendas in alijs quamlibet remotis
locis, sciat vel probabiliter credat, quòd persona cui eas dat habeat pecunias
vel fidem & voluntatem satisfaciendi literis, quas de soluendis illis sibi tradit,
quòd satis probat prædicta Extrauag. relata infra sub litera. N. Et quòd alioqui
vſuram iniquam admittit, & iniquiorem si eas tradit cum pacto, quòd si nō
soluatur intra tres menses ibi Cāpsori ab eis, ad quos remittitur solutio, soluat
intra sex menses Romæ cum lucro cambij, quo ibi erat soluendū, & lucro re-
cambij Romæ soluendo. Adde nunc quarto esse necessarium, vt locus in quo
est soluenda pecunia, lōge distet à loco in quo dantur litteræ. Alioqui enim esset
cābium de tēpore ad tempus, quòd nō licet, & nō de loco ad locū, quòd licet,
vt ex eod. Comment. num. 67. colligitur, & satis probatur prædicta Extrauag.

Et quòd attento solo iure naturali & diuino, æque iuste potest fieri hoc cā-
bium per litteras de Ciuitate vnus Regni ad aliam eiusdem, sicut ad aliam al-
terius Regni; quòd & Sotus sibi contrarius in locis ibi citatis tenet; quamuis
in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur ad tollendas palliatis vſuras,
inducendo præsumptionē earū: quòd tamen cessante fraude & fictione non
ligaret in foro conscientiæ. Arg. c. Tua & c. Is qui, de spons. & ibi notat. modo
tanto minus lucri acciperet Campſor, quanto minus interuallum inter vtran-
que ciuitatē interiaceret, quòd multis rationibus ibi probatur. Imò & cōcludi-
tur, quòd iura illa particularia humana quantum profunt vno respectu, tan-
tum obſunt altero. Et quòd prædicta iura particularia deberent restringi ad cā-
bia in quibus Campſor dat pecuniam in vno loco, & accipit litteras de soluendo
ei illā in alio: & nō extendi ad illa in quibus Cāpsor prius recipit: quia per illa
solet

folet frequenter vsura palliari; per hæc autem non, imò multum commodari habentibus necessitatem transferendi pecuniam suam secure in alium locum. Et quòd laudanda fuit lex bo. me. Caroli. V. qui præscripsit pretium moderatū, quo Campsores suorum Regnorum cambirent; quæ tamen, iuxta id quod ibi præfagiimus, non fuit vsu recepta: quanquam nihil aliud per eam fiebat, quã reductio mercedis cambientium ad quantitatem; in qua nos eam cognouimus etiam post annum 1530. quando translatio vnius ducati Salmantica Romam, fiebat minoris grosso siue dimidiato Regali, quæ tamen nunc constat tribus ferè Iulij siue Regalibus, & Contra, Roma Salmanticam, fiebat vno Carolino, siue tribus quartis Iulij siue Regalis, & nunc constat ferè quatuor Iulij, quæ Caristia nescio qua iustitia coram Deo defendi possit.

F In nu. trigessimoprimo, & duob. sequentib. quod licitū est quartū Cābiū, per translationem realem, quod fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatum querendo pecuniam valentem minoris in aliqua Prouincia, quàm in alia, eo quòd ibi non recipitur, vel eius materia nõ tanti ibi, quanti alibi æstimatur, aut, quia est deformata, fracta, rafa, resecta, aut iniusti ponderis, & postea realiter transferendo in aliam, vbi aliquo respectu pluris valet. Et quòd pecunia emi, & vendi potest, quicquid aliqui dicant cum Soto, qui licet neget eam emi posse, concedit tamen posse permutari, non solūm tanquam simplex metallum, sed etiam tanquam monetam, quæ octo rationibus, pluris, vel minoris iusto pretio lege & statuto valere potest. Quæque considerata, vt quædam merx, est res vendibilis, &, vt Sotus ait, Campūbilis, licet non considerata vt pretium.

G In nu. trigesimoquarto, & sequent. quod licitū est quintū cambiū quo Campsor recipit aliquid vltra sortem, veri interesse damni emergentis vel lucri cessantis, quod incurrit Campsor cessando ob id ab alio iusto cambio, vel mercimonio vt proximi necessitati cambiando succurrat, cum pacto soluendi ei tantum quantū fuisset aliter lucraturus quia & mutuare sic liceret per dicta supra eod. cap. num. 239. Dixi, *Cessando*, quia secus esset si non cessaret, vt mercator qui quamuis mutuauerit vnam pecuniam, mercatur alia tantum quāntum mercaretur si non mutuasset illam. Quibus addo nunc Pium V. per extrauag. in fra transcriptam statuisse neà principio certū interessè præfigi possit in cambijs.

H In nu. trigesimo sexto, & quatuor sequent. quod licitum est etiā sextū cambiū, quo quis lucratur ob custodiam pecuniarum, vt lucrantur Argentarij siue Bancarij auctoritate publica constituti, ad custodiendas pecunias quas iudices iubent apud eos deponi. quasque alij singuli deponunt, ea lege, vt habeant eas paratas ad reddendum, simul ac petite fuerint, habeantque librum rationum depositarum & redditarum, salua iusta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint: Quia huiusmodi officium est vtile Reipub. & dignum salario publico, vel priuato, & quod etiam auctoritate priuata fieri potest, vt aliquis habeat custodiam pecuniarum talium, vel talium personarum volentium prædicta lege siue pacto apud eos suas pecunias deponere: quia id in effectu est contractus locationis ex parte Campsoris, vel depositarij, & conductionis ex parte depon-

deponentium, quem iustum clamant omnes tituli, de Locat. & Conduct. & quòd duobus modis fit depositio pecuniæ apud Campsorem, scilicet numeratione, & traditione chirographorum acceptatorum ab eis pro pecunia numerata: Et quòd duobus etiam modis fit redditio, scilicet numerando & tradendo Chirographos, quibus rogat alium Campsorem vt pro eo numeret. Et quòd non est verum id quod Sotus, & aliqui mercatores dicunt, in Hispania Campsori deberi quinque de mille, cum redditur in numerato, cuiusque red datur, & cum per chirographum nihil. Tum quia nulla talis lex est. Tum quia contra omnia iura est, quòd alius a deponente ei teneatur soluere præfata quæ que, quæ deponens debet, ob custodiam & prædictas rationes Campsorum. Quæ tamen allegatio licet esset iustissima, mihi aliquando capienti pecuniam virtute chirographi è longinquo remissam parum profuit. Et quòd nulla certa merces videtur esse præstituta prædictis Campsoris pro prædicta custodia, & opera iure communi, neque particulari saltem Hispano, & ideo, cessante conuentione, diffinienda est boni viri arbitrio, pensatis pensandis: Quanquã video, quòd in vrbe non solūm soluitur propter hoc Bancharijs, sed etiam habetur & agitur ab eis gratia deponentibus, eo quòd lucrantur vtendo pecunia deposita in cambiando & negociando: Imò in aliquibus partibus Hispaniarū & Galliarum, etiam gratia refertur reddendo 6. vel 7. pro centum in anno. Licet certum sit, hos postremos vsuram committere, si ex pacto expresso vel tacito ea accipiunt: & illos primos, si ex pacto custodiunt gratis pecunias depositas, & facultatem vtendi pecunia accipiunt pro salario custodiæ sibi aliàs debito, ea lege vt parati sint eas reddere simul ac petuntur, & vtrosque obligatos esse soluere iustam mercedem, nisi post custoditam pecuniam, gratis ea condonetur. Quia vt dictum est supra eodem. c. nu. 180. pecunia deposita facta facultate depositario illa vtendi, mutuata censetur: Et ideo quicquid ob eius vsum vltra sortem ex pacto expresso vel tacito accipitur, vsura est. Dixi, *Post custodiam*, quia donatio antea facta vim pacti vsurarij haberet, vt ex se patet.

In quadragesimoprimo, & vndecim sequentib. Quòd etiam est licitum septimum cambiū, quod fit per commutationem presentis pecuniæ pro absente, & quòd nil refert, quo ad hoc, an commutatio fiat per emptionem, quæ est contractus noiatas, aut per permutationem, vel per contractus, do, vt des, vel facio vt des & ceteri. qui sunt innominati; quia licet contractus noiatas ab innominatis differant quo ad aliqua, quo ad hoc tamen non differunt, vt dictū est supra eo. nu. lit. C. Quia sicut emptio & venditio redduntur iniuste ex inæqualitate valoris mercis & pretij, ex augmento pretij ob dilationem solutionis, & diminutionem eiusdem propter anticipationem solutionis, ita etiam permutatio & contractus do, vt des, & alij innominati. Et quòd ex hoc inferretur nil referre, an contractus quo Campsor dat vel accipit pecuniam in vno loco, vt det vel accipiat eandem cum lucro in alio, appelletur emptio vel venditio, vt Caiet. ait, aut permutatio, vt Sotus & aliquot alij, aut do vt des, aut do, vt facias dare, vel facio dare, vt des & ceteri. & quod iuri propius videtur, eadem. n. mensura iustitia eius, quocū

que noīe appelletur, metiēda est. Et quōd vt dictū est, secundū Th. & receptā sententiam, pecunia etiam quatenus pecunia est, commutari potest, & ex eius commutatione negotiando lucrum quari. Et quōd octo possunt esse in causa, quare vna moneta potest valere pluris vel minoris quā alia: Primum, diuersitas metalli. Secundum, diuersitas bonitatis eiusdem metalli. Tertium, diuersitas formæ, & ponderis. Quartum, diuersitas locorum. Quintum reprobatio totalis vel partialis. Sextum, temporis diuersitas. Septimum, copia, vel defectus. Octauum, absentia vel praesentia. Et quōd vna pecunia nunquam valet pluris vel minoris, ex eo quod citius vel tardius danda vel accipienda sit, in quo grauiter multi mercatores & mutuantes errasse videntur. Et quōd qui cētum ducatos mutuauit ad annum, si intra illud crescat eorum valor auctoritate publica, debent solui eidem totidem in fine anni, si eos eo vsque erat seruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur ei centum alij, eiusdem metalli, & formæ, siue maioris siue minoris in fine anni valerent, quicquid Sotus, cui respondetur ibi, scribat. Imō, & si non erat seruaturus eos neque fecit praedictum pactum, sed simpliciter mutuauit illos aureos in auro, secundum Bart. communiter receptum. Et quōd sicut qualibet alia merx plus valet, vbi est inopia eius quam copia, ita nummus aureus pluris valet, vbi est magna inopia auri, & argenteus vbi est magna inopia argenti, quia pecunia, vt praediximus, quaedam merx est. Pro quo, vltra alia citamus legem in hoc singularem, quae 4. est ff. de eo quod certo loco.

In num. 53. & 14. sequent. Quōd non obstat praedictis, quōd auctoritate publica constitutum est pretium monetae publicae, quod non potest mutari priuata, neque quōd aurei non valeant plures Iulios vel Regales tempore inopiae eorum, quam copiae; quia id est verum eo respectu, quo est pretium, & quo ad effectum cogendi quem ad accipiendum eos pro pluri, non tamen eo respectu quo sunt merx & campfibiles siue commutabiles, & quo ad effectum vendendi volenti eos quærere praesertim data eorum penuria. Quod in vrbe passim facitatur. Nam vt audio à fide dignis licet pretium scuti aurei statim expressè à Principe sint vndecim Iulij, & tacite per consuetudinem ascenderit ad vndecim cum dimidiato, tamen propter penuriam solet commutari cum quærente scuta aurea in auro, additis vno duobus, vel tribus obolis, siue baiochis, licet nemo cogatur illo pretio accipere. Et quōd pretium pecuniae in nundinis augetur ob multitudinem volentium accipere per viam cambij, & ob paucitatem volentium cambire; & è contrario, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinem volentium dare. Id tamen limitandum esse ad multitudinem volentium dare vel accipere per viam cambij liciti, sicuti aliarum mercium valor crescit per multitudinem volentium eas iuste emere, non autem per multitudinem volentium eas rapere vel furari. Et quōd ducatus pluris valet in Lusitania quam in Castella, & quod Marapetini Castellae aequantur Reales Lusitaniae. Et consequenter, quōd mutuans Centum ducatos in Lusitania, iuste capere potest aliquid vltra centum in Castella, & è contrario mutuans luxius vel breuius tempus inter dationem & solutionem, nunquam tamē dant

67. quia

centum in Castella, iniuste accipit centum integros in Lusitania, si alia ratio accipiendi quā mutui non interueniat. Et idem dicendum de alijs locis, in quorum altero minoris vel pluris valet, quā in altero. Et sic qui mutuauit cētum ducatos in Hispania noua, non potest capere totidem integros in veteri, nec in Italia, & minus in Gallia, & Flandria; & quōd pecunia praesens pluris valet ex se, quā absens praesenti ceteris paribus, eo quōd ex se requirit laborem, impensam, & periculum in traducendo, secundum Cald. quod auctoritate Caiet. Syl. & Med. & rationibus firmis contra Sotum probamus, licet per accidens contingat, vt sine labore & impensa ementis possit deferri absens, quia satis est quod ex se sine illis fieri non possit. Et consequenter, quōd recte consuluit Cald. in Consil. 11. de vsur. iustam fuisse emptionem qua quidam Genuae centum ducatis praesentibus emit centum & sex existentes in Alexandria. Et quōd eadem ratione sola lege naturali, & diuina attenda, possit quis iuste emere centum ducatis praesentibus Metinae, centum & vnum existentes Hispali, quamuis sint ciuitates eiusdem Regni Castellae. Et quōd tanto minoris potest emi absens, quanto maior est distantia. Et consequenter, quōd aliquando absentia efficit, quōd ducatus absens valens pluris in loco suo quā praesens in loco suo, aequalis praetij sit in loco praesentis minoris valoris, & aliquando minoris, & aliquando maioris, iuxta distantiam locorum maiorem vel minorem vtriusque, & iuxta differentiam maiorem valoris vnus, & valoris alterius: cuius exempla ibi ponuntur.

In num. 68. & sequentibus, quōd in principalibus emporijs Hispaniae, Galliae, & Belgij habentur tres, vel quatuor nundinae certis temporis intervallis distinctae. Et quōd sunt aliqui qui habent magnam quantitatem pecuniarum, quibus nullas merces emunt, sed in fine praedictarum nundinarum tradunt eas iisdem quibus antea, vel alijs volentibus eas accipere soluendas in nundinis in alijs ciuitatibus eiusdem, vel aliorum Regnorum proximè futuris, cum aliquo certo vel incerto lucro, & in fine aliarum nundinarum recipiunt illam quantitatem cum illo lucro per se, vel per suos institores siue actores; & statim tradunt eas alijs, vel eisdem soluendas in nundinis, vel alijs terminis statis alterius ciuitatis, & in fine illorum faciunt quod in proxime praeteritis. Et ita non solum conseruant suam pecuniam, sed etiam eius lucro viuunt & ditantur. Et quōd non abs re dubitatur an hoc genus Cambij liceat. Quibus nunc addo, esse huic dubio simile illud in cuius solutione substitimus ante aliquot menses D. Emanuel a Sa Doctor doctissimus iuxta ac pijllimus, magnum Illustrissimi ordinis Societatis Iesu ornamentum & ego, interrogati a quodam Reuerendissimo animarum salutis suae gentis sitienti Episcopo: An sit licitum illud genus cambij, quo tota Italia hodie formaliter, & reliquum orbis virtualiter vtitur, vti dicitur. Nempe quōd multi habentes pecuniam numeratam, & nolentes, vel non potentes vti arte mercandi, nec emere praedia, quorum reditu se sustentent, vtruntur arte campforia in hunc modum. Quōd Genuae, vel alio in loco Italiae, dant pro scuto Marchae, quod valet Lugduni 67. soluendo ibi in proximis nundinis 65. vel 66. plus vel minus prout fuerit pro-

Ec 2 listus

lixius vel breuius tempus inter dationem & solutionem, nunquam tamē dant 67. quia tunc nihil lucrarentur: & accipiunt ab his, quibus dant pecuniam, literas ad quosdam tertios, qui illa scuta in illis soluant sibi vel actoribus suis qui rursus dant illa scuta sibi soluta eisdem vel alijs, soluenda Genue, vel alibi in terminis ad id solitis, cum auctario certo vel incerto determinando à deputatis in id, & mox illa scuta soluta cum auctario prædicto, dant eisdem vel alijs soluenda in alijs nundinis proximis Lugduni, dando ut prædictū est 65. vel 66. & cæter. pro scuto Marchæ; & ita continuò sua cambia renouantes suas pecunias augent. Vtriusque dubij similitudo colligitur ex eo quod in utroque genere cambij Campsor dat pecuniam alibi, & alio tempore soluendam cum aliquo auctario certo vel incerto. Et quia vtriusque resolutio est pernecessaria omnibus oīum fere negotiorū totius orbis CHRIST. confessarijs eā faciam diuina ope quam breuissimā.

Pro parte negatiua facit, quòd hi videntur in effectu mutuare, & accipere aliquid vltra sortem propter dilationem temporis, quod est vsura. c. In ciuitate, de vsur. cum citatis supra eod. nu. 210.

Pro affirmatiua verò facit, quòd infinitus est numerus Christianorum honestorum, qui hac arte viuunt: Nam non solum mercatores & campsores, qui eā palam exercent, sed quamplurimi alij diuites, infimates, mediocres, & summares etiam ecclesiastici, vtuntur ea deponendo, seu cōmendādo suas pecunias campsores vel mercatoribus prædicto modo negotiantibus, cum pacto, vel intentione principi vt eis cedāt partes incertæ vel certæ lucri incerti, pro quantitatibus à se commendatis; qui omnes consentunt, absoluntur, & cōmunicant quotannis. Et temerarium videtur eos omnes, & eorum Confessarios damnare. Facit item, quòd vt ait Cald. in d. conf. sine huiusmodi cambijs omnia commercia cum extraneis Regnis cessarent, & propria pauperiora fierent.

M Pro resolutione igitur eorum dico. Primò, non posse illa defendi nisi per reductionem ad aliquam septem specierum cambij supradictarum, & quòd nō possunt reduci ad primā neque ad secundā, neque ad quartā, neque ad sextam, vt palā est id perpendere volenti, Secundò, quòd nullatenus possunt illa defendi quatenus eo maius auctarium accipiunt, quo plus temporis interiacet inter dationem & solutionem; nisi ratione veri interessē; quia id lucrisit ratione dilationis temporis ad soluendum, quod nullatenus licet, vt prædictum est supra eod. cap. n. 210. Tertio, dico quòd possunt saluari reducēdo ad tertium & quintum, modo pecunia quæ datur in cambiū alibi soluēda, sit destinata mercaturæ, vel rebus frugiferis emendis; ita quod causa principalis, quare cessatur ab illis, sit illius datio ad cambiū: modo item seruentur illa quæ in illis seruanda esse supra diximus, & prædicta Extraneas requirit. Quarto, dico quòd etiam defendi possunt, quatenus reduci possunt ad septimum, quo pecunia absens maior emitur vel commutatur præsentī minori, vel datur pro ea. Quia vt litera G. dictum est, pecunia absens suapte natura minus valet, quàm præsens eam vedēri, cōmutāti, vel alijs danti. Oportet autem, quòd in eis seruentur illa, quæ in illa specie cambiij seruanda esse diximus; & consequenter aduertant, an eadem pecunia

pecunia in eo loco distanti valeat pluris quam in præsentī, & collato illo pluri cum minori, quo propter absentiam valet, reducant ad æqualitatem; quæ vt prædictum est supra litera. C. in omni commutatione, quocunque nomine censeatur, lege ipsa naturali & diuina requiritur. Quare si eadem pecunia pluris valet Lugduni quam Metinæ, carius debet emi Metinæ, quàm eadem pecunia existens Metinæ emenda esset Lugduni & è contrario: quo fortè iustificatur cambia illa, quæ passim fiunt à Metina Vlyssippone, & Vlyssippone Metinam, licet enim tam distet Vlyssippo a Metina, quàm Metina ab Vlyssippone, longè tamen minoris emitur Metinæ ducatus existens Vlyssippone, quam ducatus existens Metinæ ematur Vlyssippone, quia idem ducatus pluris valet Vlyssippone, quam Metinæ. Aduertant item, quòd sicut necessarium est ad iustificandam emptionem, commutationem, vel dationem, vt sit actualiter vel virtualiter vera merx venditoris, quæ ematur, vel commutetur, vt præsupponunt. l. 1. & 2. ff. de contrah. empt. & §. Pretium, cum sequenti Inst. eod. ita etiam oportet ad iustificationem huiusmodi cambij per reductionem ad septimum cambium, vt accipiens pecuniam præsentem, & vendens, vel commutans pro illa absentem, habeat illam in loco solutionis saltem virtualiter, & quòd dans præsentem, verè velit illam absentem emere, vel cum illa commutare, alioqui esset ficta emptio & mutuum palliatum, & consequenter vsurarium & illicitum, per dicta supra eod. cap. nu. 219. Dixi, *Saltem virtualiter*, quia sufficit quòd habeat eam sub credito, ita quòd certò sciat, vel saltem probabiliter credat, quòd tradet eam is ad quem destinantur literæ. Aduertant etiam quòd sicut emens rem aliam absentem minoris quàm valeat communi æstimatione notabiliter, etiam detracto eo quo minus valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem in foro conscientie illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur. Ita etiam Campsor qui præsentī pecunia emit absentem notabiliter minoris quàm valeat communi æstimatione propter illam absentiam, etiam detracto quo minoris valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur. Et consequenter, qui cambiens dat pecuniam minoris valoris, pro pecunia maioris valoris soluenda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eam ibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quia virtualiter vsuram committit. Nec ad excusationem sufficit, quòd ignoret eum illam habere, vel non habere; sed oportet, vt sciat, vel probabiliter credat eam habere, quia ignorantia etiam facti eius, quod oportet scire non excusat. 1. quæst. 4. §. Notandum, qualis est hæc. argumento capitulo. Innotuit, cum gloss. de Elect.

Quintò, quòd tam in his duobus generibus cambiendi, quam in alijs debent seruari contenta in extraneagante Pij V. quæ sic habet.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam.

Neam pro nostro pastoralis officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum, igitur damnamus, ea omnia cambia quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca, ij qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambij tradunt, sed nõ mittuntur, vel ita mittuntur vt transacto tempore vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi denique cū interesse reposcitur, vbi cōtractus fuerat celebratus. Nam inter dantes & recipiētes vsque a principio ita conuenerat, vel certè talis intentio erat, ne quisquā est, qui in nundinis aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionē faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ siue depositi siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco vel alibi cum lucro restituantur, sed & in ipsis cābijs, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perferitur,) Campsores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita vel expressa conditione recepto, seu etiam tātummodo promisso, differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiant districtius prohibemus. Porro, ad tollendas quoque in cambijs quantum cum Deo possumus occasiones peccandi, fraudesque fœeratorum, statuimus ne deinceps quisquam audeat siue a principio, siue aliàs, certum & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci, neque realia cambia, aliter quàm pro primis nundinis vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorū vsus exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nūdinis siue terminis exercendi. Curandum autem erit, in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum in quibus solutio destinatur, ne, dum longiores præfiguntur quàm loca destinatæ solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnat. Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo primo Kal. Feb. Pont. nostri Anno sexto.

Sextò, quòd ex hac Extrauag. notatur. Primò, id quòd dixi supra litera B. scilicet, sola & omnia cambia ficta & simulata hìc appellari sicca; & omnia & sola vera realia, quod colligitur ex verb. *Sicca*, adiuncto verbo, *Et ita finguntur*, & verb. *Realia*, & toto orationis contextu, & ita non damnat omnia cambia, in quibus Campsor dat prius, quàm accipiat, licet omnia illa appellentur sicca, secundum Laurentium supra relatum in litera A. Secundò, ex versiculo *Vt contrahentes*, &c. ad iustitiam cambij per literas requiri illud tertium, & quartum quæ supra in litera B. & M. diximus esse necessaria: videlicet, quod Campsor sciat, vel probabiliter credat, eum cui dat pecunias posse soluere vbi promittit, & quòd literæ dentur ad alium locum distantem. Tertio, quòd est vsura nomine cambij personata illud lucrum, quod capiunt campsores nomine cambij vel recambij a debitoribus propter dilationem, quam cōcedunt eis vsque

vsque ad proximas nundinas, quod etiam probat. c. Consultuit, de vsur. Sed nõ adeo clare, quod est limitandum saltem quo ad forum conscientiæ, quãdo pro vero interesse id caperet, per proxime dicta litera M. & prius supra eod. c. nũ. 239. Quarto, quòd licet iure communi licuisset ante hanc Extrauag. conuenire a principio vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimili vt certum quid solueretur, adeo quod dixit Medi. in C. de Restit. fol. 132. soluendum esse interesse verisimile conuentum à principio, licet in fine appareat nullum futurum fuisse. Cui consentit Sotus lib. 6. q. 1. ar. 3. de iust. & iur. Post eam tamen non licet in hac materia cambiorum, licet in alijs sic, quum a iure antiquo nõ recedatur plusquam exprimitur. l. Præcipimus. C. de Appel. Quod tamen limitandum est, quo ad forum conscientiæ, quando certificatio esset æqua coram Deo: Quia hæc lex, vt ex ea patet, fundatur quo ad hoc in præsumptione, cui non est locus in illo foro. c. Tua, & c. Is qui, de spons. cum eis annotat. An autem idem sit in mutuo quod in cambijs, dubitari posset, & disputando vtraque pars defendi: Sed quia hæc lex in hoc est exorbitans a iure communi, iustior videtur pars negatiua. Quintò, quòd non possunt exerceri cãbia nisi quo ad proximas nundinas, vel proximos terminos ad soluendū cambia præfigi consuetos, quod tamen arbitror limitandum esse quo ad effectum carius cambiendi ad secundas vel tertias nundinas quàm ad proximas. Non enim videtur Pius prohibere, ne maior dilatio detur debitori sine vllò maiori Campsoris lucro. Arg. l. Quòd fauore. C. de leg. & cap. Quod ob gratiam de regul. iur. libr. sexto.

Septimò, quòd per hæc solui potest quæstio quotidiana quam sæpe in Vrbe fuimus interrogari. An liceat vni Hispano dare alteri Romæ centum scuta, pro centum soluendis ab eo in Hispania cum aliquo augmento? Ad quã breuiter respondemus. Primò, quòd non per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum vel ad emendum aliquid frugiferū, quia nullum verum tale interesse præterdere potest, per proxime dicta in litera M. Secundò, quòd non potest etiam per viam emptionis, & commutationis rei presentis cum re absente, si ille nec formaliter nec virtualiter habet illa in Hispania, per supradicta eadem litera M. Tertio, quòd potest per viam emptionis vel commutationis rei presentis cum absente, si alter verè habet illa scuta, quæ vendit in Hispania formaliter vel virtualiter in redditibus beneficij vel aliorū bonorum, vel in tali credito, quod probabiliter creditur per literas eius destinatas ad aliquem cognatum vel amicum tradenda esse ea ibi, per supradicta, eadem litera M. Idque duplici ratione. Prima ratione absentia ob quam valet minus. Secunda ratione valoris, quia plus valent hic centum, quàm ibi totidem. Quarto, quòd licet etiam per viam mutui, præsupposito quòd eadem pecunia valet hic plus quam ibi, imò & si non valeret plus facta facultate mutuatario soluendi in vrbe, aut si malit in partibus cum cambio, quo traductio illorum in vrbe constabit. Quia hoc casu nil videtur capi vltra sortem nisi ad summum interesse damni emementis, præferim, si qui dat, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in vrbe.

Cap. Decimum septimū de septimo præcepto Decal.

Non obstat decisio illa. S. Anton. 2. par. titul. 1. cap. 7. S. 30. Quod vsuram committit, qui Campsor Romæ dat alteri centum ad agendum sua negotia soluenda Parisijs intra octo menses cum auctario quinque vel octo, quem sequitur Syl. verb. vsura. 4. q. 13. & Gregorius Lopez l. 3. 1. 5. part. titu. 11. Tum quia loquitur de mutuante, vel de illo qui sola ratione dilationis datæ ad soluendum accipit aliquid ultra sortem, quod colligitur ex dilatione octo mensium, & ex eo, quod eadem pecunia plus valet Parisijs, quam Romæ, quod nūquam licet per c. In ciuitate, de vsur. & c. Ad nostram audientiam, de empt. Supradicta verò procedunt in illis, qui alia ratione quàm mutui vel dilationis accipiunt plus; puta ratione emptionis rei, quæ minus valet ob absentiam, vel ob locum in quo est, vel ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.

Octandò, quod id quod vulgo dicitur, scuta & ducatos quibus vtuntur mercatores & Campsores in nundinis cambiando esse maioris pretij & diuersos ab illis, quibus vtuntur in emendis rebus necessarijs & mercibus, non est intelligendum, quod ipsi mercatores augent, vel minuunt pretium eorū, vel quod apud eos plaris valent, sed quod ducatus vel scutum cum auctario, quod soluendum est pro eo aliò remittendo vel aliunde remisso valet plaris, & quod quantum debeat esse illud auctarium arbitrantur ipsi tanquam boni viri, & in arte periti, attenta varia variorum locorum distantia, & maiore copia vel penuria pecuniæ campsisibilis, & merito, quia res indefinitæ arbitrio boni viri sunt finiendæ l. i. ff. de iure delib. c. De causis, de offic. deleg. Vnde non omnes ducati cum auctario suo quibus vtuntur in cambiando sunt eiusdem pretij, sed variij, & maioris, & minoris iuxta varietatem locorum, ad quæ vel vnde remittuntur soluendi, & ita non sunt damnandi, tanquam fictitij, vt aliqui quos in prædicto Comment. sequuti fuimus, damnant.

O Defendere autem illos, qui mutant sub vsuris Regibus & cæt. aliquo modo eos cogentibus, non videretur facile. Tum quia id iure naturali est peccatum, vt dictum est supra num. 211. quale ob nulla mala vitanda admittendum est c. Itane c. Tolerabilius 32. q. 5. Tum quia pro nulla re licet mentiri. gl. iuncto textu recepto in c. Si aliquid 22. q. 4. & mentiri, & ad vsuram dare parificari videtur, in c. Super eo, de vsur. Tum quia saltem multi eorum ratione interesse nō possunt illas accipere, quia pecuniam quam mutant non habent paratam ad exercendam mercaturam, nec ad prædia & census emendos, vt satis definit Sotus lib. 6. q. 1. art. 3. de iust. & iure. Tum quia ratione cambij non videntur posse accipere, quia non est licitum cambire cum lucro in vno loco ad eundem, neque in nundinas secundas vel tertias per prædicta, & Reges capiunt mutuū non soluendum vere in locis extra sua dominia sitis, licet fingant illud in suis literis, & omnia cambia ficta reprobantur. Tum quia, vt audio, capiunt illas pecunias cum promissione soluendi auctarium ad rationē 5. 8. aut 10. pro 100. in anno, quod ad nullum genus cambij liciti reducitur. Tum denique quia difficile est reducere hmoi lucrū ad lucrum cambij septimæ speciei, & ad nullum aliud iustum potest reduci. Quare, consulendum videtur viris pecuniosis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere prædia vel census etiam si non

Cap. Decimum octauū de octauo præcep. Decal. 221

si non mutuarent, vt sine vllō tēporali auctario gratis principaliter mutant suas pecunias prædictis Regibus pro spirituali virtutis & meriti, sperantes minus principaliter aliquam remunerationem antidoralē: aut certe emanant ab eis census iusto pretio cum pacto redimendi constitutos super redditibus publicis illarum vel illarum Ciuitatem vel statuum: Habentibus verò pecunias destinadas ad lucra prædicta mutant sub interesse verisimili lucri cessantis.

*Caput Decimum octauum de Octauo
Præcepto Decalogi.*

S V M M A R I V M.

Preceptum octauum quid principaliter & quid secundo prohibeat, n. 1. & 2.
Testans ignotum, pro affirmante veritatem eius. An & cæt. nu. 1.
Peccatum verborum septuplex, & præcipue ex intentione iudicandum, nu. 3. & 4.
Mendacium quid? quotuplex, & quod mortale, etiam in iudicio, nu. 3.
Miracula falsa, & vitam sanctorum fictam prædicans, nu. 5.
Promissio quæ obligat ad mortale late, nu. 6.
Deliberatio quæ ad obligationem sufficit, nu. 7.
Simulatio & Hypocrisis mendacia factorum, & quæ mortales, nu. 8.
Iudicium temerarium quid, & crebro parit mendacium, nu. 9.
Contumelia, conuitium, & improprium quid. nu. 10.
Honor quid, & quæ inhonoratio mortalis, nu. 11.
Correctio iusta qua contumelia carere debeat, nu. 12.
Sufurratio quid, quæ mortalis, & differt à detractioe & contumelia, nu. 13 & 14.
Derisio quid, & quæ blasphemia, & quæ mortalis, nu. 15. 16.

Pro fundamēto dicendorū præsupponimus. Primò, ex mente S. Th. recepta. 2. sec. q. 122. ar. 5. ad 2. & melius Alex. Halen. in 3. par. q. 1. quod hoc præcepto principaliter prohibetur latio falsi testimonij iudicialis, & veri celatio: & secundo omnis significatio inordinata verborū, signorū, & factorū, quæ fit mentiēdo, inhonorādo, suffurrādo, deridēdo, maledicēdo & detrahēdo; De quib. oib. quo ordine posita sūt dicet. Secundo, quod omnis significatio huiusmodi est saltem peccatum veniale. Tum quia est actus inordinatus, & omnis actus talis peccatum saltem veniale, per tradita supra Prælud. 7. Tum quia est iniuria verborū, & quæcunque talis, est saltem venialis. Mortalis autem est omnis & sola illa quæ fit animo notabiliter iniuste nocendi in bonis spiritualibus aut temporarijs, quāuis nō noceat, & illa quæ fit nocendo notabiliter aut dando causam ita nocendi sine tali animo, aduertendo tamen aut aduertere debendo per illam notabiliter noceri, aut causam notabilis nocenti dari, aliàs non, quamuis iniuria grauissima sit, vt Tho. vbi supra sentit, & Caiet. declarat.

Primò

Cap. Decimum septimū de septimo præcepto Decal.

Primò igitur peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui testis facit aliquid ex septem positis infra cap. 25. num. 39. Nam falsum testimonium ob tria est peccatum mortale, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 70. ar. 4. quod probatur per c. 1. de Crim. fals. puta ob iuramenti violationem, quæ fere semper est peccatum mortale: per supra dicta in c. 12. ob iniustitiam, quæ etiam est mortalis quum est notabilis, alias non, per supradicta in c. 11. num. 1. ob mendacium ob quod nõ est etiam semper peccatum mortale per proxime dicenda.

Ad nouè autem hic quæsitum. An testis testatus aliquid pro affirmante illud esse verum, teneatur restituere quod ob id condemnatus soluit? Respondeo, non teneri (licet peccet grauiter) si affirmans esset tantæ probitatis, vt ei confitenti, communicanti, & Christianè viuenti meritò credi possit; quia iuste credere potest, se nemini iniustitiam fecisse, argumento l. iustitia ff. de iust. & iure; alioqui sic, & etiam si contrarium rescierit, quia contrarium credere debet, quia in claris, non est locus coniecturis l. Continuis §. Cum ita ff. de verb.

2. Secundò, quicumque dicit mendacium notabiliter perniciosum, iuxta illud Sapient. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Dixi, *Notabiliter*, Quia alioqui solum venialiter peccaret per supradicta. Mendacium autem est significatio falsi vel putati falsi pro vero, sicut Aug. in c. Hoies 22. q. 2. Nã illud quod additur in §. Ille, sub c. Beatus, ead. caus. & q. de animo fallendi, non est necessarium ad essentiam mendacij, sed ad maiorem eius grauitatem secundum mentem eiusdem & omnium; & ita est actus cõtrarius virtuti quæ appellatur veritas, quæ inclinatur ad se cõformandũ cũ suis dictis, & factis ita, vt & vera dicat, & fidem seruet S. Thom. 2. sec. q. 110. art. 3. ad 5. Narratio autem fabularum Aesopi, aut aliarum eiusmodi significando expressè aut tacitè eas non esse veras, non est mendacium, vt rectè Caiet. 2. sec. q. 110. art. 1. insinuauit, quia non significatur per eam falsum pro vero. Diuiditur autem mendacium primo in formale tantum, quo significatur verum putatum falsum, Materiale tantum, quo significatur falsum putatum verum, & Mixtum, quo significatur falsum putatum falsum: vt declarat S. Thom. vbi supra art. 1. Secundò diuiditur in Iocosum, quo tantum delectatio quæritur; Officiosum, quod nemini nocet, & alicui prodest, quæ duo non sunt mortalia, etiam si à religioso, aut ab alio, cuiusvis status perfectionis dicantur, nisi iuramento firmentur, aut cum magno scandalo dicantur, aut animo non abstinendi ab eis, quamuis essent mortalia aut contra conscientiam, quæ illa esse peccata mortalia dicat, secundum vtrũque Tho. 2. sec. q. 110. art. 3. & 4. Perniciosum, quod alicui in rebus spiritualibus, corporalibus, aut temporarijs nocet, & est mortale quando dicitur cum intentione notabiliter nocendi, aut notabiliter nocet. Ad quas tres species reducuntur ille octo, quas S. Augustinus posuit in c. Primũ. 22. q. 2. quarum qualibet suo genere est mala etiam secundũ Aristot. in 4. Ethic. quia est inordinatus actus, vt supra dictum est, & ita non potest dici absque peccato saltem veniali, etiam pro uita vel anima alicuius seruanda c. Super eo, de vsur. & in d. c. Primum & Thom. vbi supra. ar. 3. qui in q. 69. ar. 1. sensit omne mendacium iudiciale etiam leue esse mortale, quod verum esse de mendatio rei ad iudicium pertinentis, & non

Non furtum facies.

222

& non alterius dixit ibi Caiet. & sentit in q. 110. art. 4. Nos tamen asseruimus in c. Fratres num. 27. de Pœnit. dist. 5. quod mendacium de re leui etiam pertinente ad iudiciũ non est mortale, consentiente doctissimo, nec minus CHRISTIANO doctore magistro Fratre Martino à Ledesma professore huius nostre academix Conymbricensis celeberrimo, qui gloria, & magnũ decus est Illustrissimi Ordinis Dominicani. Quod ipsũ fecimus in rep. c. Inter verb. 11. q. 3. num. 735. postquam legimus Sotum de ratione tegendi secreti (vbi membro. 2. q. 7. idem tenet.) concludendo nullum mendacium esse mortale, eo quod in iudicio exteriori vel interiori dicatur, quod extra illud dictũ, tale non esset: nec per consequens quando non est notabiliter damnosum, nec iuratum; sed tantum esse veniale, vt etiam infra cap. 21. num. 37. repetemus.

Tertiò, Peccat qui mentitur in materia fidei sacre scripturæ, vel morũ, quia de sua natura est notabiliter perniciosum. Thom. vbi supra. Quod ibi limitat Caiet. non procedere quando id fit per solum multiloquium vel aliàs sine animo & periculo nocendi notabiliter, & persuadendi aliquod falsum alicui. Vnde inferitur, non esse mortale allegare falsè in pulpito, vel in cathedra, dicendo tale quid esse in illo vel illo cap. vel lege, quod est in alio, aut tribuere August. Hiero. Bar. vel alijs, quod alius dicit.

Quartò, qui concionando falsum miraculum, sciens tale esse, narrat; aut data opera vitam alicuius sancti aliter quàm sit fingit, iuxta Caiet. vbi supra; quia est perniciosum notabiliter, quoniam ex parte dicentis fides & existimatio miraculis CHRISTI & eius sanctorum adimitur.

Quintò, qui promissionem obligantem ad mortale non adimplet eo modo quo debet c. Iuramenti 22. q. 5. & c. 1. de pact. quia species mendacij notabiliter perniciosi est talem fidem & promissionem non adimplere.

Promissio autem, quæ obligat ad mortale, est omnis vera, deliberata, & voluntaria, etiam nuda, rei licitæ, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum status non eneruauit. Dixi, *Omnis*, vt non solum comprehenderet promissionem factam Deo, quale est votum, de quo supra cap. 12. nu. 24. sed etiam homini, & non solum expressam, sed etiam tacitam, l. Labeo, & l. Item quia ff. de Pact. Dixi, *vera*, ad excludendã fictam, quæ fit animo non obligandi, vt sentit Tho. 2. sec. q. 110. art. 3. ad 5. & facit cap. Humanæ 22. q. 5. & l. Obligationum 1. ff. de Act. quamuis peccet significando animum, se obligandi, quem non habet, etiam mortaliter, si alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere per prædicta.

Ex quo inferitur, non obligare promissionem, cuius causã principalis non est vera, si ei qui promisit non erat animus se obligandi absque ea: nec refert quo ad forum conscientie vtrum causã exprimat aut taceatur. Quia opinio Collect. & Panor. in c. 1. de Donat. & in c. Si cautio, de fide instrum. qui expressionem causã requirunt, intelligitur in foro exteriori, in quo absque ea, animus obligandi non præsumitur, vt rectè insinuauit Syl. verb. Pactum q. 4. non autem in foro conscientie in quo soli veritati standum, est c. Humanæ aures 22. q. 5. & c. Tua, de spons. Dixi, *Deliberata*, quia facta absque deliberatione ad id necessaria non obligat, per ea quæ supra cap. 12. nu. 24. & 26. de voto dicta sunt

Cap. Decimooctauum de octauo precepto Decal.

sunt. Ex quo colligi potest, quòd illa deliberatio sufficit, & requiritur, quæ sufficit, & requiritur ad votum. Dixi, *Voluntaria*, quia metu aut dolo extorta nõ sufficit in conscientia, nisi adsit iuramentum, iuxta S. Thom. 2. sec. quæstion. 89. articu. 7. nec etiam in foro exteriori: quia quamuis regulariter actori actio detur, reo tamen exceptio, conceditur. l. 2. C. de Inutil. stipul. & l. Ad inuidiã. C. de his quæ vi. Dixi etiam, *Nuda*, quia iure naturali, diuino, & canonico etiam illa obligat. cap. 1. de pact. & l. 1. ff. eod. Dixi, *Rei licita*, quia illicitæ non obligat. cap. In malis 22. quæst. 4. Dixi, *Possibilis*, quia promissio rei impossibilis non obligat. l. Impossibile. ff. de reg. iur. cap. Nemo ad impossibile, eod. titu. libr. 6. Dixi, *Notabilis*, quia cum furtum rei non notabilis non sit peccatum mortale, licet veniale sic, vt supra dictum est. cap. 17. nume. 3. à fortiori, nec violatio promissi rei exiguæ erit mortalis, quamuis venialis sic. Quæ autem res sit notabilis supra dictum est, cap. 17. num. 4. Per quod a mortali excusantur, qui promittunt alicuius nomine salutem alicui se dicturos, aut alia mandata parui momenti ad aliquem perlaturus, & postea non præstant. Et qui precationem Angelicam, & alia similia parua pollicentur, etiam si iuramento, aut voto id ipsum confirmassent, secundum eos, quos in hac translatione sequimur in dicto. cap. 12. num. 10. & 40. Dixi, *Quam mutatio rerum status non enervauit*, quia tali mutatione superueniente, non obligat iuxta Senecam libr. de Beneficio, approbatur per S. Thom. 2. sec. quæst. 110. art. 3. ad 5. vt si is cui promisi ensem, insanierit, cap. Ne quis 22. quæst. 2. vel si quam promisi ducere, fornicata fuerit. cap. Quemadmodum, de iureiur. vbi glo. notab. vel si quod tempore promissionis erat licitum, fiat illicitum. argu. cap. Quintavallis de iureiur. vel si altera pars eam remittat, vel pro sua parte non impleat id cuius causa promissio facta est, l. Cum proponas. 2. C. de pact. c. Peruenit 2. de iureiur. Dixi, *Cuius causa &c.* quia si alicui absolute aliquid promiseris, sine respectu rei ab eo promissæ, contra, ille aliquid tibi promiserit sine respectu rei a te illi promissæ, non liberaberis ab obligatione ex eo, quòd tibi non satisfaciat, nec contra, ille ex eo, quòd tu illi non satisfacias, iuxta notata in d. ca. Peruenit, & d. l. Cũ proponas; Quæ non sunt intelligenda de qualibet mutatione, sed de illa, quam si promittens præcogitasset, non promississet, cui fides habenda est in foro conscientie iuxta glo. sing. c. Significasti 1. de Homicid. & etiam exteriori si iudicio prudentis viri consideratis negotij circumstantijs nequaquam promississet, si illud præcogitasset; qua de re copiosius super glo. d. c. Quemadmodum scripsimus.

8 Sextò, peccat mortaliter, qui factis rem aliquam falsam pro vera in damnũ notabile alterius significat; vt qui vult apparere bonus, aut facit quo appareat talis, nolens esse talis, quia est mendacium perniciosum. Nam mendacium dicitur etiam in factis, qualis est simulatio, qua significamus esse quod non est, & hypocrisis, qua significatur bonus, qui non est talis, iuxta mentem S. Aug. & S. Iſidori explicatam per S. Thom. 2. sec. quæst. 111. asserentem paria esse factis, aut verbis mentiri. Facere autem aliquid quo quis appareat bonus, quum non sit sine notabili alterius damno, solum est veniale: sed facere opera quibus bonus

Non loqueris falsum testimonium.

223

bonus appareat cum non sit, sine intentione ostendendi se bonum, non est etiam veniale, iuxta mentem omnium, quam rectè Caietanus explicat in summa verb. Hypocrisis, nisi collimetur illud in aliquem finem malum, puta, vt aliquas hæreses doceat, aut aliquam dignitatem ecclesiasticam aut temporariam, qua indignus est, consequatur, aut nisi in tali simulatione suum vltimum finem constituat, iuxta. Alex. 2. part. de Hypocrif. & Caiet. vbi supra. Peccat etiam saltem venialiter, qui vult bonus videri, cum non sit, etiam si id ad ædificationem proximi referat. Quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant, Roman. 3. c. Neque c. Denique 14. q. 5. Ad nouè hinc quæsitum, san peccet, qui fingit se talem genere, conditione, gradu &c. qualem requirit optio ad collegia vel alia munera? Respondemus quòd sic, per dicta supra cap. 17. numer. 107.

Septimò, qui per leuia, & minus idonea indicia aut signa, in iudicio aut extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnum notabile, vel quòd peccat mortaliter, aut est in peccato mortali, quia est mendacium mē tale perniciosum contra illud 1. ad Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, secū dum mentem Thom. 2. sec. q. 66. art. 6. qualis est qui damnat peccati mortalis aliquem bonæ estimationis aut incognitum, eo solo, quòd videat eum cum muliere secretò loquentem, vel eo quòd videt aliquem comedere mane, aut sæpe in die ieiunij ex præcepto, quia forte causam non ieiunandi habet; aut eo quòd vidit aliquem, non ita familiariter atque solebat cum aliquo versari, aut leuem aliquam iram ostendere. Quia non omne odium, & omnis indignatio mortifera est, vt supra cap. 14. num. 19. diximus; & alij similes qui firmiter facile iudicant alios occidisse, vel furatos fuisse.

Octauò, qui alicuius honorem notabiliter intendit lædere, vel lædit, aut cau- 10 sam dat lædēdi per contumeliã, conuitium, vel improprium, secundum Tho. 2. sec. q. 72. ar. 2. secundũ cuius mentem cōtumelia est significatio alicuius mali culpæ facta præsentī, vt appellando furem. Pro quo facit l. 1. ff. de iniur. Cōuitium vero, significatio facta præsentī alicuius mali culpæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ, vt appellando furē vel cæcum l. Si non conuitij, C. de Iniur. Improprium autem est significatio beneficij tempore necessitatis ei collati, quamuis hæc nomina frequenter confundantur. Quæ tria sunt cōtraria honori; quoniã 11 honor est exhibitio reuerentiæ, in testimonium alicuius excellentiæ, maxime virtutis, secundum Tho. 1. sec. q. 2. ar. 2. & melius 2. sec. q. 63. ar. 3. De quo nos latius in d. Reper. c. Inter verba, 11. q. 3. à num. 200. Dixi, *Lædere intendit &c.* Quia si huiusmodi significatio fieret causa iustæ castigationis, aut correctionis, non esset peccatum. Nam CHRISTVS appellauit discipulos stultos Luc. vlt. & Apostolus, Galatas insensatos, ad Galat. 3. Dixi, *Inste*, & ita eũ causã prin- 12 cipalis eius est correctio, & nõ ira; quia si hæc esset causa principalis, graue peccatũ foret, & frequēter mortale, vt ait Sylu. verb. Cōtumelia. §. Cui addo. Primò Thomã dicere in eod. ar. 2. quòd quamuis hoc absque peccato fieri possit, sit tamen rarissime; vbi ait Caiet. nunquam id fieri nisi quando specialiter spiritus sanctus inspirat: dicēte Cicron, 1. offic. Omnis animaduersio & castigatio contu-

contumelia vacare debet. Addo Secundò, quòd vt absque peccato fiat, etiam propter correctionem, oportet vt solum significetur vitium cuius correctio pratenditur, alioqui enim esset mentiri, & sic peccaretur c. Primum, 22. q. 2. Addo tertio, eum, qui contumeliam alteri facit, animo eum infamandi, præter peccatum contumeliæ, etiam detractionis committere, & non sufficere confiteri, quòd alteri dixerit contumeliam, sed oportet confiteri, quòd eam dixit & intentione eum infamandi, vt vbi supra num. 456. diximus.

- 13 Nonò, qui bonam amicitiam aliquorum intendit notabiliter lædere, vel lædit, aut dat causam lædendi per susurrationem, animaduertens vel animaduertere debens, se id facere, per dicta supra num. 2. Susurratio autem, est significatio inordinata mali culpæ alienæ vel pœnæ, vel defectus naturæ, alteri facta, per quam seritur discordia, vel causa discordandi inter eos secundum Thom. 2. sec. q. 74. art. 1. secundum quem eundem, eo differt à contumelia quæ lædit honorem, & à detractione quæ famam, quòd hæc lædit amicitiam. Et est grauissimum peccatum, secundum eundem ibidem, & non debet absolui donec quo ad eius fieri poterit, illos inter se reconciliet; aut si id præstare non potest, damnis inde sequutis iudicio boni viri satisfaciatur, iuxta summam Rosel. verb. Inuidia §. 6. nostro tamen iudicio absoluendus est, modo firmiter hoc facere proponat, per dicta supra cap. proximo num. 59. Dixi, *Bonam amicitiam*, quia sanctum est (iuxta illud Math. 10. Non veni mittere pacem sed gladium,) tollere malam, qualis est concubinariorum: qualis erat Iudæorum contra S. Paulum Actor. 23. Dixi, *Notabiliter*, quia exigua læsio, non est mortalis per supra dicta eod. num. 2. Dixi, *Per susurrationem*, quia si fieret per ordinatam significationem, non esset peccatū: per ea quæ dicta sunt de bona amicitia; & de tali necessariò est intelligendum id quod ait Sor. lib. 5. q. 5. de Iust. & iur. Licetum esse vni minuere de amicitia duorum, quo cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo absque illa diminutione non potest: & id quod subdit, Non esse plusquam veniale minuere amicitiam aliquorum, nulla inter eos inimicitia inducta, necessariò etiam est intelligendum de diminutione, quæ non lædit notabiliter, quia neminem excusat à mortali lædentem alium notabiliter propter utilitatem suam vel alienam c. Forte, & c. Denique. 14. q. 5. & c. Non est putanda. 1. q. 1.
- 15 Decimò, qui notabilem erubescensiam, vel animi perturbationem, per derisionem intendit iniicere alicui vel iniicit, aut dat causam illius, aduertens vel aduertere debens se id facere, per prædicta nu. 2. Derisio autem est significatio inordinata mali culpæ, aut pœnæ, vel defectus naturæ ad iniiciendam erubescensiam, secundum Thom. receptum 2. sec. q. 75. ar. 1. & 2. secundum quem eundem, eo maior derisio est, quo maior est qui deridetur, & minus debet derideri. Quare maxima est Dei, Sanctorum, & rerum ei sacrarum. Isai. 27. sed hæc etiam est blasphemia, vt ait Caiet. in d. ar. 2. Proxima huic est derisio parentum, Prouerb. 30. Et huic proxima, bonorum & iustorum, Ioan. 12. Derisio etiam aliorum qualificata vt supra est mortalis, secundum omnes. In quam sæpe Aulici incidunt, qui sine vlla miseratione eo magis aliquem derident, quo magis

magis erubescit. Dixi, *Inordinata*, quia ordinata, vt iocosa de exiguo aliquo malo alterius, vt paruo rubore suffundatur, est actus virtutis Eutrapeliæ, quam Thom. 2. sec. q. 168. ar. 2. iucunditatem vertit, & inclinat ad rectè vtendum ludicris: Venialis autem quando parum exceditur modus: Mortalis verò, quando inducit magnam & notabilem perturbationem, iuxta omnium sententiam. Differt autem ab alijs verborum peccatis: Quia eius finis est, vt quis turbetur & erubescat, secundum Thom. in d. q. 75. ar. 1.

Vndecimò, Qui maledicit & cæt. vt supra in secundo precepto cap. 12. nu. 86. & infra cap. 23. num. 118. cum sequent. dictum est, hoc addito, quòd maledictio non accipitur hic pro maledictio, sed pro imprecatione mali, iuxta S. Thom. vbi supra, q. 76.

De Detractione.

S V M M A R I V M.

Detractio quid? quotuplex & quæ mortalis, nu. 17. 18. 21. & 22.
Fama quid? vt hic accipitur & quotuplex, nu. 19.

Gloria quid? nu. 20.

Famæ damnum notabile quid. nu. 21.

DetraCTOR qui falsum imponens peccat mortaliter, nu. 23. 24. & 25.

DetraCTOR, qui verum secretum detegit, peccat mortaliter, nu. 26. & 27.

Prodigitas etiam fama regulariter non est mortalis nu. 28.

DetraCTOR, qui suum crimen detegit etiam tortus, nu. 29.

DetraCTOR non est accusans, aut alias iuste crimen detegens, nu. 30. & 31. qualis est testis & detegens non nocituris vt parenti, nu. 32. & 33.

DetraCTOR schedam peccatorum vel libellum famosum legens nu. 34. & 35.

DetraCTOR quis audiens vel referens mala, vel bona tacens, nu. 36. & 37. & 38.

DetraCTOR quis iudex inquirens, nu. 38. interrogans, vel iubens denunciari, nu. 39. vel visitans aut procurans occulta scire nu. 40. & 41.

Restituere famam vel aliàs compensare læsor & hæres tenetur, numer. 42. & 43. & 46.

Famam non læsam tentans eam lædere, non restituat etiam si & cæt. nu. 44.

Fama læsa mendacio aliter quam læsa vero restituenda, nu. 45.

Eam restituere condonari etiam iuste potest, nisi & cæt. nu. 46.

Debitum condonat is cui principaliter debetur, nu. 46.

Famæ ablatio an compensetur ablatione reciproca, nu. 46.

Famæ debitum non tam facile tollitur, ac actio iniuriarum, nu. 46.

Famæ restitutio excusatur vita vel salutis periculo, nu. 47. & obliuione nu. eod. & defectu cause iuste credendi cum quotidianis exemplis, nume. 48. & duobus sequentibus.

Reus minus punitus, quia negauit veritatem an & cæt. nu. 49.

- D**odecimò, Peccat qui bonam famam vel gloriam alicuius notabiliter intendit lædere vel lædit aut dat cãm lædendi, per detractionem, secundum Thom. 2. sec. q. 73. art. 2. secundum quem eundem ibidem, & latius tradita per nos in Repet. c. Inter verb. 11. q. 3. conclus. 6. à num. 419. Detractio siue Murmuratio, quæ pro eodem hic sumuntur, diffiniri potest esse significatio alicuius mali cuiuspiam hominis non canonizati inordinata, directa vel indirecta, qua læditur vel periclitatur eius fama. Dixi, *Significatio*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio, & cum omnibus alijs verborum peccatis suprascriptis. Dixi, *Alicuius mali*, ad comprehendendum omne malum culpæ, pœnæ, & defectus naturæ, & etiam diminutionem boni. Dixi, *Cuiuspiam* & non *alterius*, per statim dicenda. Dixi, *Hominis non canonizati*, Quia infamatio famæ, & gloriæ Dei, Angelorum, & Sanctorum, imò & creaturæ irrationalis quatenus est creatura Dei, quo ad eius naturam, non est detractio, sed blasphemia, siue id fiat ad inhonorandum, siue infamandum, siue iocandum & deridendum, secundum mentem S. Tho. 2. sec. q. 73. ar. 3. & q. 13. art. 1. Licet Angeli & Canonizati nostri proximi sint iuxta S. August. de Doct. CHRISTIANA relatum à S. Thom. 2. sec. q. 23. art. 10. Dixi, *Inordinata*, quia non est mala imò bona significatio iuridica, vt dicit S. Anton. 2. par. tit. 8. cap. 4. in princip. Dixi, *Directa vel indirecta*, ad includendum significationem, qua directè significatur bonum, sed tacitè vel indirectè denotatur malum; qualis est illa, qua significatur monachus esse robustus, rubicundus, pinguis, artis venandi & equitandi valde peritus: per illa. n. significatur indirectè, quod carni magis quàm spiritui deseruit. Dixi, *Læditur*, & non *Tollitur*, ad includendam læsionem partis famæ. Dixi, *Aut periclitatur*, ad includendam significationem mali, qua non læditur fama, sed est causa sufficiens lædendi ex parte significantis; vt quum significatur malum alicui non credenti illud propter suam virtutem, vel vtilitatem dicentis, vel auctoritatem fide dignioris ei contradicentis. Dixi, *Fama vel gloria*, quia significatio mali quatenus tollit honorem, non est detractio, sed contumelia, vt supra eod. num. 1. Non addidi tamen vt Thom. Ant. & communis verbum, *Aliena*, quia non solum est detraCTOR qui alium, sed etiam qui se ipsum infamat, vt idem Anton. dixit. 3. par. tit. 8. cap. 4. §. 1. versicul. Primo modo: & sentit Caiet. 2. sec. q. 73. art. 2. dicentes, peccare eos, qui se ipsos infamant, quamuis metu tormentorū id faciant, quod tamen vbi supra, & infra nu. 29. moderamur. Non etiam addidi, *Secrèd*, vt prædicti; quia quamuis regulariter detractio in absentia fiat, potest tamen fieri in præsentia vt sæpe fit. Nam qui alteri præsentia malum significat, quo eum infamet, quamuis id (vt communis dicit) sit contumelia, quatenus tollit honorem, est tamen etiam detractio, quatenus famam tollit: vt idem Anton. vbi supra explicauit, & probatur per illud Arist. Ethic. 5. Qui furatur vt adulte retur, per se loquendo magis aduLter est quàm fur.
- 19** Est autem fama, vt hic accipitur, iuxta ea quæ diximus in d. Repet. nu. 201. existimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonū vsum. Dixi, *Existimatio*, pro genere, vt non solum cõprehendat opinionem

communem sed etiam particularem & singularem, vnius vel alterius per infra dicenda. Dixi, *Qua putatur*, Ad includendam existimationem, qua quis putatur habere aliquod bonum, quod non habet, vel non tantum, quantum putatur habere. Dixi, *Bonus*, propter existimationem, qua putatur habere virtutes Theologales, vel morales. Dixi, *Vel habilis &c.* ad includendum existimationem, qua quis putatur habere prudentiam, & alias virtutes intellectuales, & literas, artes, sagacitatem, industriam, habitudinem, vires vel alias dotes animi vel corporis inditas, vel quæritas. Vnde sequitur quod fama est duplex. Altera qua quis putatur esse bonus moraliter, altera, qua putatur vtilis ad aliquem finem. Gloria verò est clara cum laude notitia, secundum Ambros. quem refert Tho. in multis locis, præsertim 1. sec. q. 132. ar. 1. quam definitionem declarauimus in d. Repet. nu. 199. conclus. 6. Famæ vero & gloriæ damnum est duplex, Leue, & Notabile: Leue est, quod nõ est notabile. Notabile autem est vt diximus vbi supra, nu. 493. damnum quod est causa vt infamato aliquod bonum notabile animæ, corporis vel pecuniarum auferatur, aut putetur tali bono indignus, quod apertè sentit Caiet. 2. sec. q. 73. ar. 2. quamuis non ita explicet. Bonum autem notabile animæ, corporis, honoris, aut pecuniarum dicitur, quod viro prudenti & bono tale videbitur consideratis circumstantijs personæ, loci, temporis, & alijs. arg. l. 1. ff. de Iure delib. & c. De causis de offic. deleg. Detractio autem diuiditur primò in septem species secundum Alex. Alen. 2. par. q. 146. memb. 1. sub finem, & S. Tho. 2. sec. q. 73. ar. 3. ad 3. Et tres secundum Scotum in 4. dist. 15. q. 4. sed vt vbi supra diximus reducuntur ad duas, quæ sunt significatio mali falsi, & mali veri secreti. Secundò diuiditur in formalem tantum, & materialem tantum, formalem & materialem simul, vt supra eod. nu. 2. mendacium diuisimus. Formalis tantum est, qua significatur bonum putatum malum. Materialis tantum est, qua significatur malum putatum bonum: Formalis & materialis simul est, qua significatur malum putatum malum. Porro quælibet detractio suo genere est peccatum mortale, quia longè maius bonum est talis fama quàm pecunia. Prouer. 22. & Eccles. 41. Et læsio pecuniæ qualis est furtum, est suo genere mortale, vt dictum est supra eod. nu. 2. & seq. ergo & detractio. Dixi, *Famæ morum*, quia seculus est de detractioe famæ aliorum donorum, vt mox dicitur. Est autem mortale, quoties fit animo famam proximi notabiliter lædendi, aut absque tali animo, eam notabiliter lædit, aut dat causam eiusmodi læsionis, aduertens aut aduertere debens, probabiliter ex suo dicto aut facto tale damnum inferri. Veniale tantum est, quoties fit animo lædendi parum, aut sine malo animo parum nocet, aut notabiliter, sed ignoranter, vel sciens, sed inaduertenter, quum non teneretur aduertere: arg. cap. 2. de Const. §. Notandum 1. q. 4. sub cap. Turbarur.

Decimotertio, peccat mortaliter, qui peccatum falsum mortale alteri imponit, quia per hoc bona fama morum alicuius notabiliter læditur, nisi per aliquam circumstantiam damnum famæ notabile, & periculum eius probabile excusetur. Dixi, *Peccatum*, quia detegere falsos defectus naturales, puta quod est luscus, claudus, mæcus, Gibbosus, ignarus, & alia huiusmodi, quæ nõ pertinet ad

- bonam famam morum, non est suo genere, nec regulariter mortale, vt prædictum est, quia id de se non infert damnum notabile famæ, nec dat illi causam;
- 24 vt vbi supra probamus, nu. 521. Dixi, *Mortale*, quia imponere vel detegere veniale non est de se mortale, quia de se non infert damnum famæ notabile per proximè dicta. Dixi, *De se*, quia per accidens potest esse mortale, vt cum ex impositione vel detectione venialium cuiuspiam fama notabiliter læditur. Vnde, quicquid aliqui dicant inter impositionem & detectionem venialium & mortalium hoc interest, quòd horum detectio non infert de se damnum notabile, illorum vero sic; & ita nonnunquam hæc est mortalis, & illa venialis: Et consequenter non est vsquequaque verum illud S. Anton. in 2. par. tit. 8. c. 4. in princ. & Syl. verb. *Detractio*. §. 2. scilicet detractio, quæ generalibus verbis sua natura tam mortalia quam venialia comprehendentibus fit, non esse mortalem: quia imò est, quando cum damno notabili aut magno eius periculo fit, aut coram eiusmodi personis, de quibus credi potest, eos tam maculas mortales quam veniales concepturos esse, nisi expressè aut tacitè non nisi de solis venialibus verba fieri admoneantur. Dixi, *Falsum*, quia longè rarius excusatur a mortali, qui imponit, falsum mortale, quam qui detegit verum mortale, vt mox dicam. Per falsum autem intelligo etiam verum, putatum falsum, quæ est detractio formalis tantùm, quæ quo ad detegentem est perinde malum ac si falsum esset, arg. c. *Homines* 22. q. 2. Dixi, *Alteri*, quia imponere sibi non est mortale regulariter & de se, vt infra nu. 27. dicitur.
- 25 Decimoquartò, qui imponit peccata venialia falsa, aut defectus naturales vel pœnæ falsos cum talibus circumstantijs, quòd inferunt damnum famæ notabile, vt ex proximè dictis colligitur. Noui quendam virum insigniter eruditum, & probum, ab adipiscendo egregio quodam munere impeditum, per culpas veniales vanitatis & iracundiæ falsas, & quendam alium per defectus generis, visus & virium naturalium falsos, ab amicitia valde vtili & honorabili repulsum, per quod proximè dicta confirmantur.
- 26 Decimoquintò, qui peccatum verum mortale secretum alterius detegit inordinatè, nisi aliqua circumstantia excuset a mortali, quia licèt longè grauius peccet ratione falsitatis, qui falsum imponit, quam qui verum secretum detegit, ex parte tamen nocimenti famæ pares sunt; quod sufficit ad hoc, vt detractio sit mortalis, per dicta supra eod. cap. nu. 2. Dixi, *Secretum*, quia detegere notoria facti, vel iuris, vel famosa, sine mala intentione nocendi, non est peccatum saltem mortale, quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent, nec in regione vbi deteguntur, sciretur: vt si quis in Lusitania diceret, illum vel illum in Castella sustibus ictum fuisse, etiam si ille sit in Lusitania præsens, & ab ijs quibus dicitur cognoscatur: vt copiosè in d. *Repe*. nume. 837. probauimus quatuor fundamentis, & trium contrariorum solutionibus muniuimus, & sentit Caieta. lib. 17. *Respon.* 9. responsione, & ante illum Maior distinct. 21. quæst. 2. col. fina. Addidi, *Notoria iuris*, quia quæ contra ordinem iuris diuulgata fuerunt, propter infamiam diuulgari non possunt in eo loco, ad quem illa non peruenit. Sot. lib. 5. quæst. 10. ar. 2. de *Iust. & Iur.* Et idem dicendum de detectione illorum,

lorum, quæ cito diuulganda sunt, facta ei, qui ea citò cogniturus est, iuxta S. Thom. in 4. dist. 19. q. 2. ar. 3. ad 1. & 2. quem ibi retulimus. Dixi, *Alterius*, 27 quia detegere propria peccata vera & secreta & imponere sibi falsa suo genere & regulariter, non est nisi veniale, quamuis per illud notabiliter fama lædatur, aut omnino amittatur, vt magister Sotus de ratione tegendi vel detegendi memb. 1. q. 3. explicuit, & multo ante Adri. in 4. de restit. q. 35. & quol. 11. pag. 17. sentit, quem ille non citat. Quia prodigalitas regulariter non est peccatum mortale, vt sentit S. Tho. 2. se. q. 120. ar. 2. & 3. & detectio proprii peccati, nõ est iniustitia sed prodigalitas famæ, iuxta gloss. memorabilem in *Proem.* Gregoriano verb. *Prodiga*, & per alia, quæ adduximus vbi supra nu. 573. vbi conciliando cum hac opinione contrariam Caietani diximus illam defendi posse, quando ex ipsius infamia, damnum animæ, aut vitæ propriæ aut alienæ, aut honoris, aut bonorum alienorum sequuntur: Animæ propriæ, vt quando indigena notabiliter fama ad se honestè continendum eam prodigit. Animæ alienæ vt qui pro iusto habitus, hæreses aut alia turpissima sua delicta detegit, quod probabile est fore causam, vt alij in eadem incidant. Vitæ propriæ, vt qui crimè aliquod detegit, ob quod eiusdem aut alicuius membri iacturam mereatur. Infamæ alienæ, vt qui monachus aut monialis, se ipsos infamant peccatis, quæ ipsorum ordini aut monasterio notabilem infamiam inferunt. Bonorum alienorum, vt quum is cuius opera ad sui gubernationem Resp. indiget ob illam, se facit ad id ineptum: in quibus quatuor casibus, nemo neget esse peccatum mortale se ipsum infamare, quia præiudicat alteri, vel sibi, in his quæ iure renuntiare non potest, qualis est salus animæ, & ad illam necessaria c. *Iuravit*, cum ei annotat. per alios, & etiam nos de probat. c. *Tenor*, de re *Iud.* Qualis est etiam vita & amissio membri & corporis l. *Non tantum*. ff. de *Appell.* l. *Liber homo*. ff. de *act.* l. *Aquil.* c. *Contingit* 1. de *Sen. excom.* gloss. fin. l. *Pactum* inter hæredem. ff. de *pact.* Aliorum verò præfatorum, Communis & nostra opinio procedat regulariter extra hos quatuor casus. Quanquam hæc conciliatio omnino vtrorumque mentibus non congruit; quæ omnia limitantur procedere quum non peccatur; quia omne periurium suo genere est mortale, vt dictum est supra cap. 12. Ex quibus sequitur a fortiori regulariter non esse mortale de se confiteri crimina falsa, aut vera occulta ob metum tormentorum, cum facere illud spontè non sit tale. Est tamen mortale in quatuor casibus proximè dictis, nisi cum aliquod tale detegit persuasus torquendum esse, donec consteatur, aut vitam amittat; vt singulariter & nouè doctissimus doctor Sotus lib. de ratione teg. & deteg. memb. 3. quæstione final. colum. 10. dixit. Quia eo casu, vt ille ait, non tam mortis suæ dat causam, quam vna morte multas redimit, quem vbi supra sequuti fuimus numero 559. quamuis nunc displiceat. Tum quia negare non possumus hoc esse causam suæ occisioni præbere, quod nemini licet capiti. Si non licet 23. quæstione 5. Tum quia scire non potest, vetam iudicis voluntatem esse adeo firmatam, quamuis eam verbis iratis explicet. Interdum enim iudices fingere solent. Dixi, *Inordinatè*, quia qui iudicè id facit, non peccat, vt qui iustè accusat, imò mereatur, alijs circumstantijs

Cap. Decimooctauum de octauo precepto Decal.

eunstantijs in id necessarijs concurrentibus : vt S. Anton. 2. par. tit. 8. cap. 4. ante. §. tenet, & nos vbi supra copiosè. nu. 636 probamus, quamuis priuata vtilitatis causa accuset, nec secreta monitio præcedat. vt ibidè nu. 641. probauimus post Adrian. in 4. de Correct. frater. col. 17. ver. ad 2. & D. Sotum in lib. de ratio. teg. memb. 2. q. 5. pag. 10. quicquid Syl. verb. Accusatio, q. 3. & Caiet. 2. sec. q. 73. art. 7. dicant, quia iustè detegit, nisi odio, aut vindictæ immoderate appetitu id fiat. Idem dicendum de eo, qui sine accusatione absque tamen mortifera intentione detegit peccata vera aliorum secreta, quando & quomodo sua detectio Reipub. conuenit, quo eas puniat, aut caueat, ne proximus damnum spirituale aut temporarium accipiat. Vt qui denunciat hæreticum nè corruptat; proditorem ne prodar, lepra aut peste laborantem, aut alio morbo contagioso, ne suo morbo alios inficiat; inhabilem ne ordinetur, aut ei beneficium conferatur, aut ne indignus ad hæreditatem admittatur; Latronem, ne furetur; Periuurum nè suo falso testimonio noceat; Adulterum, & homicidam vt ab alijs caueatur, & alios similes assuetos, & ad nocendum præparatos, de quibus vbi supra à nu. 854. vsque ad nu. 855. diximus. Quia hoc non fit inordinate, quoniam iure conceditur, si quidem. C. de Iniur. l. Si quis de & l. Cum qui. ff. eod. cum additis vbi supra nume. 848. & consequenter potest quis Latronem & furta eius occulta detegere ad euitanda damna Reipub. & priuatorum etiam sine correctione fraterna, si per eam non speratur correctio, aliàs non, nisi præuia illa, si de illis specialiter & iuridicè interrogatus non fuerit, iuxta Maiorem in 4. dist. 21. q. 2. col. 5. Vnde non peccat, qui causa vitandi damnum corporale, aut spirituale innocentis, crimen alterius detegit. Nam Paulus sciens Ioannem equum furatum fuisse, cuius Petrus falsò accusatur, & iniustè condemnabitur, nisi Paulus peccatum secretum Ioannis detegat, si ob id Petrus liberandus fuerit, detegere tenetur. Tho. 2. sec. q. 70. ar. 1. & latius tradimus vbi supra. nu. 702. per illud Prouerb. Erue eos, qui ad mortem deducuntur & alia. Quod postea tenuit Sor. lib. 5. q. 7. ar. 1. de Iust. & iur. Sic etiam non peccat, qui vt testis coram suo Iudice & superiore delicta & defectus proximi detegit, quia hoc non detegit inordinate, vt latè vbi supra numero 698. probauimus. Nec qui sua delicta, culpas & defectus suo Iudici, & superiori confitetur, quando, cur & quomodo iure diuino & humano potest, aut debet. Quia hoc non est detegere inordinate, vt vbi supra nu. 722. copiosè probo; multa peculiaria de hac re artingendo. Dixi, 32 *Nisi aliqua circumstantia excuset à mortali*, tunc enim non esset peccatum, aut nõ nisi veniale. Vt quum quis peccata mortalia eius, qui se de illis iactare solet absque intentione eum lædendi detegit: Quia eius fama saltem notabiliter non læditur, vt vbi supra. nu. 522. diximus, & qui absque intentione lædendi detegit personæ, quæ non oberit & sortè proderit, qualis est is cui dicere perinde est, ac nulli dicere, quales etiam parentes & alij, qui creduntur nullatenus nocituri, nec publicaturi. cap. Hoc videtur. 22. q. 5. Quare illud Caiet. 1. se. q. 73. ar. 2. detectio mali parenti facta, non est peccatum, limitandum est, nisi huiusmodi peccatum esset, & eiusmodi parens, vt detectio facta ei plus vel æquè noceret filio quàm facta alijs.

Decimo-

Non loqueris falsum testimonium. 227

Decimosextò, peccat qui inuenit scriptum, in quo aliquis sua peccata ad memoriam suæ confessionis scripserat, & ea diuulgar, nisi essent talia peccata quorum euulgatio parū famæ noceret. Idem de eo, qui legit, etiam si non diuulget schedulā, in cuius principio scriptū erat, Memoria meorū peccatorū, aut aliud simile, quo scire teneretur eius authorem nolle ea ab alio legi. vt in c. Sacerdos de Pœni. dist. 7. nu. 8. & 9. diximus. Quia licet forte non inueniat notabiliter lædencia, dat tamen iustam lædendi causam, quod sufficit per prædicta.

Decimosseptimò, qui libellum famosum componit, in illo peccata aliena falsa aut vera occulta scribens, & in publicum projicit quod legatur, aut talem libellum inuenit, & non rupit sed diuulgauit. 5. quæst. 1. cap. 1. & 2. l. 1. C. de libell. famos.

Decimooctauò, qui peccata aliena vera vel falsa audita ab alijs aliter quàm audiuit augendo illa vel certitudinem illorum notabiliter alijs refert, quia perinde facit, ac si tanquam a se visa referret, & ita idem est iudicandum de vtroq; arg. c. Dudum, 2. de Elect. Dixi, *Aliter & cat.* quia alioqui non peccaret saltem mortaliter, si aliàs nõ intendit famam eius notabiliter lædere, nec lædit, nec dat causam iustam læsioni, & non affirmat illud verum esse, nec scire, sed solum audisse, nec aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi interueniat; puta auctoritas personæ cum additione aliquorum rem certiore faciētium, quibus probabilis causa credendi audientibus præbeatur. vt in d. Repet. nume. 450. dictū est. Diximus, *Absque animo notabiliter lædendi*, quia ille non solum hoc, sed quodlibet aliud colloquium facit mortale, per dicta supra eodem cap. numero 1. quamuis adderet se non credere.

Decimononò, qui audit detrahentem mortaliter assentiendo vel non resistendo, quum id facere deberet. Nā qui audit detrahentem, plus & minus & æque atque ille peccare potest & etiam mereri: qui enim audit incitando alium, & interrogando quo diceret, potest plus quàm qui dicit peccare, iuxta Adrian. Quolib. 11. q. 2. per decretum Urbani c. Qui aliorum 24. q. 3. quod tamen non loquitur de eo, qui audit & est causa mali, sed de eo qui malum non esse defendit, & ob id melius probant duo capitula S. August. c. ille c. qui exigit 22. q. 5. vt vbi supra diximus: qui autem audit, nec præbendo ad id causam, nec impediendo eo se delectans, tantum, quantum qui dixit, cæteris paribus, peccat, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 73. ar. 4. Qui tamen audit sine assensu & delectatione, quod ita detrahatur, licet non contradicat ob verecundiam, aut aliam non prauam rationem humanam, non peccat mortaliter, nisi tribus casibus iuxta S. Tho. in d. q. 73. ar. 4. Primus, si est superior, puta iudex, parens, aut magister qui resistere tenentur. Secundus, si aduertit ex eo magnum damnum dicenti vel alteri euecturum vltra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. Tertius, quando fama eius cui detrahitur notabiliter læditur, vt vbi supra nume. 548. & 549. post S. Anton. & Caietan. verb. Detractio, probauimus. Qui verò resistit verbis aut gestu tristi, aut alijs signis ad illud idoneis regulariter meretur, vt ibidem addimus.

Vigesimò, qui interrogatus de vita & moribus alicuius, vel aliàs cum

Man. Nau.

FF 2 teneretur

teneretur ad notificandas virtutes illius, tacet eas cum eius notabili damno boni quaesiti, vel quaerendi per supradicta.

38 Vigesimo primò, qui iudex inquirat specialiter vel per viam inquisitionis procedit contra aliquem nulla præcedente infamia, quia intendit lædere famam illius, aut lædit aut dat causam læsioni inordinata contra iura, quæ prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem iusta infamia non præuia, c. super his, & c. Qualiter & quando 2. de Accusat. Nec sufficit quòd sciat esse duos aut tres testes, quibus eius delictum probari possit per c. Inquisitionis eod. tit. & a fortiori minus, quòd sint aliqua indicia, vt vbi supra euidenter probauimus nume. 580. quod Sot. de ratione reg. mem. 2. q. 6. vers. At vero, & clarius paulo post vers. Tertium dubium, & Caiet. 2. sec. q. 69. ar. 2. non satis diligenter hoc aduerterunt, propter dictum quoddam S. Tho. non bene intellectum, vt ibi declaramus. Dixi, *Specialiter*, Quia generaliter inquirere potest, nulla persona, nec vllò delicto expresso l. Congruit ff. de offic. Præs. & c. 1. de offic. ordin. Dixi etiam, *Per viam Inquisitionis*, quia per viam accusationis legitime potest, vt supra dictum est. Sufficit autem quòd delictum sit notoriũ, licet delinquens sit occultus, ad hoc vt quaeri de eo possit generaliter, sed non vt quaeratur nominatim an ille aut ille id fecerit; vt ibi contra prædictos cum Innoc. communiter recepto diximus.

39 Vigesimo secundò, qui iudex interrogat reum post confessum delictum de socio aut auxilium præbente, Si adhuc erat occultus extra casus infra scriptos in quibus id facere licet; eadẽ ratione qua supra. Idẽ eadẽ ratione de reo, qui socios occultos indicat extra casus prædictos, vt vbi supra nu. 585. diximus.

40 Vigesimo tertio, qui Prouisor, Vicarius aut officialis generaliter omnibus subditis præcepit, vt qui viderunt, aut audierunt talẽ aut talem delinquentem, denuncient, secund. Sotum vbi supra pag. fin. ratione supradicta, quia id est contra ius, per quod subditi non tenentur denunciare delinquentem, vt eum puniat, sed vt damnum quod fecit restituat, quod potest restitui absque eius denunciatione. Oppositum tamen melius visum fuit in d. Repet. nu. 581. & idem nunc videtur tum quia talia mandata generalia intelligenda sunt secundũ ius. l. si procurator. ff. de cond. indeb. c. Causam qua, de Rescript. & ita intelligenda sunt, salua fraterna correctione, & consequenter, quando ea est necessaria iuxta S. Tho. 2. sec. q. 3. ar. 1. ad 1. communiter receptum, hoc est, si fur aut læsor secretò admonitus noluerit restituere, tum quia vsum ferendi eiusmodi mandata recepisse videtur ecclesia. Tum quia Caiet. lib. 17. Respon. Respon. 5. ad 1. dixit non peccare iudicem interrogando reum iam confessum suum delictum de socijs generaliter, quando sunt tales de quorum alijs potest interrogare, de alijs non, si eius intentio nõ sit interrogare, nisi de illis, de quibus iure potest & debet. Tum quia illic affatim eius fundamentis respondimus, quamuis fateamur melius fore, vt inbeant sola illa, quæ sunt notoria vel publica per famam, denunciari, iuxta c. Qualiter, & quando 1. cum ei annot. de Accusat.

41 Vigesimo quarto, qui Prælati, Iudex, visitator, aut quiuis alius priuatus procurat, aut vult nocere peccata secreta alicuius, à quo, quando, cur & vbi nõ debet

debet, aut qui compellit carcere detentum ad statim iurandum se dicturum verum in omnibus rebus, de quibus ininterrogatus fuerit, & interrogat particulariter de omnibus & singulis casibus partibus ob quem carcere detinetur ratione supradicta, & hi plus peccant, quam qui audiunt simpliciter detractionem mortalem, cum assensu: Quoniam illi sunt tanta, vel maior causa detractionis, quã qui cum simplici assensu audiunt detractionem mortalem, & supra dictum est, peccare mortaliter eum qui cum assensu detractionem mortalem audit.

Fama quomodo restituatur, aut condonetur.

Vigesimo quinto, qui nõ vult restituere damnũ famæ notabile datum iniuste a se, vel ab eo cuius hæres est, alteri illud non condonanti, si nulla causa excuset. Quia damnus famæ necessariò restituendus est, vt late in Repet. c. Inter verba, 1. r. q. 3. nu. 856. probamus. Tum per textum memorab. in c. Quisquis 5. q. 1. Tum quia bonum famæ maius est, quàm bonum pecuniariũ. Proverb. 22. & Eccles. 41. cum alijs relatis vbi supra nu. 218. & damnus boni pecuniarij necessariò est restituendus in c. Peccatum, de Reg. iur. lib. 6. c. Si res aliena 14. q. 6. ergo & damnus famæ, vt tenent S. Tho. 2. sec. q. 62. ar. 2. S. Anton. 2. part. tit. 2. c. 2. §. 3. & Cõmunis, Tho. Richar. & alij in 4. dist. 15. & Holtienf. in summa de Pœnit. vers. Quid de accusatore. Vnde licet abundantia boni pecuniarij ei cui debetur interdum debitorem a restituendo saltem statim, excuset, abundantia tamen bonæ famæ non item, imò ad restituendam eam magis obligat, vt recte Maior in d. dist. 15. q. 16. col. 5. probat. Quis etiã sicut qui notabiliter famam læsit per vnum peccatum habentem alia notoria peccata mortaliter peccat, sic ad restitutionem damni tenetur, vt recte Adrian. Quolib. 1. 1. probat, & S. Tho. 2. sec. q. 73. ar. 1. sentit, perpendente id Caiet. quicquid in hoc Palud. in 4. dist. 19. in fine senserit. Imò & qui ob vitæ periculum aut alias rationes famam restituere non potest, eam compensare tenetur, vt qui alium percutit, aut manum abscindit, quam restituere non potest iuxta legem diuinam Exod. 11. renouatam per c. 1. de Iniur. & declaratam ibi per doctores & l. Ex hac ff. Si quad. paup. Tho. 2. sec. q. 62. ar. 2. & in 4. receptus ab alijs dist. 15. q. 1. ar. 6. Nec infamã excusatur saltem quando mentiendo infamauit, eo quòd in alijs duplo vel triplo magis eiusdem famam augeat, iuxta eundem in 4. de Restitut. q. 34. col. 7. vt vbi supra nu. 861. diximus. Nec etiam excusatur, eo quòd infamatus se ab infamia liberauerit, suis optimis factis falsitatem eius quod sibi impositum fuit docens, aut abolita eorum apud quos infamatus fuit mala, quam ipsi conceperunt opinione, eo quod vanitatem detrahentis intellexissent, iuxta Adrian. in d. q. 34. col. penult. Quod quamuis vbi supra nu. 863. sequuti fuimus, nunc tamen non sequimur, quia eius rationes solum probant teneri ad restituendum damnus quod infamatus accepit, quandiu infamatus manit; sed nõ ad famam iam recuperatam restitutionem. Adde quod infamatus, quando ex sua infamia Respublica damnus capit, tenetur ad procurandam restitutionem famæ suę, quando est persona publica, iuxta S. Greg. in Homil. 9. Super Ezechiel. & S. Tho.

& S. Tho. 2. sec. q. 78. ar. 3. & declarationem cuiusdam dicti S. August. in c. Nolo 12. q. 1. & c. Non sunt audiendi 11. q. 3. positam vbi supra nu. 268. Adde itē, quod damnum acceptum a male infamato durante infamia non est integre restituendum, sed tantum quantum prudenti & bono viro visum fuerit, secundū Sotum lib. 4. q. 6. ar. 3. de Iust. & iur. quod nostro iudicio intelligendum est de damno boni quærendi, & non de damno boni iam quæsi, arg. c. final. de Iniur. Dixi, *Dammum datum*, quia volitum & non datum eo quod dari non potuit, 44 vel pœnituit, non est restituendum: quia volens nocere noxa non sequuta peccat quidem, sed non tenetur restituere, per saepe dicta in c. præced. & vbi supra nu. 865. Vnde qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi eum etiam per inuidiam, odium, vindictam, quæstum, aut aliam rationem iniustam, si illi ob id malam opinionem non conceperunt, nec bonam amiserunt, non tenetur restituere famam, quia eam non abstulit, licet in eo peccet, vt Adrian. quol. 11. R. determinauit, quē sequimur vbi supra num. 773. Adde etiam, quod tenetur restituere, qui immodicē laudādo alium, alterius famam notabiliter extenuat, secundum eundem in d. Quolib. col. penul. quales multos in Curijs, aulis, scholis, imò & religionibus reperias. Adde quartò, quod qui famam alienam mentiendo læsit, debet eam restituere, asserendo se fuisse mentitum, aut saltem dixisse falsum. Imò & testes adducere si opus fuerit, quo eis dissuadeat quibus contrarium persuasit, secundum Sotum lib. 4. q. 6. art. 3. de Iust. & iur. Quorum postremum durum videtur nobis putantibus satis esse iurare, si aliàs ei non crederetur. Tum quia maiorem causam dat credendi reuocationem iurando eam, quam dederat credendi falsum, quod eis sine iuramento dixerat. Tum quia nunquam fuit in vsu. Tum quia testibus tunc demum ad summum esset opus, quā esset suspicio illum ad reuocationem precibus vel pretio, & non conscientia inductum. Adde quintò, quod etiam infamans detegendo delictum verum occultum restituere tenetur, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 62. ar. 2. & in 4. distin. 15. quæst. 2. ar. 5. ad 2. communiter receptum, non quidem asserendo se falsum dixisse, sed male loquutum fuisse: quod non sufficere dixit Hostiens. in d. vers. Quid de accusatione. Et ideo Io. Maior. in dicta distinct. 15. quæst. 16. col. 4. asserit, oportere, & satis esse ita dicere, quando tale delictum de tali dixi, illud verum existimabam, sed adhibita postea diligentia, inueni me prauè loquutum.

Qui modus licet aptior sit, quia nullum mendacium continet, neque ex eo tam facile atq; ex cōi colligi potest verum esse, id quod male dictum fuit, non tamē videtur tutus quo ad viros prudentes & doctos; apud quos prestaret restituere laudando sapius virtutes, quas habet, eis persuadendo, vt pro tali habeant, nulla mentione facta mali antea per eum detecti licet verè, iuxta Caieta. 2. sec. q. 72. ar. 3. Adde sextò, dicere Sotum lib. 4. quæst. 7. ar. 3. de Iust. & iur. eum qui verum dicendo infamat, non teneri ad tantam restitutionem, ad quantam qui mentiendo id facit. Quod non videtur nobis tutum, quia licet plus peccet, non tamen plus nocet: At restitutio cum actus sit iustitiæ, vt supra cap. 17. nume. 6. dictum fuit, potius respicit nocumentū quam modū nocendi. Dixi.

di. Dixi. *Ab eo cuius hæres est*, quia hæres detractoris, non solum iudicio exteriori, sed etiam interiori tenetur restituere, secundum Adrian. quolib. 11. T. id efficaciter probantem & asserentem, ita mortaliter peccare hæredem qui prædictam compensationem pro defuncto non facit, ac si non solueret alia debita. Dixi, *Condonanti*, quia obligatio restituendæ famæ ab infamato condonari potest, vt S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 1. §. 3. sentit, & eum non referens illud exprimit Adrian. in 4. de Restitut. quæst. 33. quolib. 11. & post hunc Sotus de ratione. tegan. secret. memb. 1. quæst. 3. Tum quia potest quis damnum suorum bonorum condonare regulariter secundum gloss. receptam verb. Restituatur. ca. Peccatum de Reg. iur. lib. 6. & fama est de bonis nostris. Tum quia potest quis remittere, quod sibi debetur in casibus à iure non prohibitis, ex quibus hic nō est, cap. statutum. §. si quid. adiuncta gloss. de Resc. lib. 6. cap. exigit de Censib. eod. lib. per Iocum ab speciali, Contrarium tamen tenet Caiet. 2. sec. q. 73. ar. 2. & in summa verb. Detractio. Io. Maior. in d. dist. 15. quæst. 16. col. 4. & 5. Ad quorum fundamenta responderi potest, primò, concedendo peccatum esse, se ipsum sine causa infamare, & etiam interdum infamiam condonare, sed negando ex hoc casu sequi, eius remissionē nō valere: quia etiā interdum peccat qui amittit sua bona, aut debitū remittit. c. Quid dicā. 4. q. 4. Archid. in c. Sicut hi. 47. distin. eius tamē remissio valet, si aliud nō obstat. Secundò, quod damnum infamæ principaliter tangit infamatum, & minus principaliter bonū publicū, & sufficit cōdonatio eius, ad quē damnū principaliter pertinet c. Quamuis pactum, iuncta gloss. de pact. lib. 6. & gloss. l. De vno, de Re iudicat. cum adductis ibi latè per Hyppol. Nam si mille modij tritici mihi ab aliquo comburantur, non solum mihi, sed etiam Ciuitati damnum fit, & pauperibus qui sibi de eo prouidere emptione, aut eleemosyna potuissent; sed quia ad me solum principaliter pertinet, & ad ciuitatem & pauperes minus principaliter, mea sola condonatio comburentem illos liberat, vt copiosius vbi supra numero 878. & 883. diximus. Opinio tamen Maioris & Caietani posset habere locum in illis quatuor casibus, in quibus supra eodem numero 28. dictum est peccare mortaliter qui sese infamat. Per quæ respondetur ad nouè quæsitum, quod non solum potest condonari aliquando famæ restitutio, ad hoc vt condonatio valeat, sed etiam ad hoc vt condonatio sit iusta, & meritoria, quando scilicet sit iusta de causa, & alijs circumstantijs concurrentibus, cum quibus etiam alterius debiti remissio est meritoria, iuxta gloss. cap. Peccatum de Reg. iur. lib. 6. Dixi, *Alteri*, quia nemo tenetur eam sibi restituere nisi in prædictis quatuor casibus in quibus remissio famæ non valet, & detractio est peccatum mortale.

Ad primum nouè hic quæsitum, an qui se mutuo infamarunt per compensationem à restituendo excusentur? Respondeo negatiue. Tū quia non videtur esse locus in hoc compensationi per dicta Panor. post alios in c. Bona fides de Depos. Tum quia damnum illi illatum, per reciprocam infamiam non tollitur, sicut debitum vnius per debitum reciprocum alterius leg. l. ff. de Compensat. Ad secundum, quod condonatio infamæ factæ petenti generaliter veniā oīum detractio num

detractionum excusat restitutionem earum ad quas verisimilis intentio condonantis extenditur, & non aliarum arg. l. Cum Aquiliana ff. de Transact. Ad tertium, quod infamatus conuersando familiariter cum infamante videtur quidem remittere iniuriam l. Non solum. §. 1. ff. de Iniur. non tamen obligationem restituendi sibi famam quam abstulit, sicut nec alius creditor per conuersationem cum debitore remittit debitum l. Cum de indebito ff. de probat. Dixi, *Cessante causa*, quia sunt aliquot causae ab hac restitutione excusantes, e quibus est iustus timor mortis & salutis, quamuis teneatur ad resarciendum damnum alia via: 47 Quia quatuor sunt bonorum ordines, videlicet, animae, corporis, famae aut honoris, & pecuniae: & bona primi ordinis sunt potiora bonis secundi, & secundi potiora tertij, & tertij potiora quarti, vt in d. Repet. conclus. 4. nu. 217. & sequ. tractauimus; Et nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quamuis sic cum iactura bonorum eiusdem, aut inferioris ordinis, vt singulariter Caietan. 2. sec. q. 62. art. 6. ad 3. & in paruis opusculis lib. 17. Resp. 14. Respon. determinauit. Cuius determinationem in hac traductione supra cap. proximo nu. 89. & sequentibus defendimus aduersum Sotum lib. 4. q. 6. ar. 3. de Iust. & iure.

Ad dubium autem P. Vinc. quod videtur hoc consequi, eum qui suo mendacio fuit causa vt alius perderet maxima bona, excusaretur a restituendo si restitutis eis perderet locum honoris quem habebat in populo ratione diuitiarum. Respon. concedendo sequelam, quo ad talem restitutionem, quae non posset fieri sine tantae falsitatis detectione, non autem quo ad aliam, iuxta c. officij de Poen. & rem. supra cap. 16. nu. 43. declaratum.

Ex eisdem causis est etiam tanta obliuio dictae infamationis, vt periude sit, ac si nunquam dictum fuisset, secundum S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 3. ne pro restitutione famae, renouatio infamiae fiat: quamuis mea sententia, resarcire deberet iudicio boni viri, pecunia, beneficijs, aut laudibus damnum, si quod a tempore illatae infamiae vsque ad eiusdem obliuionem fuerit passus. Addidi, *ac si nunquam dictum fuisset*, quia si qua eius memoria restat, restitui debet. Tū quia singulariter Caietan. in 2. sec. q. 62. art. 2. ad 2. determinauit, eum qui adolescens falso apud aequales iactauit se cum tali puella rem habuisse, & postea senex illius peccati & damni, quod proximo intulit recordatus est, apud eisdem mendacium reuocare teneri. Tum quia difficile est certo scire id in perpetuam obliuionem venisse, cum quod quis vno die non meminit, altero die recordetur. Tū quia interdum tanto firmiter credimus, quanto quis detractionem quam fecit post tot annos, & post tam frequentem confessionem ac communionem non curat reuocare. Addo, quod Caiet. sentit huic moderationi non esse locum, nisi in detectore veri secreti. Nam secundum ipsum impositor falsi, tenetur ad restitutionem non obstante obliuione. Quod durum nobis videtur: deberet enim sufficere saltem querere ab eo apud quem id imposuit: n. m. alicuius delicti, quod de tali dixisset, meminisset? & si responderet negatiue, eum rogaret, ne ob aliquod suum delictum eum peiorem putaret, testans sine aliqua expressione, falsum sibi dixisse. Ex eisdem est etiam diuulgatio eius, quod male detectum fuit.

fuit, facta alia via, quamuis teneretur restituere damnum interiecto tempore a tempore infamiae vsque ad diuulgationem acceptum, vt singulariter sentit Adrian. in 4. de Restit. q. 33. col. penul. & nos probamus vbi supra a nu. 659. & a num. 864. Dixi denique, *in iuste*, ad significandum quod sicut nullus laedens iuste fa- 48 mam alterius; vel suam peccat, ita nec tenetur ad restitutionem non autem ad significandum quod omnis qui detrahit iniuste ad id tenetur, excusatur enim ob praedictas causas: & quoties non dedit iustam causam credendi, vel non fuit ei adhibita fides, vel laesio fuit parua: Vnde non obligatur accusatus de vero crimine secreto, ad restituendam famam quam accusator amisit, eo quod illud non probauerit, si illud confiteri non tenebatur, quamuis negando peccaret. Nec etiam si confiteri tenebatur, si non respondit accusatorem calumniari, sed decipi. Nec quamuis respondeat calumniari, si sibi non credatur, eo quod iudices & alij credunt, accusatorem quamuis intentum probare non potuerit, contra suam conscientiam non accusasse, vt pulchre haec omnia Caietan. 2. sec. q. 62. ar. 2. ad 49 2. probauit. Et contraria communis, Richar. Scoti, & aliorum dist. 15. ar. 5. q. 1. & Scoti q. 4. art. 3. & aliorum in alijs quaestionibus ibidem, procedere potest in accusato qui ad confitendum crimen obligatus, non solum illum negat, sed etiam affirmat suam accusationem calumniosam esse, & id persuadet, quicquid Caiet. vbi supra de hac re subtiliter magis, quam secure disputet. Ad noue hic quaesitum, respondeo, eum qui ad poenam minorem debita a iudice damnatur, eo quod negat veritatem quam tenebatur confiteri, non obligatur in conscientiae foro ad subeundam eam ad quam damnatus fuisset confessam veritate, quia in eo non tenetur ad poenam donec a iudice damnetur, iuxta gloss. receptam in c. Fraternitas 12. q. 21. & Tho. 2. sec. q. 62. ar. 3. pro quibus tex. in §. In hac. Dixi, *Ad poenam*, quia debitum & interesse citra condemnationem, imò & post iniquam absolutionem, debetur; Innoc. cum cummuni in c. Quia plerique, de Immunit. Eccles.

Nec etiam obligatur, qui delicta aliena a se audita otiose absque tamen affirmatione solum refert, quamuis audientes ea credant secundum Adrian. vbi supra eod. tit. sub fin. & Syl. verb. Detractio q. 4. quia non dat eis iustam causam credendi, nisi circumstantia personae vel alia eam iustam efficeret, & nisi referes existimet, aut existimare debeat, quod audientes ea ita credent perinde ac si affirmaret, per rationes positas in d. Repet. nu. 876. Nec qui stulte refert delictum 50 scientibus illud, quamuis tunc de illo non cogitent. Nec quando, qui dicit adeo leuis est, & qui audiunt adeo graues, vt eius dicto nihilo moueantur. Nec quando is in quem dicitur, adeo vilis est, & absque aliqua fama in illa materia; vt nullam notabilem iacturam faciat iuxta Adrian. in dicto quolib. 11. Nec qui peccatum alienum cum tali sui authoris poenitentia refert, vt absque aliqua infamia eum honoret. Nec qui solam occasionem remotam infamiae praebet: vt qui ioco quandam monialem interrogauit, cur filium suum ad fores ecclesiae aut xenodochij exponi fecisset: & illa apud Deum & homines valde queritans, apud aliquos in prauam suspicionem venit. Nec etiam iuxta Sotum lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur. detractor conspicuus, & dignitate antecedens, restituere tenetur

netur famam alicuius hominis infimæ sortis, quia vt ipse ait eum excusat pretiosa famæ amissio quam in eiusmodi restitutione faceret, vt a restituendo aliquo exiguo bono quis excusatur ob magnam iacturam suorum, quam ob id faceret. Quod vt nouum ita videtur durum in praxim deductu, nisi alia iusta cõpensatio fieret, aut õbtineretur condonatio.

De Detectione secreti contra hoc præceptum octauum.

S V M M A R I V M.

- S**ecretum confessionis non reuelandum, etiam metu mortis nisi vno casu, nu. 51.
- Secretum quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis, nu. 52.
- Epistola clausa quæ apertio mortalis, nu. 53.
- Secreta perniciose reuelanda non autem alia, nu. 54.
- Confessio, quæ multis videtur & non est sacramentalis, nu. 55.
- Correctio fraterna quando non necessaria, nu. 56.
- Fama proximi seruanda quando aliter ipse potest seruari, nu. 56.
- Reus qui crimen debet confiteri, & confitendo non peccat, nu. 57.
- Reus qui consortes detegere debet, nu. 58.
- Confessarius quos reos se & consortes reuelare iubebit, nu. 58.
- Iudex qui reum de se & consortibus interrogando, & torquendo peccat, nu. 59.
- Secretum nulli noxium etiam iudici iubenti non reuelandum, nu. 60.
- Detectio mali proprii, & neglectus famæ quæ mortalis, nu. 61.
- Secreti detectio etiam interrogati a iudice quæ mortalis, nu. 61.
- Secreti promissi detectio peior quàm non promissi, nu. 62.

51 **M**agesimo sexto peccat, qui confessarius, vel quicquid alius detegit aliquod peccatum, quod iuste aut iniuste medio confessionis sacramentalis didicit, quamuis sit veniale absque facultate iusta de causa a pœnitente facta. Et consequenter etiam interpret confitentis lingua confessario ignota. Et laicus cui aliquis in extrema necessitate confitetur, & doctor à quo consilium de confessis petitur: Et qui se confessarium finxit quo alicuius peccata nosceret, etiam si tormentis adactus & quilibet maximo metu mortis id fecerit. Quia omnes isti obligantur ad subeundum potius mille mortes, quàm id facere, vt prædictus Doctor lib. de ratione regen. memb. 3. q. fi. dixit, & nos ante ipsum copiose in c. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. a n. 116. vsq; ad n. 163. & post ipsum in d. Repet. cõclus. sexta. n. 559. scripsimus.

52 Pro cuius & aliorum declaratione dico. Primò, quòd secretum in genere definiri potest, esse id quod a nemine, vel a tam paucis scitur quod neque est famosum, neque notorium, ex mente S. Tho. 2. sec. q. 70. art. 2. ad 2. & eiusdem & Scoti in 4. dist. 21. ibi receptorum. & Caiet. 2. sec. q. 11. ar. 3. Secundò, quòd diuiditur in secretum quod de se ab vno solo sciri potest, quales sunt soli & omnes actus

nes actus interiores animæ hominis: & in secretum quod de se a plurimis sciri potest, qualis est omnis actus exterior, qui non est famosus nec notorius: Quod rursus diuiditur in tres species. Prima, quæ de se sine vlla promissione, scientem obligat ad se celandum regulariter, quale est omne occultum, cuius detectio noceret animæ, corpori, honori, vel famæ, vel fortunis alicuius. cap. Si peccauerit 2. q. 1. & notata in c. Qualiter & quando 1. de Accusat. Secunda est, cuius celatio a sciente expressè vel tacitè promissa est. Tacitè promittitur, cum id colligitur ex modo dicendi secreto, nulla de celando expressa promissione facta, vt doctor Subtilis vbi supra sentit. Tertia, ad quam celandam lex diuina positua confessionis sacramentalis obligat, de qua supra cap. 8. numero 2. Tale est omne peccatum sacramentali confessione detectum. Tertiò, Dico, quòd vnum & idem secretum potest esse harum trium specierum, puta peccatum secretum, confessum confessario. Est enim primæ, quia est peccatum secretum: secundæ, quia eius celatio est promissa saltem tacitè. Tertiæ, quia lege euangelica eius celatio præcipitur. Vnum item & idem duarum specierum tantum, vel vnius tantum, vt de se patet. Quartò, quòd prima species secreti præcipitur a lege naturali generali de non nocendo proximi animæ, corpori, honori, vel famæ, aut fortunis, quæ decerpitur ex septem præceptis secundæ tabulæ Decalogi Exodi 20. Ex illis enim omnibus colligitur directè vel indirectè, lex generalis & naturalis de non nocendo proximo aliquo modo. Quintò, quòd tertia species magis obligat, quàm aliæ duæ, quia obligat quotquot illud directè aut indirectè sciunt, sub pœna peccati mortalis, in omnibus casibus, vno solo excepto, scilicet, quando pœnitens iusta de causa illius detegendi facultatem facit, vt in d. cap. 8. diximus, & in d. cap. Sacerdos a numero 30. latè probauimus. Et secunda magis obligat, quàm prima, quia obligat in omnibus casibus in quibus prima, & aliquot alijs. quia qui promissit seruire secretum, ex quo seruato graue damnum alteri non inferitur, non debet detegere illud etiã præcipiente superiore. At prima species non aequè obligat: quòd enim quis scit aliter quàm per secreti commissionem, tenetur reuelare superiore præcipiente, etiam si ex eo seruato nullus laderetur, secundum Thomam secundam secundæ, quæstione 70. ad secundum. Verum est tamen quòd promissio seruandi secreti parui momenti non obligat, nisi ad summum ad veniale, vt rectè Caietan. dixit in dicto articulo primo. Sicut nec secretum de occultis parui momenti, & venialibus obligat ad maius: Non enim magis pecco detegendo risum tuum immoderatum veniale secretum mihi dictum, quam si eundem secreto a te suscipere detegerem, secundum eundem. Sextò, quòd omnis detectio peccati confessione sacramentali detecti, aut per eius medium sciti, est peccatum mortale, excepto casu prædicto, siue illud secretum sit, siue publicum, siue graue, siue leue, secundum omnes. Quamuis interdum sit mortale triplici ratione, vt cum peccatum detectum est occultum & graue, quia eius celatio, est tacitè promissa. In terdum duplici, vt cum est publicum & leue; Interdum vna tantum, vt cum est leue per prædicta, veluti quòd peccatum confessum est parui momenti, aut publicum; tunc enim nõ est peccatum mortale, nisi per legem

gem dininam & canonicam, quamuis sit veniale ob eius secretum tacite a confessario promissum. Vnde videtur quod confessarius qui reuelaret peccatum graue, teneretur confiteri circumstantiam predicti duplicis vel triplicis vinculi, si adesset, per predicta supra cap. 6. Septimo, quod detectio secreti aliarum duarum specierum etiam est mortalis, nisi fiat in casu a iure permisso, aut res si tam parui ponderis, quod eius detectio nemini notabiliter noceat, & absque intentione notabiliter nocendi fiat: quia quamuis id obuet legi naturali predictae de non nocendo nec reuelando malo secreto, vel secreto commisso; propter tamen paruitatem damni desinit esse mortalis, sicut mendacium etiam est contra illam, & non est mortale, nisi sit notabiliter nocens, vt dictum est supra eod. numero 2. Et furtum paruae rei contra legem quidem naturalem est leg. 1. ff. de furt. non est tamen mortale per predicta supra cap. proximo numero 2. Ratio autem quare detectio peccati etiam leuis confessi sit mortalis est, quia licet per eam parum laedatur proximus, plurimum tamen laeditur sacramentum confessionis, & publica vtilitas, quatenus retrahit poenitentes a confitendo, ne confessa peccata publicentur. Quae colligitur ex cap. Si diligenti, & notatis ibi de foro Comp. Oportet autem, vt sciatur secretum esse parui ponderis, ad hoc vt eius detectio non sit mortalis, quia si probabiliter dubitetur, an sit grauis ponderis, mortalis esset. arg. c. Si quis autem, de Poenit. dist. 7. & eorum, quae ibi late tradimus.

53 Vigesimo septimo, peccat mortaliter qui referat, aut legit literas obseratas, aut scripturas alienas, quae in secreto obseruabatur, animo laedendi aliquem notabiliter, vel laedendo, aut aduertens, vel aduertere debens, quod inde posset notabile damnum sequi, per predicta supra eod. cap. nu. 2. nisi ex consensu expresso aut tacito eius a quo vel cui mittantur, id faciat, aut de autoritate legitima, arg. l. Iuste. ff. de Acquir. possess. vt tempore belli Praefecti finitimis hostium locis eas referant. Praelatus item & Praelata eas quae suis monachis, aut ab eis mittuntur c. Non dicatis 1 2. q. 1. Peccat autem, sed non nisi venialiter, qui aperit sine consensu, imprudenter, putans eas ad se missas, aut ob curiositatem, sine vlla intentione nocendi notabiliter, & sine vlllo nocumento notabili, aut periculo probabili eius inferendi, sola causa sciendi noua, vel captandi risum ex barbara compositione, aut ex eleganti voluptatem. Quia id non est contra charitatem Dei & proximi necessario habendam: Peccaret tamen mortaliter si id faceret cum predicta intentione, vel predicto nocumento, aut periculo certo vel probabiliter dubio nocendi: quia est falsarius, vt ait glo. approbata c. Cum olim, de offic. deleg. & quia vitur re aliena contra voluntatem domini, & ita admittit furtum leg. 1. ff. de furt. §. Placuit In situ. de oblig. quae ex delicto. & per alias rationes, quas scripsimus in d. cap. Sacerdos. Nec obstat, quod haec ratio videtur idem concludere in casu proxime praemisso, quia in illo paruitas, vel (vt ita dixerim) nullitas damni excusat a mortali, vt in quacunque alterius praeccepti materia, iuxta dicta in cap. 1 1. nu. 7. Adde his illud quotidianum S. Antonin. 2 part. tit. 1. cap. 2 2. §. 5. singulariter afferentis, inimicum mittentis, vel eius cui mittitur, Epistolam absque aliquo peccato refe-

cato referare posse, si per illam aliquod damnum sibi parari iuste timet. Quod videtur habere locum etiam quando probabiliter timetur datum iri per eam aliquod damnum iniustum alteri, & quo illud impediatur illam resignat, arg. ca. Non in inferenda & eorum, quae ibi congerimus 2 3. q. 3. Cauendo tamen, quoad eius fieri poterit, nec cui vllum damnum iniustum inferatur, arg. cap. Cum cessante, de Apellat.

Vigesimo octauo, qui secreta in iniustam aliorum perniciem non vergentia ciuitatis, consilij, aut exercitus ad eorum magnum damnum reuelat, etiam si metu tormentorum, aut amissionis vitae id faciat, per predicta. Vnde sequitur Hispanum a Gallo in bello captum; quantalibet tormentorum vi torqueatur, non posse salua conscientia secreta iusta exercitus Hispani, ad ipsius conseruationem necessaria detegere, nec contra, Gallum Hispanis secreta exercitus Gallicani. Nec illum, qui delictum alienum secretum violenter sciuit, vt idem predictus Doctor singulariter affirmat: Quamuis hoc, & quod de secretorum testium litigantium detectione nullis tormentis facienda dixit, moderanda nobis videntur, vt solum procedant, in damno irreparabili, vt quia mors, vel mutilatio membri sequeretur, non autem quando sola poena pecuniaria, vel alia ex illis, quae facile a detegente reparari potest timetur, vt ibidem nu. 583. inuimus. Dixi, In iniustam aliorum perniciem non vergentia, nam talia reuelari possunt, exemplo illius prudentissimi & fidelissimi Chusai qui consilia Absalonis pessima Dauidem admonuit 2. Reg. cap. 17. & Elisei, qui iniqua secreta Regis Syriae Israelis Regi denunciauit 4. Reg. cap. 16.

Non enim peccat, imo bono fungitur officio, qui denunciat cui, quando, & quo oportet, peccatores, peccata, & stratagemata damnosa Reip. aut proximo; quia hoc iure potest & debet fieri, vt latius in d. c. Sacerdos nu. 1 4. & seq. probauimus per cap. Non in inferenda 2 3. q. 3. & §. 1. dist. 83. c. Quanta, de sent. excō. & c. Ipsa pietas, 2 3. q. 4. & alia, de quibus est c. Praeterea 2. de spons. quatenus habet, eum qui scit aliquem rem habuisse cum consanguinea eius, quam vult ducere, teneri denuntiare, quo iniustum matrimoniū & peccata, quae ex eo orirentur impediuntur. Quae etiam procedunt in presbytero: potest enim etiam ille prodiciones, homicidia & alia delicta parata denunciare absque periculo irregularitatis ob id incurrendae, modo protestetur, se solum facere ad cauenda mala quae imminent, vt sine sanguinis effusionis poena impediuntur, vt pulchre Caiet. 2. sec. q. 3 3. ar. 7. probat. Pro quo sunt c. Episcopus, ne Cleri, vel Monach. lib. 6. & c. Prelatis, de homicid. eod. lib. licet protestatio solum videatur necessaria quo ad forum exterius; per dicenda infra cap. 27. Presbytero inquam, etiam iurato seruare, & non detegere illa secreta secundum Inno. recept. in ca. Qualiter 1. de Accusat. Panor. in c. Dilecta de Excess. Prelat. & alios alibi, modo illa aliter quam per confessionem sacramentalē nouerit. Per eam enim sola cognita in nullo mundi casu detegi possunt, iuxta cōem & verā opinionē; quā copiosē in d. c. Sacerdos a nu. 1 1 6. ad 1 5 1. probauimus, excepto vno de quo ibi & supra proxime nu. 5 1. & capit. 8. nume. 17. diximus. Dixi, Sacramentalē, quia oportet esse talem, per quam poenitens verē confiteatur peccata sua, non enim sufficit dicere, hoc tibi

tibi dico in confessione iuxta Innoc. Panor. & communem, in cap. Omnis, de Pœnit. & remiss. etiam si genibus flexis, & signo crucis fronte signata, id fiat, absque proposito confitendi peccata & absolutionem accipiendi. Quia talis detectio non est sacramentalis; nec maiori secreti vinculo obligat quàm aliud extra cōfessionem detectum: vt rectè determinat Sotus vbi supra, memb. 2. q. 7. ar. 1. & ante ipsum clarius & firmitus Caiet. 2. sec. q. 70. ar. 1. quem ille non refert, cuius rei ignorantia multi grauius errant, & eis quibus detegunt, ingerunt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denunciandis fertur excommunicatio, vel vt testes coram iudice sistuntur, vel vrgentur necessitate denunciandi, eo quòd sunt Reipub. aut proximo perniciofa.

56 Aduertendum tamen, quòd detectio peccati occulti etiam alteri perniciosi, non licet, nisi fraterna correctione præmissa iuxta illud Math. 18. Si peccauerit frater tuus, relatum in cap. Si peccauerit. 2. quæstio. 1. & in ca. Nouit de Iudic. præsertim si ea sciens probabiliter credit, suis precibus, & admonitione secreta, illa impeditum iri secundùm S. Tho. 2. sec. q. 33. ar. 7. receptum communiter. Diximus, *Probabiliter credit*, alioqui enim posset & deberet statim iudici denunciare. Ex quo sequitur in proditiōibus contra Reip. paratis, & hæresibus ad docendum alios directis rarò fraternam admonitionem secretam necessariã esse, rarò enim quis probabiliter credere potest, proditiōem & hæresim sola monitione omnino cessaturas. Aduertendum item, quòd tunc demum oportet denunciare personas & delicta, quando ad occurrendum imminentibus malis id esset necesse. Quia si sufficeret generalis admonitio, quòd aliqua mala parantur, non esset facienda declaratio specialis, & si sufficeret sola specialis delictorum, non esset facienda personarum, vt S. Thom. quodlib. 1. 1. ar. 1. 2. determinauit, & nos latius in d. c. Sacerdos nu. 14. & seq. scripsimus, vbi multis rationibus probauimus, seruandam esse famam proximi, quoties sine illius detrimento, eius animæ mederi possumus. Aduertendum item, quòd sicut bene facit, qui fraterna correctione præmissa, bono animo crimen occultum ecclesiæ denuntiat, (Quia quamuis sit qui defendat, correctionem fraternam non esse lege diuina speciali præceptam, nemo tamen ferè est qui neget, eam lege generali charitatis præceptam) ita, qui malo animo id facit, verus coram Deo detractor est, secundùm Thom. vbi supra ar. 2.

57 Vigesimo nonò, qui reus secundùm iuris ordinem interrogatus, sua delicta secreta graua non confitetur, & contra qui confitetur illa contra iuris ordinem interrogatus, secundùm mentem omnium. Dicitur autem interrogatus secundùm Iuris ordinem semper & solùm, quando tria concurrunt. Primum, quòd iudex interrogans sit competens, Secundum, quòd delictum sit probatum plenè, vel saltem semiplene, hoc est saltem per vnum testem omni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollètia, vel per infamiam plenè probatam. Tertium, quòd sit notificata illi huiusmodi probatio, vt sciat in quo statu est, vt colligitur ex Thom. 2. sec. q. 69. ar. 1. & 2. & Caiet. ibidem cum pulchrè declarante, quos vbi supra etiam latius muniuimus per cap. Quando vers. Non tibi dico, vt te prodas, de Pœnit. dist. 1. & cap. Si omnia. 6. quæst. 1. & cap. 2. de Maiorit. & obed. &

obed. & c. 2. de confess. & alia quibus probatur, neminem se debere prodere, & quemlibet scientem se iam proditum per semiplenam probationem debere iudici præcipienti vt fateatur parere.

Trigesimò, qui reos confortes suos occultos non detegit, in quibus casibus id facere debet, aut contra detegit, quibus non debet: regulariter autem non debet, sed solùm in casibus expressis & notatis in cap. 1. de Confess. leg. 1. C. de Custod. & exhib. reor. leg. final. ff. ad exhib. leg. Latrones leg. Diuus Adrianus ff. de Custod. & exhib. l. Prouinciarum, C. de ferijs & l. 4. §. Mandatis ff. ad l. Iuli. pecu. de quibus est crimè falsæ monetæ leg. 1. C. de fals. monet. & maleficij. leg. final. C. de Malef. & Mathe. proditiōis leg. penul. & fina. C. ad leg. Iul. Maiest. & hæresis cap. In fidei fauorem de hæretic. lib. 6. Addo, quòd Rei, qui contra se confessi sunt etiam non interrogati debent declarare locios, quos iustè credunt præteritorum non pœnitere, imò paratos esse ad noua, cum magno dano publico aut priuato committenda, nec per euangelicam correctionem correctum iri, quales sunt regulariter latrones, nummorum falsarij, hæretici, stryges, fascinatores, & alij similes per dicta in d. Rep. c. Inter verba nu. 626. Quinimò cōfessarij eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denuncient, vt particulariter dixit Sot. de ratio. tegen. memb. 2. q. 6. pag. 17. quod si nò fecerint, nostra sententia, ita peccant hi nò admonendo, & absoluendo ac illi non denunciando; absoluunt enim impœnitentes contra ius diuinum & humanum. c. Pœnitentia 1. & 2. de pœnit. dist. 3. c. Peccati venia, de Reg. iur. lib. 6. & cap. Legatur, 24. q. 2.

Trigesimoprimò, qui iudex interrogat reum de se ipso, vel de confortibus suis præter iuris ordinem, quia iniuste dat causam notabilis infamiæ proximi, dum extra potestatem suam inquit contra l. fina. ff. de Iuris. d. omni. iudic. & c. 2. de Const. lib. 6. Idem si contra omittit interrogare cum debet, secundùm eundem iuris ordinem, quia præiudicat notabiliter Reip. cuius interest delicta puniri l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquil. c. vt famæ de sent. excõ. Quis autem ille sit iuris ordo, secundùm quem debet vel non debet interrogare reum de se, in præcedenti modo peccandi dictum est. De confortibus autem, non debet interrogare nisi in casibus a iure expressis, & in illis non nominatim, an sint illi, aut illi, sed generatim, an sint aliqui, & quòd doceat reum si videt eum nescire, aut faciat facultatem ei consulendi confessarium an teneatur, & quos reuelare: Alioquin enim, non auderem excusare illum a peccato mortali, præsertim si id faciat persuasus iustū esse per fas aut nefas detegere crimina, & quocumque modo seueri iudicis atque executoris famam sibi comparare, contra l. Respicendum ff. de Pœnit. cogendo reos ad benè vel malè detegendum omnes suos socios, etiam iam coram Deo emendatos, etiam si nulla fama neque indicium sit contra illos. Et minus excusare auderem eum qui tormentis cogit reos ad reuelandum socios etiam in casibus in quibus interrogare permittitur, quando nulla fama neque indicium nec præsumptio legitima dicat, eos habere socios, vt rectè Salic. in l. fin. q. 2. C. de Accus. concludit. Neque eos qui in Castella & Italia torquent reos de suis delictis conuictos testibus, vt cõfiteantur, quo beneficium appellationis amittant, contra communem Theologorum & Iurisperitorum sententiam, nisi

Cap. Decimooctauum de octauo precepto Decal.

cum adeo clarè sunt conuicti, quòd in conscientia tenentur confiteri, & iustè iudex præsumit ob solam malitiam differendi iustitiam eos pernegare, vt latè in d. Repet. c. Inter verba. conclus. 6. nume. 77. scripsimus, limitando communem in hoc casu.

60 Trigesimosecundò, qui peccatum sibi secretò communicatum, quod non vergit in graue damnum alterius, etiam iudice competenti præcipiente reuelat secundùm Tho. 2. sec. q. 69. ar. 2. Imò etiam quando vergit in damnum alterius, si alia via potest illud excusari. Quin & quando alia via excusari non potest id solùm est detegendum, quod remedio est necessariù. Nam dictum S. Bonau. qui contrarium videri potest alicui sentire, reducendum est ad prædicta.

61 Trigesimotertiò, qui Episcopus aut alius Prælatu, aut publica persona ad aliorum saluti prouidendum constituta, se ipsum infamat, aut se notabiliter infamantibus non resistit, aut modestè suæ famæ restitutionem non petit, secundùm Thom. Quol. 10. ar. 12. Licet alij religiosi, quibus sola propriæ salutis cura est, iustè possint ferre patienter, quatenus eos tangit, nisi charitas Dei, aut proximi contrarium requirat. Magis enim quandoque prodest proximis alacris patientia falsæ infamæ, quàm eius contradictio. Nec ob id propriam famam negligunt, cum eam Deo offerant, vt tentit Tho. vbi supra & explicat Caietan. in summa verb. Famam propriam. Dixi, *Nisi charitas & cæt.* quia sicut quiuis religiosus licitè curam de sua fama habere potest, & eam tueri, ita si degit inter personas ad se imitandum paratas, secus faciendo peccaret grauiter iuxta gloss. receptam in cap. Semel Christus, de Consec. distin. 2. per dictum cap. Nolite, & cæt. Non sunt audiendi 11. quæst. 3. & a fortiori si se ipsum infamat. arg. cap. Si non licet, 23. quæst. 5.

Trigesimoquartò, qui interrogatus iuridicè in visitationibus de peccatis publicis, aut satis generaliter de peccatis nulla expressione facta de occultis, aut iniuste facta expressione de illis, reuelat occulta siue ipsi fuerint secretò detecta, siue ipse viderit ea in secreto fieri, si non erant preparationes ad alijs nocendum, aut si denunciat quæ probare non potest, iuxta illud Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commissum, relatum in cap. Qui ambulat 5. q. 5. Thom. 2. sec. q. 70. ar. 1. quod quatuor decretis & alijs confirmamus in Rep. ca. Inter verba. 11. q. 3. conclus. 6. nu. 778. Tum quia quamuis iuret se dicturum quod scit, vere respondere potest se illa nescire absque periurij metu, intelligendo intra se, illud se non ita scire, vt detegere teneatur, Henric. de Gadauo, Quol. 9. in Princip. Adrian. in 4. de Correct. frater. S. Ostensis col. 6. quicquid dicant Genesius a Sepulueda & Sotus per ea quæ ipsos referens dixi vbi supra a numero 766. & numero 801. quod neruolius postea confirmaui, in cap. Hamanæ aures 22. q. 5. Tū quia qui iurat dicere quicquid scit, intelligitur iurare dicere, quod licitè potest & non amplius, arg. cap. 1. de Iureiur. lib. 6. & l. Si procurator ff. de Cond. indeb.

62 Trigesimoquintò, qui secretò sibi commissum diuulgat, aduertens aut aduertere debens inde sequuturum alterius notabile damnum, aut notabilem discordiam, licet non sit expressè rogatus, nec promiserit secretum, etiam si erat tale, quod

Cap. XIX. de Nono præc. Non concu. & cæt. 234

quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen, eius secretum promiserit, & poterat subesse aliqua ratio, ob quam illud roganti notabiliter conueniebat celari. Quamuis solùm sit venialis detectio secreti: quam constat nemini notabiliter nocituram, vt rectè Caiet. 2. sec. q. 70. ar. 1. resoluit per supradicta & in c. Sacerdos, de Pœnit. dist. 6. ad nume. 30.

Caput Decimumnonum de Nono Præcepto. Non concupisces uxorem proximi tui. & cæt.

S V M M A R I V M.

Concupiscentia inordinata rei notabilis mortalis est. nume. 1.
Ludus quid, & duplex, & quis venialis, nu. 2. & quis mortalis, nu. 4.
Ludus causa principali lucrandi, negotiatio. & communiter mala, nu. 2. sed non mortalis, etiam si nitatur fortuna ex sola circumstantia nimietatis, loci, temporis, vel persona, sine scandalo, vel alia legis transgressione. nu. 3.
Ludens ludo vetito sibi lege, ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel coacto, vel dolo, mortaliter peccat, nu. 5. & 12.
Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale, nu. 6.
Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum, prohibitus, nu. 7.
Ludus omnis etiam industrie principaliter ob lucrum, saltem venialis, nu. 7. & 8.
Lusus de se nullus laico mortalis, & quis ei gloriosus, nu. 11.
Ludere quis dicatur coactus, nu. 13.
Ludi spectator clericus magis peccat quam laicus, nu. 14.
Ludentium susceptores & cæt. vt peccant, nu. 15.
Peccantium ministri quando peccant, nu. 16.
Ludens dissimulans peritiam, fallens, & non monens, vt peccat, nu. 17.
Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc & cæt. nu. 17.
Iurans soluere perditam, quid faciet, nu. 17.
Promissio reciproca siue scommessa, vel Apuesta quæ licita, nu. 18.
Ludo quaesita non restitucnda, nisi & cæt. & quæ cum perditis cõpensanda, nu. 18.

DECCAT Primò mortaliter contra hoc præceptum, quicumque inordinatè contra iustitiam concupiscit aliquid notabile. Dixi, *Inordinate*, quia qui concupiscit ordinatè, per emptionem, permutationem, hæreditatem, aut alium iustum titulum, non peccat. Dixi, *Contra iustitiam & notabile*, quia qui concupiscit inordinatè contra solam liberalitatè, vel parum contra iustitiam, solùm venialiter peccat, per citata in addit. c. Quando, de Cõsec. dist. 1. nu. 292. & supra in c. 11. nu. 4. & c. 17. nu. 2. iuxta mentem S. Tho. 2. sec. q. 59. ar. 4. & q. 168. ar. 3. explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic solùm agimus de transgressione huius præcepti, per ludum, & iocum, quia de

G g 2 alijs

2 alijs supra c. 17. actum est, pauca de illis præmittimus. Primò, quod ludus & iocus, est actus principaliter factus ad recreandum animum, per voluptatem secūdum Arist. 4. Ethic. & S. Tho. 2. sec. q. 168. ar. 2. Qui cum sit factus, appellatur ludus, cum verbis, iocus: Et est duplex, bonus & malus, bonus est, qui fit ad honestam animi recreationem, sine vlla mala circumstantia: ex quo frequentato generatur habitus & consuetudo honestè ludendi, & iocandi, qui est virtus, quâ Arist. vbi supra Eutrapeliam vocat: Et quia omnis virtus moralis, inter duo vitia extrema excessus & defectus interiacer, iuxta eundem & gl. sing. in §. Hæc quæ, de Pœnit. dist. 2. sub c. Charitas 3. Ita hæc interiacer inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abstinendi, vt in d. q. 168. ar. 3. & 4. probat Tho. Longe tamen frequentius peccatur per excessum quam defectum: quia ludo & ioco æque parce condienda est vita, ac sale cibi, iuxta Cicer. 1. offic. receptum. Secundò, quòd ludus, & iocus malus est, qui lege vetatur: vel circumstantia mala vestitur, vt plurimum autem, & suo genere est venialis. Quis autem
3 sit mortalis, infra dicetur nu. 4. Tertiò, quòd ludus exercitus principaliter animo lucrandi, potius est negotiatio, quàm ludus, vt ex supradicta diffinitione colligitur, quæ negotiatio ferè semper mala est. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dandum, vt ait Aristotel. Tum quia per eam, quis assuescit bonis aleæ subijciendis, & multum temporis terere. Tum quia est occasio, vt coniuges, liberi & famuli parui faciant damna bonorum, & custodiam eorū, cum maritum, fratrem, aut herum, vno aleæ iactu, tantam bonorum iacturam facere videant. Tum quia paucissimi aut nulli per eam ditescunt, imò per eandem multa mala & vitia imbibuntur, vt Host. admonet in summa, de excess. Prælar. Dixi, *Fere*, quia finis prouidendi necessitati, cum probabili credulitate lucrandi a diuite, vel preces, aut iussus amici, aut superioris diuitis, possent quandoq; huiusmodi ludum, & negotiationem honestare, arg. eorum quæ ait Tho. de mercatura 2. sec. q. 77. ar. 4. Quartò, quòd ludus non sit mortalis ex sola circumstantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam notabile ab eo, qui donare potest, vt probat Caietan. 1. sec. quæstio. 168. art. 3. & in summa verb. Ludus. Neque etiam ex nimio, & ardenti ludendi apperitu, nisi cum extenditur ad alicuius legis, (quæ obligat ad mortale) violationem. Qualis est eorū, qui noctes in dies, & dies in noctes vertentes, missas præceptas omittunt, aut subeunt periculū amissionis bonorū, sine quibus nequeunt sustentare vxores, liberos, ac reliquā familiā sustentandā de præcepto, aut debita statuto tempore soluere, aut putantur inepti ad munera bellica & ciuica Reipub. eis ad illa notabiliter egentis, & timentis ne pecuniam ad ea necessariam eis datam ludo perdant, simul & deplorantis eorū vicem, quòd cum sint alijs rebus egregie agendis apti, ob hanc vnā rem ad id reputantur inepti. Neq; etiā ex circumstantia loci sacri, quia nullo id iure cauetur, nisi cum specialiter talis in eo ludus prohibetur, qualis est comædia rerū profanarū c. Cū decorè, de vit. & hon. aut nisi fiat cū notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ. c. Decet §. Cessent de Immu. Eccl. lib. 6. Imò sine vilo peccato, & cum merito potest quis in eo ob honestam causam ludere, puta, quo infimus, qui illic est recreetur, quo otium pellatur, aut solatium capiant milites,

milites, qui eum tempore belli custodiunt, quamuis sine vlla iusta causa id ibi facere, sit saltem veniale iuxta Caiet. in d. q. 268. ar. 3. Neque ex circumstantia personæ. Nam sine vlla culpa etiam veniali clericus & monachus interdū etiā talis & chartis lusorij ludere potest ob honestam causam, puta ad excitandum vel recreandum socium ægrotum ea re indigentem, modo non frangat legē vllam ad mortale obligantem, de qua infra nu. 6. Neque ex circumstantia temporis, quia quamuis peccatum sit totum die festum in ludis præsertim operosis consumere, quales sunt ludus pilæ, prælij vmbrales, & similes; mortale tamen non est nisi missa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur. Neque ex eo, quòd potius fortuna & euentu, quàm industria nitatur, nisi alioqui lege prohibeatur: quia imò ludus, qui in quantum talis de relaxationem animi fit, tanto aptior est, quanto magis fortunæ, quàm arti & industriæ nititur, quia intensionem animi magis remittit, Et ita contra vulgi opinionem, omnium ineptissimus est Ludus Latruncolorum, quem Itali scacchorum, Hispani verò Axedrez, & Galli Eschez vocant. Quia is minus quàm alij animū relaxat, quamuis magis liceat, quàm aliquot alij, qui lege prohibentur, iuxta Glo. receptam in Auth. Interdicimus, de Episc. & Cler. & gloss. c. Clerici 2. vbi Panor. & alij de vit. & honest. cleric.

Secundò, Peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui ludit cum irreuerentia notabili Dei, vel dictis & factis in se mortalibus, vel mortali circumstantia vestitis. Dixi, *Irreuerentia Dei*, ob c. Cum decorem de vit. & honest. cleri. & c. Decet §. Cessent, de Immunit. Eccl. lib. 6. & concil. Trid. sess. 4. §. si. quod grauissimè in hæc ferè verba prohibuit. Ne quis vllis sacræ scripturæ locis vtatur, ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiā famosos. Dixi, *Vel dictis &c.* ad includendos ludos impudicos, & alios de se mortiferos, arg. c. Nec solo 33. q. 5. & trad. a Tho. 2. sec. q. 154. art. 4. Dixi, *Vel mortali circumstantia vestitis*, ad includendos ludos qui fiunt cum notabili scandalo, aut cum notabili alterius nocumento vel periculo eius probabili, arg. c. Nihil, de præscrip. & c. 1. de Tornea. & c. Ad audientiam, de homic. & ad excludendos ludos, qui fiunt cū circumstantijs animi principaliter lucrandi, nimietatis ardoris, & auiditatis ludendi, sacri loci, temporis, vel personæ; sine prædicto scandalo & nocumento & periculo, & transgressione alterius legis ad mortale obligantis: hi. n. licet vt plurimum sint mali, non tamen sunt ob hoc mortales per proximè dicta.

Tertiò, Peccat mortaliter, quicumq; ludit rem notabilem ludo prohibito si sibi lege obligante ad mortale: vel ludo licito cum eo qui donare non potest, vel a potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, *Quicumque*, ad includendū et laicos mares & feminas; quia licet hos non obligent oēs illæ leges, quæ obligant ecclesiasticos, obligant tamen leges naturales & diuine, & etiam in aliquibus terris humana: vt infra dicam. Dixi, *Notabilem*, quia paruias excusat a mortali, vt supradictum est cap. 11. num. 3. & alijs sæpe. Dixi, *Ludo prohibito*, quia non prohibito ludere licet vt dictum est nu. 2. & quamuis fiat frequenter malus ex circumstantia intentionis solum la-

erandi, nimietatis, & temporis, loci, vel personæ sacrorum, non tamen sit mortalitatis, nisi concurrat aliquid aliud, per dicta n. 4. Dixi, *Sibi*, quia multis prohibetur aliquis ludus, qui non prohibetur alijs. Nam multis interdicitur voto, iuramento aut statutis collegiorum & Cœnobiorum aliqua genera ludorū, quæ alijs non ita vetantur. Dixi, *Lege obligante &c.* qualis an sit vlla humana iuris communis, quæri potest, & responderi primò, lege obligante, saltem ad veniale, prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nititur casu & fortuna, quàm industria & arte, quo luditur ob lucrum principaliter c. Episcopus. 35. dist. & l. 1. ff. de aleæ lusu. & aleat. & auth. Alearū vsus. C. de Relig. & sump. funer. & c. Clerici. 2. de vita & hon. cler. Quibus omnibus tam laicis quam clericis interdicitur ludus aleæ in vniuersum; per quem significatur omnis ludus, principaliter nitens sorte aut casu, quàm industria & arte ex mente omnium: de quibus est ludus ad tabulas per d. auth. Interdicimus C. de Episc. & cler. & §. Interdicimus. auth. de S. Episc. coll. 9. vnde illa sumitur, qui licet multum nitatur industria, magis tamen fortuna: De quibus videntur etiam esse ludi chartarum lusoriarum, quorum aliqui magna quidem industria nituntur, sed maiori fortuna. Dixi *Quo luditur ob lucrum principaliter &c.* ad excludendum eum, quo potius causa honestæ recreationis, quàm lucri paruo tēpore luditur; vt quo a prandio vel cœna luditur causa solarij, nullius rei pecuniariæ lucro proposito, vel solùm alicuius esculenti vel poculenti, quod bis lucrifacitum semel soluatur, vel spiritali lucro precum aliquarum pro vincente a victo dicendarum. Tum quia id permittitur per l. Quod in conuivio, ff. de Aleæ lusu iuncta gloss. eius, & gloss. d. cap. 1. 35. dist. & gloss. l. Si tibi §. 1. ff. Quarum rerum actio non dat. Tum quia ratio legis, quæ tales ludos vetat, est refrænare auaritiā, quæ cessat in prædictis, & per consequens ipsa lex iuxta l. Adigere, §. Quamuis, ff. de iure Patron. & cap. Suggestum, & cap. Meminimus de Appell. & theoriam Panor. super eis positam & receptam. Secundò dico, quod simili lege prohibetur etiam ludus industria & arte potius quàm fortuna nitens, quo æquè vel principaliter luditur causa lucrandi, quàm relaxandi animum. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinatæ, sit vsus in alium ferè semper contrarium, quia ludus ad honestam animi recreationem inuentus, vertitur in negotiationē turpem, eandemq. intendentem & fatigantem ipsum contra c. fin. de verbo. sign. l. Legata inutiliter, ff. de Alim. legat. Tum quia dicta Auth. Alearum permittens quatuor genera ludorum industria & arte magis quam fortuna nitentium, vetat ne præmium maius, quàm vnus solidi proponatur vincenti, tacite prohibens, ne principaliter auaritiæ causa ludatur etiam ludo permisso, tacite etiam limitans l. 2. ff. de Aleæ lusu, quæ permittit ludi pecunia saliendo, currendo, ludando &c. qui sunt ludi magis industria quàm fortuna nitentes, ad pecuniam vnus tantum solidi. Tertio quòd lege etiam ad mortale obligante prohibentur monachi & clerici beneficiarij vel in sacris ordinibus constituti ludere huiusmodi ludis aleæ siuæ fortunæ illicitis notabilem quantitatem, præsertim de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum. Tum quia prædictam iustam legem

legem canonicam transgrediuntur. Tum quia præfatum cap. 1. 35. dist. & c. inter dilectos, de Excess. Prælat. iubent clericum ob aleæ lusu deponi ab officio vel beneficio, quod mortalem culpam præsupponit arg. c. Non afferamus 24. q. 1. Et ita hoc Maior, Adria. & Caieta. vbi supra significant. Tum quia in profanum & malum vsu reditibus in pium dicatis vtuntur, contra illa multa, quæ citauimus in Apolog. lib. de Redit. Eccles. quæf. 1. monit. 27. Tum quia Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de reform. præcipit seruari iura ante illud per Papas & concilia super ludo, & luxu clericorum statuta. Dixi, *Præsertim de fructibus beneficiorum*, quia idem puto quo ad peccatum, licet non quo ad restitutionem, de his qui ludunt de bonis patrimonialibus, nam ratione ipsius folius ordinis & professionis interdicitur eis huiusmodi ludi. Canones. n. prædicti sine vlla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis huiusmodi lusus, vt videre est in eis, fundatis in illo dicto Apost. *Nemo militans Deo &c.* Dixi, *Beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti*, ad significandum quod de alijs idem quod de laicis est censendum, per doctrinam Panor. communiter receptam in c. Clerici 1. de Vit. & honest. cler. & in cap. 1. & 2. de Postul. Quarto, quòd non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis lusu etiam principaliter ob lucrum, etiam magnum. Tum quia prodigitas eorum de se non est mortalis, vt Tho. receptus ait 2. sec. q. 183. ar. 7. & supra eodem nu. 1. significatum. Tum quia non videntur in hoc submitti prædictis canonicis. Tum quia leges prædictæ seculares super hoc latæ non videntur obligare ad mortale, siue quia intentio legislatorum non fuit illa, iuxta dicenda infra c. 23. siue quia quo ad huc effectum non videtur receptæ, cum in omnibus mundi partibus cuiusque ordinis laicos videamus magnam pecuniarum summam, & maximam eorum partem principaliter propter lucrum ludere, & a confessarijs sine proposito nunquam ita ludendi absolui, quod facere nequirent, si in eo mortaliter peccarent, c. Pœnitentia 1. & 2. de Pœnit. dist. 3. siue quia leges illæ non tractant de materia iustitiæ sed temperantiæ vel modestiæ, quæ vt plurimum solùm ad veniale obligant. Dixi, *Lege humana*, quia secus esset, quoties ratione loci, temporis, personæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & sacra, vel de curandis rebus publicis vel priuatis suis, vel proximi, vel soluendis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Equidem licet non ausim dicere, eos tam forti lege humana teneri; audeo tamen orare omnes, præsertim Illustres, vt secum reputent se grauius saltem venialiter peccare, turpemque negotiationem exercere, per prædicta num. 2. & 3. Lucrumque quod in eis fit, turpe ab omnibus appellari, & sæpissime esse restituendum, vt infra dicetur. Et eo maiorem apud virtutis studiosos infamiam incurrere, quo cum sint maiores, maius scandalum præbent c. Præcipue 11. q. 3. Ideoque sine proposito ab eis perpetuò abstinendi, non posse sine graui pudore ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum accedere; eoque maiorem gloriam apud Deum & homines adepturos, quo cum minore pecuniæ lucro, sola vel pene sola vincendi gloria proposita, pro palma in signum victoriæ, ad iucundam pugnam pro magnitudine sua amicos alliceret.

Quintò dico, ad discernenda prædicta toties quem principaliter ob lucrum ludere, quoties tanti aut plurius lucrum facit, quam animi recreationem. Dixi, *Tanti aut plurius*, quia sufficit, vt tanti faciat illud ac animi recreationem, per ea quæ pridem diximus in c. Inter verba. 1. q. 3. In Enchyrid. siue Manuali De Orat. & hor. Canon. super c. Quando, de Confe. dist. 1. not. 6. nu. 14. & in eius Addit. nu. 324. & nuper in Comment. c. Cum minister. 23. q. 5. nu. 73. Non aut dixi, vt Sylu. verb. Ludus q. 2. §. 6. *Qui non luderet nisi lucrum proponeretur*, quia vt aliquid sit finis principalis alicuius actus, non sufficit vt sit causa, sine qua ille non fieret, vt ibi dixi, proposito euidenti exemplo de clerico, qui ad preces matutinas non surgeret, nisi lucrifaceret distributiones, neque missam faceret, nisi quam vocant pitantiã speraret. Tamen maioris facit illa, quã quod propter illa datur. Et ita potest quis ludere principaliter recreationis causa, quamuis non luderet, nisi lucrũ expectaret. Suam ergo quisq; in hoc conscientiam consulat. Dixi, *Vel ludo licito cum eo, qui donare non potest*, quia qui cum tali rem notabilem ludit, siue sit clericus, siue laicus, peccat mortaliter, secundum omnes: eiusmodi est stultus, puer, mancipium, filius qui adhuc in patris potestate est, prodigus, coniunx, monialis, monachus, & similes secundum Io. And. Cald. & communem, in d. c. Clerici 2. Iustum tamẽ videtur id quod Sot. lib. 4. q. 5. ar. 1. de iust. & iur. insinuat, scilicet. Filium etiam sub patris potestate constitutum, qui de ipsius licentia in scholis studet, aut in curia versatur, licite posse de suo comeatu, quatuor aut quinque de centum quæ dantur ei, ludo impendere. Cui addo idem dicendum de religioso qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, modo id honestæ recreationis causa faciat. Quia pater & Prelatus tacitam eius rei facultatem facere videntur, Arg. gloss. Clem. 2. de vit. & honest. verb. Conuertendum: & eorum quæ latè scripsimus in c. Cum ad monasterium de stat. Monach. Non placet tamẽ id quod ille addit, nepe huiusmodi filiũ nõ posse a collusore plura lucrari quàm collusor ab ipso. Tum quia omnes cõiter contrariũ præsupponunt. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ concludat, pauperem aliquem honesto loco natum, & etiã plebeiu & mendicũ, nõ posse amplius lucrari a diuite, quã diues ab ipso. Tũ quia c. Si qua de rebus 12. q. 2. & §. Pupillus Inst. de inut. stip. probant contractũ cum pupillo aut ecclesia factũ valere in alterius præiudicium, quãuis in eorũ nõ valeat. Tũ quia iniuriã pati põt, qui eam facere nequit. Illud ff. de iniur. translata in ca. Illud 15. q. 1. Tum quia amissa facultate faciendi & perdendi, facultas patiendi & lucrandi non amittitur per d. l. Illud. Quamuis eius opinio procedere possit in eo qui falso dicendo, se facultatem habere donandi, & perdendi, allicit alium ad lusum, argumen. l. 2. C. si minor mai. se esse dix. Dixi, *Vel a coactio & c.* Tum quia metus, dolus, & fraus, omnem contractum quamlibet alioqui licitum ita inficiunt, vt sit irritus; vel irritandus, cap. Abbas cum gl. de his quæ vi, & toto titu. ff. Quod met. caus. & de dolo, & trad. vterque Thom. 2. sec. quæst. 32. articu. 7. ad secundum. Per coactionem autem intelligo non leuem & consuetam inuitationem & inductionem, sed eam, quæ sit iusto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cum eiusmodi exprobatone, vt inuitatus

inuitatus, & rogatus si non luderet, vel a ludo discederet, vilis & abiectus reputaretur, secundum mentem eorundem, quos etiam Sotus lib. 4. q. 4. ar. 2. de iust. & iur. sequitur, quod quotidianum est.

Quartò, qui clericus vel monachus ludum mortaliter malum spectat. c. Clerici 2. de vit. & honest. cleric. & d. Auth. interdiciamus, C. de episc. & cleric. si multo tempore spectat, secus si paruo, per dicta supra, cap. 11. num. 4. Idem si eiusmodi ludo delectatur, vel venialiter malo, ita quod etiam si mortalis esset eo delectaretur. Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 3. dub. 3. Quia facientes & consentientes & cetera. ad Rom. 1. & cap. 1. de offic. deleg. Idem si eius præsentia est causa, quod ludo mortali ludatur, Arg. glo. sing. Clem. Archiepiscopo, de Priuileg. aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet. Angel. verb. Ludus. §. 6. Dixi, *Clericus & cetera.* quia laicus qui non est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solùm industria & arte ludentium, non peccat secundum mentem omnium.

Quintò, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, candelas, aut alia in ludum necessaria, arg. c. Error 83. dist. & dictorum in d. c. 11. vbi supra, & c. 17. a nu. 17. per quæ probatur peccare, qui consentit peccato, præsertim cooperando, iubendo, mandando, inuitando, vel inducendo, quod expresse vel tacite directe facit huiusmodi susceptor. Et quia grauius contra hoc vrget P. Vin. & dubitat, An in c. 28. Addition. idem tenuerim, addo, me idem et nunc tenere: idq; confirmo per tres leges priores. ff. de Aleæ lusu & aleatorib. quibus graues pœnæ statuuntur contra eiusmodi susceptores. Et ad inconuenientia, quæ ipse hinc infert, responderi potest per ea quæ supra, cap. 17. num. 195. respondi pro locatibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, vbi permittuntur habitare, & per ea quæ Caiet. subtiliter distinguit 2. sec. q. 147. ar. 5. sub fin. pro dantibus cenam pro ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra c. 21. nu. 26. per illa enim defendi potest, non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinam ad se ornandum, neque ministrantes mensis, Sybariticis Prælatorum, neque opifices, qui calceos, & sandalia vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes, mō id sine vllō consensu in peccatum faciant, quoniam non inducunt; neque iuuat directe ad illud: Susceptores autem prædicti tacite, imò vt plurimũ expresse inuitant & iuuant directo vel quasi ad huiusmodi ludos mortales, & consentiunt eis. Et ad id quod insinuat, si non hunc, alium suscepturum eos, respondeo per id quod diximus supra. cap. 17. a nu. 18. contra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem, & contra seruum occidentem, quem alij conserui erant occisuri.

Sextò, qui dissimulando se ludi valde peritum, attrahit alium longè imperitorem ad ludendum, aut falsis talis, vel chartis vitur, legesve ludi cū notabili damno collusoris transgreditur, quia vitur dolo & fraude, de quibus supra. Idem de eo, qui ludit, non apposita pecunia, cū iuramento de soluendo, quod perdidit, & non soluit, Arg. c. Debitores de iureiur. vt Med. vbi supra latè probat. Per quæ respondeo ad noue quæ sita. Ad prima quidẽ tria, quod peccat mortaliter

mortaliter qui scienter ait se habere plura puncta, quàm habeat, quo lucratur, & qui aduertit collusorem errore calculi dicere se pauciora habere, quo perdit, & non monet, & qui accipit priorem locum, quem manū appellant, quia primus decipit, secundus accipit quod iam alter lucratus est, tertius, quia furripit ius aptius lucrandi collusori, quamuis non teneretur restituere quantum ob id lucraretur, sed quantum illud ius prioris loci valet: Sicut qui lædit messem non tenetur restituere, quantum illa in area redderet, sed quanti extimaretur in herba. Tho. 2. sec. quæst. 62. ar. 4. & supra. cap. 17. nume. 27. Quæ tria tunc & tantum procedunt quum damnus notabile infertur, per supradicta. Ad quartum respondeo, quod inspector ludi non peccat contra legem iustitiæ, eo quod non admonet ludentem errare computando, vel non capiendo priorem locum, si id non promissit. Et ita quamuis aliquando peccaret contra legem charitatis, nõ tamen teneretur restituere, ad id enim sola lex iustitiæ obligat, per citata supra. cap. 17. num. 20. & infra cap. 24. nu. 5. Ad quintum, quod ludens sub fide sua non iurata, non peccat in Regnis Hispaniæ non soluendo: quia diuæ memo. Carolus V. in Comitij Mantuæ Carpentariæ siue Madritij anno. 1518. vetuit nõ luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis, qualis est pilæ; simul irritas declarauit quascunque promissiones, obligationes & fideiussiones, quæ ad id præstarentur; Quod ipsum esse seruandum etiã in alijs regnis iure communi asseruit Adrian. in 4. de Restit. q. 12. quod efficaciter videtur probare præfatus Didacus, qui quum superiora excuderentur, solùm quidem erat Reuerendissimus Segobienis, nunc autem est Consilij Hispaniarum Maximi Præses, in cap. Peccatum de reg. iur. lib. 6. §. 4. nume. 8. licet contra tenuerit idem Adrian. vbi supra quæst. 22. & Castren. de lege pœnal. lib. 2. cap. 2. Corol. 3. Nihil tamen prædictus præses ait de iurante soluere, sicut nec nos hic quicquam egeramus de solo promittente. Nunc autem aimus teneri ad soluendum iurantem, vt prædiximus; posse tamen repetere soluta, instar solùm promittentis soluere vsuras, qui eas non tenetur soluere nisi iurauerit, & tunc solutas repetere potest. cap. Debitores; de Iureiuran. & quod vt iurans soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, qua obtenta non tenebitur soluere, c. 1. de iureiur. Ita iurans soluere in ludo perdit, potest petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.

18 Septimò, qui facit rei notabilis sponsonem, quæ Italis scommessa, Hispanis Apuesta, Gallis gagement dicitur, per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum incertum præteritum vel futurum, certo sciens, a se asseritum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsonem inducat, quia dolo de quo supra, in damnus notabile proximi vitur: qui enim sine dolo eam facit, non peccat, quia talis sponso nulli legi iustitiæ est contraria, imò est consona, l. Ad præsens. ff. de reb. cred. & l. A Titio. ff. de verb. per quam hoc notant Paulus, & Alex. ibi approbati per Ias. & citati per eum ibi, & in dicta. l. Ad præsens, licet vt plurimum obuiet liberalitati. Neq; obstat quod Maior in 4. dist. 15. q. 15. & seq. & Adrian. in 4. de Rest. q. de Ludo, contrariũ significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit.

Tum

Tum quia non dicunt eos, qui sic volũt lucrari, mortaliter peccare, sed absolute peccare, quod etiam nos cum Caiet. quasi fatemur, dicentes id ferè semper esse liberalitati contrarium, & ita lucrum sordidum.

Ostendit, qui lucratur aliquid notabile ludo etiam licito ab eo qui non potest donare, vel a coacto & grauitè attracto, aut dolo vel fraudulenter, vt prædictum est, & non vult illud restituere secundum omnes. Dixi, *Ab eo & c.* Quia secundum veriore opinionem, quicquid dicat Panor. in d. c. Clerici, & in c. Quia plerique, de Immunit. Eccles. & Gab. vbi supra, nemo lucrifacit in ludo etiam illicito ab eo, qui donare potest, ea quæ perdit absque metu, dolo, & fraude teneretur restituere, de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterque Thom. 2. sec. quæst. 3. ar. 7. ad 2. & explicant Maior. & Adria. vbi supra, Et Caiet. in summa verb. Ludus. Tum quia nihil accipit contra iustitiã, cū non accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tū quia, neque quod sponsonibus sine fraude lucrifit; neque quod emptionibus & venditionibus, in diebus festis, aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessariò restituendum, quia non obstante illo peccato valent, iuxta glo. sing. in c. Decet. §. Cessent, de immunit. eccles. lib. 6. Adde, quod qui teneretur restituere lucrifacit in ludo ab vno, non potest compensare cum perditis cum alio, nec è contrario: cum perditis verò cum vno potest compensare lucrifacit ab eodem, non solùm durante eodem ludo, ad cuius vsque finem nihil cõsetur lucrifacit, sed et in diuersis ludis, et si alij sint liciti & alij illiciti, siue vterq; sit habilis ad donadũ siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis; quãuis de rigore iuris, in hoc vltimo cõtrariũ dici possit, sed sequimur Syl. verb. Ludus, q. 17. hoc tenentem, ex æquitate, saltem quo ad forum conscientiæ, licet arbitret neminem, qui falsis talis aut chartis aut aliàs dolo & fraude lucratur ab alio, compensare posse cum iustè lucrifacit ab eodem. Non enim videtur iustum, vt compensentur cum iustè perditis, quo casu procedat opinio contraria. Adde, quod etiam ministri & inspectores, quibus ludetes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere, quando lucrans ad id tenetur, aliàs non, Gab. in 4. dist. 15. quæst. 13. dub. 6. in fine.

Caput Vigessimum de decimo Præcepto, & consilij euangelicis.

S V M M A R I V M.

Amari se velle amore mortali mortale. nu. 1.

Consilia spernens, vel non implens, quando peccat mortaliter. nu. 2.

Consilia CHRISTI præparatione animi seruanda. nu. 2.

Consultum à CHRISTO statum, non esse tam bonum ac contrarium asserere, hæresis, numer. 1.

Consilia contra CHRISTI an peccet monachus caritate amonã gaudens, nu. 3. Peccatum quod non est, omne in Deum potest referri, nu. 3.

CON-



CONTRA hoc præceptum eisdem modis peccatur, quibus contra sextum, quia utroque eadem explicite vel implicite prohibentur. Quare modis peccandi contra sextum positus in cap. 16. solum addimus quod peccat mortaliter, qui vel quæ deliberatè cupit, vel gaudet amari amore libidinoso mortali ab alio, vel alia, quamvis non sic amet, quia consentit peccato mortali suo aut alieno, iuxta dicta supra, cap. 11. num. 11. ubi dictum est, quando voluntas vel consensus in proprium vel alienum peccatum, & delectatio morosa sint mortales: Contra consilia verò euangelica aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum non implet, vel proponit non implere etiam tempore, quo fieret præcepta, vel ait, non esse de se & absolutè meliora, quàm contraria, vel non licere illa vouere, vel vota seruare, iuxta gloss. sing. receptam in cap. Qui autem, 10. dist. declaratam ibi per docto. & per Fely. ante & post alios latè in capit. 1. de Const. Dixi, *Per contemptum*, quia regulariter ommissio simplex implementi eorum alio tempore quàm prædicto, licet, §. fin. 4. dist. & §. Quod præcipitur, 14. quæst. 1. Contemnit autem verè non omnis, qui non implet, sed qui principaliter ideo non implet, quia ea parui facit, id enim est verus contemptus, iuxta Thom. 2. sec. quæst. 186. art. 9. declaratum ibi bene per Caiet. & consule per Fely. in cap. Cum quidam, de iureiur. & ferè ad verbum, per Archid. in capit. Quicumque 81. dist. & clarius per nos infra cap. 23. num. 40. Dixi, *Verum*, quia quo ad forum conscientie non sufficit præsumptus, cap. Tua de spons. licet in multis casibus citatis ubi supra per Fely. præsumatur. Dixi, *proponit & cæ.* quia consilia seruanda sunt præparatione animi, secundùm Aug. relatù a Gratiano in cap. Paratus 23. quæst. 1. & à Thom. 2. sec. quæst. 124. art. 3. ad 1. & alibi sæpe, hoc est, proposito actuali vel virtuali adimplendi ea in quibus casibus de necessitate salutis existunt, vt ibidè de martyrio declarat. Dixi, *Vel ait & cæ.* quia qui affirmat statum conjugalem ex se esse æque bonum, vel præstantiorem cœlibatu, aut secularem religioso, non solum peccat, sed est hæreticus per scripta Thom. 2. sec. quæst. 152. art. 4. & quæst. 184. quia aduersatur illi Math. 19. Si vis perfectus, & cæ. Dixi, *De se & absolutè*, quia dicere secundum quid, & alicui conuenientiorè esse vitam conjugalem, quàm cœlibem, & laicam quàm clericalem, non solum non est hæresis, sed catholicum, & probatum a Paulo ubi Tho. 1. ad Corinth. 7.

Ad quæsitum hinc, an religiosus, qui ad tria consilia CHRISTI castitatis, paupertatis, & obedientie se astringit, possit iuste gaudere quod pretium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus a suo Abbate pro suo annuo victu, cum facultate vendendi eos, cum placuerit, conceditur, propter sterilitatem anni vel aliam causam. Resp. posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmento ad suam & suorum sustentationem applicatorum, Arg. cap. 2 de stat. monach. Tum quia quo ad administrationem honestam redditus ecclesiastici secularis, & regularis æquiparantur, iuxta dictum sing. Card. in Clem. 2. de vit. & honest. cleri. Tum quia de omni eo, quod non est malum culpæ, potest quis bono aliquo sine gaudere, quia omne tale potest

rest in Deum referri, vt resoluit Caiet. 1. sec. q. 100. ar. 10. & q. 8. ar. 3. add. 3. Et caritas tritici non est malum culpæ, sed pœnæ c. Non omnis 5. q. 5. & ita potest quis gaudere caritate, quatenus per eam luxuriantes victu, vestitu, & venereis refrænantur, & socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tū quia potest quis gaudere de augmento pretij non gaudento, imò dolendo de causa eius, vt gaudemus de passione CHRISTI, quatenus nos redemit, & dolemus, quatenus eam intulerunt Iudæi. Et nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio eius sibi collato, dolens de morte patris. Et filius gaudet de bonis obuenientibus ei per mortem patris, plorans illam plurimum. Tum quia licet potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, vt mortem tyranni, quo Respub. pace fruatur; Turcarum Principis, quo CHRISTIANI tranquillentur; vt supra cap. 25. nu. 10. dictum fuit post Alex. Thom. & clarius Sot. Quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici, vel gaudere quod illa euenerit, principaliter vt carius vendatur, peccatum est.

Cap. Vigésimum primum de quinque præceptis Ecclesie.

S V M M A R I V M.

- Missam vnā totam non audiens sine vesperis, vt peccat. nu. 1.
- Missæ quæ pars notabilis, & tantum festo audienda necessario. nu. 2.
- Missæ omittenda, quæ causæ iustæ, & an interdictum. nu. 3.
- Missæ ab audienda, quæ vidua excusatur, vel laudatur. nu. 4. & 5.
- Missæ an audienda in parochia. nu. 5. & 10.
- Reges Portugallie exemplo mirabili audiendi missam. nu. 5.
- D. Joana Princeps Portugallie mirabilis, & inimitabilis in hoc. nu. 5.
- Missam audire sine attentione debita non sufficit. nu. 6. & 8.
- Missæ ab audienda excusatus an teneatur supplere & cæ. nu. 7.
- Missæ ab audienda, quæ familia, vel menstruosa excusatur. nu. 9.
- Missam tangentes plurimi errores. nu. 10.
- Missæ & diuinorum cantui nulla lasciuia & profana miscenda. nu. 10.
- Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia profana. nu. 10.



PRÆCEPTA principalia Ecclesie sunt quinque, Primum, de missa audienda festis; Secundum, de ieiunando certis diebus; Tertium, de soluendis decimis; Quartum, de confitendo semel in anno; Quintum, de communicando in paschate.

Contra horum primum peccat mortaliter, Primò, quicumque discretus missam integram die festo sine iusta causa non audit c. Missas & c. Omnes fideles, de Consec. dist. 1. etiam si absque vero contemptu per solam negligentiam id facere omittit, quod rectè Syl. verb. Missa 3. q. 2. probat, quicquid post Richar. in quolib. primo quæst. 19. Angel. dicat verb. ferie §. 42. Dixi, *Quicumque*, quia

quia quilibet, cuiuscumque sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel senex, mas vel fœmina, Laycus vel clericus, aut monachus, liber aut seruus, eam audire tenetur secundum communem, quam tenent Richar. vbi supra, & Card. in dict. cap. Missas, Anton. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1. Dixi, *Discretus*, ad excludendum discretionem carentem, quales sunt infans, & stultus, argum. cap. Omnis, de Pœnit. & Remiss. & Clém. 1. de Homic. Dixi, *Missam*, quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiam vespers, licet multi iure particulari voti, iuramento, statuti, beneficij, religionis, vel consuetudinis præscriptæ ad id teneantur: qualis consuetudo videri potest introducta in tota ferè Gallia, & Nauarra, & aliquot oppidis Castellæ; & Lusitaniæ licet paucis, quod arbitror fuisse in causa, cur Palud. in 4. dist. 15. dixit teneri omnes ad audiendum vespers die festo. Credo tamen prædictas consuetudines non obligare ad mortalem culpam, sed solum ad venialem. Tum quia longè laxius audiuntur vespers quàm missæ. Tum quia pauci se accusare videntur de illarum fractione tanquàm de mortali, & pauciores confitentur eã. Dixi etiã, *Missam*, & non missas, quia nemo nisi ad vnã missam die festo audiendam obligatur, etiam in die Natiuitatis (in quo tres ab eodem dicuntur) nisi ex voto, pœnitentia, aut statuto, aut pacto, ad id teneatur. Quia id nulla lege cauetur; & ideo nulli est imponendum, l. illam C. de Collat. c. Consulisti 2. q. 14. Dixi, *Integram*, quia non sufficit audire defectam aliqua parte notabili, per dictum cap. Missas, ibi. Totas. Notabilis autem pars diffinienda videtur, arbitrio prudentis, cum a iure non diffiniatur, arg. l. 1. ff. de Iur. delib. & apparet talis ea quæ protenditur ab introitu vsque ad epistolam inclusiue, vt diximus in Enchirid. siue manuali de Orat. super cap. Quando, de Consec. distinct. 1. not. 10. num. 43. Simul addens, quod ex vna particula principij & finis potest constitui vna notabilis. Et quod legendo per se post missam partem omissam, vel audiendo lectam ab alio, satisfaceret, iuxta authorem Margar. Confess. vt etiam satisfacit, qui dimidium vnus missæ, & alterum dimidium omissum alterius audit, Maior in 4. distinct. 45. quæst. 2. Et quod licet nonnullis videatur non satisfacere huic præcepto, eos qui ante benedictionem exeunt, per prædictum cap. Missas, quod antea exire ventat; contra tamen putamus quo ad effectum euitandi mortalem culpam, nisi cum partem notabilem omittunt, quia paruitas in omni materia excusat a mortali iuxta citata in c. 1. nume. 4. Dixi, *Festo*, quia nemo vllò alio die hoc præcepto tenetur, etiam clericus vel monachus, imò neque Episcopus. Quia cap. fina. de Priuil. lib. 6. quod maximè ipsum obligare posset, non dicit, eum teneri, sed non decere vt vllò die illam omittat. Nullo (inquam) alio die etiam ieiunij & quadragesimæ. Quoniam cap. Solent, de Cons. distinct. 1. quod maximè in contrarium vrget, sublatum est dissuetudine, aut intelligendum de consilio, vt etiã notant Rosel. verb. Missa. §. 13. Syluest. verb. Missa 2. quæst. 1. §. Dicitur tertio. Quamuis plurimum deceat, vt audiat eam, quicumque id commodè facere potest tempore tam sancto, tamque sacris D. N. IESV CHRISTI, qui in ea realiter offertur mysterijs dedicato. Diximus, *Sine iusta causa*, quia cum ea licite secundum omnes omittitur, qualis est illa, ob quam non potest audire absque graui damno

ui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum, vel proximi. argum. l. Nepos Proculo. ff. de verb. signifi. Qualem habent etiam excommunicati & interdicti, licet absolutionem procurare neglexerint; quamuis enim illam, quam consequi possunt, negligendo procurare, peccent; non tamen peccant non audiendo missam, quam iure nequeunt audire. argum. cap. Quia diuersitatem de concess. præb. Nec obstat cap. final. de elect. quatenus habet. Non potentibus eligere sine licentia, nec procurantibus eam, currere tempus electioni præfixum: quia est diuersa ratio, vt ibidem vtrouque notatur. Talem habent etiam infirmus, & eius minister, qui sine salutis damno, eam audire nequeunt. Nutrices item quæ sine periculo, eos quos lactant relinquere non possunt. Illi etiam quibus est impedimento aliquod graue negocium. Illi etiam qui ratione sui officij exire prohibentur, quales sunt aliqui arcium custodes, & domini & eorum consultores, qui tempore missæ negotijs moram non patientibus impediuntur; Iter facientes quoque qui audiendo missam socios necessarios amitteret, Et pauperes, qui carent vestibus, sine quibus absque notabili pudore eam audire non valent, secundum Communem, quam Syl. vbi supra q. 2. explicat, quamuis nõ adeo aperte. In terdictum autem generale non excusat eum, qui iure communi, aut priuilegio speciali eam illius tempore audire potest, de quibus sunt clerici etiam primæ tonsuræ secundum opinionem Io. And. in c. fi. de Senten. excommunicata. lib. 6. receptam per totam Hispaniam, sed non per Galliam, quæ contrarium Arch. tempore nostro seruabat. Vidua item quæ iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se continens, eam non audit per dimidiatum, vel integrum mensem: sed non, quæ per plures menses, vel annum non audit, Syluest. vbi supra, quod ipsum tenet S. Anton. in 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 2. Sed contra feruat insignis quædam Hispaniæ prouincia, in qua nobiliores viduæ toto vno anno de consuetudine domi se continent, & non audiunt eam. Rogatus dicere, an id liceat: dico primò difficile defendi posse eiusmodi consuetudinẽ nõ valere, modo ad alia non egrediantur. Tum quia prædicti fatentur, valere consuetudinem continendi se sic, quindecim, vel triginta diebus: & eadem ratione coguntur probare consuetudinem continendi se per 40. 50. 60. & 100. dies, & consequenter per sex menses & annum totum, Cum lex de audienda semel in anno missa, aut in duobus, aut in sex mensibus, non est magis naturalis vel diuina positiua, quàm lex de audienda semel intra quindecim vel triginta dies. Tum quia negari non potest, posse ferri legem, quæ aliqua iusta de causa præceptum hoc relaxaret aliquibus ad semestre vel annum, & consequenter concedendum est idẽ fieri posse consuetudine, Cum quicquid induci potest humana lege, possit & consuetudine l. De quibus ff. de leg. & c. fin. de Consuet. l. Venditor §. Si constat, ff. Cõmun. præd. & hæc causa videtur iusta in terris, in quibus facile de viduis malè præsumitur. Secundo, dico laude dignam futuram viduam, quæ hac consuetudine posthabita, imitaretur nobiles illas & gloriosas Martham, & Magdalenam Lazari sancti sorores, in eo, quod vt illa non obstante luctu, quo fratrem recens mortuum lugebant, egressæ fuerunt ad excipiendum D. IESVM adhuc mortalem, ita ipsa exiret ad videndum eum iam immortalem, & gloriosissimum in sacramento

mento extantem, & exorandum vt sicut Lazarum è sepulchro eduxit, sic sui mariti animam a purgatorio (si in illo est) educat. Et dignior haberetur illa quæ imitaretur viduas illarum regionum, quæ vadunt ad Ecclesiam singulis totius primi anni viduitatis diebus, exoraturæ Deum pro suis maritis, & in medio missæ panem & ceram pro illis oblaturæ. Illa item, quæ imitaretur altissimos eodemque potentissimos & Christianissimos Lusitanæ Reges nostros Ioannem huius nominis tertium & Catharinam huius nominis primam, quos admirabilis cultus & amoris erga Deum exemplo vidimus audire publicè missam pontificalem, & vespèras cum concione diei Epiphaniæ anni 1534. qui erat tertius dies a lamentabilissimo illo funeris Principis, imò Principum floris eorū vnici filij & omnium Regnorum & statuum suorum vnici hæredis, recentique matrimonio coniuncti incomparabili Principi Iohânæ illius nuquam satis laudati Caroli V. filiæ, & gloriosissimi Philippi II. Regis Catholici sorori, Iohannæ (inquam) illi Principi & dominæ nostræ, quæ in illo lamentabili casu præsertim in dissimulanda morte, quam clandestine nouerat, quæ ei pregnantis miris modis occultabatur, ne esset causa abortus, admirabilem & inauditam Regij animi erga Deum religionem, erga coniugem amorem, erga soceros pietatem, erga omnes magnanimitatem, prudentiam & cōstantiam adhuc adolescēs, totis viginti diebus ab eius morte, ad suum vsque fœlicissimum partum monstrauit: religionem quidem, quòd sola in cubiculo secretiori, diuinæ voluntati suam omnino subijciens, ne ab orando pro tanto coniuge tanta perturbatio retraheret, præsentia diuinæ contemplatione illam mitigabat: amorem vero erga coniugem, quòd quocunque temporis momēto vacabat, in profundissimas ac inexplebiles soluebatur lachrymas: Pietatem erga soceros, quòd ipsis verbo, gestu, & habitu, summum suum dolorem de tanti & tam dilecti filij morte conceptum, pro maximo nepotis habendi desiderio dissimulantibus, se conformabat, dissimulando contra omnem conjugalem affectum summum illum, quo excruciabatur dolorem ex omnium dilectissimi morte manentem, & redundantem, & nulli vel charissimæ ministræ illum aperiendo: & soceros simul vel singularim ad se consolandum frequenter aduentantes, eisdem vultu & gestibus quos gerebant excipiendo, & ridentibus, festaue veste ornatis arridendo, festaue se veste ornando, nulla interim de tanto Principe tantoque coniuge, apud eos, vel vllos alios facta mentione, etiam intra suum secretissimum cubile, intra quod clausum nullis lachrymis, nullis ad Deum precibus parcebat, donec soceri moniti, quòd se, sine vlla tamen voce querula, ferè interimebar, accederent consolaturi eam, quæ vultu spem simulans, altum premebat corde dolorem. Quæ omnia nunquam nec visa, nec lecta, nec audita fuisse arbitror ante illam, cui maximo, eodemque diuino sapientiæ, consilij, fortitudinis, & pietatis dono ea præstare contingit.

Tertiò, dico quòd Episcopus regionis vbi talis consuetudo seruatur, rem se dignam faciet, si suis suorumque parochorum cōcionibus suaserit populo suo, vt illa penitus aboleatur, aut saltem ad octo vel quindecim dies restringatur, vel id de illius consensu in synodo statuatur. Nō enim ausim asserere, quicquid alij

alij dicant, posse ipsum ex abrupto suo præcepto eam iustè laicis inuitis tollere. Cauent autem prædictæ viduæ, ne suam intra domum inclusionem ob vanam mundi gloriam principaliter patiantur, cum eam in suorum suique mariti peccatorum pœnitentiam offerre debeant, non minus, imò plusquam in ecclesia pro eis orando. Cauent item, ne illud extendant vltra suæ conditionis viduas, arg. c. Quæ contra mores 8. dist. Excusatur etiam nupta, quæ sine magno mariti scandalo missæ interesse non potest, arg. c. Voluit 33. q. 5. Non dixi tamen, *In sua parochia*, quia satisfacit audiendo extra illā èt in aliquo oratorio vel sacello, mō id non faciat ob cōtemptum eius vel parochi. c. 2. de Paroch. Ex quo ibi a contrario sensu Pan. id colligit siue id faciat iusta de causa, puta quia proprius parochus est concubiniarius, excommunicatus, denunciatus, aut suspensus ab ordinibus; aut vt deuotius ibi audiat, aut vt illic simul audiat missam & concionē, aut vt illic concionē, siue sine illa, modo sine contemptu prædicto. Tum per prædictū. c. 2. Tum quia consuetudo generalis tolerata id videtur habere, adeo quidem quod secundū Syl. vbi supra. §. 1. Episcopus suis subditis contrarium præcipere non potest, quia consuetudo est generalis, & vt Episcopus non potest tollere nec restringere ius commune, arg. c. Inferior 21. dist. sic nec generalem totius orbis consuetudinē, quæ vim eandem habet. l. De quibus. ff. de leg. & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla, arg. c. 1. de sent. & re iud. secundum S. Ant. & Syl. vbi supra. §. 2. Tum quia Leo de cimus in breui contento in supplemento priuilegij concess. 90. præter alia sic statuit. *Authoritate Apostolica tenore præsentium notū facimus, oēs CHRISTI fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio sacerdote parochiali, in ecclesijs fratrum ordinū mendicantiū dominicis & alijs festiuis diebus missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ, de missa audienda, nec in aliquā labem peccati mortalis pœnamue propterea incurrere. Nec obstat Concil. Trid. sess. 24. c. 4. de refor. quatenus habet, teneri quæ ad audiendam concionē in parochia sua si commodè potest, quia non agit de missa sed de concione. Non obstat èt decretū, de Obser. & Fuit in celeb. Miss. sess. 22. quatenus hēt vt Episcopi moneant populū, vt frequenter saltem dominicis & solēnioribus festis ad suas parochias accedant; quia non ait, vi iubeant, neq; eos teneri, sed solū vt moneant, quod non parit necessitatem. §. fi. 4. dist. & §. Quod præcipitur. 14. q. 1. Obstat tamen fortiter id quod ibi subditur, posse Episcopum authoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna, nisi respondeatur nō videri debere opportunum, vt cum scandalo tot laycorū & monachorum tam generalis consuetudo, quam èt in vrbe seruari videmus, tollatur. Præsertim quod sēl. rec. Pius V. in Bulla motus proprii lata mense Iulio 1567. declarauit audientes missas festis in monasterijs mendicantium satisfacere huic præcepto. Cuius Bullæ tenor cum moderatione quam ipsemet dicitur concepiisse si publicetur interea, ponetur in fine cap. 27.*

Secundò, peccat mortaliter; qui missam quidē die festo audit, sed intendit 6 animum ijs, quæ attentioni necessariò debite repugnāt in aliqua eius parte notabili colloquendo, pingendo, scribendo, dormiendo, & alia hmōi faciēdo, se-

cundum mentē Ang. verb. Feria. §. 4. 1. Syl. verb. Missa 2. q. 6. Caiet. in summa, Festorum violatio. Non tamen est illud Sanct. Anton. vbi supra scilicet eum qui ecclesiam adit, principaliter, ad videndum, aut alloquendum scēnam pulchram, aut aliud quoduis illicitum, non satisfacere huic praecepto. Tum quia potest quis malo sine ecclesiam adire, & bene in ea missam audire. Tum quia praesupponit opere malo praesertim mortali non posse adimpleri praeceptum, quod esse falsum late probamus. in Enchirid. de Orat. Super c. quando not. 29. nu. 29. & tangimus supra cap. 11. nu. 13. Et quamuis nonnulli dicant peccare mortaliter eum qui iusta de causa die festo ab audienda missa excusatur, si nulla prece salem mentali id supplet, qua Deum tanquam dominum, & creatorem revereatur, & super omnia diligit, quod sentit Scot. in 3. dist. 9. & 17. q. vnica, & Ang. verb. Feria §. 46. moti eo, quod omnis Christianus iure diuino tempore aliquo ad orandum sub poena peccati mortalis tenetur, vt in Enchirid. de Orat. & hoc. Canonic. super c. quando not. 3. num. 5. de consec. dist. 1. probauimus, & quod hoc Ecclesia fieri decreuit dominicis & festis diebus, quando missa auditur, non tamen videtur hoc tenendum. Tū quia iustū impedimentū ab obligatione praecepti de missa audienda nos eximit. Tū per adducta ab Adriano in 4. de satisf. quaest. Quæritur, sub fin. & supra a nobis. c. 13. n. 2. Tum quia licet dilectio Dei super oīa sit finis hōi praecepti, vt ipsi dicūt, nō tamē eo præcipitur, quia finis praecepti, nō est i præcepto, vt Th. 1. 2. q. 100. ar. 9. & 10. latius tradidim⁹ in Apo. li. de Red. Ec. q. 1. mon. 73. n. 2.

Terriō, qui audiēs missam ex praecepto, priuatas, vel publicas preces ita recitat, vt missæ auditioni necessariam attentionem non adhibeat, secundum omnes. Nec quo ad hoc refert an preces sint debitæ iure communi, voto, pœnitentia, vel aliās, an verò voluntariæ. Nam quicquid dicant Angel. verb. Feria. §. 42. Gab. Maior. Caiet. & alij multi, quos in d. Enchirid. de Orat. Siue repet. c. quando not. 19. nu. 179. citauimus, vera resolutio est quam ibi dedimus, scilicet. Possē quem eodem tempore satisfacere praecepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis; aut alijs votis, iuratis, vel in pœnitentiam iniunctis, modo non adeo vni rei intendat, vt alteri necessariam attentionem adimat. Quod fieri potest, cum nemo teneatur ex praecepto audire, & minus intelligere verba sacerdotis, quia satis est vel ex longinquo missanti adesse, & surgendo, genua flectendo, vel aliās actualiter vel virtualiter exoptare, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, à Deo exaudiatur, quod facillè facere potest, etiam horis canonicis necessariam attentionem adhibendo, praesertim quando horas, & preces prædictas tunc temporis recitat, quo nec audire nec intelligere sacerdotem potest, vel quia longius abest, vel quia submisso & secreto sacerdos loquitur, vel audiens surdus est, vel ob alia similia. Quare contrariæ opinioni locus est, quo ad melius esse, vel quum alteri rei attentio necessariò debita subtrahitur, adeo quod si eam neutri rei adhiberet, neutri satisfaceret, iuxta illud Glo. l. Nemo. C. de Assess.

*Qui bimos Lepores vna sectabitur hora,
Vno quando que, & quando que carebit utroque.*

Quartò,


Quartò, qui dominus, pater, vel herus notabiliter negligendo vel in opera, quæ differri poterant occupando seruum, filium vel famulum, est causa, nè die festo missam audiat, arg. c. Duo 23. q. 4. & cap. si. de Iniur. Nec ferenda videtur consuetudo illa, qua nobiles puellæ, nunquam ad missam, nec ad concionem antequam nubant egrediuntur, maxime si ad alia nuptiarum vel ludorum festa ducantur, aut fenestras eis permittantur. Quamuis excusentur si à parentibus prohibeantur. Angel. Verb. Feria §. 42. & Sylu. verb. Missa quaest. 2. sed non illi, nisi saltem aliquot solēioribus festis missas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adolescens excusatur, etiam mater, quæ ad illam custodiendam domi remanet excusabitur, argu. capit. Accessorium de Reg. Iur. lib. 6. cū ibi citatis. Ad nouè hic quaesitum. Respon. Fœminas non exculari ab audienda missa festo ob menstrua, quæ illis contingunt, nisi debilitas alia in id sufficiens eis accedat, argum. capit. Ad eius 5. distinct. & capit. primo de Purific. post partum.

Quintò, qui dicit in missa non offerri idem sacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum. Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. aut in missa, non offerri verum & proprium sacrificium, aut quod offerri in ea sacrificium non est aliud quàm nobis CHRISTVM ad manducandum dari. ibidem, can. 1. Aut CHRISTVM non fecisse sacerdotes Apostolos per illa verba: Hoc facite & ceter. can. 2. Aut missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis. aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, nō autem propitiatorū, vel solum prodesse sumenti; Neque pro viuīs & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus & alijs necessitatibus offerri debere, can. 3. aut blasphemiam irrogari CHRISTI sacrificio in cruce peracto per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari, can. 4. Aut imposturam esse missas celebrare in honorē sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, can. 5. Aut canonem missæ, errores continere, can. 6. Aut caeremonias & vestes missæ esse malas, can. 7. Aut missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, can. 8. Aut quod nihil submissa voce dicendum sit in missa. Aut lingua tantum vulgari eam celebrari debere. Aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, can. 9. Aut non esse optimum omnium pro animabus purgatorij suffragium, in eodem Concil. sess. 25. in princip.

Idem Concilium sess. 22. in Decret. de obserua. & euit. in celeb. miss. iussit, vt iubeant Episcopi, nè fiat vlla conuentio super dicendarum missarum mercede, neque in missis nouis offeratur quicquam magis coactè quam sponte. Quodque nulla missa dicatur extra ecclesiam, aut oratorium ab ordinario visitadū. Quodque nullus presbyter notoriè criminofus eam dicat, nec diuinis officijs intersit. Quodque nulla cantatio lasciuia vel profana misceatur cantui, etiā organico, nec in ea fiant caeremoniæ inusitatae, nec cum supersticioso candelarū numero. Quodque non fiant in Ecclesia actiones, & colloquia vana, vel profana, deambulationes, strepitus, clamores. Idem Conciliū sess. 24. c. 4. de Refor. iuber Ordinarijs, vt moneāt teneri parochianos ire ad audiendam concionem in suis parochijs, quoties commodè potuerint.

II h 2 De pre-

- I**eiunia determinantia ius naturale omnia iuris humani, nu. 11. & 12.
 Ieiunium non frangit potus, nec medicina, nec prægustatio, nu. 13.
 Ieiunium bina comestio, & collatio matutina frangit, nu. 14. & 15.
 Ieiunis qui cibi vetiti, nu. 15.
 Ieiunio à seruando triplex causa, quos excuset, nu. 16.
 Ieiunio liberat bonum etiam mercede sic exercitum, nu. 17.
 Ieiunium, quæ peregrinatio, & cum uxore discordia tollit, nu. 18. & 19.
 Ieiunium, quæ causa tantum putatiua & dubia tollit, nu. 20.
 Ieiunia circa, etiam Episcopus, & alij prælati sic dispensant, nu. 21. & 22.
 Præceptum Ecclesiæ totum, aut pro parte qua potest, seruandum, nu. 22.
 Ieiunio non omnis solutus potest edere carnes, nu. 23.
 Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccat, nu. 24. & 25.
 Peccatum quando non est inuitare ad actum, qui peccatum est, nu. 25.
 Ieiunij die quis ministrans cibos peccat, nu. 26.
 Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur, nu. 27.
 Ieiunium frangit præueniens horam, sed non vespertas, aut nonam, nu. 27.
 Ieiunet famulus, sed nemo die Dominica, nu. 27.

II  **ONTRA** hoc scdm præceptum de ieiunando mortaliter peccat, primo qui qualemcunq; cibum, quocunq; tempore sumit, credens eius usu, se deuietum iri carnis aliqua grandi tentatione, quia frangit ius naturale, quo quis tenetur tali casu a tali cibo abstinere siue ieiunare, ex mente Th. recep. 2. sec. q. 147. ar. 3. Quod castitatis cultores & eius contemptores alta mente reponant. Dixi, *Dei ieiunium iri*, quia non sufficit credere se tentatum iri etiam grauius, modo speret gratia Dei non se consensurum illi, iuxta dicta supra. c. 16. nu. 7. & 8.

Secundò, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesiâ a media nocte in mediam noctem vescitur pluries quam semel tantum cibis vetitis sine causa iusta vera vel putatiua, aut dispensatione, quod asserit Th. 2. sec. q. 147. ar. 3. & Caiet. ibidè efficaciter probat & Tho. cum communi in 4. dist. 15. & Innoc. cum communi in Rub. de obser. ieiunij. Nec obstat, quod nulla lex Pontificia, vel conciliaris statuât ieiunia per verba præceptiua, quia tota Ecclesiâ id pro præcepto accepit, vt significat S. Hieron. in c. Vtinam 76. dist. & S. Apollonius in c. Ieiunia de Consec. dist. 3. Dixi, *Die ieiunij præcepti*, Tum ad excludendum tantum consultum. Tum ad significandum esse aliquos dies ad id designatos, s. totam quadragesimam & quemlibet eius diem, & quatuor anni tempora, quæ ex tota 76. dist. colligitur esse feriam quartam, sextam, & Sabbathum immediatè sequentes, Pentecosten, Exaltationem Crucis, S. Lucie, & diem Cinerum, iuxta illud

illud vulgatum, Post Pen. cru. Lu. Ci. (idest) post Pentecosten, post Crucem, post Luciam & post Cineres: & dies vigiliarum a iure communi, aut particulari præceptarum. Porro Leo Decimus in quodam Breui missio ad Legatum Hispaniæ statuit, vt quo anno Vigilia Sancti Iohannis incidere die corporis CHRISTI, pridie illius ieiunetur, scilicet feria quarta, & non quinta illi sacra. An vero uouens ieiunare omni feria sexta vel sabbato, possit vesci carne, & non ieiunare die Natalis Domini tali die incidente? Resp. quod non, per cap. final. de obser. ieiun. Dixi, *Ab Ecclesiâ*, ad significandum omnia ieiunia Christianorum esse instituta iure humano, & nulla diuino, nec naturali, vel positiuo. Nã etsi quadragesimæ ieiunium, antiquitate & forte præfiguratione præstet, arctiusque sit ob id seruandum, iuxta S. Tho. vbi supra art. fin. & nonnulli, de quibus est ille Franciscanus, vir planè pius & eloquens Tholosus, qui encomium quadragesimæ aduersus lutheranos scripsit, iuris diuini illud esse asserant, verè tamen iuris humani est secundum communem, quam confirmauimus in c. Quadragesima de Consec. dist. 1. Dixi, *A media nocte & car.* quia ieiunium ecclesiasticum, a media nocte priori in mediam sequentem durat, iuxta diffinitionem leg. More Romano ff. de ferijs secundum omnium sententiam. Nam c. De esu carniū. de C6 sec. dist. 3. quod contrarium significare videri, alicui potest, de consilio loquitur, iuxta glo. suam, vt ibidem diximus. Dixi, *Vescitur*, quia licet bibere sæpius vinum aut aquam inter vescendū, & manè & vespere iuxta Tho. receptum in d. q. 147. ar. 6. pulchra ratione id asserentem, quamuis ad sustentandum sè & famem sedandam biberet, quicquid aliqui sine textu & ratione ad id idonea dicant. Esto quòd venialiter peccaret qui cœpta & nondum finita digestionem biberet, non quidem quòd ieiunium frangat, sed quia actum inordinatum agit, nisi iusta causa puta charitatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis eum reformaret, vt etiam Caietan. ait in d. ar. 6. Dixi etiam, *Vescitur*, ad excludendos eos, qui aliquid præsumunt causa medicinæ, aut causa prægustandi cibos dominorum vel infirmorum, quibus inseruiūt, etiam manè, & etiam si cibi prægustandi sint oua vel carnes, & etiam in quadragesima, quia non in cibum illud sumunt, sed in medicinam, vel vt ex debito officio, suis dominis seruiant, nec propter hoc a ieiunio excusantur. Idem dicendum, de ijs, quos inter comedendum legere oportet, quia possunt præsumere aliquid, cœna in finem lectionis dilata, secundum omnes. & idem de ijs, qui vespertino symbolo, seu collatione die qua ieiunant vtuntur, comedendo aliquid solius fructus, vel panis, vel vtriusque iuxta morem regionis, modo ne tantum sumatur, vt ieiunium defraudetur, non tantum vt ait Innocent. in dict. Rubr. ne potus noceat, quod etiam nulla extante consuetudine fieri potest, sed etiam si ad sustentandam naturam edatur, & quamuis non bibatur iuxta mentem Innocentij & Panormitani, & Communis in dict. Rubr. de Obserua. ieiunij explicatam a Caietan. in summa verb. ieiunium, & melius sec. quæstione 147. ar. 6. & nos probauimus in d. cap. Solent de Consec. distinct. 1. ea præsertim ratione, quòd cum omnia ieiunia sint, vt prædiximus, iure humano inducta, possunt consuetudine rationabili præscripta duriora vel blandiora fieri, argum. cap. fina. de Consec. quicquid aliqui dicant. Non licet tamen

vti manè collatione vsitata vesperi, & prandium in vesperum differre, iuxta Caiet. vbi supra, & meritò: quia illa non fit medicinæ causa, nec fieri potest ratione illius consuetudinis, quia nullibi est talis, & consuetudo quæ contra ius est, non est amplificanda c. Ad audientiam, de Decim. & c. Odia de Reg. iur. lib. 6. quâuis causa medicinæ, debilitatis cõplexionis, vel necessitatis aliqua necessària agendi, iustè id fieri posset. Dixi, *Pluries quam semel*, quia vnica comestio est de essentia ieiunij, nisi quatenus consuetudo aliquam paruam, de qua proximè dictum est, permittit. Quare qui a facta cœna de mensa surrexit, voluntate amplius non comedendi, & postea redit ad eam, & comedit, videtur frangere ieiunium secundum Archid. in c. Non licet, de Consec. dist. 1. pro qua faciunt ea quæ de iteratione actus diximus latè supra cap. 6. nu. 16. Idem videtur de illo, qui facta meridie cœna, sub noctem simbolo seu collatione notabiliter immoderatè vitur (quod frequenter fit in Vigilia Natalis Domini præsertim in Lusitania, vbi multa ex saccharo confecta, & condita propinantur, quo reuera faudatur ieiunium) & admittit veram cœnam nomine collationis tectam seu palliatam, arg. cap. 2. iuncta glo. de Consuet. lib. 6. Sola autem secunda Comestio peccatum est non vltior, quia illa sola ieiuniũ frangit, secundum Durandum in 4. dist. 16. quem sequuntur rectè Angel. vbi supra §. 2. 2. & Syluest. verb. Ieiunium quæst. 8. dicto 4. quicquid disputer Maior in dicta distinct. 15. quæst. 6. modo in tertia vel vltior nõ edantur cibi vetiti, quia quoties quis edit illos, toties mortaliter peccat secundum omnes. Dixi, *Vel cibus vetitis*, quia etiam vnica illorum comestione frangitur ieiunium, secundum omnes. Cibi autem vetiti sunt carnes, quales nõ sunt limaces. Maior vbi supra. Oua, & lacticia in quadragesima cap. Denique 4. distinct. in alijs autem solùm carnes iure communi, vt sentit Thom. vbi supra art. final. quamuis nemo id satis declaret: quod in vrbe seruati videmus, quamuis in Hispania & bona parte Galliarum omnia exæquentur. In omnibus tamen ieiunij seruanda est consuetudo quadraginta annorum comedendi oua, & lacticia arg. c. fin. de consuet. & l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, licet in orbe nouo & terris noue repertis & alijs in quibus nondum est talis consuetudo, seruandum sit præfatum ius commune. Dixi, *Sine causa iusta*, quia illa secundum omnes excusat. Omnis autem iusta reducitur ad vnã ex tribus, scilicet impotentiam, necessitatem, & maius bonum, secundum Tho. vbi supra ar. 4. explicatum a Caiet. in summa verb. Ieiunium ca. 3.

Prima, videlicet Impotentia eximit ab hac lege pueros vsque ad 21. annum secundum eundem Tho. ibidem: Expedi tamen eis ieiunio assuescere, & ob aliquam vrgentem necessitatem ad id compelli possunt, arg. c. 3. Ionæ. Hæc eadem etiam eximit senes sexagenarios secundum communem, licet Tho. nihil de hoc dicat & meritò, quia vt ibi ait Caiet. alij alijs citius fiunt ad id impotentes, & ideo arbitrio prudentis, aut superioris id relinquendum est, arg. l. 1. ff. de iure de lib. c. De causis de offic. deleg. Equidem ego, gratia Deo, octuagesimum annum agens, perinde possum ieiunare, ac cum agerem sexagesimum, imò & quinquagesimum. Eadem etiam mulieres grauidas, & nutrices excusat, quippe quas non solùm sibi, sed etiam alijs edere oportet, & ita vna comestio eis non sufficit. Gab. in 4. dist.

in 4. dist. 16. ar. 1. not. 4. D. in fine, imò peccarent, nisi ita robustæ essent, vt vna comestione sibi & infantibus sufficere possent. Caiet. in d. ar. 4. Eadem etiam excusat pauperes non valentes quærere sibi cibum ad vnica comestionem sufficientem, non tamen alios. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. ar. 2. conclus. 3. Eadem excusat infirmos non valentes, vel non debentes simul tantum comedere, quantum eorũ saluti sufficiat. Eos item, qui tam infirma sunt complexionem, vt vacuo stomacho capitis dolorem, vel vertiginem patiantur, aut tota nocte calere vel dormire nequeant. Caiet. vbi supra. Secunda causa, scilicet Necessitas, excusat quem a ieiunando, quoties oportet facere ipsum aliquid impatibile illi, ad vitæ aut sui status decori conseruationem necessariam, aut ad vitandum damnum aliquod notabile, aut lucrandum aliquid, quod rarò lucrifieri potest. Et omnis alia necessitas, quæ a festo seruando excusat, vt vbi supra addit Caietan. Pro quo facit cap. Licet, de ferijs. Non tamen illa sola, nostro iudicio, excusat, Excusatur enim a ieiunio faber ferrarius, Carpentarius, Agricola, & quilibet alius operarius, qui aliter quam assiduo suo labore non potest se aut suam familiam sustentare; aut collocare suas filias, aut studijs filiorum necessaria suppeditare, nec sibi nec suis, ad cultum decentem necessaria comparare, vt ait idem vbi supra ar. 3. Qui tamen ab obseruandis festis non excusantur. Vnde sequitur illud Eugenij iij. non tam priuilegium esse, quam iuris communis declarationem, opifices suas artes exercentes, aut colonos, colendis, serendisque agris, aut alijs operam dantes, siue sint diuites siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri: & a confessarijs absolui posse consulendo illis, vt in elemosynis alijsque pijs operibus occupentur. Rosel. verb. ieiunium §. 19. Syluest. eod. verb. q. 3. quia nullus eorum, qui operi laborioso incumbunt, vt plurimum tam diues est, qui suo labore ad aliquid ex prædictis non indigeat. Et a fortiori excusatur, qui ieiunando, non potest ad suam, aut aliorum salutem spiritualem vel corporalem necessariam efficere, veluti concionari ex officio, aut obedientia, verbo, aut scripto docere, aut confessiones audire, secundum Caiet. vbi supra ar. 3. & in summa verb. Ieiunium ca. 3. Eadè causa eos qui ieiunando, suo officio, vt par est, fungi nequeunt, quia vt ieiuniam opera necessitatis non impedit, sic nec obligationis, & consequenter excusatur magnum iter facturus, saltè pedes, & maritus, qui vxori sue reddere debitum aliter non potest, & vxor, quæ ieiunando marito satis placere nequit. Tertia causa, scilicet Maius bonum, excusat eos, qui non possunt ieiunando sanctioribus, & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunando vacarēt, Arg. c. Non mediocriter de Consec. dist. qualia sunt opera misericordie spiritua lia & corporalia, quæ suapte natura sunt actus misericordie, quæ est virtus præstantior abstinentia, cuius actus est ieiunium, iuxta Caiet. vbi supra ar. 2. Qui tamen, & Sylu. limitant hoc procedere in eis tantum, qui sine aliqua mercede ob solam charitatem faciunt, & non in alijs qui ob mercedem id faciunt absq; alia ad id obligatione voti, obedientie, aut beneficij, quod verum est, cum id faciunt principaliter vt se a ieiunio excusent; arg. l. & qui data opera, ff. Ex quib. caus. maior. Nam si principaliter causa se sustentandi, vel misericordie vel cultus Dei, & minus principaliter propter mercedem id facerent, ab eo excusarentur. Quoniam

- niam id quod principaliter intenditur, debet attendi, l. Si quis nec causam, ff. de reb. Cred. & alia, quæ supra cap. 17. nu. 208. adducuntur. Vnde sequitur solam peregrinationem voluntariam non esse iustam causam excusandi, nisi cum propter personæ auctoritatem aliorum deuotionem auget ieiunando, & peregrinari nequit, aut cum ardor deuotionis ex quo procedit, efficit vt salubrior sit animæ quàm ieiunium, iuxta Caietanum 2. sec. q. 147. art. 3. & in summa verb. Ieiunium, cas. 3. Dixi, *Voluntaria*, quia secus esset, quando est vota, præcepta, vel iniuncta in pœnitentiam, & differri commodè non potest, eo quod tempus implendi accedit, & socij, qui tunc ad id se offerunt necessarij, postea deerunt, iuxta Gab. in 4. distinct. 15. quæst. 3. art. 1. not. 4. F. Si autem vtrumque commodè facere potest, non excusat, vt rectè annotat Syluest. verb. Ieiunium, quæst. 9. §. 2. Quod si quis dubitat, an opus pium, & voluntarium, quod intendit, excuset ab obligatione ieiunandi, consulat superiorem, qui secularibus est Episcopus, & monachis prælatus, si facile potest adire, alioqui, proepiscopus, vel parochus, quorum dicto acquiescat secundum Caietanum vbi supra.
- 18 Excusatur etiam vxor a ieiunijs voluntariè votis, si maritus repugnat, cap. Manifestum, & cap. noluit. 33. quæst. 5. non autem quo ad ieiunia Ecclesiæ, nisi cum ex ipsius ieiunio, inter ipsam & maritum notabilis discordia, aut odium, aut scandalum, rixa, percussio, aut blasphemia consequeretur, iuxta Syl. vbi supra: quia Deo gratius est conseruare pacem, & impedire prædicta mala, quàm ieiunare, secundum eundem dicentem in alia opera pia eiusmodi ieiunia auctoritate superioris commutari debere, quod magis esse consilij quam præcepti nobis per prædicta videtur. Dixi, *Sine causa vera vel putatiua*, quia si quis bona fide credit sibi iustam ad non ieiunandum causam esse, & ob id non ieiunat, non peccat, saltem mortaliter, secundum Paludanum in 4. distinct. 15. quæst. 4. ar. 1. S. Antonin. 2. par. titu. 6. cap. 2. ante §. Sylu. verb. Ieiunium. quæst. 8. & Caietan. in Summa eod. verb. & in 2. sec. quæst. 147. art. 3. Illi tamen qui dubitat an sine notabili damno suæ salutis ieiunare possit, confessarius consulere debet, vt experiatur: & si per id cognouerit esse sibi notabiliter nociuum, iuste a ieiunando cessare poterit, & si adhuc dubitauerit, ad superiorem pro dispensatione confugiat, qui vero hoc noluerit facere, non est absoluendus, quia non est satis contritus, cum videatur nolle parere ecclesiæ, iuxta S. Anton. in decis. quarundam quæst. Pro quo facit cap. Ad audientiam de homicid. & cap. Iuuenis de spons. Qui autem non potest ieiunare totam quadragesimam, sed potest bis vel ter in hebdomada, tenetur id facere, eoque satis facit præcepto. Caietan. in summa. A ieiun. excus. & 2. sec. q. 147. ar. 6. Dixi, *Aut sine dispensatione*, quia illa excusat secundum omnes, solus autem Papa circa ieiunia generalia dispensat absolute, ne quis ieiunij lege teneatur, vel non illis aut illis diebus, arg. Clem. Ne Romani, de Elect. c. Ex insinuatione, de Appell. Singulariter tamen, cum illo, aut illo iusta de causa, ne illo aut illo die ieiunet, etiam Episcopus videtur posse dispensare; inò & eo absente Parochus, & quilibet Prælatus cum suis religiosiis, iuxta Sanctum Thom. in quarta, distinctione decimaquinta, quæstione 3. articulo secundo, ad vltimum, & lentit. secunda secundæ, in dicta quæst. 147. quem ibidem

dem Caietan. sequitur. Tum quia licet hoc iure expresso probari nequirer, satis tamen necessitatibus quotidie occurrentibus persuadetur. Tum quia tam frequenter Sedes Apostolica consuli non potest. Tum quia videtur receptum consuetudine, quæ iurisdictionem dare potest c. Cum contingat, de foro Com. & cap. Duo simul, de offic. ordin.

Ex quo infert Caietanus dicto articulo quarto, non debere prælatos relinquere suæ conscientie subditos petentes ab ipsis dispensationem, vt liceat eis cœnare aliqua de causa in die ieiunij, aut ante horam comedere, quia potius debent eis compari, & benigne dispensando a suis scrupulis liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare. Notandum tamen secundum eundem quod dispensatus, vt die ieiunij pluries quàm semel comedat, non videtur dispensatus vt carnes edat; nec dispensatus, vt ante horam iustam prandeat, videtur a ieiunando liberatus; nec necessitas, aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, videtur excusare ab omni parte illius; ieiunare enim prout potest, tenetur; quia vt ille ait in dicta quæstione 147. articulo septimo, præceptum Ecclesiæ licet in totum seruari non possit, seruandum tamen est quo ad illam partem, quo ad quam seruari potest; pro quo aptus text. in cap. Cum dilecti de dolo & Contu. cum citatis a gloss. & doctoribus ibi. Notandum item quod non excusatur quis a ieiunio propter eleemosynam, in quo multi absq; textu & ratione errant, quia debitor vnius rei, soluendo aliam non liberatur. leg. Eum. & leg. Manifesti. C. de solut.

Secundò, peccat mortaliter, qui iusta de causa excusatus a ieiunando, cum sustentari possit escis ieiunio congruis; carne, ouis, aut lacticijs vescitur, iuxta S. Anton. receptum 2. par. tit. 7. cap. 2. §. 7. & probatur ratione posita sub finem nume. proximo.

Tertiò, qui ad cœnam inuitat eum, quem nescit non esse a ieiunio exemptum, & probabiliter credit, aut dubitat ob illam inuitationem ieiunium fracturum, quod alias seruaturus esset, quia dat causam propinquam mortaliter peccandi, secundum Caiet. 2. sec. q. 147. ar. 4. dicentem, hoc non procedere in eo, qui scit inuitatum alibi esse cœnaturum. Hoc dictum tenuimus primum hic, deinde in capitu. 28. Additionum huius Manualis Hispani contrarium, per multas rationes: nunc vero alta mente re perpensa, credimus posse saluari illud, secundum mentem eius, in eo qui inuitat paratum cœnare, ex causa iusta, puta vrbauitatis, vel amicæ hospitalitatis, ad cœnandum secum, in quantum cœna est actus sustentandi naturam, & de se bonus vel indifferens, nullatenus consentiendo in eum, quatenus est fractio ieiunij. Credimus enim licere inuitare, & prouocare, iusta de causa alium ad aliquem actum suo genere bonum, vel indifferenter, nullatenus consentiendo in eum, quatenus fit malè, vel est malus. Tunc quia Deus ipse inuitat, inò iuuat, ad agendum aliqua, quæ sunt peccata, quatenus sunt entia, quia quatenus sunt talia, sunt ab eo, per quem omnia facta sunt. Io. 1. vt dictum est supra Prælud. 7. Tum quia licet gaudere de eo, quod est peccatum alia ratione, quàm quia est tale, vt de occisione Christi gaudemus qua parte est nostra redemptio, & dolemus, qua parte fuit grauissimum peccatum, iuxta illud gloss.

glo.c. 1. de Consec. Eccles. lib. 6. Actio displicuit, passio grata fuit, & de occisione tyranni gaudemus, qua parte est liberatio populi, licet alia ratione sit peccatum. Tum quia licet egenti mutuum petere simpliciter ab Vfurario, qui scitur non esse mutuaturus sine vsuris, imò & accipere sub eis non consentiendo in dationem, quatenus est mala. Tum quia licet parochiano petere & accipere a suo parochio Sacramenta, in quibus dandis ille peccat & creditur peccare, vt dictum est supra cap. 14. nu. 16. & 31. F. Tum quia licet locare meretrici domum in qua creditur meretricatura, sitam in ea parte vrbis in qua permittitur, vt dictum est supra cap. 17. nume. 195. A. Tum quia licet vendere, aut dare peccatoribus non excommunicatis, necessaria & vtilia ad sustentationem, licet illa directa ad peccandum vt ipsi dirigunt, sit peccatum. c. Audi denique. & c. Ad mensam. 11. q. 3. imò & oportet id facere etiam excommunicatis extremè egentibus, imò & infidelibus volentibus infideliter vinere, secundum omnes per c. Pasce. 86. dist. Tū quia licet petere a gentili, Iudæo vel Saraceno, vt confirmet iuramento contractum, licet sciatur vel credatur superstitiosè & cum peccato iuraturus, c. Mouet. 22. q. 1. Tum quia Laurentius dixit Decio Tyranno, assatum est iam, versa, & mauduca, cum tamē illa versio esset peccatum ex parte assantis. Et multi martyres prouocarunt tyrannos ad sui occisionem, quæ tamen ex parte eorum erat peccatum. Quin & Andreas Apostolus prouocauit ad sui crucifixionem, & eius protractionem resistendo ne deponeretur, quum tamen vtraque tam crucifixio quam eius protractio esset grande peccatum; & rationibus in contrarium adductis responderi potest eas procedere, in eo qui sine iusta causa inuitat, vel consentit in actum cœnandi, vel cum causa quatenus est peccatum, vel est causa ob quam ieiunium illius diei frangitur. Per quæ omnia, etiam declarantur dicta in d. nu. 26. & 31. & supra cap. 19. nu. 16. quæ ad hanc resolutionē sunt reducenda.

26 Quartò, Qui paterfamilias, œconomus, tabernarius, hospes, aut caupo, manè aut vespere diebus ieiuniorum suis filijs, famulis, aut alijs quorum curam gerit cibos ministrat, aut ijs qui suam tabernam, aut cauponam adeunt, propinat eos cibos, quibus illos ieiunium soluturos sine causa credit, aut saltem dubitare debet. Quia quamuis fortassis non sit causa principij peccati, est tamen causa actus per quem peccatum exequitur, secundum Caietan. in d. art. 4. aut continuationis illius, & ita peccato consentit & cooperatur, vt Maior in 4. dist. 15. q. 4. tradit, non autem si satis apparet eos non teneri ad ieiunandum eo quòd sunt iter facientes, adolecentes, senes, infirmi, grauidæ, aut nutrices, aut probabiliter credit habere aliquam causam occultam legitimam non ieiunandi, & illis occultè ministrat, aut saltem sine scandalo alicuius. Ad quæ reducenda sunt, quæ tanto apparatu, ait Gab. in 4. dist. 16. q. 3. ar. 3. dub. 6. Resoluens tamē tabernarios, & caupones qui parati sunt ministrare cibos in die ieiunij, quibuscunq; petentibus, nulla admonitione de ieiunio facta, nullaque ratione habita an habeant iustam causam non ieiunandi, an peccent aut non, mortaliter peccare, quod ex prædictis sequitur.

Quintò, Qui in diebus ieiuniorum cibos vetitos ministrat sine dispensatione legitima nec consuetudine id permittente, Gab. vbi supra.

Sextò,

Sextò, Qui mane comedit in die ieiunij per talem ignorantiam vel incogitantiam quæ a violando ieiunio excusat, & ob id non ieiunat. Quia non obstant tali esu, perinde poterat ieiunare, ac si nihil comedisset, & hora cõsuetæ vesci. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. ar. 5. Dixi, *Talem*, quia secus est, si est eiusmodi, quæ a violando non excusaret, eo quòd iam fractum ieiunium, reparare non potest illo die, & aliò nõ tenetur secundum omnes, Arg. c. 2. de Observat. ieiunij, quicquid dicat Palud. vbi supra, vt qui vno die preces horarias omittit, non tenetur altero die recitare, vt latè diximus in Enchirid. de Orat. siue Repet. c. Quando de Cõf. dist. 1. Notab. 10. nu. 32. Idem Angel. Vbi supra, §. 3. & 4.

Septimò, Qui notabiliter absque iusta causa horam comedendi in loco consuetam præuenit, iuxta glo. c. Vnum. §. Alias verb. Ieiunantibus 25. dist. & Palud. in 4. dist. 15. q. 4. ar. 4. quia ieiunium frangit, quod probat Caiet. 2. sec. q. 147. ar. 7. quicquid dicat Angel. ver. Ieiuniū §. 2. Secus si iusta de causa id facit, vt quia non vacabit hora consuetæ comedere, siue ob iter arripiendum, siue ob hospites, siue ob aliam honestam causam, iuxta Innoc. in Rub. de obseru. ieiunij & Syl. vbi supra q. 1. dicto 3. & Gab. in 4. dist. 16. q. 3. ar. 9. & Angel. verb. Ieiunium. §. 1. Licet autem pro libito proferre horam, modo sine superstitione fiat, iuxta S. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. Eo. ab omnibus receptum. Nec frangunt ieiunium, qui ante vespere quadragesimæ comedunt, vel alijs ieiuniorum diebus ante nonam recitatam, quamuis officijs diuinis addicti id facere sine iusta causa non debent, iuxta S. Anton. vbi supra, & Caiet. vbi supra, d. ar. 7.

Octauò, qui compellit famulos ad ieiunandum obligatos in diebus ieiunij ad opera illi impatibilia, quæ commodè in alium diem differri possunt, Palud. in 4. dist. 25. q. 4. ar. 2. & Gab. ibidem q. 3. ar. 1. notab. 4. Idem de eo, qui ieiunat diebus dominicis, quia superstitiosè credit in illis ieiunandum esse contra consuetudinem Christianam. c. Si quis presbyter. 30. dist. & iuxta S. Tho. in 4. dist. 15. q. 3. ar. 3. secus si ieiunet ob salutem suam, studium, domandam carnem, aut alios bonos fines, imò meretur, arg. c. Vtinam. 76. dist. Quod ibi & in ca. Si quis presbyter, tradit vterque Cardin.

De tertio Præcepto Ecclesie, de soluendis Decimis.

S V M M A R I V M.

Decimæ quo ad quotam, iuris humani, quo ad sustentationem, diuini nu. 28. & ita quo ad illam tollitur consuetudine, & non quo ad hanc nu. 30.
Decima triplex, prædialis, personalis & mixta nu. 29.
Decimam insolitam non imperat Papa nu. 30.
Decima personalis in quo à prædiali differt, & non soluitur nu. 31.
Decima soluenda non deducta impensa, nec semine & cæt. nu. 31.
Decimas debens, vel impediens ante restitutionem non absoluitur, nu. 32.
Primitiæ, vt decimæ soluendæ, nu. 32.

CONTRA

28



ONTRA hoc præceptum peccat mortaliter, Primò, qui decimam ecclesiasticam iure debitam non soluit integrè cui debet, secundum omnes per c. Decimæ, c. Reuertimini. 16. q. 1. & illa multa, quæ Innoc. communiter recept. citat in Rub. de Decim. aliàs in c. fin. de Paroch. illi proximo. Pro quorum intellectu dico. Primò, quòd lex illa vetus Exod. 22. repetita in multis locis ab Innoc. vbi supra, qua vndecim Tribus Israel iubebantur soluere duodecimæ Leuitarum diuino cultui addictæ decimam omnium fructuum, erat lex iudicialis, quo ad quotam decimam, quamuis quo ad cõgruam sustentationem, quæ debebatur ei, eò quod erat dicata, & seruibat diuino cultui, erat moralis & naturalis deducta ex illa generali. Dignus est mercenarius mercede sua Luc. 10. Secundum Tho. quolib. 2. ar. 8. & quol. 6. ar. 10. & 2. sec. q. 87. ar. 1. declaratum ibi pulchrè per Caiet. & latè probauimus in Rep. c. Ius naturale. 1. dist. & in c. 1. de Deci. lib. 6. & in Rep. c. Ad hæc: de Præb. not. 1. 8. dicto, quamuis Innoc. vbi supra & Glo. c. 1. de Decim. lib. 6. recepti ab omnibus ferè nostris, præsertim à Petro Rauen. in fine sui compendij, teneant, Decimas etiam quo ad quotam iure diuino deberi per cap. In aliquibus, §. Ille, de Decim. & alia quæ ibi allegat Glo. sed malè, quia certum est eam non deberi lege naturali; cum illa nullum ante Mosem, nec post eum ante CHRISTVM alios quàm Hebræos ligauerit, quod fecisset si esset lex naturalis, arg. c. Ius gentium 1. dist. & principio 5. dist. Et consequenter erat iudicialis, vel cõemonialis, quas non solum est verum, sed de fide, cessasse a passo CHRISTO §. fin. 4. dist. & c. 1. de Purif. post part. Vnde Maior in 3. dist. 37. in q. 36. col. 2. ait, contrarium esse hæresim, licet Canonistæ illud tenentes non debeant censeret hæretici, & col. antepen. & seq. speciatim confutat prædictum Rauennatem mordicus insequentem Innoc. eo quod eorum dicta consequitur præcepta iudicialia legis veteris non expirasse; quod est hæresis. Nec obstat dictus §. Ille, Quia intelligendus est, de lege, quæ diuina esse solebat, aut de lege diuina veteri, quæ nouæ humanæ exemplo fuit, sicut dixit Caiet. in d. ar. 1. & facit in simili ca. Cum esses. de Testam. & ad c. Quadragesima de Consec. distinctione quinta apertè respondet in col. penul.

29 Secundò, dico triplicem esse decimam. Prædialem, Personalem, & Mixtam, Prædialis est quæ prouenit ex fructibus prædiorum, tritico, vino, oleo, &cæt. Personalis est decima lucri, ex sola industria aut labore personæ, quæ sit, quale est lucrum mercedis, mercis, officij, venationis &cæt. c. Ad Apostolicæ, & c. Pastoralis cum glossa & eis annot. Mixta est, quæ partim ex prædijs & partim ex industria capitur, qualis est foetuum pecudum, & pullorum auium. Et ita hæc lex Ecclesiæ est generalior quàm vetus, quæ solam decimam prædialem, aut mixtam soluere iubebat. Dixi supra, Ecclesiasticam, ad includendam triplicem decimam supradictam. Dixi, Iure debitam, ad excludendum eam quæ consuetudine, vel conuentione rationabili non debetur, quod ferè tota Italia seruat, & benè, quia quum vt prædictum est, decima non debeat quo ad quotam iure diuino, potest illa diminui, vel tolli, modo congrua sustentatio iure naturali debita relinquitur ministris ecclesiasticis, arg. cap. final. de Consec. & l. 2. C. quæ sit longa Consuet.

Consuet. Vnde sequitur Primò, quod qui soluit minorem partem, quàm decimam, vel decimam de vnis fructibus, & de alijs non, modo soluat totam partem consuetam, & de omnibus fructibus decimari consuetis, satisfacit, modo suam parochus congruam sustentationem habeat, per prædicta èt in duobus casibus de quibus Pan. in c. A nobis, de Decim. quem sequitur Angel. verb. Decima. §. 2. Quorù quidè prior est, quando Papa soluere iuberet, quia retenta opinione prædicta Theologorum, supra efficaci ratione probata, eiusmodi iussus esset iniustus, & ab eo supplicari posset, iuxta. c. Si quado. de Rescrip. Posterior verò est quando ministri Ecclesiæ necessitate pressi decimas peterent, nam & in hoc casu non esset soluenda quota decima præcisè, sed plus, vel minus, vel tantum prout congrua sustentatio, plus minus vel tantum requireret, quia hoc iure naturæ, cui humana consuetudo derogare nequit, debetur, illa vero humano, cui consuetudo derogat. c. fin. de consuet. vt dictum est supra nu. 28.

31 Sequitur secundò, idem dicendum de personalibus, quod de alijs videlicet, quod non debentur, vbi est consuetudo legitime præscripta eas non soluendi, qualis est ferè nostra ætate in toto orbe CHRISTIANO exceptis salariorum famularum, & famularum, aliquarum regionum Hispaniæ. Inter has enim & alias hoc solum interest, quod eæ nunquam fuerunt debitæ iure diuino èt veteri, illæ verò sic ab Hebræis tantum, & quod in his deducuntur impensæ, & solum lucrum decimatur, in alijs non item per notata, in c. Ad Apostolicæ, c. Nò est. c. Ex transmissa. c. Pastoralis. de Decim. Id tamen est certum de lucro illicito, quod est restituendum, non esse soluendam decimam personalem, de alio verò sic, modo non sit per notorium peccatum quæsitum, ex tali enim lucro nò est accipienda, nè illud approbari videatur iuxta gloss. communiter recep. in d. cap. Ex transmissa.

Secundò, peccat, qui soluit quidè decimam iure debitam, sed deducit prius impensas sationis, aut collectionis fructuum, aut semen satum aut pensionem, quæ domino prædij soluit, contra. c. Tua nobis, & ca. Non est, de Decim. aut decimat partem peiorem, quia licet non debeat optima, debetur tamen mediocris, Maior. vbi supra:

Tertio, qui soluit quidem omnes decimas debitas, sed non vbi, quando vel quibus iure vel consuetudine legitima debet, Arg. c. Certificari, de sepul. & c. Ea te. de iureiur. Nisi pacto legitimo inter ecclesiasticos, & laicos excusetur, c. statuimus, & c. Veniens, de Transact. cum eis annotat.

32 Addo, quòd Concilium Trid. in sess. 25. c. 12. de Refor. sic præcepit. Qui decimas aut subtrahunt, aut impediunt excommunicentur, nec ab hoc crimine nisi plena restitutione sequuta absoluantur; quod intelligimus de ijs, qui restituere possunt, antequam sacrosanctum corpus Domini sumere debeant aut moriantur, arg. eorum quæ dicta sunt supra. c. 17. nu. 42. & nu. 156. Condonatio verò facta ab eo cui debentur, sufficeret ex mente glo. solennis. cap. Peccatum. de Reg. iur. lib. 6. verbo, Restituatur. Nec refert, an diues sit, qui debet, an pauper, vt rectè significat Maior, vbi supra, quicquid sentiat San. Anton. 2. par. ti. 4. capitu. 3. §. 7. nisi quòd beneficiarius condonando diuiti quod pauperibus est erogan-

erogandum, & diues accipiendō, quod illis erat dandum peccare possent, & teneri ad restitutionem, iuxta ea quæ diximus in prædictæ Apologiæ locis citatis supra cap. 17. nu. 94. & specialius in c. Non liceat, 12. q. 2. §. 15. nu. 5.

Quartò, qui primitias iure vel consuetudine legitima debitas non soluit, vbi, quando, & quibus debet, iuxta cap. 1. & ibi notata, de Decim. & trad. Tho. 2. sec. q. 86. Et qui concionatur vel confessarius non hortatur ad soluendas decimas, iuxta dicta infra, cap. 27. nu. 145.

De quarto Præcepto Ecclesiæ, de semel in anno confitendo.

S V M M A R I V M.

Confessio sed non scriptio omnium mortalium intra annum per se ipsum necessaria, & interdum ante quadragesimam, venialium verò utilis tantum, nisi, & c. num. 33. & trib. seq.

Confitendo qui mentiens, vel nolens integrè fateri peccat mortaliter, n. 37. 38. & 39.

Confessio talis qualis eius finis & quis principalis, nu. 40.

Confitens, qui laico, vel qui confessionem iterans peccat mortaliter, numero 41. & 42.

Pœnitentiam iniunctam, qui non implens peccat mortaliter, nu. 43.

Confessarij dictum qui reuelans, peccat mortaliter, nu. 44.

33



CONTRA hoc præceptum peccat mortaliter. Primò, qui non confitetur iam habès discretionem, & potest, omnia sua peccata mortalia semel in anno cui debet, c. Omnis vtriusque sexus de Pœnit. & remiss. Et quâuis omittere vno anno confessionem, non sit nisi vnum peccatū mortale, vt significat gl. sin. in summa de Pœnit. dist. 5. tamen, quoties quis proponit, nō confiteri toto anno, toties peccat, iuxta omnium sententiã. Quid aut sit confessio (de qua loquimur) sacramentalis, & quæ 16. conditiones quas requirit, cum quatuor notabilibus, dictū est supra, c. 2. nu. 5. Dixi, *Habens discretionem*, ad excludendos eos qui ea carent, dicto c. Omnis. Eam aut videtur habere puer, qui ob malefactum ve recundatur, & bonum discernit a malo & interrogatus, An liceat innocentè interficere? aliena inuadere? superiori maledicere? & alia huiusmodi negatiuè respondet. Et interrogatus, An bonum sit, esurienti panem porrigere? adire ecclesias? affirmatiuè respondet, sed non omnes eodem tempore, eã consequuntur, quod diligenter considerare debent ij, quibus illi subduntur, arg. c. Duo ista nomina 23. q. 4. Porro decens est consuetudo, vt vno, aut altero anno prius incipiant confiteri quam communicent, quo maiori cū reuerentia id faciant, Maior in 4. dist. 17. q. 2. Dixi, *Potest*, quia si copiam confessarij non habet, aut est excōmunicatus, & non negligit procurare absolutionē, aut ex consilio confessarij in longius tēpus confessionem differt, aut aliàs impeditur, non peccat, arg. c. Quia diuersitatem, de Concess. præb. & trad. Anton. 2. par. titu. 9. cap.

cap. 8. Dixi, *Peccata mortalia*, quia hoc præceptum non includit venialia, etiã si mixta sint mortalibus, iuxta glo. c. Omnis recepram ibi & in 4. dist. 16. per omnes, & probatam per concil. Trid. sess. 14. can. 5. nisi quando dubitatur, an sint mortalia, ar. c. Si quis autem, de Pœnit. dist. 7. aut tanto affectu est in illa, quod timer se per ea in mortale inducendum, nisi fortiter frænet illa confitendo, iuxta S. Bonau. in 4. dist. 16. sub fi. Quibus consequens est, posse què si velit, confessio vno veniali peccato, alterum tacere, Maior, & alij. vbi supra. Vtile tamen est carenti mortali, sæpius venialia confiteri, quia per id augetur gratia, & pœna purgatorij minuitur, & propositum nunquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi diminuitur. Sylu. verb. Confessio 1. quæst. 4. §. 3. Dixi, *Semel in anno, & omnia*, propter ea quæ in d. cap. 2. dicta fuerunt.

Secundò, Peccat qui non confitetur etiam extra quadragesimam occurren- 35 te casu in quo ad id obligatur. Quinque autem casus in d. cap. 2. nume. 6. & duobus sequent. attingimus: quibus prædictus Maior addit alium, in quo quis nonit, se memoriam omnium totius anni peccatorum, in quadragesima minimè habiturum, quod videtur vtile, sed non necessarium. Tum quia ferè omnes in anni decursu toties peccamus, vt veri numeri in quadragesima non meminerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est asserenda obligatio §. Consideremus. Auth. de Trient. & semiss. coll. 3. & c. Consuluisti 2. q. 5. Tum quia Concil. Florent. citatum a nobis in c. Fratres, de Pœnit. dist. 5. nu. 66. Cui Tridentinum consentit vbi supra ca. 5. tantum obligat ad confitenda peccata, quorum meminimus, in quod tamen adhibenda est mediocris diligentia, quam ibi determinauimus, sed non illa noua, quam Maior sine textu & ratione necessaria excogitauit, quaque scropulis onerari possent pœnitentes.

Tertiò, Qui non iterat confessionem, in quibus casibus iteranda est, sup. c. 9. positus, sciens, aut scire debens se ad illud teneri, iuxta mentem omnium.

Quarto, Qui confiteri potest ore proprio per semetipsum & non vult id fa- 36 cere, nisi tantum per scriptum, vel nuncium ob segnitiam aut pudorem, cap. Quem pœnitet de Pœnit. dist. 1. Dixi, *Potest*, quia qui per se ipsum confiteri nequit, non tenetur ad confitendum per alium, nec per scriptum, nec etiam per interpretem, Si tamen id faceret, valeret confessio, & absolutio, quæ scripta mitteretur, secundum Palud. in 4. dist. 17. quæst. 2. ar. 1. & clar. us Adria. in 4. de Confess. q. 1. col. 6. quos sequuti fuimus in c. Quem pœnitet, & nunc etiã sequimur, quamuis aliqui contradicant. Tum quia illa, quæ per interpretem fit, semper fuit, & est in vsu Ecclesiæ, & eam, quæ per scriptum a præsentente pœnitente fit probat Glo. c. Qualis, 30. q. 5. Tum quia falsum est de ratione intrinsecq̃ confessionis esse vt sit secreta, Concilium enim Tridentinū in d. sess. 14. can. 5. expressè ait posse etiam fieri eam publicè, licet nemo ad id teneatur. Et si id esset verum, confessio, quam tertius insidiosè audiret nil valeret. Tum quia dict. cap. Quem pœnitet, habens non esse faciendam per scriptum, intelligi debet, quando verbo commodè fieri potest, ne contradicat prædicto cap. Qualis,

Qualis, quod habet eam per scripturam fieri posse. Tum quia hæc opinio misericordiam Dei, virtutem sacramenti pœnitentię, & deuotionē pœnitentium auget, & opposita retrahit a confitendo alienæ linguæ homines, & mutos sciētes scribere, & ægrotos, in domum parochi ægrotantis migrare nequeunt.

- 37 Quintò, qui mentitur in confessione, affirmando, aut negādo, aliquod mortale, nisi affirmaret absque animo sacerdotem decipiēdi putans se sanctē posse nimis accusare, vt diximus, in d.c. Fratres, nu. 37. Dixi, *Mortale*, quia si solū affirmaret, vel negaret falsē tantum veniale, non peccaret mortaliter siue proposuisset illud confiteri, siue non, quicquid dicat Caiet. 2. sec. q. 69. ar. 1. Quia mendaciū solo, eo, quod in iudicio interiori confessionis, aut exteriori dicatur, non est mortale, quamuis sit de re, quę ad iudicium, in quo illud fit pertineat, nisi sit iuratum, aut notabiliter perniciosum. vt diximus in c. Fratres de Pœni. dist. 5. nu. 18. & in c. Inter verba, nu. 73 5. & supra cap. 18. num. 7. Dixi, *Eo solo*, quia, vt scripsimus, in d.c. Fratres nu. 22. potest esse peccatū quando quis nullum aliud verum confiteretur, non quidem, quia est mendacium, sed quia irreuerentiam sacramento facit, non subijciendo materiā, ad illius exercitium sufficientē, qualis nō est peccatū falsum, licet veniale verum sic. Quod dictū est de veniali est dicendum de mortali aliās legitimē confesso, cum neutrius confessio sit necessaria, & vtriusque sit sufficiens materia sacramenti secundum communem Catholicorum. Vnde sequitur non peccare mortaliter vt in d.c. 2. n. 4. diximus confitentem, negantem se admisisse peccatum mortale aliās legitimē confessum.
- 39 Sextò, Qui inter confitendum proponit non confiteri aliquod peccatum mortale, si confessarius non interroget, quod agnoscens cōfessarius procurare debet, vt eum pœniteat peccati nolendi confiteri integrē contra prædictum. c. Omnis, & Concil. Florent. & Trid. Sess. 14. c. 5.
- 40 Septimò, Qui confitetur ob finem mortaliter malum, puta, ad cōsequendū aditum faciendi aliquid, quod esset mortale, aut ob vanā mortalē gloriā. Quia omnis actus, cuius finis mortalis est, ipse quoque talis est. c. Cum minister 23. q. 5. cum ijs, quæ latē adiecimus ei, Dixi, *Mortaliter malum*, quia confiteri ob finem venialem, non est mortale: quāuis. n. eximus vir ille Angel. verb. Vanagloria. §. 1. teneat, concionari, missam celebrare, & alia principaliter diuino cultui dedicata facere, propter honorem, aut inanem gloriam, esse mortale; contrarium tamē tenendū est, vt latissimē in Repet. ca. Inter uerb. 11. quæst. 3. nu. 351. demonstrauimus. Addimus autē, quod vt aliquis dicatur confiteri principaliter, ne noveretur, aut infametur in populo, aut ob metum apparitoris, siue merini, aut pœnæ, non satis est, quod aliās non confiteretur, sed oportet, vt id æquē, aut pluris quā confessionem, & absolutionem faciat, quod pauci faciūt, quāuis multi non confiterētur, nisi aliquo respectu prædictorū, aut alio simili tēporario in id mouerētur, per ea quæ in locis supradictis diximus, præsertim in d.c. Cū minister nu. 43. disputando de cā principali, & minus principali actus humani, Vnde sequitur non peccare mortaliter eos, qui ne suā existimationē honestam amittant, confessario cuidam familiari suo cōfitentur, omnia sua

sua peccata etiam obscena, & postea alteri probo & graui solum leuiora, quod de se non est malum, & si finis venialis fuerit, peccatum veniale erit, & si mortalis mortale, & si bonus, qualis frequenter est, sanctus, & probus, imò interdū necessarius, quicquid dicat Syl. Verb. Confessio 1. q. 6.

Octauò, qui confitetur Laico vel clerico non presbytero, absque necessitate, cum possit confiteri presbytero, aut cum necessitate, animo accipiendi ab eo absolutionem sacramentalem, aut detegendo peccata mortalia secreta imprudenter, iuxta Scotum & communem in 4. dist. 17. q. 1. & Card. Turre. in c. Quem pœnit. de pœnit. dist. 1. quod sicut in c. 1. de pœnit. dist. 6. a nu. 72. vsq; ad 83. & in Repet. d.c. Inter verba. nu. 729. diximus, intelligendum est solū de eo qui confitetur peccata, quibus absque peccato mortali se infamare non potest; & de eo, qui scit absolutionem sacramentalem tentatam a laico etiam in vltima necessitate, esse sacrilegium, & esse graue peccatum interdum se ipsum infamare, etiam ad veniam à Deo obtinendam; non autem de simplici & bona fide credente, (licet per ignorantiam iuris) licitum esse, hoc fecit, eo quod communiter id inter peritos licitum existimatur, quod tamen falsum est, iuxta omnes in 4. dist. 17.

Nonò, qui confessus laico tempore necessitatis peccata mortalia, non confitetur eadem postea cui debet tempore quo confiteri tenetur, iuxta omnes in 4. dist. 17. & cap. Omnis de pœnit. & remiss. Quia ad confitendum ea non secus tenetur, quā si laico cōfessus non fuisset, vt diximus in d.c. 1. de pœ. di. 6. n. 83.

Decimò, qui peccatorum semel bene factam confessionem iterat secundò, tertio, & sæpius propter scrupulos, cum periculo desipiendi ob nimiam de re tristi cogitationem, aut cum scandalo notabili confessarij, aut notabili infamia tertij, vt diximus in d.c. Inter verba 11. q. 3. nu. 729. & in c. si. de pœnit. dist. 5. nu. 30. & aliquid in c. 1. nu. 98. & 99. de pœnit. dist. 1. Dixi, *Cum periculo & scandalo*, quia non videtur plusquam veniale id facere sine illis, licet sit veniale, quia procuranda est tranquillitas animæ & conscientia, quam eiusmodi scrupulosa repetitio diminuit. Et ideo semel confessus & absolutus conuenienter iuxta iudicium docti confessarij, quiescere debet, imò & credere, se confessum fuisse illa, quæ postea occurrent, quæ nescit an fuerit confessus, vel non, sed habet probabilē causam credēdi se illa confessum, quia ob hoc nullo se periculo subijcit, eo quod certo non sciat, se illa confessum non fuisse; morbus. n. quo laborat excusat eum, & facit, vt pro certo habere debeat, quod alius rectē compositus pro dubio reputare deberet, eo quod passio inordinata timoris, iudicij constantiam ei adimit, & tot dubia in phantasia excitat, vt ad timēdum nunquam se bene confessum inducat, & non sine magna molestia phantasia motus sedare possit, per quod multa pericula tam corporis quā animi incurruntur, & multa vtriusque opera bona impediuntur, vt rectē post alios considerat Caiet. in Summa verb. Confessionis condiciones: Addens idē dicendum de ijs, qui iterant confessiones, non quia sunt scrupulosi, sed quia nunquam proponunt omnino integrē confiteri, vt debent, quia mortaliter peccant, non quia iterant (cum ad id teneantur) sed quia non bene iterant, &

magnam irreuerentiam tanto sacramento faciunt contra ea quæ ait Thom. 2. fec. q. 99. ar. 3. Verum est etiam quod quamuis nemo ad confessionem peccatorum semel bene factam iterandam teneatur, sanctum tamen est iterum ea confiteri; Si deuotionis causa, cum quieta conscientia, & sine tædio confessariorum, & aliorum bonorum operum impedimento fiat. Quia quamuis per primam contritionem & confessionem remissa fuerit eorum culpa, frequenter tamen non remittitur tota pœna temporaria hic vel in purgatorio subeunda, in quâ æterna mutata fuit, quæ per secundam, tertiam, & quartam confessionem tollitur, aut diminuitur, tam ratione verecundiæ, qua pœnitens in confessione afficitur, quam virtutis sacramentalis absolutionis, quæ non solum largitur, aut auget gratiam, sed et diminuit, aut tollit pœnâ supradictâ, iuxta illud S. Aug. in c. Quem pœnitet, de Pœn. di. 1. quanto pluribus confitetur in spe veniæ turpitudine criminis, tãto facilius cõsequitur gratiã remissiois, quæ ita ibi intelligimus, & sic intelligendus est iuxta Pan. in c. At si §. De adulterijs. de Ind. 43

Vndecimò, qui pœnitentiam non implet sibi à confessario præceptam, & à se acceptatam in satisfactionem specialem suorum peccatorum mortalium, cum illius meminisset, & eam implere possit. Dixi, *Acceptatam*, quia non cogitur pœnitens acceptare nisi vt infra. c. 26. nu. 20. dicitur, sed acceptatã implere tenetur, vt latius aliàs in c. 1. §. Ponat se, de Pœnit. dist. 5. nu. 13. diximus. Tum quia quicquid dicat Caiet. in 2. q. de satisfactione, maiorem vim habet sententia confessarij in foro ipsius, quàm alius iudicis in foro exteriori. Quæ tamen acceptata ad implementũ sui obligat sub pœna mortalis. c. 2. de Maior. & obediens. Tum quia in dubio hæc est communis intentio confessariorum & pœnitentium, & innititur illo euangelij Quorum retinueritis & cæt. Io. 20. Dixi, *Præceptam*, quia consulta tantum nec ad mortale, nec ad veniale obligat. §. fin. 4. dist. & c. fi. 14. q. 1. Dixi, *In satisfactionem*, quia quæ imponitur in monitionem eius ad quod tenetur, puta, vt singulis annis confiteatur & communicet, & quod debet restituat, ad nouum peccatum non obligat, quia regulariter expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur. c. Significasti de Elect. & latè Fely. in c. Ad audientiam. 2. de rescrip. vbi glo. nec qui declarat statuit l. Hæredes palam. §. Sed & si notã, ff. de Testa. Dixi, *Mortalium*, quia, quæ ob veniale imponitur, non obligat ad mortale cõiter nisi contemptus interuenerit.

Duodecimò, Qui post confessionem reuelat aliquid a confessario sibi dictũ, consultum, vel præceptum, in detrimẽtum notabile vitæ, salutis, famæ, aut bonorum eius probabiliter redundans, iuxta Palud. in 4. di. 11. q. 3. ar. 3. col. 6. & latius Adria. in 4. de Confess. du. 10. col. 11.

De Quinto præcepto Ecclesiæ, de Communicando in Pascha.

S V M M A R I V M.

Communicandum in Pascha aut ante, vel post octo dies nisi & cæt. nu. 45.
 Communicet, quàm citius poterit non communicans in Paschate. nu. 45.
 Obligatio

Obligatio quæ lapsu termini implendi præceptum finiatur. nu. 45.
 Communicat quis scienter in mortali & ob id peccat. nu. 46.
 Gratia in diuina se esse nemo scit, & quis pie credit esse in ea. nu. 47.
 Communicare bene quis censura ligatus potest, nu. 48.
 Communio confessionem actualem mortalium prærequirit, nisi & cæt. nu. 49.
 Communio ommissio ob odium & cæt. quæ mortalis nu. 50.
 Communio, quæ copula vel pollutio, licita vel illicita impedit. nu. 51.
 Pollutio vel copula carnalis, quæ communionem impedit. nu. 51.
 Communicans alienum parochianum peccat nisi & cæt. nu. 52.
 Communio quo esu vel potu eodem die præsumpto impeditur. nu. 53.
 Communicans vel celebrans pluries quam semel in die peccat. nu. 54.
 Communio quando ob peccatum occultum male, & ob publicum recte denegetur. num. 55. & 56.
 Communio non procurans eis quorum curam gerit, quando peccet. nu. 57.
 Communicare non licet paruulis, nec alijs sub vtraque specie nisi celebrando. n. 57.
 Communicare qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat & deceat. nu. 57.



CONTRA hoc præceptum quintum peccat mortaliter Primò, qui non communicat in Pascha, c. Omnis de Pœnit. & remiss. nec ante vel post octo dies iuxta declarationem Eugenij iij. quã ignorauerunt Panor. & alij in d. c. Omnis, & Anton. in 2. par. titu. 9. c. 9. Sed eam inter alios citauit Maior. in 4. dist. 17. q. 2. nisi de licentia proprij sacerdotis, in aliquot plures dies differat d. c. Omnis. & nisi sit excõmunicatus, interdictus, aut suspensus a communionem, & nequeat absolui per impotentiam facti, aut iuris, aut ob aliud impedimentum, quale est illud occultum, quo impeditur a faciendo quod requirit absolutio, vt in casu. c. Inquisitioni, cum ei annotat. de Sen. excom. quo casu patienter perferendo censuram, & pœnam ecclesiæ, potius meretur: modo pro viribus procuret habilitatem ad absolutionem censuræ, & peccatorum, sanctamque communionem secundum omnes, quod rectè explicat Gab. Ser. 21. de Eucharistia. Vbi autem est consuetudo legitima, & præscripta satisfaciendi huic præcepto, communicando quolibet quadragesimæ die, qualis est in nostra Conymbrica & multis alijs locis, sufficere conformare se illi, vt diximus in c. Cõsideret, de Pœnit. dist. 5 §. Caueat nu. 1. Hortamur tamen, ne quis statim a prima confessione in annum integrum dilata communicet, sed expectet aliquandiu, & postea denuo confessus ea, quæ in memoriã redierint, & interea peccauerit, mūdus ad illã purissimã, sanctissimamque mensam accedat: Et quamuis D. Anton. 2. par. titu. 9. c. 9. §. 3. quem Syl. verb. Eucharistia. 3. q. 15. sequitur, & etiam Medina in Cod. de Pœnit. dum de confessione tractat, teneat, eum qui in Pascha resurrectionis non communicaui, non teneri sub pœna noui peccati, ad communicandum vsque ad alterũ Pascha: quod ipsum dicunt Ant. vbi supra & Syl. de Confessione, contradicente in hoc Medina. vbi supra, Nobis tamen contrarium videtur in vtroque, verius. Tum quia sicut vt Medina dicit, qui intra vnum annum non confitetur, ante finem

nem alterius anni confiteri tenetur, eo quod prædictum. c. Omnis, confessio- nem semel in anno præcipit; eadem ratione, qui non communicavit in Pascha tenebitur ad communicandum ante finem alterius anni, cum idem capitulum communionem semel in anno præcipiat. Nam prædictum. c. præcipiendo com- municare in Pascha, duo in effectu præcipit, scilicet, communicare semel in anno, & communicare in Pascha, & licet lapsa Pascha non possit impleri alterum de cõicando in ipso, potest tamen alterum de communicando semel in anno, ut in simili dicitur, in c. Cum dilecti, de dolo & contu. de citato ad comparandũ certo die Romæ, quod si non potest comparere illo die, tenetur comparere quantocius post illum poterit. Cui concordat. l. Celsus. ff. de Recept. arbit. cũ citatis utrobique; Tum quia licet quando tempus ad finiendam obligationem præfinitur ut eo lapsa ea finiatur. c. Sicut de spons. quando tamen præfinitur ad dilatandam solutionem, non finitur per lapsum ipsius, imò vegetior effici- tur per d. c. Cum dilecti, vbi hoc annotat Panor. nu. 12. communiter receptus. At terminus paschæ in prædicto. c. præstitutus, non præfinitur ad finiendã obli- gationem, sed ad dilatandam debiti solutionem, & declarandum eam fieri pof- se intra annum citra culpam & penam. Tum quia non obstat eorum funda- mentum, quod præceptum de ieiunando illo vel illo die, & de singulo quoq; die recitandis horis canonicis, elapso die non obligant ad ieiunandum, aut reci- tandum alio die. Non inquam hoc obstat, quia ut singulariter melius quã alij dixit Petrus de Anch. in c. 1. de Celeb. Mil. nu. 20. relatus per nos in Enchirid. de Orat. et hor. Canonic. siue repet. c. Quando de Consec. dist. 1. not. 10. nu. 53. illa ieiunia & illas horas præcipit ecclesia tanquam onus illis diebus annexũ: quod i istis duobus præceptis confessionis, & communionis non facit, quibus determinat tempus confitendi & communicandi, à iure diuino indetermina- tum intra quod ei satisfaciamus. Et sic quãuis obligatio illo die cõmunicandi, eodem elapso cesset, obligatio tamen communicandi intra annum non cessat, quin manet, ut quantocius poterit satisfiat, cum annus tacitè præfixus fuerit pro dilatione pura satisfactionis, & communicatio in die paschæ pro one- re illius diei.

46. Secundò, peccat mortaliter qui cõicat credens, aut credere debens se mor- talis culpæ reũ. 1. ad Cor. 11. Idè de eo qui cõicat cũ proposito non seruãdi legẽ aliquã ad mortale obligantẽ, aut redeundi ad concubinã relictã, aut ad aliud quodpiã mortale iã confessum post pascha, aut nõ restituendi alienũ, aut non deponedi odiũ, vel rancorẽ mortiferũ &c. Idè de illo, qui de peccato præteri- to mortali ob vtilitatẽ inde acceptã delectatur, quãuis ad illud redire amplius nolit; qualis est, qui delectatur vsura, mēdacio, fraude vel furto, eo quod per ea, bona sibi quæsiuit, aut fornicatione, aut adulterio, ex quibus suscepit liberos quos impẽle amat. Quia quoties hoc aĩo deliberato facit, mortaliter peccat, quãuis proponat nunquã ad ea redire, licet sine peccato posset gaudere de ijs & alijs per quodcũq; peccatũ quæsitis restõni nõ subiectis, mō eũ peniteat pec- catorũ, aut saltẽ non placeat illa sibi, neq; quod per ea quæsitã, sic quæsitã fue- rint, ut in d. c. Inter verba, 1. q. 3. & in Addit. cap. Quando diximus, citando alios,

alios, quod clare resoluit Maior in 4. distin. 14. q. 2. ar. 1. Licet enim cuius de- lectari de quibusque bonis effectis malarum causarum, modo eis qua parte malæ sunt non delectetur. Ille etiam credit, aut credere debet se mortalis cul- pæ reum, qui ex ignorantia affectata siue procurata id ignorat, quia delectatur se nescire illa esse peccata, vel ea non meminisse, nè ad confitendum illa tenea- tur. Imò & qui id facit ex ignorantia crassa qua laborat, qui ad id sciendum, an sit peccatum, vel recordandum an fuerit non vtitur diligentia, qua cõiter suæ conditionis hoĩes vtruntur, iuxta Scotum & Communem in 4. dist. 9. & in c. Quotidie, de consec. dist. 2. Ille tamen non credit, nec credere tenetur, se esse mortalis culpæ reum, ad communicandum absque nouo peccato, qui debita diligentia in recordando & consulendo doctos adhibita, nullius mortalis cul- pæ conscius est, siue quia talem nõ meminit, siue quia ignorat esse mortalem, aut se non satis contritum esse. Is enim deuote ac reuerenter communicans nõ peccat noue, etiam si verè sit culpæ mortalis reus, quin interdũ virtute tãti sacramenti veniam consequitur, dum eius calore sit de attrito contritus secun- dum S. Tho. communiter receptum 3. par. q. 79. ar. 3. Non enim est necesse ad rectè communicandum scire se in gratia Dei esse. Tum quia hoc non nisi reuelatione speciali diuina sciri potest, c. si. de Purg. can. Tũ quia sufficit pro- babiliter credere se in illa esse, quod facere potest, qui se contritum esse proba- biliter credit, & ille se contritum esse probabiliter credere potest, qui verè Deo dicere potest tria, quæ ponit Io. Gerf. in suo opere tripartito. Quorum primũ est. Domine omnium peccatorum meorum, saltem mortalium, ex animo me pœnitet, & propono ad ea nunquam amplius redire, & ab alijs in posterum cauere, Secundum. Propono ea omnia domine tempore congruo confiteri. Tertium, Hæc principaliter facio, & faciam rui amore, & quia ruam immen- sam maiestatem & bonitatem offendi, debens eam honorare super omnia & amare.

Tertiò, Qui communicat contra prohibitionem ecclesiæ, eo quod est excõ- municatus, interdictus aut suspensus à communione, per proximè dicta, nisi quando huiusmodi cēsura in se nullæ essent, per ea, quæ late diximus in Rep. c. Cum contingat, de Rescrip. in 3. remedio contra executores Apostolicum num. 4. aut iniuste coram Deo, & secreto communicaret, aut in terris vbi id ignoratur, iuxta ea quæ in c. pen. de sent. excom. post Fely. & alios in cap. fina. de Testib. cogen. scripsimus.

Quartò, qui habens copiam confitendi communicat ante confessionẽ actua- lem omnium peccatorum mortalium, nunquam antea legitime confessorum, & ante eorum absolutionem, quamuis veram de eis contritionem habeat, iux- ta San. Thom. 3. par. quæst. 80. ar. 4. & in 4. distin. 17. quæst. 3. ar. 1. q. 4. Scot. & alios in 4. dist. 9. & glo. singul. ab omnibus nostris receptam in c. De homine, de celeb. miss. Quamuis Caiet. in summa verb. Communio, & 1. ad Corin. 11. & in d. ar. 4. quem sequitur Armilla oppositum teneat: Cuius opinionẽ & fun- damenta euidenter refutauimus in gl. Summæ de Penit. dist. 5. nu. 31. & seq. quanque Trid. Concil. reiecit in Sess. 13. c. 7. & can. 11. Dixi, *Habens copiam,*

quia secus si eam non haberet, vt illa glo. sing. dixit, quam non habet, qui sine scandalo confiteri nequit: vt qui in altari inchoata iam missa, alicuius peccati non confessi recordatur, cui sufficit contritio de illo cum proposito confitendi, ad missam prosequendam. Idem de illo qui iam venit cum alijs ad communionem suscipiendam, & peccati alicuius non confessi recordatur, & non potest illud decenter ante illam confiteri, nec à communicando absque sui nota abstinere, potest enim communicare, cum proposito illud confitendi, secundum Scot. in 4. dist. 9. & Syl. verb. Eucharistia. 2. q. 7.

50 Quintò, qui omittit communionem ad quam tenetur, propter odium vel voluntatem non parcendi, aut non restituendi, aut non faciendi aliud ad quod sub mortali reatu tenetur, is enim nouè peccat, quia nemini malitia sua debet prodesse. c. 1. Ver. Nos igitur de Postul. Prælat. & l. Itaque fullo. ff. de furt.

51 Sextò, qui intra vnum diem naturalem post habitam copulam carnalē, aut pollutionem illicitam etiam contritus & confessus communicat, quod in c. 1. de Pœnit. dist. 6. latè olim suauimus, protestati nullum esse textum vel rationē necessariò id probantem, quòd multis prudentibus confessarijs visum fuit durum. Quare prætermittis quibusdam, quæ hic super hoc addidimus, affirmamus idem quod in postrema additione affirmauimus, nempe hoc de rigore iuris non procedere, quamuis multa pro eo faciant, imò quòd vera contritione puraque confessione præcedente, & nullo contemptu nec distractione notabili, nec alio quod obstat interueniente, potest celebrare & communicare humiliter secundum Palud. in 4. dist. 9. Syl. Verb. Eucharistia. 3. §. 10. Minus autem procederet in eo, qui post pollutionem inter dormiendum absque peccato mortali habitam (mortali quamuis ex causa contingeret) communicaret, aut celebraret, cōfessus illam causam, iuxta ea, quæ ibi post alios multos diximus. Et minus in eo qui ex necessitate aut ex officio proprio, aut alterius, necessariò ab ipso præstando celebrat, aut ducitur magna deuotione, iuxta San. Thom. & communem in 4. dist. 9. & in 3. par. q. 80. ar. 7. & nos diximus, in d. c. 1. & licet coniugati intra diem quo debito coniugali satisfecerint, communicare de honestate non deberent, non tamen peccant, saltem plusquam venialiter, communicando, iuxta communem, quam tenet Caiet. in Summa verb. Communio sacramentalis. Nec etiam si intra diem, quo communicauerunt, debitum coniugale reddunt, secundum Alber. Magn. Argu. cap. vir cum propria. 33. quæstion. 4.

52 Septimò, qui hanc sanctam communionem percipit ab eo, qui non erat proprius parochus, nec superior absque eiusdem licentia expressa vel tacita, aut priuilegio, etiam extra quadragesimam aut Pascha, etiam in articulo mortis, iuxta Card. in Clem. 1. de priuileg. q. 11. etiam si sit religiosus, per dictum Syl. verb. excommunicatio 7. excom. 14. §. 3. cōtra alios, nisi ignorantia excusetur: & qui absque tali licentia ministrat, si est religiosus excommunicatus est. Cle. 1. de Priuileg. de qua infra. c. 27. nu. 101. Veruntamen Leo decimus cōcessit cui libet sacerdoti ordinis Minorum, vt quouis anni die Sacrosanctū Domini corpus secularibus ministrare possit, excepto solo die Paschatis. Supplem. priuileg.

leg. Apost. concess. 100. Et consequenter Dominicanis & reliquis omnibus, qui eius priuilegijs vtuntur. Quod etiam scimus concessum esse particulariter & meritò Patribus Illustriss. Societatis Iesv, in audiendis confessionibus, & cōmunicandis confessis exercitatissimis. Et quamuis ob aliqua quibusdam videri possit hanc exceptionem diei Paschatis Resurrectionis intelligendam esse de omni communionem qua huic præcepto satisficit, nobis tamen intelligenda videtur de sola communionem diei Paschæ, siue fiat ad satisfaciendum præcepto siue non: Quia prædictus Leo Papa satis id declarat in prædicta concessione attentis verbis quæ addit simili Nicolai v. concessioni 149. in monumētis Ord. Minorum secundo impressis. Nec cōdemnarem eum qui acciperet, aut qui sanctissimum sacramentum ministraret, quando eiusmodi essent personæ, tempus, & causa, vt iudicio boni viri credi possit parochum eo contentum fore, si intelligeret, propter tacitam quandam facultatem, quæ ex hoc oriri videtur, per ea, quæ in simili casu dicta sunt in c. 9. nu. 5.

Octauò, qui cōmunicat aut celebrat post cibi aut potus ex proposito sumptionem eodem die elapsa iam media nocte, cum valet, aut ita ægrotat, vt cōmodè possit differre in sequentem diem, quauis per modum medicinæ aut ipsam medicinam sumeret, c. Liquido & c. Sacramenta, cum eis annot. de Consec. dist. 2. Dixi, *Ex proposito*, quia deglutire reliquias cibi diei præcedentis detibus insertas, aut aliquã aquæ guttã, aut particulam alterius rei, lauando os, aut gustãdo ius, vinum, aut aliud simile, absque proposito edendi, tanquã saluam, non impedit cōmunionem, nec celebrationē, quia non est propriè sumere cibum vel potum. Dixi etiam, *Eodem die elapsa media nocte*, quia prius sumptū non impedit, quamuis prope mediam noctem cœnet, & postea non dormiat, nec digerat, iuxta cōm, quã in d. c. Liquido confirmauimus, licet aliqui cōtra dicant, per c. Si constitit de Accusat. quod tamē non probat, vt ibi aliàs diximus. Licet qui cœna noctis præcedentis mentem conturbatam sentit, cōiccare ex consilio non debeat, iuxta S. Th. 3. par. q. 8. ar. 6. ad 5. quamuis cōicando nō peccet mortaliter. Dixi, *Cum valet*, quia infirmus sequentem diē expectare cōmodè non valens, cōiccare pōt, sed non celebrare, et ad ministrandum infirmo, nec ad vitandum scandalum, et iussu Prælati inferioris Papa, iuxta cōmunem.

Nonò, qui pluries eodem die communicat vel celebrat. c. Sufficit de cōsec. dist. 1. c. Constatuisti de Celebr. Miss. nisi in certis casibus. Non peccat tamen sacerdos, qui ob infirmitatem, vel aliàs non celebrando cōiccat sine stola & superpellicio, quamuis. c. Ecclesia 23. di. hoc significet secundum Ang. ver. Sacerdos §. 4. Vere enim id non intendit, vt rectè innuit Syl. verb. sacerdos. §. 4. quia solum loquitur de sacerdote cōicante celebrando. Loquitur enim de sumente corpus, & sanguinem, & qui non celebrando communicant, non percipiunt sanguinem sub specie vini, vt sentit glo. recepta in c. Comperimus de Consec. dist. 2. & definit Concil. Trid. ses. 21. can. 2.

Decimò, qui parochus cōmunionem subdito petenti publicè, tempore quo iure cōiccare tenetur ministrare, renuit propter peccatum occultū quod in confessione audiuit, a quo illū non absoluit eo quòd non satis eius peniteret, quia id est

de corse. 3^o

54

55

fer detractio & detectio peccati occulti quæ est mortalis, vt in c. Sacerdos de Pœnit. dist. 6 nu. 84. & supra cap. 8. diximus. Dixi, *Occultum*, quia ob publicum & notorium potest, & debet negare. Nam meretricibus & usurarijs & quibuslibet alijs peccatoribus notorijs, quantumlibet suorum peccatorum eos pœniteat, & sanctissime confiteantur, nõ est publicè communicatio ministranda; (quamuis sic in secreto,) donec publicè pœnitentiam agant, aut parochus ab ipsis facta sibi facultate publicè denunciaret iam eos pœnitere, & confessos esse, aut ex ipsorum bona conuersatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione constet, vt qui ipsorum prauis exemplis offensus fuere, eorundem emendatione ædificentur, iuxta S. Bonau. & Palud. in 4. dist. 9. q. 4. col. 3. & 4. & nos in c. 1. in prin. nu. 9. seq. & in c. Sacerdos. nu. 63. & 101. de Pœnit. dist. 6. Notorium appellamus, quod est manifestum per sententiã, vel per confessionem in iure, vel euentiam rei, quæ nulla tergiversatione celari potest c. si. de Cohab. Cleric. & mul. & c. si. iuncta glo. de temp. ord. & nõ aliud, licet duobus, tribus, aut pluribus testibus probari possit, vt in c. Vestra de Cohab. cleric. late trad. Anton. recept. a Panorm. & alijs. Dixi, *Quod in confessione audiuit*, quia si alio modo, ante aut post illam intellexit, denegare non potest ei eam, si publicè deposcit, sed sic in secreto quauis eam debito tempore postulet. Dixi, *Tempore quo iure, & cat.* quia in alio non solum non potest, quin denegare debet. Cum nec ipse ad præbendum, nec ille ad petendum teneatur, iuxta sententiam prædictorum vbi supra, & quæ supra diximus.

56 Undecimò, qui pater, tutor, curator, aut herus, negligit notabiliter procurare, vt sui liberi, pupilli, minores, aut famuli domi suæ viuentes & ad communionem obligati communicent tempore debito, maximè si sciat, aut scire debeat illos non communicaturos nisi a se moneantur, arg. c. Duo. 23. q. 4. Diximus, *Ad id obligati*, quia secus est de alijs quales sunt pueri, qui secundum honestam consuetudinem aliquanto tardius communicant, quam confiteantur, ob reuerentiã tanti sacramenti, illa enim consuetudo præceptum prædicti. c. Omnis de Pœni. & remiss. quo ad hoc limitat, aut certè declarat. Quin dici etiã potest eandem etiam declarasse præceptum diuinum de Communicando iuxta illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, nõ habebitis vitam in vobis &c. vt nec in articulo mortis teneantur communicare vsque ad ætatem in qua sani tenerentur, quanquam meo consilio tunc communicarent, nisi valde puerili iudicio essent. Quin etiã cum prædicto Cardinali addimus, prædictos qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem expectant, non peccare, donec moneantur, quauis eorum curam gerentes tardius æquo monendo peccet. Qui si dubitauerint, consulere debent eorum confessarios, & eorum consilium sequi.

Duodecimò, qui laicus vel clericus non celebrando, coicet sub vtraque specie, vt sentit gl. 2. c. Comperimus de Consec. dist. 2. & melius concil. Trid. sess. 21. quod in c. 1. & in can. 1. damnat eum qui dixerit *CHRISTI* fideles præcepto diuino teneri ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sub vtraque specie panis & vini sumendum, & c. 2. & can. 2. Hæreticum esse, qui dixerit ecclesiam errasse statuendo, vt laici, nec clerici non conficientes sacramentum sub specie tantum

tantum panis communicent, & in cap. 3. can. 3. Hæreticum esse, qui dixerit totum & integrum IESVM CHRISTVM sub vna tantum specie non sumi, & in cap. 4. & can. 4. damnat eos, qui asserunt paruulos vsu rationis carentes ad hanc sanctam communionem obligari.

Decimotertiò, Qui monachus sancti Benedicti non communicat semel in mense, Clem. Ne in agro S. sane de stat. monach. & quæ monialis cuiusvis ordinis, non fecerit idem. Concil. Trid. sess. 25. cap. 10. de Regul. Quotidie autem communicare vel celebrare proculdubio de se licitum est, & melius est quam contrarium, quamuis aliqua circumstantia fieri potest, vt hoc sit melius illo per accidens, iuxta mentem S. Aug. in cap. Quotidie de Consec. distin. 2. & affirmat S. Thom. in 3. par. q. 50 arg. 10. & in 4. distin. 12. Quare, qui experitur per quotidianam celebrationem, aut communionem, deuotionis feruorem in se erga Deum augeri, & reuerentiam erga sanctum sacramentum non minui, faciat hoc quotidie, sin minus, abstineat aliquando, quo deuotius atque religiosus id faciat, iuxta eundem S. Thom. in 4. distin. 11. Adde, quod olim omnes qui intererant missæ, communicabant. c. Peracta de Consec. distin. 2. & postea etiam laici saltem ter, scilicet in Pascha, Pentecoste, Natalique Domini c. Et si non frequentius, ead. dist. Et diuus Aug. omnes ad communicandum saltem singulis dominicis cohortatur in dicto cap. & certè honorabiliores viri & fœminæ, saltem quater, scilicet tribus prædictis diebus, & omnium sanctorum id facere de honestate deberent, & horum religiosiores singulis mensibus, instar Monachorum & monialium prædictarum, quanquam ad satisfaciendum huic præcepto, sufficit regulariter semel in anno tempore Paschali communicare, per dictum cap. Omnis.

Caput Vigessimumsecundum de septem Sacramentis Ecclesie.

S V M M A R I V M.

Sacramentum quid, & vt gratiam ex opere operato conferat. nu. 1.

Sacramenta septem, tria non iterabilia, quatuor autem sic. nu. 2.

Sacramenta circa septem undecim errores Tridenti damnati. nu. 2.

Sacramenta alia sunt substantialia, alia de præcepto. nu. 2.

Sacramenta non credens, vt debet, ea dans, aut sumens in mortali peccat. nu. 3.

Sacramenta sumens ab excommunicato &c. & dans vel sumens in mortali, & inuitans malum ad dandum, & inhonorans ea verbo, aut facto, vt peccat. nu. 4.

DICTVS de sacramentis sola confessarijs, & pœnitentibus necessaria. Præmitto primò, quod verbum, sacramentum, primò significat secretum iuxta illud Thob. 12. sacramentum Regis abscondere bonum est. Secundò, Iuramentum. Auth. sacramenta puberum. C. Si aduer. venditio. Tertiò, signum rei sacræ, vt accipitur in hac materia. Sed quia duplex est signum vnum quod tantum significat c. Signum. de Consec.

sec. dist. 2. & alterum, quod significat, & facit rem significatam, quo modo acceptum varie diffinitur a Magist. & alijs in 4. dist. 1. & a Io. And. & alijs in Rubri. de Sacramen. non iteran. Breuissimè vero diffiniri potest ex mente August. in cap. Sacrificium. de Consec. dist. 2. vt ibi diximus, quod est signum sacrę rei. Dixi, *Signum*, pro genere, quia omne sacramentum est signum, nõ contra omne signum sacramentum. Dixi item, *Signum*, intelligendo de sensibili, quia quodlibet verum sacramentum est aliquo quinque sensuum sensibile, ex mente August. in cap. Detrahe. 1. quęst. 1. & melius in d. c. Sacrificium. ibi visibilis forma, intelligēdo item de signo efficaci, seu effectiuo, quia quodlibet illorum efficit saltem instrumentaliter gratiam quam significat secundum Thom. 3. part. q. 62. ar. 1. Licet Scotus & alij sequaces aliter dicant, pro Thoma tamen vrget Concil. Trident. can. 8. sess. 7. Dixi, *Rei sacrę*, ad differentiam aliorum signorum alia significantium, & operantium, qualia sunt signa Zodiaci; Intelligendo itē, per rem sacram, gratiam Dei sacram & sanctificantem, quam quodlibet sacramentum significat, & producit. Cui definitioni consonat illa Augustini, inuisibilis gratiæ visibilis forma, relata in d. c. Sacrificium, cum illa additione Magist. in 4. dist. 1. cuius similitudinem gerit, & causa existit, quia perinde est ac si dixisset, signum visibile siue sensibile effectiuum rei sacrę, quæ est gratia inuisibilis. Nam dicere quod sacramentum est visibilis forma, est dicere, quod est signum visibile seu sensibile; & dicere quod gerit similitudinem gratiæ, est dicere, quod per quandam similitudinem significat illam; & dicere, cuius causa existit, est dicere, quod efficit eam. Itaque interrogatus quid est sacramentum, breuiter, & secure respondere potest, quod est rei sacrę signum, intelligendo per rem sacram gratiam, & per signum, signum sensibile, aliquo quinque sensuum efficiens instrumentaliter gratiam quam significat. Dixi, *Instrumentaliter*, quia solus Deus potest creare principaliter gratiam, iuxta S. Thom. per omnes receptum 2. sec. quęst. 1. art. 8. & ideo ipse solus potest instituere sacramentum, vt diffinit concil. Trident. mox referendū. Itaque sacramenta ab alijs operibus differunt in eo, quod ipsa conferunt gratiam ex opere operato, vt habet prædictum Concil. can. 8. alia verò tantum ex opere operantis. hoc est, vnumquodque sacramentum, per virtutem & institutionem diuinam, aliquam determinatam a Deo gratiam in anima suscipientis, etiã iudicij expertis & nec mereri nec peccare valentis, instrumentaliter producit, modo mortalis peccati obicem non ponat, & ita omnibus parem gratiam sacramentalem confert. Quãuis præter illam Deus illud suscipienti aliam maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori merito & effectui suscipientis conferat.

2. Secundò præsupponimus, quod septem sunt sacramenta nouæ legis. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Matrimonium, & Ordo, iuxta gloss. sing. ca. Veniens de transact. & doctrinam communem in 4. dist. 1. & in d. Rub. de sacramen. non iteran. probatam pridem per concilium Florent. & nuper per Trident. sess. 7. can. 1. Quorum tria iterari nequeunt, idest nec dari, neque prodelle possunt, nisi semel, s. Baptismus, Confirmatio, Ordo: alia quatuor sic.

Tertiò,

Tertiò, quod Concil. Trident. sess. 7. declarauit, hæreticum dicere esse plura aut pauciora, quàm septem nouæ legis sacramenta, aut aliquod eorum non esse propriè sacramentum, ibidem can. 1. aut a sacramentis antiquæ legis non nisi cæremonijs differre, can. 2. aut nullum eorū aliqua ratione esse alio dignius can. 3. aut non esse omnia necessaria, sed aliquod eorum superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint, can. 4. aut solùm significare, & non continere gratiam, aut eam rite accipientibus non semper ex opere operato conferre, can. 5. 6. 7. & 8. Aut quod horum tria scilicet, Baptismus, Confirmatio, & Ordo non imprimant characterem in anima, & signum quoddam indelebile, propter quod ea iterari non possunt, can. 6. Aut ab omnibus Christianis administrari omnibus posse, can. 10. aut non requiri in conficiendis sacramentis intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesiã, can. 11. Aut quod peccato mortali ministri, Sacramenti confectio aut collatio fiat nulla, can. 12. Aut ritus Ecclesię omitti, aut mutari per quemlibet prælatum posse, can. 13.

Quartò, quod quodlibet sacramentum constat duobus, quorum alterum est velut materia substantialis, alterum velut forma substantialis, quæ sunt de essentia, & necessitate sacramenti, sine quibus omnino est nullum. Requirit etiam alia quæ sunt de necessitate præcepti, non autem de necessitate sacramenti, idest quod peccatur conficiendo sine illis, sed sacramentum est validum, vt in Baptismo aqua est materia substantialis, & inuocatio Trinitatis forma substantialis, sine quibus nil valet, *Ego*, verò & *Amen*, in forma posita, sunt tantum de necessitate præcepti, idest, peccatur baptizando sine illis, sed baptismus valet. c. 1. cum ei adnot. de Baptif.

Circa sacramenta in genere peccat mortaliter. Primò, qui credit aliquid ex damnatis per prædictum concilium Trid. sciens vel debens scire id esse damnatum, & est hæreticus per c. Ad abolendam de hæret. & per prædictos 13. Cano. & excommunicatus, si verbo vel scripto id expressit, per bullam cœnæ, Domini de qua infra cap. 27.

Secundò, qui credens vel credere debens se reum mortalis culpæ, ministrat saltem solenniter aliquod sacramentum, vel suscipit: nisi ita se credat attritū, quod adiuncto calore sacramenti fiat contritus, vt diximus latius in glo. summæ de Pœnitent. distin. 5. nu. 33. per cap. Illud. 95. dist. ca. Per Esaiam, ibi. Tale, & ibi, omnia sacramenta. 1. quęst. 1. quamuis Baptismus minorem attritionem, quàm alia requirat; per dicta supra cap. 1. nu. 39. Nec excusatur, vt quidam putant, subita ministrandi aut accipiendi sacramenti necessitate: veluti si mortifero vulnere ictus Baptismus a sacerdote imparato deposcit. Quia quãuis hoc aliquem prætextum habere possit iuxta opinionem eorum, qui dicunt cuique peccato mortali proprium dolorem esse adhibendum, quod vno momento fieri non potest; nullo tamen prætextu nititur, veram sequēdo opinionem, quam tenuimus supra cap. 1. num. 25. scilicet, Sufficere generalem quandam qui omnia comprehendat, quod puncto temporis præstari potest. Quare sacerdos ministraturus sacramentum aliquod, quantumlibet imparatus inueniatur, debitam de omnibus suis peccatis mortalibus contritionem habere potest,

potest, vel attritionem, qua se probabiliter contritum esse credat. Et quamuis ad alia sacramenta hoc satis sit, ad celebrationem tamen, aut communionem, præter contritionem confessio peccati requiritur, vt supra dictum est, c. 21. nu. 49.

4 Tertio, qui suscipit aliquod sacramentum à sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius administratione suspenso, & denunciato pro tali, vel à notorio concubinario, excepto baptismo & communione tempore necessitatis. Concubinarius notorius dicitur qui talis est, per sententiam vel confessionem in iudicio factam, vel euentiam rei, quæ nulla tergiversatione celari potest, per cap. final. de Cohab. cler. & mulie. & cap. final. iuncta gloss. de tempor. ordin. per text. gloss. & doct. in capitu. Præter. §. Verum & §. Porro. 3. 2. distin. & Anton. communiter receptum à Panormitano & alijs in capitu. Vestra, de Cohabit. cleric.

Quarto, qui citra necessitatem inuitat ad sacrificandum, aut ad dandum alteri sacramentum, quem probabiliter credit existere in peccato mortali occulto, aut publico, & sine debita de eo pœnitentia illud facturum, ita vt sit causa cur id faciat, aliàs non facturum, vt supra dictum est, c. 11. nu. 12.

Quinto, qui verbo aut facto notabilem irreuerentiam alicui sacramento facit secundum Tho. 2. sec. q. 99. ar. 3.

De Sacramento Baptismi.

S V M M A R I V M

Baptismus quid, quotuplex, & quæ illi substantialia, nu. 5.

Baptismi errores Tridenti damnati, & eos credens & cat. nu. 6.

Baptismus ministrans, vel suscipiens in mortali, nu. 6.

Obstetrix ignorans formam baptizandi peccat, nu. 6.

Baptismus, a quocunque collatus valet, sed peccat qui & cat. nu. 7.

Baptismus sine materia, forma, & intentione & concursu earum non valet, nu. 7.

Baptizans chrismate veteri, vel alienum parochianum, vt peccat, nu. 7.



5 SACRAMENTUM Baptismi, est sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, cum debita intentione abluatur. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia, & Aquæ naturalis ad significandum, quod hæc est eius essentialis materia, nec sufficit alia aqua artificialis, vt rofacea, secundum omnes in 4. distin. 3. Quod diffiniuit Concilium Tridentin. sess. 7. can. 2. Dixi, *Qua vnus ab alio abluatur*, Quia nemo à se ipso baptizari potest, ca. Debitum, de Baptism. Dixi, *In nomine patris & cat.* Quia inuocatio expressa totius Trinitatis est de necessitate Sacramenti, capit. Multi de Consecr. dist. 4. Vnde forma Baptismi in Ecclesia Romana est hæc. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti. Amen. cap. 1. de Baptif. Quanquam illa

illa verba, ego, & Amen, non sunt de essentia sacramenti, sed de necessitate præcepti, vt declaratur supra nu. 2. An autem contraueniat substantiæ, vel tantum præcepto, qui baptizat, solum dicens in nomine Trinitatis, aut Christi, tãgit glo. in d. c. Multi, & latè tractamus, in Repet. c. A quodam, eadem dist. quo fit, vt solus Baptismus aquæ, sit propriè Baptismus: Sanguinis autem, qui fit per martyriũ & flaminis, qui per pœnitentiam, sine copia baptizandi solum metaphoricè iuxta c. Baptismi. de consecr. distin. 4. & c. Debitum, de Baptif. & Tho. 3. par. q. 66. ar. 11.

Porro concilium Trident. in d. sess. 7. per 14. can. super baptismo confectos damnauit eum qui dixerit, Baptismum Iohannis fuisse tantæ virtutis, quantæ Christi, can. 1. Aut aquam naturalem non esse necessariam, can. 2. Aut quod Ecclesia Romana non doceat veram Baptismi doctrinam, can. 3. Aut non valere qui ministratur per infidelem; etiam cum intentione faciendi, quod præterdit ecclesia, can. 4. Aut non esse ad salutem necessarium, can. 5. Aut non posse baptizatum amittere gratiam, si vult credere, can. 6. Aut non obligari ad vllam aliam legem, quam credendi, can. 7. & 8. Aut quod per eum tolluntur vota post ipsum emissa, can. 9. Aut per memoriam eius condonari, vel venialia fieri peccata post eum admissa, can. 10. Aut esse rebaptizandum apostatam ad fidem reuersum, can. 11. Aut neminem baptizandum ante ætatem, qua Christus fuit baptizatus. Aut paruulos non esse baptizandos vel postquam adoleuerint, esse rebaptizandos, can. 13. & 14.

Interrogatus Romæ, de finibus Hispaniæ, An infans qui baptizatus sine solennitate moritur antequam illa suppleatur, possit in loco sacro sepeliri? Respondi non solum posse, sed debere. Tum quia Host. in summa de consecr. Eccles. §. & an sit, affirmat puerum extractum de ventre matris: sepeliendum esse in loco sacro. Tum quia standum est regulæ nisi probetur exceptio l. 1. ff. de Reg. iur. & glo. in l. Omnis diffinitio eod. titu. & in Rub. eod. titu. lib. 6. & regula est quod omnis christianus debet in loco sacro sepeliri. Et constat huiusmodi puerum esse christianum caractere christianismi insignitum, per c. Quemadmodum. 23. q. 7. & nullo iure speciali prohibetur.

Ad aliam item quæstionem, An debeat sepeliri cum solennitate crucis & luminarium instar aliorum infantium baptizatorum solenniter? Respond. affirmatiuè ea ratione insolubili, quod is tam Christianus est quam illi, tantum gratiæ sacramentalis habet ac illi, per dicta supra eod. nu. 2. Quia exordismus & alia quæ fiunt in baptismo solenni, non fiunt de necessitate sacramenti, sed solum præcepti secundum omnes.

Circa baptismum peccat mortaliter primò, qui credit aliquid de prædictis 14. damnatis per prædictum concilium Trid. credens vel credere debens, ea esse damnata, & est hæreticus, imò & excommunicatus, si verbo vel scripto id expressit per prædictam bullam cænæ Domini.

Secundò, qui baptizat, aut permittit se baptizari bis, & est irregularis, cap. Qui bis, & c. Eos de consecr. dist. 4. de quo latius infra cap. 27.

Tertiò, qui est in cã, aut in notabili culpa, vt aliquis sine baptismo moriatur,

tur, aut renuit dare baptismum, petenti in articulo mortis, cum nullus eo aptior ipsum baptizare velit d.c. Quicumque & arg. c. Pasce. 86. dist.

Quartò, qui baptizat in peccato mortali, aut baptizatur impoenitens, per dicta supra eod. cap. nu. 2.

Quintò, que obstetricis officio fungens, debitam baptizandi formam ignorat. Palud. in 4. dist. 5. q. 2. & Anton. 3. par. tit. 14. cap. 13.

7 Sextò, qui cum non sit presbyter, baptizat absque necessitate d.c. Còstat, imò & presbyter, qui baptizat citra necessitatem sine exorcismo & alia solennitate debita, vel cum illa extra ecclesiam, præterquam Principum filios Clem. 1. de Baptif. Et qui clericus ante presbyterium baptizat solènter, est irregularis c. 1. de Cleric. non ord. minist. Non est autem iusta necessitas recens infantis natiuitas, vt nonnulli male putant, qui infantes recens natos sine solennitate baptizari faciunt grauius peccates. Verum est tamè; quòd bapismus collatus a quocunque, siue mare, siue fœmina, siue fidelis, siue infideli, cum intèntione faciendi quòd facit Ecclesia, valet, c. Quicumque cap. A quodam, c. Constat, c. Mulier, de consec. dist. 4. etiam si baptizans eum pro ludicro habeat, iuxta Inno. in d. c. De bitum. Peccat autem Laicus, qui etiam in necessitate baptizat præsentè clerico, & clericus minor præsentè presbytero, & mulier præsentè viro, & infidelis præsentè fidelis, nisi aptior sit excòmmunicatus, aut alio modo impeditus, iuxta communem in dictis capitulis.

Septimò, qui baptizat sine forma & materia essentiali baptismi supra positus, aut sine intentione actuali, aut virtuali faciendi quòd ecclesia prætendit: nec quicquam talis bapismus valet, & iteradus est, iuxta notata per Inn. & omnes, in d. c. 1. de Baptif. Et idem de eo, qui durate prolotione verborum substantia- lium baptismi, non tingit aqua, sed solum ante vel post illam c. Detrahe. 1. q. 1. vbi hoc sentit Card. S. Xisti & Tho. 3. par. q. 60. ar. 6. & q. 66. ar. 8. vbi id satis exprimit Caiet. & magis Maior in 4. dist. 2. q. 2. arg. 4. quin & glo. d. c. Detrahe, dixit oportere ablutionem concurrere cum verbis, in ultimo instanti prolotionis eorum: quòd tamen non est verum, per rationes Caiet. tom. 1. tract. 18. de Collat. ordin.

Octauò, qui vngit baptizatù chrismate præcedentis anni citra casum necessitatis, c. Si quis de oleo, de Consec. dist. 4. c. Quoniam de sent. excom. lib. 6. Idem de illo, qui absque iusta necessitate baptizat alterius parochianum, sine facultate sui parochi vel Episcopi, aut eius Vicarij, cap. Interdicimus. 16. q. 1. Non tamen ipso facto est excòmmunicatus: quanuis sit religiosus, sicut foret ob administrationem aliquorum aliorum sacramentorum Clem. 1. de Priuil. de quo infra cap. 27. nu. 101. & seq.

De Sacramento Confirmationis.

S V M M A R I V M.

Confirmatio quid, & quòd est verè & propriè sacramentum. nu. 8.
Confirmationis minister ordinaris Episcopus, & quando presbyter. nu. 8.
Confirmando

Confirmando sic, vel sic, peccat Episcopus. nu. 9.

Confirmationem suscipiens in mortali, vel omittens ob contemptum, vt peccat. nu. 9.

Confirmatio Patrum requirit, & vt debeat ordinem præcederè. nu. 9.



CONFIRMATIO aliàs vocatur manus impositio. c. 1. §. Per frontis, de sacr. vnct. & ex mente Magistri & omnium in 4. distin. 7. & vtriusque Tho. 3. par. q. 72. & nostrorum in Rub. de Sacram. non iteran. diffiniri potest, esse Sacramentum vnctionis chrismatis consecrati, quo Episcopus frõtem baptizati inungit, sub certa verborum forma. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia, Dixi, *Chrismatis*, ad designandum materiam eius, quæ est chrisma, quòd conficitur ex oleo & balsamo d. c. 1. de sacra. vnct. Balsamum autem, non est de necessitate sacramenti, quòd efficaciter probat Caiet. super Tho. in d. q. 72. per c. 1. de sacra. non iteran. est tamen de necessitate præcepti c. 1. de sacra vnct. Dixi, *Consecrati*, quia licet benedictio, vel consecratio aquæ non sit de necessitate sacramenti baptismi, consecratio tamen chrismatis vel olei est de necessitate sacramenti confirmationis, per rationè Tho. recepti vbi supra ar. 3. Dixi, *Episcopus*, ad designandum ministrum, qui necessariò debet esse Episcopus c. Quanto, De Conle. & communis vbi sup. Quamuis in dispensatione Apostolica possit esse presbyter, de qua intelligendum est c. Peruenit 95. dist. vt paucis multa resoluens definit Caiet. vbi supra ar. 8. Dixi, *Frontem*, ad differentiam baptismi, in quo vertex capitis inungitur d. c. 1. de sacr. vnct. Cuius diuersitatis ratio redditur a Tho. vbi supra ar. 9. Dixi, *Baptizati*, quia character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi c. Nouissimè, de Conlec. dist. 5. Ille enim est ianua omnium sacramentorum. c. Veniens de presbyte. non bapt. Trad. Tho. receptus vbi supra ar. 6. Dixi, *Certa & c.* ad designandum formam eius, quæ est, Consigno te signo crucis, & consigno te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Cum cuius formæ prolotione debet concurrere vnctio, vt supra eod. nu. 7. est dictum de baptismo. Cuius conuenientiã assignat Thom. ibidem arg. 4. Hoc enim sacramento baptizatus fit miles Christi, ad constanter confitendum eum, & fortiter pugnandum contra eius inimicos c. 1. de cons. dist. 1. & ita signatur cruce, quæ est signum sui Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur, à concil. Trid. quòd sess. 7. de Confirmat. tribus canonibus, declarat hæreticum, qui dixerit confirmationem non esse verum sacramentum, aut nullam ei virtutem inesse, aut eius ordinarium ministrum non esse solum Episcopum. Pondera, quòd ait ordinarium, significans posse esse delegatum dispensatione Apostolica, vt prædictum est.

Circa hoc sacramentum peccat mortaliter. Primò, qui non existens Episcopus, ministrat illud, vel existens episcopus vngit oleo non consecrato vel nõ confecto ex balsamo, vel non seruata prædicta forma per supradicta.

Secundò, qui suscipit illum credens vel credere. debens se mortalis culpæ reum, per dicta supra eod. nu. 6.

Tertiò, qui per contemptum non curat se suamque familiam confirmari. arg.

de consuetu

arg. c. 1. de consec. dist. 5. Dixi, *Per contemptum*, quia soli negligentia tantum esset venialis, cum non videatur vlli præcepto contraria, vt ait Scot. in d. dist. 7. Contemnere autem videtur, qui potens sumere commodè, omittit, secundum Palud. in d. dist. 7. quod verum est quo ad præsumptionem fori exterioris, quæ in interiori cessat. c. Tua, de spons. in quo ille verè contemnit, qui ideo principaliter omittit, quòd paruifacit, per ea quæ dicunt S. Tho. 2. sec. q. 186. ar. 9. vbi id pulchrè explicat Caiet. & Archid. in c. Quicumque. 81. dist. quem sequitur Dominic. in c. Nullus. 55. dist.

Quartò, qui patitur se sine patrino confirmari, credens aut credere debens quòd licèt hoc non sit de substantia sacramenti, est tamen de præcepto.

Quintò, qui non se facit confirmari ante omnem ordinationem c. 4. sess. 23. concil. Trid. de reform. nullam tamen per hoc censuram incurri, aliquoties respondit. Tum quia eius omissionis negligentia non est mortalis, vt dictum est. Tum quia nullo iure id cauetur, nam nec prædictum concilium addit aliam pœnam, quam quòd non admittatur quis etiam ad primam tonsuram ante confirmationem. Tum quia licèt character ordinis de necessitate sacramenti requiratur characterem baptismi, non tamen requirit characterè confirmationis. Quin opinamur cum Soto in d. dist. 24. q. 1. ar. 4. sub fin. peccare quidè sed non mortaliter suscipientem vel ministrantem etiam scienter ordinem ante confirmationem, modo id sine contemptu fiat.

De Sacramento Eucharistiæ.

S V M M A R I V M.

Eucharistiæ sacramentum polynomium, & quid. nu. 10.
Eucharistiæ circa sacramentum errores. nu. 10.
Communio, quod non requirat confessionem, disputare malum. nu. 10.

SACRAMENTVM hoc polynomium, siue multinomium est: vocatur enim græce Eucharistia, hoc est bona gratia: quia vt Magister ait in 4. dist. 8. IESVM CHRISTVM qui est omnis gratiæ fons & origo, continet: Hostiam item, Sacrificium, Communio, Sacramentum altaris, & viaticum, ob eas rationes, quas reddit Tho. in 3. par. q. 73. ar. 4. & paulò latius nos reddimus in addit. c. Quando, de consec. dist. 1. nu. 131. cum seq. Diffiniri autem potest ex mente Magistri & Thomæ & aliorum omnium vbi supra: esse sacramentum, quod sub specie panis & vini, vel alterius eorum, verum corpus & sanguinem IESV CHRISTI continet. Dixi Sacramentum pro genere, reliqua pro differentia. In quibus aduertendum, quòd vno eodemq; modo existunt corpus & sanguis sub vtraque specie, sanguis enim vtròbique existit intra eius gloriosi corporis venas, & vtròbique; corpus sic continè eum, quamuis sub specie panis continetur corpus virtute verborum sacramenti, & sanguis per concomitantiam eius, & contra,

contra, sub specie vini continetur sanguis, virtute verborum sacramenti, & corpus per concomitantiam, secundum S. Tho. receptum in 3. part. quæst. 76. art. 1. & 2. *gl. No quia diuisio in fine c. compertimus de cons. d. 2.*

Circa materiam huius sacramenti peccat mortaliter Primò, qui non credit definita Tridenti vndecim canonibus a Concil. sess. 13. credens aut credere debens ea esse definita ab ecclesia & prædicto concilio, & si verbo; vel scripto id exprimit, est excommunicatus, per prædictam bullam Cœnæ. Definiuit autem concilium, hæreticum esse dicere verum Christi corpus & sanguinem eius non contineri realiter in hoc sacramento, vnita eius diuinitati, sed solum in signo & figura, can. 1. Aut aliquid substantiæ panis, aut vini remanere in eo post consecrationem, licèt eorum accidentia maneant, can. 2. Aut sub qualibet specie tam vini, quàm panis, & qualibet parte separata ab alia, non contineri totum corpus CHRISTI, can. 3. Aut licèt quando ministratur, aut sumitur sit in eo, non tamen esse ibi potest, nec ante summptionem, nec in reliquijs eius, can. 4. Aut principalem eius fructum esse peccatorum condonationem, can. 5. Aut non esse adorandum Latria siue debita Deo adoratione, dum est in sacramento. Aut non esse faciendum peculiare illius festum; neque deferendum in supplicationibus, siue processionibus, neque populo proponendum adorandum, can. 6. Aut non licere seruare illud in sacrario, nec deferre ad infirmos, can. 7. Aut in communione non sumi realiter CHRISTVM totum, can. 8. Aut CHRISTIANOS etiam discretos, non teneri communicare semel in anno, can. 9. Aut sacrificium non posse seipsum communicare, can. 10. Aut solam fidem sufficere ad bene comunicandum, can. 11.

Secundò peccat, & est excommunicatus, qui etiam disputando defendit opinionem habentem licere contrito ante actualem confessionem mortalis culpæ communicare, præfato, can. 11.

De Sacramento Pœnitentiæ.

S V M M A R I V M.

Pœnitentiæ, quid, & quot, & quæ partes eius. nu. 11.
Pœnitentiæ circa sacramentum multa definita Tridenti. nu. 11.
Pœnitentiam in mortali suscipiens, vel ab eo qui est in illo, quando peccat. numer. 11.

PœNITERE quid sit, & an vox pœnitentiæ sit latina: & quod pœnitentiæ est duplex virtus, & sacramentum, & alia ijs annexa, præmissa sunt in Præludio 10. & ex mente ibi citatorum, sacramentum pœnitentiæ est sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum, & confitentē legitime sua peccata, cū iusto dolore & proposito satisfaciendi

Man. Nau.

Kk ciendi

ciendi absoluit ab eis. Dixi, *Sacramentum*, pro genere; reliqua pro differentia, quæ tangunt tres partes integrales eius, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ sunt quædam eius materia, de quibus est dictum in d. præludio generatim, & in tribus capitulis primis singulatim.

Circa hoc sacramentum peccat, qui credit, non esse vera diffinita Tridenti a concilio sess. 14. Aut dubitat de veritate eorum, credens, aut credere debens, ea esse ab Ecclesia, & concilio diffinita, & si verbo aut scripto id exprimit, est excommunicatus, per Bullam cœnæ prædictam. Diffinita verò ubi supra sunt hæc. Quòd pœnitentia semper fuit necessaria, ad veniam peccati mortalis. Quòd sacramentum pœnitentiæ nunquam fuit ante aduentum CHRISTI, nec ante mortem & resurrectionem eius. Quòd postea nil prodest nondum baptizato. Quòd CHRISTVS principaliter instituit illud per illa verba: Quorum remisistis &c. per quæ eadem fuit data potestas reconciliandi Deo eos, qui post baptismum mortaliter peccant. Diffinit item esse hæreticum dicere, sacramentum pœnitentiæ non esse verè ac propriè sacramentum institutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismum, can. 1. Aut vnum & idem esse sacramentum baptismi & pœnitentiæ, & ideo pœnitentiam non rectè appellari secundam tabulam naufragij, cap. 2. & can. 2. Quia vt idem concil. subiicit, materia & forma eorum est diuersa, & non oportet vt minister baptismi sit iudex. sicut minister pœnitentiæ: Et quia sacramentum pœnitentiæ nil prodest non baptizato, nec baptismus relapso post eum in mortale. Et contra baptismus prodest non baptizato, & pœnitentia lapso post baptismum in mortale &c. Aut verba illa. Quorum remisistis &c. non esse intelligenda de potestate remittendi peccata, can. 3. Aut ad perfectam pœnitentiam non requiri contritionem, confessionem & satisfactionem, quasi materiam & partes eius, can. 4. Aut dicere, alium quàm Episcopum vel presbyterum absoluendi potestatem habere, cap. 5. & can. 10. Aut eosdem si mali sunt, eam deperdere; aut non esse iudices ad absoluendum confessum, sed ad declarandum eum absolutum, cap. 6. & can. 9. Admoneo lectorem non excerpere me omnia contèta in canonibus prædictæ sessionis, quia ea, quæ pertinent peculiariter ad contritionem excerpata fuerunt in c. 1. & quæ ad confessionem, cap. 2. & quæ ad satisfactionem cap. 3.

Secundò, peccat qui absque contritione, vel iusta attritione peccatorum suorum, aut absque proposito ab eis abstinendi, aut restituendi debita, aut existens excommunicatus, ante absolutionem ab excommunicatione, absolutionem sacramentalem procurat, aut vult absolui ab aliquo non presbytero, aut ab excommunicato denunciato, aut suspenso, aut si citra necessitatem à parrocho alieno, vel à suo, notorio peccatore, vel quum scit esse in mortali, & pœnitentiam non acturum ante absolutionem per suprascripta in dictis tribus cap. & in cap. 9. nu. 5. cum seq. & in cap. 11. nu. 12.

De Sacramento Extremæ vntionis.

S V M M A R I V M.

Extrema vntio quid, & vntio cum verbis concurrat. nu. 12.
Extrema vntio quas partes tanget, & quibus fit verbis. nu. 13. & quare infirmis, & non violenter morituris datur. nu. 14.
Extrema vntionis de sacramento multæ veritates Tridentina. nu. 15.
Extrema vntionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis. nu. 16.



SACRAMENTVM extremæ vntionis est sacramentum, quo presbyter vngit certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis oleo consecrato, certa verba cum debita intentione profertendo. c. 1. de Sacram. vnt. adiunctis notatis ibi, & in 4. dist. 25.
Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia. Dixi *Presbyter*, ad designandum neminem alium posse illud ministrare, vt diffinit concil. infra citandum. Dixi, *Vngit*, ad designandum actum ministrandi, qui consistit in vngendo, & fieri debet durante prolatione verborum necessariorum, non enim sufficit vngere finita verborum prolatione, aut ante prolationis principium, vt in simili dictum est supra eod. de baptizante nu. 7. & de confirman- te, nu. 8. & de ordine dicitur infra, nu. 17. Dixi, *Certas partes*, vntio enim debet fieri in oculis, naribus, auribus, ore, manibus, pedibus, & renibus. Dixi, *Infirmi &c.* ad designandum cui fit ministrandum hoc sacramentum, non. n. sufficit, vt sit in quouis probabili mortis periculo, in quali est morte damnatus, prælium ingressurus, & maris tempestate iactatus, neque quælibet infirmitas sufficit, sed oportet, vt sit talis, quæ probabile mortis periculum minetur secundum omnes: cuiuslibet tamen eiusmodi infirmo est ministrandum, etiam si iam sit amens, & freneticus, si absque irreuerentia sacramenti id fieri possit, & potuerit ante peccare, & antequam insaniret expressè aut tacitè petierit illud, aut si meminisset, petiturus fuisset, nec in peccato mortali notorio insanierit; quamuis sint qui aetatem pubertatis requirant; imò & si dubitatur an sit mortuus, administrari potest sub conditione si non est mortuus, non tamen iam aperte mortuo, nec incepta ministratio perficienda est, si antea moriatur. Dixi, *Oleo sacro*, ad designandum materiam, quæ est oleum oliuarum, per Episcopum consecratum. Dixi, *Certa &c.* ad designandum eius formam, quæ iuxta concil. Flor. est hæc, quando oculi infirmo vnguntur: Per istam sacram vntionem, & per suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum; quando aures, dicendū est, per auditum; quando nares, per odoratum; quando os per oris vitium; quando manus, per tactum; quando pedes, per incessum; quando renes, per ardorem libidinis: quæuis multæ ecclesie vntuntur istis verbis, & per sanctissimam benedictionem, loco horum, Per suam pijsimam misericordiam, nec nocet, per mox dicenda, diuersitas verborum, in eundem scopum tendentium. Quæ serè omnia probantur

per illa Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei sanabit infirmum, & alleviabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittetur ei. Nam per verbum, *Infirmatur*, probantur dicta de infirmo ungento, & per verbum, *Presbyteros*, dicta de ministro, & per verba, *Ungit & oleo*, dicta de usu & materia, & præterea per verbum, *Alleviabit*, probatur hoc sacramentum conferre salutem corporis, quando spiritali infirmi expedit: Et per illa verba, *Et si in peccatis sit &c.* per hoc sacramentum peccata remitti. Et quia non exprimuntur mortalia, nec venialia, intelligenda sunt de omnibus, si reliqua ad id necessaria concurrant, argum. cap. Solitæ. de Maiorit. & obed. & c. Si Romanorum 19. dist. Vnde licet secundum communem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quo fieri potest, ut aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & unctus eo saluaretur: fieri enim potest, ut aliquis sua peccata confiteri non possit, aut quavis possit, non censet illud necessarium ei, quia iam est confessus, sine tamē contritione vel attritione ad remissionem sufficienti; & postea tanta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamen calore adiuncto sufficeret, iuxta opinionem Tho. 3. par. q. 79. ar. 1. communiter receptâ, scilicet, per virtutem sacramenti aliquem ex attrito contritum fieri, iuxta dicta supra c. 1. nu. 40. & 41. Quare magnæ curæ nobis huius sacramenti susceptio esse debet, ut morientes beati semper viuamus. Amen.

14 Porro, ratio cur morbo, vel senio, & non alio morbo morienti administratur est, quia sic morientis iudicium & constantia valde turbatur corporis & sensuum omnium imbecillitate, cap. Nullus. cum his, quæ ibi scripsimus, de poenit. distinct. 7. Quin & demon acrius eum illa hora, quam quavis alia omnium peccatorum representatione, & spectris horrendis affligit. Quod usu venire ijs non solet, quibus vita violenter eripitur, quia moriuntur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi representationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis, ac huic ista unctio.

15 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter. Primò, qui credit non esse vera definita super eo Tridenti sess. 14. aut dubitat de eorum veritate, credens, aut credere debens ea esse ab ecclesia & concilio definita, & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommunicatus, per sæpe dictam bullam cœnæ. Definitum verò est ibi; Hæreticum esse dicere extremam unctionem non esse verè & propriè sacramentum institutum ab ipsomet Domino nostro IESU CHRISTO, & promulgatum a Diuo Iacobo, can. 1. Aut non conferre gratiam, sicut alia; Aut non remittere peccata, nec alleviare infirmum, aut iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, can. 2. Aut ritum eius, quem observat Ecclesia Romana repugnare sententiæ beati Iacobi, ideoq; eum posse iuste mutari, & contemni, can. 3. Aut D. Iacobum per presbyteros intellexisse seniores populi, & non tantum sacerdotes, ideoq; posse per alios quam Episcopos, & sacerdotes ministrari, can. 4. Nemo tamē inferat ex his, nō posse alias ecclesias alia vti verborum æquipollentiū forma. Quia licet ipsemet Dñs illud instituerit, verba,

verba tamen formalia quibus est ministrandum, non præscripsit. Adeo quòd D. Ambros. verbo indicatiuo, (Vngo te &c.) vteretur, quæ communis est sententia profunde fundata a Palud. in d. dist. 23. per quod tollitur dubium ex longinquo nobis propositum.


Secundò, qui ægrotus vel senex constitutus in articulo mortis non perit hoc sacramentum per contemptum, iuxta omnes in 4. dist. 23. Idem si non perit filio, seruo, famulo, pupillo, aut alij suæ curæ commissò, per supradicta in simili cap. 21. nu. 57. Arg. c. Duo. 23. q. 4.

Tertiò, qui accipit credens, aut credere debens se mortalis culpæ reum, sine confessione, vel contritione, vel tali attritione quæ calore huius sacramenti vim contritionis attingeret, per supra dicta eod. cap. nu. 2.

De Sacramento Ordinis.

S V M M A R I V M.

O rdo in genere quid, & quis ecclesiasticus, & quid ordo sacramentum, nu. 17.
Ordo Theologis septemplex, Canonistis nouemplex, nobis octuplex. nu. 18.
Ordinis circa sacramentum errores Tridenti damnati, nu. 18.
Ordinatus sub Episcopo titulari, vel contra Prælati voluntatem ut peccat, nu. 18.
Episcopus ordinans alienum aut suum sine titulo &c. ut peccat nu. 18.
Ordinatus non renunciet nec alienet titulum nisi sic. &c. nu. 18.



O rdo generaliter & propriè sumptum, auctore August. lib. 19. 17 de Ciuitat. Dei cap. 13. est, parium dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio, quomodo capitur in cap. Ad hoc. 89. dist. & in Rub. de ord. cognit. & ff. de Decret. ab ordin. fac. & quia personæ præstant rebus, ideo hominū ordo præstantior est ordine rerū, l. 2. ff. de stat. homi. Et quia inter homines Deo sacri, siue spirituales præstant alijs. c. Solitæ de Maior. & obed. iō per antonomasiam appellatione ordinis simpliciter prolati intelligitur ecclesiasticus; sicut appellatione iuris Ciuilis, Romanum; & Apostoli, Paulus. §. ius ciuile iuncta gl. Inst. de iure natur. & diffinitur à Tho. Valdensi lib. 2. de Sacram. c. 16. esse sacramenta ministratium habitudo legitima cuique ratione ministerij sui conueniens: Hinc dicitur ordo canonicorum Regularium, & ordo Prædicatorum & Minorum. In hac tamē materia accipitur pro sacra ordinatione & actu quo homines in ecclesiasticum ordinem cooptantur, ut colligitur ex concil. Trid. sess. 23. can. 3. & potius secundum mentem quam verba Magistri, & aliorum in 4. dist. 24. & gloss. in summa. 32. dist. potest diffiniri, esse sacramentum quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id administrandi. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua pro differentia. Materia cuius est traditio rei sensibilis, ut libri, vel calicis, quæ & acceptio seu tactus earum debent concurrere cum prolatione verborū forma, ita ut durante ea fiant, quoniam

Man. Nau. Kk 3 si ante

ante vel post fierent, ordinatio esset nulla: vt latè demonstrat Caiet. in Tract. 16. de Collat. ordin. & supra dictum est in simili de Baptismo nu. 7. & de Confirm. nu. 8. & de Extrema vnctione, nu. 12. Quod fundatur multis in quibus est cap. fin. de Sacram. non iteran. quod ipsum tamen in contrarium fortiter retorqueri potest, quatenus habet supplendum & non iterandum, sed respon. illud esse referendum ad manus impositionem, & non ad tactum: quorum duorum prius meminit, illa enim non est de substantia sacramenti vt tactus, seu acceptio, quod rectè post alios declarat. Sot. in d. dist. 24. q. 1. art. 4. forma verò est prolatio verborum, quæ pro varietate ordinum sunt varia, sicut & res traditæ sunt diuersæ. Conueniunt tamen in significando traditionem & acceptionem sacramentum substantialem. Dixi, *Character*, ad designandū quod character & potestas, quæ traditur non sunt sacramentum sed effectus eius. Vnde definitiones eorum, quæ habent hoc sacramentum esse characterem, siue signaculum, & potestatem, debent censerī datæ per effectum, & non per genus, & differentiam, vt illa August. Fides est credere quod non vides, & illa

18 Azon. in Rub. de Appel. Appellatio est rescissio sententiæ &c. Dixi, *Consecrandi &c.* ad distinguendum ordinem presbyterij ab alijs. Ordines autem sunt nouem secundum Canonitas in c. Cum contingat. de ætat. & qualit. per illum tex. & per c. Cleros. 21. dist. c. Perlectis. 25. dist. quibus constituuntur Tonsuratus, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, presbyter, & Episcopus. Quamuis secundum communem Theologorum in d. dist. 24. solum sint septem dicentium, Primam tonsuram, & Episcopatum non esse ordines sed officia. Quorum quatuor maiores dicuntur sacri, non quidē, quod omnes non sint sacri, sed quia eis est annexum votum solenne castitatis, non vt essentialē, sed accidentarium ex statuto ecclesiæ. c. Nullum, 18. dist. c. Decernimus. 23. dist. & c. 1. de voto. lib. 6.

Circa hoc sacramentum peccat mortaliter. Primò, qui credit non esse vera definita super eo a dicto Concil. sess. 23. aut de eorum veritate dubitat, & si hoc verbo vel scripto exprimat, est excommunicatus per bullam cœnæ supra sæpe citatam. Definuit autem concilium, hæreticum esse eum qui dixerit, nõ esse in nouo testamento sacerdotium visibile, vel externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi euangelium: vel eos qui non prædicant prorsus non esse sacerdotes, can. 1. Aut præter sacerdotium non esse in Ecclesia canonica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur, can. 2. Aut ordinem siue sacram ordinationem non esse verè propriè sacramentum a CHRISTO Domino institutum, vel esse figmentum, quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarū imperitis. Aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum, can. 3. Aut per sacram ordinationem non dari spiritum sanctum; ac proinde frustra Episcopos dicere, accipe spiritum sanctum. Aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, can. 4.

Aut

Aut sacram vnctionem, qua Ecclesia in sacra ordinatione vitur, non tantum non requiri, sed contemnendam & perniciosam esse; similiter & alias ordinis cæremonias, can. 5. Aut in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, presbyteris & ministris, can. 6. Aut Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem; vel ordines ab ipsis collatos, sine populi vel potestatis secularis cõsensu aut vocatione, irritos esse: Aut eos qui nec ab ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramenti ministros, can. 7. Aut Episcopos qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos ac veros Episcopos, sed figmentum humanum, can. 8. Aduertendum quòd prædictum concilium, non definit vtra opinio Theologorum vel Canonistarum de ordinum numero sit tenenda, quod sperabamus, quando hæc scripsimus. Licet, can. 2. 3. 4. & 7. canonistis videantur aliqua ex parte fauere. Quare probabilis videtur vtraque. Mea tamen, salua saniori, est, quatuor ordines, siue ordinationes, scilicet tres maiores & Episcopatum, esse verè & propriè sacramentum, cui prædicta definitio conuenit, alios autem potius esse sacramentalia; & ita quo ad Episcopatum recedo a communi Theologorum per c. iuncta glo. 3. 2. dist. & allegata in ea, quæ expressè ponunt quatuor sacros ordines, & per prædictum. 7. canonem, quibus bona fide nescirent respondere. Quo ad quatuor verò minores & primam tonsuram, recedo a canonistis. Tum per rationes Caiet. in tract. de modo & rit. ord. suscep. Tū quia non est eis adiunctum votum castitatis solenne. Tum quia durum videtur damnare omnes, qui accipiunt eos non præmissa confessione, vel saltem contritione sufficienti; quorum infinitus videtur esse numerus, quod tamen necesse esset facere, si essent sacramenta vera gratiam conferentia ex opere operato, per dicta supra eod. cap. nu. 2. Tum quia conferunt eos etiam Abbates cap. Quoniam. 69. dist. cap. cum contingat. cum ei annot. per Inn. Hostien. Anton. & alios de ætat. & qualit.

Secundò peccat, qui credens, vel credere debens se mortalis culpæ reum, Episcopatum, vel alium ordinem sacrum suscipit secundū omnes, non autem, quia alios, secundum eos qui negant vera esse sacramenta. quos sequimur.

Tertiò, qui contrauenit nouis statutis Concil. Trid. quod in sess. 14. c. 2. de Reform. statuit, vt qui se procurat ordinari ab Episcopo titulari absque licentiâ sui Episcopi, etiam si sit illius familiaris, & continuus commensalis, & in loco nullius diæcesis vel exempto, suspensus sit ab executione ordinum, quousque suo Prælato visum fuerit. Episcopus verò titularis ab exercitio Pontificalium per annum. Et sess. 23. cap. 9. de Reform. quòd Episcopus ordinare potest eum qui fuit familiaris eius per triennium, si beneficium statim re ipsa, & sine frau de illi conferat. Et sess. 14. c. 1. de Reform. quòd nemo promoueatur ad ordines contra voluntatem sui prælati etiam si prohibeatur promoueri ob occultum crimen, & extraiudicialiter, & quòd ei qui a suis ordinibus, gradibus, aut dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, non suffragetur vlla licentia

de promouendo, aut ad priores ordines, gradus aut dignitates antea con-
 quatas restituit contra proprii prælati voluntatem. Et ibidem can. 3. quod
 Episcopus potest suspendere ad tempus sibi visum suum subditum ornatum
 quacumq; auctoritate, absq; suo præcedenti examine, etiam si eum inueniat in-
 habilem. Et sess. 21. c. 1. de Refor. Quod episcopus, aut alij sui ministri pro col-
 latione quorūcunq; ordinū, aut pro literis dimissorijs, aut pro sigillo nil quic-
 quam etiam sponte oblatum accipiant. Et notarij pro scriptura, si eis nullum
 salariū pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantum vnus aurei
 partem accipere possint, & sess. 23. c. 3. de reform. quod non concedat dimissio-
 rias nisi prius examinatis & probatis. Et sess. 21. cap. 2. de reform. quod nemo
 ordinerur, nisi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum ad victū
 sufficiens pacifice possidere. Et quod illud beneficium resignare nequeat, nisi
 facta mentione quod ad illius beneficii titulum sit promotus, eaq; resignatio
 non admittatur nisi constet aliunde posse commodè viuere, & aliter facta sit
 nulla. Et quod patrimonium vel pensionē obtinentes promoueri posthac ne-
 queant, nisi quos episcopus iudicauerit necessarios vel viles, cōstito prius, quod
 patrimonium illud, vel pensio satis sunt eis ad vitam honestè sustentandam,
 & illa sine licentia episcopi alienare nequeant, donec beneficium sufficiens adi-
 piscantur, aut aliunde habeant, vnde honestè viuere valeant.

Quartò, qui contrauenit illis præceptis, vel prohibitis quæ continentur in-
 fra cap. 25. nu. 68. & seq.

Alij modi peccandi ratione ordinis colligi possunt ex his quæ de matrimo-
 nio infra eod. c. nu. 52. dicuntur, & de indigna perceptione & administratione,
 ex cap. 25. nu. 70.

De Sacramento Matrimonij.

S V M M A R I V M.

- M**atrimonium quatenus sacramentum quid, & quale est apud infideles, nu. 19.
- Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide, nu. 20.
- Matrimonij materia & forma quæ cum exemplis, nu. 20.
- Matrimonium indissolubile regulariter sic in totum, sic in partem soluitur, nu. 21.
- Diuertere ut potest coniunx a coniuge incitante ad peccatum, & an ob lepram, vel
 morbum contagiosum & an teneatur ob adulterium, nu. 22.
- Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum, licite tamen petit, nu. 23.
- Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti, nu. 23.
- Debitum in foro anime non debetur adulteranti, nu. 23.
- Adulterantis coniunx quando religionem ingredi potest, nu. 24.
- Sponsalia quid, soluntur partium consensu, nume. 25. Religionis ingressu, nume-
 ro 26. Superuenientia affinitatis, pœnitentia impuberis, lapsu temporis præ-
 stituti, morbo, fornicatione, inimicitia capitali, defectu promissi, fama im-
 pedimenti, ordine sacro, cognatione legale, asperitate morum & c. nu. 27.

Sponsalia

- Sponsalia omnia ipso iure soluntur per causam notoriam, nu. 28.
- Sponsalia duobus modis transeunt in matrimonium, nu. 28.
- Matrimonij & sponsalia contrahendi quæ ætas legitima, nu. 29.
- Matrimonium regulariter omnis iustæ ætatis & iudicij contrahere potest, nu. 29.
- Matrimonij impedimenta quot, & quæ dirimunt, & quæ non, nu. 29.
- Matrimonij circa sacramentum errores Tridenti damnati, nu. 30.
- Matrimonium contrahens peccat ob ætatis defectum, nu. 31. & ob errorem, qui fit
 est personæ, vel conditionis seruilis annihilat illud, nu. 32.



RA ESUPPONIMVS Primò, quod sacramentū matrimonij est sacra-
 mentum quo fit maris & feminae coniunctio, indiuiduam vitæ
 consuetudinem retinens, vt colligitur ex l. 1. ff. de Rit. nupt. &
 princip. Inst. de pat. potest. & ex Mag. & alijs in 4. distinc. 26. & in
 Rub. de spon. & matrim. Dixi, *Sacramentum*, loco generis; nec obstat quod
 matrimonium est inter infideles non baptizatos, qui non sunt capaces sacra-
 mentorum, quorum ianua est baptismus, cap. Veniens. de Presb. non bapt. quia
 apud eos non est matrimonium, quatenus est sacramentum, sed tantum, qua-
 tenus est contractus, & prædicta definitione definitur solum sacramentū ma-
 trimonij siue matrimonium, quatenus est sacramentum. Dixi, *Maris & femi-
 ne*, ad differentiam sacramenti baptismi & pœnitentiæ, quibus fit quædam cō-
 iunctio inter Deum & animam metaphoricè iuxta c. Debitum, & ei annot. de
 Big. Dixi, *Coniunctio*, intelligendo potius vnionem animorum quam corporū
 vt glo. declarant in iuribus supra dictis, & est textus in l. Nuptias. ff. de regul.
 iur. & in c. sufficiat. 27. q. 2. Dixi, *Indiuiduam & cat.* quia est insolubile, hoc est
 non potest, nisi morte naturali regulariter solui, nec sic coniuncti possunt alijs
 altero viuente coniungi, & vterque alteri debet fidem seruare, & debitum con-
 iugale reddere, & se in mutuo in administranda re familiari iuuare, & neuter eo-
 rum sine alterius consensu continentiam promittere potest.

Ex quo infertur Matrimonium Christianorum gratiam conferre ex opere 20
 operato, nisi obex ponatur, iuxta communem in Rub. de sponf. & in 4. dist.
 26. contra gl. c. Quicquid. 1. q. 1. & nonnullos eā malè approbantes, quia ex præ-
 dicta definitione patet, illud esse sacramentum, cuius proprium est ex opere
 operato gratiam conferre, vt supra eod. n. 1. dictum est, quod approbauit con-
 cil. Trid. sess. 7. can. 6. mox citandum, post quod non solum pro falso, id quod
 ait illa glo. sed etiam pro hæretico habendum est. Adde hic omnia quæ dicen-
 tur in hac materia de viris, intelligenda esse de feminis, & è contrario, nisi qua-
 tenus aliud expressum fuerit.

Secundò, præsuppono, quod quamuis diuersi diuersa de materia & forma
 huius sacramenti sentiant, præsertim Adrian. in 4. de Matrim. q. 1. planius ta-
 men videtur, quod consensus expressus legitimus personarum ad contrahen-
 dum idonearum sit materia, & verba, aut alia signa, & etiam interdum tacitur-
 nitas, quibus ille exprimitur, sunt forma: vt materia stipulationis, qua interroga-
 tione & respõsione cõueniente fit, est consensus, & verba sunt forma l. 1. prin.
 & S.

& §. 1. ff. de verb. cum ei annot. quamuis ad ftipulationem neceffaria funt verba, & non fufficiunt nutus aut figna neque fcriptura per d. l. ad matrimonium autem fic. c. Cum apud. & c. Tuæ. de fponf. imò interdum auditio & taciturnitas fine contradiftione, vt quando pater contrahit pro filia præfente & audiente tacente & non contradicente, iuxta gloff. communiter receptam in c. Honorantur. 3. 2. quæft. 2. pro quo aptus tex. ibi, & in ca. 1. §. Porro, de fponf. Impub. lib. 6. Illa verò verba & figna fufficiunt, & requiruntur, quibus fignificatur ftatim vna cum dicto vel figno, alterum alteri fui corporis poteflatem tradere, iuxta omnium fententiam. Qualia funt illa, Ego te in meam vxorem accipio. Et ego te in maritum meum accipio. c. Si inter. de fponf. & alia eis æquipollentia, vt confentio in te tanquam in meum, vel meam coniugem, & ab hoc tempore, pro mea vxore vel marito habebō; aut volo, vt fis mea vxor, vel maritus. c. Ex parte, de fponf. nil enim refert quid de æquipollentibus fiat. l. fin. ff. Mand. c. Licet, de Teft.

21 Tertiò, præfuppono quòd matrimonium interdum diuiditur in totum & quo ad vinculum, & interdum quo ad thorum & habitationem tantum, & interdum quo ad thorum tantum. Nam diuiditur in totum antequam fit consummatum copula carnali per confessionem folennem religionis approbata. c. Ex publico. de Conuerf. coniug. cap. Commiffum. de fponf. quod effe de fide definiuit Concil. Trid. prædictum. Diuiditur etiam ante consummationem per difpenfationem Papæ iufta de caufa factam, fecundum glo. fing. in d. ca. Ex publico, receptam ab omnibus puris Canoniftis, & à Theologis canonum peritis contra pueros Theologos excepto Caietan. in opufc. Thom. 1. tract. 28. Quorū opinio adeo feruatur, quod etiam ter vel quater ad petitiones confilio meo antequam in vrbe veniffem oblatas, fœ. re. Paulus iij. & Pius iij. per fuas difpenfationes, diffoluerunt quædam matrimonia omnino clandestina, nondum cõsummata in remedium animarum alioquin probabiliter periturarum. Quod attector, ne quis fequutus Sotum lib. 7. de Iuft. & iur. contra Caiet. vllum fcrupulum ingerat ijs, qui eiusmodi fanctiffima gratia fruuntur, vel poft hæc fruuntur: Nam & poft eum Michael à Medina Francifcanus vir eruditiff. & alioqui purus Theologus lib. 5. de facror. hom. continentia Caiet. & cõmunem effe fequitur. Diuiditur et matrimonium cõtractū inter fideles et poft cõsummationem fi altera pars eorū ad fidem catholicam cõuertatur, & altera noluerit ei cohabitare fine cõtumelia Creatoris, & fine rifu ad puertedam, vel inducedam eam in mortale. c. Gaudemus, de Diuor. quia vt dictum eff, non eff inter eos facramentum fed cõtractus tantum. Diuiditur autem quo ad thorum & cohabitationem, & nõ quo ad vinculum propter fornicationem, iudicis auctoritate, iuxta illud Luc. 16. Quicumque dimiferit vxorem nifi ob fornicationem & cæt. relatum in cap. Dixit Dominus, 3. 2. q. 1. & c. Dominus, ead. cauf. q. 7. & etiam propter fœuitiam coniugis, & ob aliquas alias caufas notatas fuper tex. fing. c. Literas. §. final. de ref. fpol. Diuiditur autem quo ad thorum tantum ob fornicationem per folam euangelij auctoritatem, fine alia iudicis fententia, fecundum glofam cap. Nol. fe. 30.

fe. 30. q. 1. communem. Circa quæ alias hic addidi: Primò, poffe coniugem catholicum vel catholicam difcedere a cohabitatione coniugis Lutherani, vel Lutherane ad fuam hærefim inducentis, per. cap. 2. de Diuor. non tamen nouè contrahere. Secundò, idem effe dicendum de cõiuge, qui vel quæ, a fuo vel fua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non potefit ab inducendo retrahi. Palud. in 4. dift. 39. quæft. 1. col. fin. Tertiò, refpondiffe nos cuidam nuptæ poffe illam recedere a fuo marito adeo laxo animo & nimium fidenti, quòd inducebat in domum fuam quofdam amicos parum pudicos, quibus vel aliquo eorum cum ea relictis. exibat domo, & illi modò directè, modò indirectè, modò verbis, modò tactu, inducebat eam in aliquod peccatum cordis, & in grande periculum operis, & rogatus ab ea ne id faceret, negligebat. Tum quia eiusmodi maritus faltem indirectè inducebat eam ad peccandum. Tum quia nõ tenebatur ei conuiuere cū periculo mortis corporalis volenti eam occidere, vel intoxicare d. cap. Literas fub fin. ad quod reducendum eff cap. 2. de Diuor. a fortiori non tenebatur conuiuere illi, fub tanto periculo mortis fpiritu- 22
alis, quæ tanto grauior eff corporali, quanto anima præftat corpori. cap. Ille. 2. 2. quæft. 1. & cap. Præcipimus. 1. 2. quæft. 1. Tum quia vxor potefit difcedere à marito fure, nolente à furando ceflare. Palud. vbi fupra. Tum quia non obftat neminem poffe cogi ad peccandum. §. 1. 15. quæft. 1. quia non potefit etiã cogi ad apoftatandum; potefit tamen difcedere à conforte in apoftafiam inducente, per d. ca. 2. De diuor. Tum quia fere cafus eff in hoc in l. Si lenones. C. de Epifcop. audien. & in cap. Difcretionem. iuncta glo. de eo qui cogno. conlang. vxor. fuæ. Quartò, coniugem à coniuge recedere nõ poffe propter morbum quem alij Gallicum, alij appellant Neapolitanum, arg. cap. Si vxorem & cap. Horrendus. 3. 2. quæft. 5. Alex. in l. Si cum dotem. §. fi maritus. ff. Solut. matri. quia non potefit etiam ob morbum lepræ, qui eff æquè contagiofus. c. 1. & 2. de Coniug. leprof. Quintò, quòd coniux à coniuge non potefit ob amentiam difcedere, nifi probabile mortis periculum induceret, per prædicta: quod dolens refpondi cuidam amico religionem intrare volenti, eo quod vxor furere cõperat, quia commodè poterat eam à fe offendendo arcere. Sextò, non peccare vxorem eo quod non difcedit à marito adultero, etiam in adulterio perfeuerante, neq. eo quod ei reddat vel petat debitum, etiam fi publicè adulteretur, modo id ei non placeat (quod ferè femper contingit) & probabiliter arbitretur eum non deftituturum ab eo, licet ipfa ei debitum neget. Imò nec maritus peccaret, idem faciendo cum vxore adultera, fi displiceret ei adulterium, & penfatis perfonarum, loci, & temporis, alijsque circumftantijs fieret probabile, eam non poffe ab adulterando arceri fine maximo scandalo, & damno publico, vel priuato, per quod limitanda funt. c. Si vir, de adult. & cap. 1. 3. 2. q. 1. Septimò, 23
quòd coniux adulterans non potefit exigere debitum a conforte innocente tantquam iure debitum, fed potefit petere tanquam licitum, fiue publicum fiue occultum fit adulterium, & fiue coniux innocens fciat fiue nesciat illud. Quia licet adulterans ipfo iure perdat ius exigendi, non tamen perdit ius rogandi, vt concedat illud fi voluerit, eo quod vinculum matrimonij durat non obftante

stante adulterio, quod esse de fide prædictum concilium ubi supra declarauit, & facit illud licitum, cum nullo iure naturali, diuino, vel humano prohibeatur: Nam licet Dominus in Euang. Math. 5. & Luc. 16. concedat innocenti facultatem negandi debitum, non tamen negat potestatem reddendi illud, si voluerit, nec adultero facultatem petendi tanquam rem licitam, licet non debitam. Quibus est consequens posse coniugem innocentem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate, iuxta illud. Frangenti fidem fides frangatur eidem. l. Cum proponas. C. de pact. c. peruenit, de iureiur. quæ breuis declaratio est mentis Caiet. in tract. 17. Respon. Respon. 4. Thom. 1. Octauo, quod coniunx innocens etiam si cepit negare debitum adulteranti, & postea adulteretur, tenetur ei reddere, quia per compensationem tollitur, quo ad potestatem negandi hoc crimen, c. Intelligimus, de Adult. quod confessarij magnopere aduertant, ad præcipiendum multis maritis, qui recedunt à thoris vxorum propter præsumptum vel verum adulterium, & se copulant alijs, vt redeant ad eos, hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus, aut certe concipiant propositum efficax reddendi illud, arg. c. Peccatum. de reg. iur. lib. 6. cum similibus. Nondò, Quod non obstant prædictis cap. Significasti. & cap. Porro. de diuor. quatenus habent non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate, nisi adulterium sit notorium: quia illa intelligenda sunt quo ad forum exterius, non autem quo ad interius de quo agimus. Per quæ declaranda est glossa. ca. 1. 32.

24 quæst. 1. Decimo, quod interrogatus, An qui ante Concilium Trid. clam contraxit, & consummauit matrimonium, & postea petitus in maritum coram iudice a quo, quia negauit contractum & deerat testes, fuit absolutus, & coniunx nupsit alteri, an inquam, is posset ingredi religionem? Respondi non posse. Tum quia nulla religionum, quæ non sit militaris admittet eum, si verum fateatur, sine licentia debita vxoris, quam in hoc casu illa dare nequit remanens in seculo, præsertim in illo malo statu, cap. Cum sis, cap. Sanè, c. Coniugatus, de Conuers. coniug. Nec obstat, cap. Agathosa, 27. quæst. 2. quatenus habet maritum cuius vxor fornicata est, posse religionem ingredi. Quia id intelligendum est de illo, qui non dedit vxori causam saltem propinquam adulterandi, vt declarat Panormitan. communiter recept. in dicto cap. Discretionem, num. octauo. qualem videtur dedisse consulens. Tum quia si moreretur is cui illa nupsit, teneretur eam accipere etiam si professionem fecisset iuxta prædictum. cap. Agathosa.

25 Quarto, præsuppono quod sponsalia non sunt matrimonium sed promissio eius. l. i. ff. de spons. Thom. & omnes in 4. dist. 27. quod intelligendum est de promissione mutua siue reciproca, quia licet alterius tantum sufficiat ad se obligandum; non tamen sufficit ad sponsalia efficienda, nisi altera quoque pars tacite aut expressè idem alteri promittat, secundum omnes. Arræ autem & iuramentum nõ sunt necessaria, licet illis firmiora fiant. Porro sponsalia nõ sunt vt matrimonium insolubilia, nam multis modis dissoluuntur. Primo, per partium remissionem etiam si sint iurata, secundum communem. cap. Præterea 1. de spons.

de spons. etiam si principaliter iurata sint propter Deum, vt cum quis iurat se matrimonium contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei & elemosynam, iuxta Card. ibidem. Tum quia Deus recipit illud in vtilitatem partis, & ideo ipsa potest ei renuntiare, arg. c. Quamuis pactum, de pact. lib. 6. Tum quia alioqui iuramentum in fauorem eius factum, posset ei ob varios respectus præiudicare, contra l. Quod fauore C. de leg. & c. Quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. Licet oppositum teneant Inno. & Panor. in d. c. Præterea, & Syl. verb. sponsalia q. 9. Quorum opinionis color per prædicta tollitur. Secundo, per alterius in religionem ingressum, in d. c. Ex publico, & c. Veniens, Qui cler. vel vouen. & c. 26 alio potest alter sponsalia contrahere, etiam antequam professionem faciat. Syl. verb. sponsalia q. 10. Tertio, per alterius matrimonij verbis de presenti contractum, etiam copula nondum sequuta. Aut sponsalia de futuro, copula cum affectu maritali sequuta, c. Sicut ex literis. de spons. Dixi, *Affectu maritali*, quia sine hoc prima sponsalia quo ad Deum non dirimerentur, quamuis sic quo ad ecclesiam, iuxta notata in c. Is qui de spons. Si secunda nõ erat cognata prima, intra gradum prohibiturum. Nam si talis erat, neutram in vxorem ducere potest, secundum iura antiqua; non primam, propter impedimentum affinitatis ex illa copula ortum; non secundam, propter impedimentum publicæ honestatis ex primis sponsalibus quo ad ipsam natum. Dixi, *Secundum iura antiqua*, propter nouam limitationem Tridentinam infra citatam. Dixi, *sequuta*, quia eam præcessisse non sufficit c. Veniens. 2. de spons. vbi Panor. Præposit. & communis, quicquid quidam recentiores leuiter dixerint. Limitanda sunt tamen prædicta procedere quo ad partem, quæ talem copulam illicitam habuit, nam quo ad alteram si illa voluerit, censetur dissoluta, per c. Quemadmodum de iureiur. Quarto, per alterutrum ad aliam regionem migrationem absque causa probabili aut cum illa, sed iudex certum tempus redeundi præfinit, & intra illud non redijt, quæ præfinitio est necessaria iuxta ius canonicum, quod tempus non præscribit c. De illis de spons. non tamen iuxta ciuile, quod in l. sape, ff. de sponsal. & l. 2. C. de Repud. præscribit, quod si absens in eadem prouincia fuerit, expectetur duobus annis, & si in alia tribus, vt trad. Anto. 3. par. tit. 1. c. 18. §. 1. & Syl. vbi supra quæst. 1. §. 4. Quod procedit etiam in sponsalibus iuratis secundum Panor. d. c. De illis. Quinto, per superuenientem affinitatem ex 27 eo quod altera pars rem habuit cum cognato vel cognata intra gradum prohibiturum alterius partis prius quam copulam maritalè cum sua sponsa vel sponso haberet. c. Veniens, de eo qui cogno. cons. vxor. suæ. Sexto, per absolutionem factam à iudice, eo quod contraxit illa intra pubertatis annos, & perueniens ad illos antequam eis consentiat expressè vel tacite petit ab eis absolui. c. A nobis & c. De illis, 1. de Despons. Impub. si tamen ambo, vel alter eorum esset minor septem annis, sponsalia essent adeo nulla, vt ex illis nullum impedimentum publicæ honestatis oriretur, & ita alteruter eorum, cum cognata vel cognato alterius matrimonium contrahere posset, capitul. literas. de Despons. Impub. & capitulo 1. eodem titu. libro 6. Septimo, per lapsum temporis præiudicium ad matrimonium de presenti contrahendum; Nam per illum is per

is per quem non stetit quominus fieret, liberatur, & alteri pœnitentia irroganda est, propter fidem violentam, c. Sicut ex literis. de spons. cum ei annot. Oâta uò, per superuenientiã leprę, paralyfis, aut alius morbi contagiosi, aut amissionis oculi, nali, aut alius notabilis deformitatis. c. Literas, de coniug. leprof. & cap. Quemadmodum de iureiur. Nond, per superuenientem fornicationẽ alterius d. c. Quemadmodum, siue voluntariam, siue coactam, iuxta gloss. receptam in d. c. Quemadmodum, verb. Oculos, *Alterius*, inquam, nam per suam nolente parte quæ innocens est, non sunt dissoluenda, arg. c. 2. de Transl. prælat. Dixi, *Superuenientem*, quia per præcedentem non sunt dissoluenda, nisi tempore cõtractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum nosceretur, secundum omnes; quę maximẽ procedunt in fornicatione spiritali incidendo in hæresim, aut apostasiam. c. Non solum 28. quæst. 1. Decimò, Per votum castitatis præcedens illa. c. Rursus, Qui clerici, vel vouen. quamuis sequens non dissoluat, quia alter in alterius præiudicium vouere nequi, texcepto voto religionis, quod etiam post contractum matrimonium facere, & implere potest, vt supra dictum est, quo casu tenebitur religionem intrare. iuxta Palud. recept. in 4. di. 27. q. 1. ar. 1. Qui autem promissit alicui non ducere aliam quàm illam, non tenetur ducere illam; licet aliam licitè ducere nequeat. secundum Palud. vbi supra, & Adrian. in 4. de Matrim. q. 12. dicentem, neque communem opinionem esse contra hoc, neque sequendam si esset; quamuis eam sequatur (sed malè, nostra sententia) Syl. verb. Matrim. 2. q. 10. Vndecimò, per superuenientem inimicitiam capitalem, ob quam dissolui possunt, iuxta Host. in summa. de spons. §. fin. ob rationem in cap. 2. & c. Requisiuit, de spons. Duodecimò, per omissionem implementi eius quod promissum est, siue voluntariam, siue inuoluntariam, vt quum dos promissa non præstatur, secundum Io. And. in c. De illis, de Cond. apposit. & cum sponsa certam dotem sponso non promittit, videtur omnia sua bona promittere, secundum gloss. in l. Mulier bona. ff. de iur. dot. receptam per citatos à prædicto Illustrissimo Præside 1. par. cap. 5. nu. 4. in epito. adeo quod si post sponsalia pauperior fiat, ita vt non possit omnia quę tunc habebat tradere, non tenetur eam sponsus ducere. Decimotertiò, per famam impedimenti ad contrahendum inter eos canonici, cap. Cum in tua de spons. Decimoquartò, per susceptionem ordinis sacri, arg. Extrauag. Antiquæ. de Voto. iuxta Anton. in Rub. de spons. quę sequitur Proposit. in c. De illis. de spõs. quamuis per eum matrimonium de præsentem non dissoluatur. d. Extrauag. Antiquæ. Decimoquintò, per superuenientem cognationem legalem, de qua infra eod. cap. num. 44. Decimosexto, per morum alterutrius contrahentiũ asperitatem, secundum Pan. in c. Veniens, Qui cler. vel vou. Decimosẽptimò, per aliquid nouè superueniens, quod si præcessisset non fuissent contracta, secundum mentem S. Thom. in 4. dist. 27. ad quem alij quinque casus, quos Præp. in d. c. De illis ponit, redigi possunt.

28 Notandum tamen est secundum Host. in d. §. fina. & Io. And. receptos in d. cap. De illis, sponsalia in casibus prædictis regulariter ipso iure non dirimi, & ideo auctoritate iudicis ecclesiastici dirimenda esse. Et ita qui absque tali auctoritate

toritate cum alia contraheret, grauitè peccare videretur. cap. Si duo pueri. de spons. Impub. & cap. Seculares. 33. quæst. 2. quamuis non mortaliter iuxta Syl. verb. spõsalia quæst. 11. §. vltimo, sicut nec venialiter in casibus in quibus ipso iure dissoluuntur, scilicet quando alter eorum religionem ingreditur, aut ipso facto cum alia verbis de præsentem contrahit, aut notoriè fornicatus est, & alijs casibus, quos Præp. ponit in d. c. De illis col. fin. Quin & generaliter dici potest, quod in nullo casu in quo causa dissoluendi sponsalia est manifesta, tam quo ad veritatem, quam quo ad iustitiam prædicta ecclesiæ autoritas nõ requiritur, quia tales ab ipso iure absoluuntur. Syl. Verb. Sponsalia. q. 11. Et idem quando sponsalia sunt clandestina, quia tunc scandalum cessat.

E contrario verò sponsalia dupliciter in matrimonium de præsentem trãsẽt: primò, per copulam carnalem subsequutam vxorio affectu, id est, cum intentione matrimonium consummandi, non autem si habeatur fornicario affectu, id est sine intentione se cognoscendi tanquam maritus & vxor, sed tanquam solutiã matrimonij vinculo, non est matrimonium coram Deo, sed coram ecclesia sic, iuxta communem in cap. Is qui. de spons. quicquid dicat Host. ibidem Secundum antiqua iura, quæ quomodo post Concil. Tridentin. cessant ponuntur infra. cap. 25. nu. 144. Secundo, Per declarationem consensus de præsentem verbis aliquo aperto signo factam, & non aliàs quantumlibet simul habitent, aut sponsus eam in domum traducat, & oscula & amplexus interueniant, & quamuis copula tentetur. c. si. de spons. & Aret. in cons. 144. ex facto.

29 Quintò, præsuppono, quod ætas legitima contrahendi matrimonium in masculis est 14. annorum completorum, & in fœminis duodecim etiam completorum; & ad sponsalia contrahenda septem in vtrisque, quamuis si potentia supplet ætatem, contrahere prius possunt, quæ tamen vique ad illam ætatem non præsumitur. capitul. Puberes. de despons. impub. & c. 1. §. Idem quoq; eod. tit. lib. 6. adiunctis glossis & communi doctorum.

Sextò, quod omnis vtriusque sexus ætate legitima & iusto iudicio præditus, potest matrimonium contrahere, nisi specialiter prohibeatur, vel aliquod impedimentum interueniat inter contrahere volentes. capit. Cum apud, de spons. Dixi, *Iusto iudicio*, quia amens tempore amentie non potest. capitul. Dilectus. de spons.

Septimò, quod secundum Thom. & communem in 4. dist. 34. Impedimentum matrimonij est duplex, Alterum impediens & dirimens: Alterũ impediens tantum: Dicitur autem impediens & dirimens, eo quod facit, vt impediti non solum contrahendo peccent, sed etiam vt ipsum matrimonium contractum non valeat, non autem eo quod dissoluat matrimonium legitime contractum ante illius impedimentum, quia nullum tale est. Impedimenta verò huius generis sunt duodecim, contenta his versibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis.

Impedi-

Capitulum Vigesimo secundum

Impedimentum impediens tantum dicitur, quod impedit & non dirimit, id est, facit quod peccent, qui ita impediti contrahunt, sed matrimonium contractum valet, iuxta illud distichon.

*Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum;
Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri.*

Ad hæc duplicis generis impedimenta reducuntur alia omnia, licet specialiter dictis versibus non contineantur, quæ infra tanguntur.

30 **I** R C A sacramentum matrimonij, & eius usus peccat, Primò, qui credit non esse vera definita super eo à Concil. Trid. sess. 24. vel de veritate eorum dubitat, & si verbo vel scripto id exprimit, est excommunicatus, per bullam cænæ Domini sæpe supra citatam. De finitum autem prædictum concilium, hæreticum esse illum, qui dicit matrimonium non esse verè, & propriè sacramentum, & vnum ex septem legis Euangelicæ, institutum à CHRISTO aut quod non confert gratiam, can. 1. Aut licere Christiano habere simul plures vxores, aut quod hoc nulla lege Diuina vetatur, can. 2. Aut eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus qui Leuitici 18. exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum nec posse ecclesiam in nonnullis eorum dispensare, aut constituere vt plures impediant, & dirimant, can. 3. Aut ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errasse, can. 4. Aut propter hæresim, & molestam cohabitationem aut affectatam absentiam à coniuge dissolui posse matrimonij vinculum, can. 5. Aut matrimonium ratum non consummatum per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, can. 6. Aut ecclesiam errare docendo ob adulterium coniugum matrimonij vinculum non dissolui, & neutrum, etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, posse altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero alij nupsit, can. 7. Aut ecclesiam errare, quum ob multas causas separationem inter coniuges quo ad thorum, seu quo ad habitationem, ad certum incertumue tempus fieri posse decernit, can. 8. Aut clericos in sacris ordinibus constitutos vel regulares castitatem solenniter professos posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica vel voto; & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium; posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, habere donum; cum Deus id rectè petentibus non denegat, nec patiatur nos, supra id quod possumus tentari, can. 9. Aut statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus; & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi matrimonio, can. 10. Aut prohibitionem solennitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyranicam. Aut qui benedictiones & alias ceremonias, quibus ecclesia in illis vitur dānauerit, cā. 11. Aut causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos, can. 12.

Secun-

De septem Sacramentis Ecclesie. 265

Secundò, peccat mortaliter, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia ante ætatem supradictam, secundum Pan. in capit. 1. de Despons. Impub. Palud. in 4. distinct. 28. quæst. 2. ar. 1. col. 4. Quamuis credamus magis peccare in hoc consulentes, & eorum curam habentes, quam ipsos qui defectu ætatis hoc ius humanum communiter ignorant. argum. §. Notandum. 1. quæst. 4. & c. Ignorantia, de reg. iur. lib. 6.

De impedimento erroris.

*Error duplex, personæ, conditionis, & fortunæ. nu. 32. & 33.
Matrimonium contrahens seruus, an dominum uxori præferet. nu. 34.*

TERTIÒ, peccat, qui procurat, vt matrimonium, vel sponsalia à se vel ab alio per errorem contrahantur, quæ aliàs non contraherentur, Ang. verb. Matrimonium. 3. impedim. §. 16. & probatur per dicta Th. de dolo. 2. sec. q. 5. ar. 4. & matrimonium sic contractum nil valet, si fuerit error personæ, vel conditionis seruilis, secus si solum fortunæ aut alius qualitatis. c. 1. 29. q. 1. qualis est credere de paupere quod est diues; de plebeio, quod est nobilis de infami, quod est bonæ famæ; de corrupta, quod est virgo. c. 1. §. Ergo sicut. 29. q. 1. Error personæ est credere de vna persona, quod sit alia, vt quod sit filius talis Regis, Ducis, Comitis, aut alterius, cuius non est, Dixi, *Talis*, quia si credatur indeterminatè quod est filius Regis, aut Ducis, Nobilis, aut Diuitis, non est error personæ, sed fortunæ, aut qualitatis. Nec est si credatur filius talis Regis, aut Ducis, si talis Regis & talis filij cognitio non habeatur. Rol. verb. impedimentum 2. & Syl. verb. matrimonium. 8. q. 1. §. 5. Error etiam personæ est, credere quod sit primogenitus alicuius cum non sit; & propter spem, quam habet illum in paternis bonis successurum, & nubit tanquam primogenito, iuxta Cald. in c. 2. de coniug. seruor. & Host. in summa. Ang. verb. Matrimonium impedim. 4. §. 3. nisi absolutè consentiret in eum præsentem, quia tunc matrimonium valeret, quamuis crederet alium esse, iuxta mentem S. Th. & communis in 4. dist. 30.

Quartò, qui seruus contrahit matrimonium cum libera eius statum ignorat, te. Ang. verb. Matrimonium imped. 4. §. 16. & matrimonium nil valet: quia licet, quando seruus cum serua contrahit credens illam liberam esse, matrimonium valeat. c. Si quis liber, 29. q. 2. & iuxta S. Th. in 4. dist. 36. ar. 1. & cōem, si tamen liber cum serua contrahit credens eam esse liberam, non valet, c. Propositum. & c. Ad nostram, de Coniug. seruor. d. q. 1. per totam. Et si matrimonium fuerit clandestinum, propria authoritate se separare potest quo ad thorum, & cohabitationem; sed si est in facie ecclesiæ contractum, quo ad thorum se separare potest, sed non quo ad cohabitationem, nisi per sententiam ecclesiæ. argu. c. Porro & c. Significasti, de Diuort. quod procedit etiam si dominus post matrimonium eam manumiserit ipso incio, & cum ea libera facta copulam coniugalem.

Man. Nan.

L1


galem

galem habuerit, quia talis copula habita est virtute primi consensus, qui nullus fuit, Ros. verb. Impedimentum 3. Si. 2. Si tamen postquam rescivit esse seruum, consentit in eam saltem per copulam vxorio affectu habitam, matrimonium fiet validum. c. Ad nostram, de coniug. seruor. c. femina. & ca. Si quis ingenuus, 29. q. 2. Imò & si quum matrimonium contrahit, tanto erga eam affectu ducitur, vt quamuis tunc sciret veritatem, matrimonium contraheret. Rich. in 4. di. 39. ar. 1. q. 1. Dixi, supra *Credens esse liberam*, quia si sciret nō esse talē, matrimonium valeret. c. Si quis liber, & c. Si quis ancillam. 29. q. 2. Si autem liber matrimonium ignoranter contrahit cum serua, & nihilominus eam vult pro vxore habere, & illa non vult, non est matrimonium; sed coget illam ecclesia, vt consentiat in illud, iuxta glos. c. fin. de coniug. seruor. quod est verum si illa nondum legitime alteri nupserit. Quæ gloss. addit, quod dominus tradens suam ancillam tanquam liberam libero credenti eam esse talem, manumittere illam videtur. Quæ omnia sunt intelligenda etiam de libera contrahente cum seruo.

34 Quinto, qui dominus, matrimonio sui serui aut seruæ consentit, & locum ad reddendum debitum non concedit; quia quamuis seruus contrahens matrimonium inuito domino, ad ei obsequendum magis quam ad debitum reddendum teneatur, si tamen eo consentiente contrahit, ad illud magis quam ad hoc tenetur. Et quamuis dominus post matrimonium et suo consensu contractum eum vendere possit, non tamen in tā remotas regiones, vt vsus matrimonij ei impediatur, iuxta cōem in c. 1. de coniug. seruor. & S. Th. in 4. dist. 36. Licet honestum esset, ne ad tam remotas venderet, etiā dum contra voluntatem eius contraheret, quamuis ad id sub pœna mortalis peccati non tenetur, iuxta communem in d. c. 1. saltem quando commodè in vicinas vendere non posset.

De impedimento voti & cognationis spiritualis.

Matrimonium contrahens post votum solenne castitatis excommunicatus. nu. 35.
Cognatio spiritualis quid. nu. 36. & ad quos Tridenti restricta. nu. 37.
Patrimi sunt solum hodie designati, & quot designandi. nu. 38.
Cognatio spiritualis non nascitur ex solennitate suppleta baptismi. nu. 39. & 40.

35  Extò, peccat qui post votum solenne matrimonium aut sponsalia contrahit. c. Vouentibus. 17. q. 1. nec matrimonium valet, c. 1. de voto, lib. 6. Extrauag. 1. de voto, Io. 2. 2. & est excommunicatus, Cle. 1. de consang. & affinit. de voto autem simplici dicetur infra eod. c. num. 37.

Quod verò dicatur simplex, quod solenne, dictum est supra. c. 12. nu. 32.

36 Septimò, quæ persona contrahit matrimonium, aut sponsalia cum alia contingente se cognatione spirituali, baptismò, aut confirmatione contracta, & matrimonium non valet. Pro cuius notitia notandum primò, quod cognatio spiritualis, quæ matrimonium impedit & dirimit (nam de non dirimente infra eo. nu. 72.

nu. 72. agitur) est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto ecclesie oriatur per baptismi, & confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati vel confirmati, iuxta mentem omnium. in rub. de cognat. spirit. Th. & communis in 4. dist. 40. & gloss. ac communis in d. c. 1. eod. tit. li. 6. Secundò, quod hæc cognatio olim erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas, secundum dictam glo. recept. Paternitas est, quæ contrahitur inter baptizatem (qui locum patris tenet, siue sit clericus, siue laicus, vir, aut femina) & baptizatum; & inter baptizarum & patrinum, qui locum in atris tenet, siue sit vnus, siue plures, siue vir, siue femina. cap. Quamuis. de cognat. spirit. lib. 6. Compaternitas est, quæ contrahitur inter patrem & matrem baptizati ex vna parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, vel patrilos, qui ex sacro fonte suscipiunt, si sunt baptizati, quamuis sint schismatici, aut hæretici, & aliàs non, quia non sunt eius capaces, iuxta S. Tho. & Richar. in 4. dist. 42. ar. 1. q. 3. quicquid alij dicant: neque etiam inter baptizantem & patrilos baptizati. Fraternitas est cognatio, inter baptizatum, & filios naturales baptizantis & patrinorum, et non legitimos & etiam habitos post baptismum. Dixi, *Olim*, quia hodie cessat fraternitas & aliqua ex parte compaternitas, per Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de Reform. mat. Quare loco multorū quæ hic in vulgari dixi, & nūc cessant, subiicio tenorem illius. c. quod sic habet. Sancta synodus statuit, vt vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna, baptizatum de baptismo suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat; diligenter ab ijs ad quos spectabit, sciscitetur quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat; doceatq; eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusq; patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis, omnino sublatis.

Per hoc nouum statutum cessat quæstio, an multi & quot possint esse patrimi; & an inter fratres baptizati & omnes filios vel quos patrinorū, vel baptizatis sit hoc impedimentū; & an inter baptizatū, & filios adoptiuos patrinorum & baptizantis; & an inter baptizatū, & vxorē, vel concubinam vel maritū patris, vel matris, vel baptizantis, & an cognatio transeat per actionē, vel passionē, in coniugem, vel concubinam, ante vel post cognitam; & an omnes suscipientes, respondentes vel tangentes baptizatum, vel qui eorum sint patrimi, vel matris; quoniam tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quæ est inter patrinum, & baptizatum, patrem & matrem baptizati; & inter baptizantē & baptizatum, & patrem & matrem baptizati, ita quod nulla est hodie fraternitas, aut confraternitas, nulla item compaternitas, inter baptizantem & patri

nos, nulla item inter baptizatum & coniuges, & concubinos, vel concubinas prædictorum, & minus, inter ipso met patrilinos; Et ideo sine peccato possent esse patrilini maritus & vxor. Nulla item inter respondentem, tangentes & alios, nisi sint ad id designati, quamuis videatur relinqui dubium, An quando nulli designantur in patrilinos, per culpam Parochi vel alterius in necessitate baptizantis, soli & omnes tangentes baptizatum fiant cognati iuxta ius antiquum, quod verius videtur, quum a iure antiquo non sit recedendum nisi quo ad excepta in nouo. l. præcipimus. C. de appell. & concilium videtur loqui quando designantur aliqui patrilini.

40 Notanda tamen sunt tria, primum, errare illos, qui cum puer in domo baptizatur propter necessitatem sine solennitate, & postea cum ea in ecclesia exorcizatur, & ungitur chrismate, credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem & non ex priori; cum contra se res habeat; quia posterior actus non est sacramentum sed sacramentale, per quod nec character imprimitur nec confertur gratia ex opere operato, licet sit actus catechismi & exorcismi, ex quo alia cognatio minor impediens, & non dirimens nascitur. c. per catechismum; de cognat. spirit. lib. 6. de qua infra eod. c. nu. 72. Ob quod multum expediret, ut parochus non solum faceret ea quæ concilium prædictum iussit, sed etiam in tali supplemento scriberet illum actum supplendi non fuisse baptismum sed tantum catechismum cum exorcismo.

Secundo, cognationem spiritualem matrimonio iam contracto superuenientem non dissoluere illud, sed tantum exactionem debere conjugalis impedire, ut supra. c. 16. nu. 34. dictum est.

Tertio, quod eodem modo est restricta cognatio, quæ nascitur ex confirmatione, quo quæ nascitur ex baptismo, per prædictum concil. supra. relatum, & ita totum. c. de cognat. spirit. lib. 6. limitatur per illud.

Interrogatus dudum, An pater baptizans in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione possit contrahere matrimonium cum illius matris respōdi non posse. Quia regula iuris habet cognationem spiritualem impediens, & dirimentem contrahi inter baptizantem, & parentes baptizati. c. 1. de cognat. spirit. lib. 6. a qua non excipitur nisi baptizans filium suum, & coniugis suæ vel sui, cum qua vel quo iam contraxit matrimonium per. c. ad limina. 30. q. 1. ea ratione quod per actum bonum non debet præiudicari matrimonio sancto antea contracto, quæ cessat in contrahendo, de quali quærebatur. Per quod videtur solui argumenta, quæ in contrarium adducit Soc. in 4. dist. 42. ar. 1. qui tamen non fuit ausus tenere contrarium, nec etiam Palud.

De impedimento consanguinitatis, & affinitatis.

Consanguinitas quid, & impedit & dirimit intra quartum gradum. nu. 41.

Affinitas quid & quantum restricta per Concilium Trid. nu. 42.

Copula

Copula carnalis perfecta quid, & quæ generat affinitatem. nu. 42.

Matrimonium, vel sponsalia, qui contrahens peccat, & excommunicatur. nu. 43.



41 RIMò præsupponimus, quod consanguinitas, est propinquitas duarum personarum, quarum vna ex altera, vel ambæ ex eadem descendunt, secundum glo. receptam in arbore consanguinitatis. lib. 6. Pater & filius sunt consanguinei, quia vnus ab alio descendit, duo fratres verò, quia ambo a tertio descendunt.

42 Secundo, quod affinitas, est propinquitas duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit, secundum gl. receptam in arbore affinitatis, in qua re copula illicita & licita sunt paræ c. discretionem, de eo, qui cogno. cons. vxor. suæ; modo sit perfecta, quæ est illa, per quam semen viri in vas femine naturalis ad generandum mittitur. c. extraordinaria. 35. q. 3. & non sufficit saltem coram Deo violatio virginittatis, nec quælibet alia turpitudine, iuxta gloss. recept. in d. c. extraordinaria, & ita non sufficit actus sodomiticus, iuxta mentem S. Tho. & communem in 4. dist. 41. quam Palud. & S. Ant. 3. par. tit. 1. c. 12. explicant.

Tertio, quod consanguinei vel affines intra quartum gradum non possunt matrimonium licite contrahere, nec contractum valet. c. non debet, de consang. & affinit. sed prædictum concilium sess. 24. c. 4. de refor. matr. limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula natum ad primum & secundum gradum tantum, statuens in vltioribus gradibus matrimonium post eam contractum non dirimi. Perpende autem, quod non ait non impediri, sed tantum non dirimi; & ideo licet matrimonium contractum per affines ex copula illicita. 3. & 4. gradus. contractum valeat, peccant tamen contrahentes sine dispensatione, quia a lege veteri non discedimus, nisi quatenus per nouam exprimitur. l. præcipimus. C. de appellat. Non obstante hac ratione neruosa, ob publicam vilitatem, & ad maiorem matrimonij libertatem, declarauit Pius V. Motu proprio super hoc edito contrarium, in extrauag. Ad Romanum Dat. anno 1566. scilicet dictam affinitatem nec dirimere, nec impedire,

43 Octauò, peccat qui credens, aut debens credere aliquam esse suam consanguineam vel affinem intra 4. gradum inclusiue contrahit cum illa, & est excōicatus, Cle. 1. de consang. & affin. nisi excuset ignorancia, de quo infra. c. 27. nu. 141. Qui verò contrahit tantum sponsalia intra quartum gradum, peccat quidem, sed non est excōicatus, nisi copula sequatur, & ea sequuta sic, iuxta communem. Quam limita procedere tantum, quo ad forum conscientie, in eo qui eam vxoris affectu habuit, aliàs enim in illo foro non esset verum matrimonium, iuxta omnes in ca. is qui, de spons. Idem de contrahente matrimonium ante legitimam ætatem, quia effectu sponsalia tantum sunt de futuro. c. 1. §. de despons. impub. li. 6. idem de contrahentibus credentibus se cognatos, licet non sint: nã peccant mortaliter, & non valet matrimonium, si credebant illud non valere, aliàs sic, ut rectè Syl. resoluit in verb. matrimonium. 7. q. 13. §. 5. quod autem dictum est de viro contrahente cum muliere, idem censetur dictum de illa contrahente cum illo.

Man. Nau.

Ll 3

De im-

Cognatio legalis quid, quotuplex, & quousque impedit, & dirimit. nu. 44. & 45.

44 **N**onò, qui cum cognata legali durante illa cognatione matrimonium contrahit, secundum communem in Rub. & cap. 1. de cognat. legal. & in 4. dist. 41.

Pro cuius notitia notandum, quod cognatio legalis est propinquitas ex adoptione alicuius in filium proueniens, secundum mentem prædictorum post gl. c. 1. de cogn. legal. & est triplex. Prima est ascendentium aut descendendum, s. adoptantis, & adoptati, & descendendum eius, quæ nec dissolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur. c. ita diligere. 30. q. 3. & §. ergo. Inst. de adop. Secunda quasi transuersalis, s. inter adoptatum & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali existente in potestate patris, & non aliàs. c. 1. de cog. legal. l. qui per adoptionem. ff. de adop. Tertia est quædam legalis affinitas, s. inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuò sicut prima. l. adoptiuus. ff. de Rit. nupt. Porro, quælibet harum cognationum impedit, & dirimit matrimonium, iuxta glo. & communem, in d. c. 1. & in 4. dist. 42. licet aliqui contradicant, quò ad cognationem transuersalem.

45 Ex quibus sequitur inter adoptantem & adoptiuum matrem hanc cognationem non contrahi, & quod adoptans aliquam in filiam suam, non potest cum illa, nec aliqua eius descendente intra quartum gradum matrimonium contrahere, quia sunt tanquam ascendentes & descendentes; item, quod non potest contrahere cum vxore filij adoptiuus eo mortuo, nec filius adoptiuus cum vxore adoptantis eo mortuo: quia est cognatio tertiæ speciei, quamuis sic cum eius matre, etiam filio viuente; quia inter illos nulla cognatio intercedit. Sequitur item, quod adoptiuus cum filia naturali adoptantis hoc viuente & illa in eius potestate manente, matrimonium contrahere non potest, sed sic patre mortuo, aut filia emancipata, aut si est illegitima, aut ipse est iam emancipatus: quia hæc cognatio his modis soluitur, secundum omnes vbi supra.

De impedimento criminis, aut delicti.

Matrimonium, quæ occisio, & quod adulterium impedit, & dirimit. numer. 46. & 47.

46 **D**ecimò, qui contrahit matrimonium cum ea, quam fide præstita polluit per adulterium, aut cuius coniugem occidit, modo proximè exprimendo, secundum Th. & communem in 4. dist. 42. & nostros in Rub. de eo qui dux. in matri. quam.

Pro cuius notitia notandum, duo esse crimina, quæ matrimonium impediunt,

diunt & dirimunt, in quæ reducuntur illa tria S. Thom. communiter recepti vbi supra & dist. 39. Alterum est occisio coniugis alicuius causa contrahendi cum eius coniuge, quæ facta vtroque machinante perpetuò impedit, et si alter infidelis esset, & ad eius conuersionem procurandam patrata fuisset, c. laudabilem, de conuer. infid. Facta verò altero tantum machinante, non sufficit nisi adulterium interueniat. c. super eo, de eo, qui dux. in matrim. iuxta. Io. An. per Pan. & communem receptum ibidem. Dixi, *Causa contrahendi*, quia occisio alio sine facta non sufficit, d. c. laudabilem, neque rati habitio occisionis suo nomine factæ, quamuis sic iussio, aut consilium iuxta glo. receptas in c. si quis viuente. 32. q. 1. & in c. 1. de conuerf. infid.

Alterum crimen est adulterari scienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo. Dixi, *Adulterari*, quia si non erat vere coniunx, licet putaretur talis, non impedit. c. significauit, de eo qui dux. in matrim. impedit tamen si sit verum, quamuis non sit consummatum: & quamuis sit solutum quo ad thorum, vel cohabitationem, c. significasti, & c. ex literis eod. tit. Dixi etiam, *Adulterari*, quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus sine adulterio sufficit. d. c. significauit. & cap. 1. 31. q. 1. Dixi, *Scienter*, quia si vterque probabiliter ignorat, possunt matrimonium contrahere, simulatque mortuus fuerit, qui impediabat; & si alter tantum ignorat, in eius arbitrio est, sublato impedimento denuò matrimonium contrahere vel non c. 1. eod. tit. donec sciens cum tertia contraxerit, & modo ignorans non rescierit ante mortem impediens, aut postquam rescierit non habuerit copulam. Notandum item, quod vt matrimonium inter ignorantem impedimentum, & scientem valere incipiat, non sufficit cessatio impedimenti & consensus nouus scientis, quia oportet, vt etiam ignorans denuò in illum consentiat, postquam ei notum fuerit interuenisse impedimentum, per quod illud matrimonium non valuit, & fiat ei iusta libertas ad renuendum, si voluerit, secundum Inn. in fi. c. 1. De eo qui dux. in matrim. & Scot. in 4. dist. 35. Satis tamen videtur hæc ei notificari, & dari libertas, quando certior fit matrimonium nil valuisse, ob aliquod impedimentum in genere, & quod non cogatur ad denuò contrahendum, quauis non exprimat speciatim impedimentum ob quod primum matrimonium non valuerit, neque à domo sui mariti in maiorem libertatem deducatur; quin & præstat id facere, quoties non conuenit, vt illud speciatim nouerit, satis. n. esset tunc dicere gratiosè, suspicor te non esse maritum meum, aut vxorem meam aliqua de causa, id rogo te plurimum causa tranquillitatis meæ consciencie, & consolationis, vt si & quatenus opus fuerit denuò nos pro coniugibus habeamus, secundum mentem Caiet. 2. tom. de Matr. q. 2. & in summa, verb. Matrimonium. pag. 9.

De impedimento infidelitatis.

Matrimonium, quæ infidelitas impedit, quousque dirimit. nu. 48. & 49.

Matrimonium quod inter infideles nullum, & quod annullandum. nu. 49.

48



VNDICESIMO, Qui Christianus contrahit matrimoniū cum infideli, c. Caue 28. q. 1. licet iam esset cathecumenus, hoc est in fide Christiana instructus, & persuasus volensq; baptizari secundū gl. recep. d. c. Caue. Et si infidelis nō est baptizata, nō valet matrimoniū, aliā sic iuxta gl. recep. d. c. Caue. Et idem de contrahente cum secundā vel vltiori viuente Prima. Pro quorum notitia notandum primò, quod licet vt dictū est supra matrimonium inter infideles esse possit, quatenus est contractus, c. Gaudemus, de diuor. & c. Deinde 26. dist. non tamen quatenus est sacramentum, arg. c. Veniens, de Presb. non bap. Nec etiam vt contractus valet, si cōtra leges eorum fiat, arg. c. si de Diuor. & c. De infidelibus, de consang. & affinit. & multo minus quando contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus quam cum vna contrahitur. d. c. Gaudemus.

49 Secundò, quòd matrimonium infidelium, non dirimitur ex eo, quod alteruter eorum Christianus fiat, licet conuersus licite separari potest, quo ad cohabitationem, a non conuerso, non volente conuertī, quāuis melius faceret cōuiuendo ei quousque spes aliqua conuersionis esset; tamen cum alia matrimonium contrahere viuente infideli non potest, nisi cum ipse nolet habitare cum ea absq; contumelia creatoris, & sine studio peruertendi eam, aut in peccatum mortale inducendi; quod procedit etiam in infidelibus qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modo secundum leges eorum essent valida; per cap. gaudemus, de diuor. quæ est solutio quæstionis interrogatæ super nu. 84. huius c. imò & tunc, si infidelis antequam matrimonium contrahat conuertatur, illum recipere tenetur d. c. quāto, & d. c. gaudemus siue dicamus per prædicta matrimonium dirimi, sicut sensit Panor. d. cap. quanto, siue per secundum, ad quod contrahendum prædicta faciunt facultatem, vt melius dixit S. Thom. in 4. dist. 39.

Tertiò, quòd quanquam Christianus matrimonium cum fideli hæretica, aut schismatica contrahendo mortaliter peccat, contractum tamen valet, iuxta glo. recep. in cap. non oportet. 28. q. 1. & S. Thom. & alios in d. dist. 39. Sed contrahens cum non baptizata peccat & non valet matrimonium, quamuis iam sit cathecumena, vt dictum est.

De Impedimento violentiæ vel metus.

Matrimonium metu iusto contractum, imò & consummatum, nullum. nu. 50. Fortunius Cantabria decus. nu. 50. Metus, quis iustus noue definitus, & declaratus. nu. 51.

50



DODECIMO, qui per metum iustum à se vel ab alio illatum, cogit aliā secum vel cum alia ad matrimonium aut sponsalia contrahendū, & matrimoniū non valet, aut post coacte contractū, mutata voluntate retrocedit, nolente coacta, nisi aliqua iusta causa superueniens

niens excusaret, secundum omnes. Pro quorum probatione notandum. Primò, quòd quāuis oēs contractus facti per metū regulariter valeāt secundū gl. & cōem in c. Abbas, de his, quæ vi, licet noster Fortunius ingenio, & doctrina bene fortunatus, & Cantabriæ decus oppositum tenuerit de vlt. si. Illat. 2. r. & quamuis sacramenta in quibus character imprimitur sicut in baptismo. c. maiores. §. Item quæritur, de Bap. etiam valeant, contractus tamen & sacramentum matrimonij per metum contracti nil valet. c. veniens. 1. c. cum locum, de sponsal. & rex. irrefragabilis in c. significauit, de eo, qui dux. in mari. quia ita ecclesia decreuit, ob multa, quæ Panor. & alij tradunt in d. cap. cū locum, quæ tamen sola sine statuto ecclesiæ, vix sufficerent.

Secundò, quòd non quilibet metus ad hoc sufficit, sed requiritur iustus, qui cadat in virū constantē. l. merum. ff. quod met. caus. qui definitur à Tho. cōiter recepto in 4. dist. 29. esse ille, quo minus malum maioris euitandi cā eligitur, vt olim diximus in d. c. cum locū, & latè trad. prædict. Illustris. Præses in epit. 4. r. parte. c. 4. §. 1. à n. 10. & in 2. par. c. 3. §. 4. contra quā occurrerūt hoc in loco in vulgari scrupuli quidam quos gratia breuitatis tunc nō contudimus. Primus, quòd minor timor est iustus mulieri quā viro, iuxta glo. fin. & a plurimis laudatam in d. c. cum locum, quæ non esset vera, si hac definitione libraretur.

Secundò, quòd vera, & communis sententia habet iustum metum, iudicis vel prudentis arbitrio esse definiendum, secundum gl. in c. cū dilectus, de his, quæ vi. & prædicta definitio satis concludit esse a iure definitum.

Tertiò, quòd cōis opinio Panor. Præpos. & aliorū multorū habet contra Host. in c. consultationi, de spons. quòd qui matrimoniū metu mortis cōtractū, metu quoq; mortis cōsummat, nō videtur matrimoniū validū facere, & quidē rōne irrefragabili. l. qd de essentia matrimonij est, vt cōsensus sit liber, p. d. c. cū locū secundū oēs, & cū cōsensus directus in matrimoniū, metu mortis extortus, nō sit satis liber à fortiori cōsensus indirectus, & p. quādā cōsequentiā resultans ex copula eodē mortis metu extorta, nō erit satis liber; qui tamen secundū definitionē prædictā non pōt dici iustus, quippe, quo nō eligitur minus malū ad euitandū maius, imo maius malū. l. peccatum mortale ad euitandam mortem corporalem, quæ est malum minus eo, iuxta c. itane, cum citatis in eo. 3. 2. q. 5.

Quartò, quòd nihil male venialiter factum, posset dici iusto metu factum, quū oīs culpa etiam venialis sit maius malum oī alio malo quod nō est peccatum, secundū Pan. in c. sacris, quod met. caus. & oēs Theologos & Canonistas, & sentit gl. in c. si aliquid. 2. 2. q. 4. quod tamē etiam Sorus qui definitionē prædictam sequitur in d. q. 29. ar. 3. satis negat. Quare vt plurima paucis includā, arbitror prædictam definitionem Tho. iusti timoris, siue cadentis in virū constantē, intelligēdam esse quo ad effectum excusandi a peccato, non autē quo ad iudicandum actum esse infirmum, vel infirmandum tanquam meticulosum, ad hunc enim effectum, qualis sit iustus, definiendū videretur arbitrio prudentis, iuxta glo. cōiter receptam in d. c. cum dilectus, de his quæ vi. Prudens autem arbitrabitur supponendo primò, quòd ex obiecto ipso solo sine alijs circumstantijs est timor iustus, metus mortis, vel mutilationis mēbri, vel amissionis omnium

omnium bonorum, si magna sint, quia vita quaedam sunt, iuxta gloss. recept. iuncto textu in l. Aduocati. C. de Aduo. di. Iud. quod probatur per l. isti quidē, cum suis concord. ff. quod met. caus. & ca. Cum dilectus, iuncta gl. de his quæ vi. Deinde considerando in alio alius generis metu non solum malum ipsum obiectum, sed etiam circumstantias fortitudinis vel fragilitatis non solum sexus, vt dixit prædicta glo. sed etiam ætatis, innata magnitudinis vel paruitatis animi, aliorumque accidentium metum passi. Ita quod eiusdem mali obiecti metum in alio iudicabit iustum, in alio vanum. Facit ad hæc quod ad reddendum actum inefficacem coram Deo, sufficit quilibet timor etiam minor iusto, modo sit causa sine qua non saltem principalis eius, vt dictum est sup. cap. 17. nu. 29. post Adri. & alios ibi citatos, & probatur efficaciter: quia leges constituentes discrimen inter alium & alium metum, se fundant super presumptione, qua præsumunt alium esse causam actus, alium verò non; & lex fundata in presumptione, non habet locum coram Deo, si veritas ei non respondet, c. Is qui. & c. Tua de sponsal. cum eis adnota. Et ita necessariò quo ad hunc effectum recedendum est a diffinitione Tho. communiter recepta, licet obseruanda sit plurimum quo ad effectum excusandi a culpa: facit item glo. sing. e. Præfens. 20. q. 3. quatenus notat ex illo c. merum reuerentialem annullare votum pueri vouentis religionem etiam quo ad forum exterius, cui tamen non cõuenit prædicta definitio.

Facit insuper quod suscipiens ordinem sacrum metu iusto, verum charactere ordinis suscipit, arg. c. Maiores §. Item quaeritur de baptismo. & non obligatur voto continentia illi adnexo, arg. c. 1. de his quæ vi. tradit Tho. sec. 2. q. 88. ar. 11. & tradit in specie Ang. verb. Ordo, 3. §. 4. quæst. 18. & ita qui timor non est iustus ad annullandum sacramentum, est iustus ad annullandum votum, per quæ nuper respondimus, visum iri alicui erudito nõ obligari ad preces horarias & a bellis iustis abstinentiam quæ illi sunt adnexæ, filium cuiusdem maximi Principis, qui maximo reuerentialem metu patris Infantis & Patru Regis diaconatum accepit, mihi autem proculdubio videri iustam esse causam dispensandi iunctis quæ concurrebant circumstantijs. Quibus consequens, quod licet metus mortis quo testis falsum deponit, non dicatur iustus secundum definitionem Thomæ, nec consequenter excuset a peccato, erit tamen iustus quo ad infirmadũ eius testimonium, & quo ad excusandum eum a pœna saltem ordinaria secundum definitionem præd. gl. communiter. recep. idque ipsum omnino dicendum de scriba qui metu mortis fecit instrumentũ vel testamentum, id est peccare quidem, sed instrumentum vel testamentum esse rescindendum. Idem etiam ipsum omnino dicendum est de eo qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoque consummat. s. peccare quidem, sed non præstare consensum satis liberum quo matrimoniũ valeat. Porro iustus metus non solum annihilat matrimonium eius qui ob illum fingit se consentire, sed & eius qui verè consentit, secundum Thomam & communẽ in d. dist. 29. & d. c. Cum locum, & in c. Abbas, de His quæ vi, quicquid Cardinalis ibi male dicat; secundum quos omnes si pars coacta postea libere consentiat,

fiat, saltem tacite, altera in sua voluntate perseverante, firmatur matrimonium, quin & ad id cogi potest volente parte coacta, per c. ad id, & ibi notata de sponsal. & si sponte habeat copulam, videtur tacite consentire quo ad forum exterius, non tamen quo ad interius, nisi verè consentiat, argumen. cap. Tua de sponsal.

De impedimento ordinis.

Ordo sacer cur impedit & dirimit matrimonium & cat. nu. 52.



Decimotertiò, Peccat qui ordine aliquo ex prædictis quatuor sacris 52 spontè initiatus contrahit, & nõ valet matrimonium, quia eis est annexum votum solenne castitatis, quod impedit matrimonium & dirimit. cap. 1. de Cleric. coniug. & c. 1. & ca. Si quis eorũ & c. Erubescant, 3. 2. dist. ad quod votũ eos suscipiens obligatur, quãuis eius propositum non sit eã seruare, nec ad id se obligare. Nec obstat, quod nemo cogitur vouere. cap. Integritas 3. 2. quæst. 1. Quia ecclesia neminem ad ordines sacros cogit, sed solum statuit, vt qui eos suscipit, sit ad matrimonium inhabilis. Et sic qui voluntariè ordinatur, voluntariè illam inhabilitatem incurrit, iuxta Scot. in 4. distinct. 37. quæst. 1. & si contrahat illud, est excommunicatus. Clem. prima. de Consang. & affin. de qua infra cap. 27. & an sit irregularis dicetur ibidem. Dixi, Spontè, quia secus si iusto metu initiaretur iuxta dicta supra eod. num. 51.

Decimoquartò, qui coniugatus ordinem sacrum suscipit infcia, aut inuita sua vxore, vel postea exigit debitum coniugale. Idem si reddit illud susceptis ordinibus, ex illius consensu legitimo. Palud. in 4. dist. 37. quæst. 1. col. 2. non est tamen legitimus, nisi ipsa religionem ingrediatur, vel nisi sit senex & castitatẽ voueat. c. Agathosa. 27. q. 2. Tho. receptus in 4. dist. 37. ar. 2.

De impedimento secundarum nuptiarum.

Matrimonium contrahens cum secunda, viuente prima clam ducta, vt peccat, & quid agat, fama mortis prioris audita. nu. 53. & seq.

Dubius, credens, & sciens, in hoc pares. nu. 55.

Matrimonium contractum a credente illud non ualere, an valeat. nu. 56.



Decimoquintò, qui matrimonium contrahit cum secunda, viuente 53 prima, etiam nondũ cognita, & clandestine ducta, ita tamen, quod valuisset matrimonium, & etiam si iam prima alteri nupserit, & liberos ex eo suceperit, quod (proh dolor) frequenter contingebat, ante Concilium Trid. nec absolui potest, saltem sine firmo proposito non cognoscendi secundam tot. tit. de sponsal. duorum, nec vlla regionis absentia, nec tempo-

temporis longinquitas in hoc prodest, nisi denuo contrahat cum illa, post habitam de morte illius notitiam, ad quam habendam sufficeret fama, si in longinquum profectus fuit, secundum Anton. in cap. in presentia, de spons. cui contradicit Panor. ibid. sed rectè defendit eum Sylu. verb. Matrimonium, 8. q. 13, ver. 4. aut si erat senex, aut prælium ingressus, non apparuit, de qua re literas accepit ab his, qui eidem interfuerunt, iuxta gloss. receptam in c. quoniam frequenter, vt lite non contest. Quoniam si fama orta ex horum aliquo ad eum perueniret, posset denuo contrahere cum secunda, & sine peccato cum ea rem habere. Porro filij ex ea ignorante primum matrimonium suscepti, legitimi forent, per c. ex tenore iuncta glo. communiter recept. qui filij sint legit.

54. Decimosextò, quæ contrahit cum secundo credens probabiliter suum primum maritum mortuum esse, & postea ob nuntium de eius vita acceptum credens vel debens credere illum viuere, petit debitum coniugale, aut reddit secundo, si tamen dubitat, potest & debet reddere, sed non petere iuxta communem probatam per. capit. celebre, Dominus, de secund. nupt. Contra quod tamen grauiter vrget, quod sicut, qui facit aliquid quod credit esse mortale, mortaliter peccat. c. per tuas, 2. de Symon. cap. fin. de præscript. ita qui facit aliquid, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat, argu. c. dubius, de hæret. vt latè probamus in cap. si quis autem de pœnit. dist. 7. num. 85. cum seq. & infra num. 81. super quo multa dicit Adr. in quodlibet. 2. sed non satisfacit, vt ibidè demonstramus, vbi diuina ope noue respondimus, id quod eruditiss in Hispania placuit, concedendo scilicet quòd non debet reddere dubitando, sed credèdo, & quòd potest credere mortem quo ad effectum reddendi, & non quo ad effectum petendi, eo quòd vt ibi copiose demonstramus, potest quis vno tempore, ob quædam motiua credere aliquid ad vnum effectum, & alio ob alia contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum: & ita quando rationes dubitandi, adeo graues sunt, vt iudicio prudentis neutram partem credere debeat, nec petere nec reddere debitum debet: & quando adeo leues, vt vtranque partem credere possit, & reddere & petere dubietate sublata potest, & quando sunt mediocres, & tales, vt ob eas in præiudicium alterius non sit credendum sed in suum sic, reddet credèdo ad hunc effectum mortuum esse, & non petet dubitando de illo, quo ad hunc effectum, & si certò intellexerit eum viuere, relinquere debet secundum, & redire ad primum, aliàs enim adulteraretur. d. c. Dominus, adiuncto. c. inquisitioni, de sent. excom. & primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior facta cum secundo rem habuerit. c. cum per Bellicam 34. q. 2. Hæc quæ dicta sunt de vxore nubente secundo, censeantur dicta de marito ducente secundam.

56. Decimosseptimò, qui credens suam vxorem viuere cum re vera mortua esset, matrimonium cum alia contrahit; nec valet matrimonium, si dum contrahit credit illud non fore validum; quia non consentit legitime in matrimonium: fecus si credit matrimonium valere, licèt credat contrahendo peccare mortaliter, vt rectè Syl. verb. Matrimonium, 8. q. 13. §. 5. explicuit declarando conformes esse opiniones, quæ contrariè uidebantur.

De im-

De Impedimento iustitiæ publicæ honestatis.

Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis quid, & quam restrictum sit Tridenti. nume. 57.

Matrimonium vel sponsalia a parentibus contracta quando valent. nu. 58.

Sponsalia inualida etiam publica, non pariunt impedimentum publicæ honestatis. nume. 58.



Decimo octauò peccat, qui contractis spõsalibus vel matrimonio validis cum aliqua, contrahit matrimonium, vel sponsalia cum alia illius cognata intra primum gradum, & matrimonium & sponsalia non valent cap. ad audientiam, & cap. sponsam cum eis annotat. de sponsal.

Pro cuius declaratione dicendum. Primò, quòd impedimentum iustitiæ publicæ honestatis est impedimentum matrimonium impediens, & dirimens, ab ecclesia inductum inter sponsum aut maritum, & omnes cognata sponse suæ, aut mariti intra gradum prohibitum, iuxta mentem nostrorum in d. c. ad audientiam, & c. sponsam, & S. Tho. & alios in 4. dist. 41. Secundò, quòd copula carnalis ad hoc impedimentum non est necessaria, licèt illa interueniente aliud impedimentum affinitatis nascatur, de quo supra. num. 42. Nec erat necesse iure antiquo, vt sponsalia aut matrimonium iure valerent, quia sufficiebat pure fuisse contracta, sine defectu consensus, cap. 1. de spons. lib. 6. vel sub conditione, sequuta illius purificatione, & impedièbat vsque ad quartum gradum. Nunc autem iure nouo concilij Trid. sess. 24. c. 3. de refor. mari. nulla sponsalia nec matrimonium inualida produciunt hoc impedimentum, neque valida ultra primum gradum. Matrimonium autem etiam inualidum per verba de presenti contractum produciunt hoc impedimentum, & consequenter differre in hoc à sponsalibus per verba de futuro contractis declarauit Pius V. in Extrauag. ad Romanum Dat. anno 1566. Quare verbum matrimoniū sic aliàs positum tollendum est, vel rectius restringendum ad contractum ab impuberibus, quod resoluitur in sponsalia de futuro per cap. 1. §. 1. De despon. impub. lib. 6. Ex his fit vt qui primum contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius, priorem debet accipere, quia matrimonium cum secunda propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis nullum fuit. Et si cum secunda rem habuit, neutram habere potest; non secundam propter hoc impedimentum; non priorem propter affinitatis impedimentum, secundum omnes in c. literas de despon. Impub. & c. Ex literis de eo qui cogn. consang. vxor. Fit item vt hoc impedimentum hodie non nascatur ex sponsalibus, vel matrimonijs contractis inter consanguineos aut affines inter gradum prohibitum, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso, quia sunt inualida, licèt olim nasceretur, quia non erant inualida ex defectu consensus; sed nec olim, nec hodie nascitur ex sponsalibus a parentibus factis, siue filij legitimæ ætatis sint, siue non, nisi expresse aut tacite consentiant, aut nisi sint præsentis sine contradi-

contradictione, vel nisi absentes in id postquam innotuit consenserint. c. 1. §. Porro. de despons. Impub. lib. 6. Fit item, non esse opus nunc commendare id quod ex Palud. in 4. dist. 27. q. 2. ar. 5. ab alijs non citato pro valde commendando adduximus in vulgari, scilicet ex sponsalibus & matrimonijs inualide & clandestine contractis, non nasci hoc impedimentum quo ad forum conscientie, quod confirmauimus per c. Tua, de sponf. & c. 1. eodem tit. lib. 6. cum ibi adnotat, quoniam hodie etiam ex publice contractis, si sunt inualida non nascitur, quamuis quo ad ea quæ præcesserunt Concilium prodesse possit, arg. c. fin. de Const.

De Impedimento impotentie.

Impedimentum impotentie quid, & dirimit, quid faciet sic impeditus. nume. 59. & 60.

59 **D**ecimonono peccat, qui credens vel credere debens se perpetuò impotentem ad copulam ordinariam habendam, matrimonium aut sponsalia contrahit, & matrimonium est nullum toto titu. de frig. & malef. Idem de eo qui ignoranter contrahit, & postea non obstante scientia talis impedimenti vitur eo.

Pro quorum fundamento notandum, quòd illa impotentia impedit matrimonium, quæ est ob impedimentum perpetuum naturale aut accidentale ad copulam naturalem perfectam, iuxta mentem S. Thom. in 4. dist. 34. & S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 12. Dixi, *Perpetuum*, quia temporarium non sufficit c. fraternitatis, de frig. & malef. Illud autem est perpetuum, quod sine miraculo, aut sine probabili periculo animæ, aut corporis tolli non potest d. c. fraternitatis, Dixi, *Naturale, aut accidentale*, ad significandum ex duabus causis hoc oriri scilicet, naturali, quæ significatur, per verbum frigidis, positum in Rub. de frig. & malef. & accidentali, quæ per verbum, maleficiatis; quoniam ad impedimentum frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri quæ copulam impediunt; & ad maleficium siue fascinationem, quolibet accidentale, quod ex abscissione, castratione vel alio artificio nascitur. Dixi, *Ad copulam naturalem perfectam*, quia non sufficit impotentia generandi, quæ in senibus, aut alijs sua natura, aut arte sterilibus inuenitur, iuxta gl. receptam c. quod sedem, de frig. & malef. Porro hoc impedimentum est impediens & dirimens. c. 1. & 3. de frig. & malef. Vnde sequitur non esse verum illud, quod dicunt Palud. in 4. dist. 34. q. 2. & S. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 12. §. 3. Quòd qui potens matrimonium contrahit cum impotente, sciens impotentem esse, non potest se separare ab illo contra eius voluntatem, eo quod est verum matrimonium, & sibi debet imputare contrahens cum impotente: Quia fundamentum eorum falsum est, cum inter eos nullum verum matrimonium sit, annihilante illud hoc impedimento quod est impediens, & dirimens: quod etiam insinuat Syl. verb. Matrimonium §. q. 16. sub fin. quamuis idem in ead.

3

q. §. 2.

q. §. 2. contrarium dicat. Ex quo subinfertur, eum id scientem non posse uti tali matrimonio ad delectationem carnalem, quamuis illi tanquam frater & soror conuiuere possint, vt sensit Cælestinus & eius glo. in c. laudabilem, de frig. & malef. licet qui verè maritus est & nõ potest habere copulam carnalem perfectam, vt quia non potest fundere semen, licite potest niti, & uti vxore, ad habendam eam, secundum Caiet. 2. sec. q. 154. ar. 1. col. 6. & diximus in cap. consideret de penit. dist. 5. num. 48.

De Impedimento conditionis.

Conditio quid, & quotuplex in matrimonio, quæ suspendit, quæ annihilat, quæ rejicitur, & quo differt a causa, modo & demonstratione. nume. 61. & 62.

Conditio si N. voluerit, an eo semel renuente vel tacente impleatur. nume. 63.

Matrimonium conditionale solui per purum ante conditionem impletam. nume. 64.

Conditio non omnis impleta quo ad ecclesiam impletur. nume. 66.



Vigesimò, qui contrahit matrimonium aut sponsalia cum conditione mortaliter turpi, aut sub honesta, & nõ expectato eius euentu cum alia contrahit, aut sine alterius consensu mutat voluntatem, aut impleta conditione promissum non præstat, per proximè dicenda, nec debet absolui antequam illud præstet si præstare potest, & restituat omne illud ad quod tenetur, aut non saltem prius, quam id facere firmiter proponat arg. eorum quæ dicta sunt de promissione implenda. c. 18. num. 6. & c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. pro his fundandis notandum Primò, quod conditio vt hic sumitur, propriè est suspensio alicuius dispositionis, quousque aliquid futurum fiat, ex mente glo. in Rub. ff. de condit. & demonstr. quicquid verba eius & verba Bar. in l. 1. eiusdem tit. sonent. & denotatur per hanc conjunctionem (si) vel aliud ei æquipollens ex mente eorundem, veluti: Duco te, vel ducam te in vxorem, si illud, aut illud euenerit.

Secundò, tres species conditionum in matrimonijs inueniri, iuxta gl. recep. 62 in c. si. de cond. appof. Prima est earum, quæ sunt turpes & contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa; si curaueris non concipere; quæ est contra bonum generationis, & illa; si aliam ditiozem aut nobiliozem non inuenero; quæ est contra bonum indiuiduitatis, & illa; si victum ex adulterio quaesieris; quæ est contra bonum fidei. Quæ omnes annihilant matrimonium. c. aliquando, & c. tolet. 3. q. 2. & d. cap. fin.

Secunda earum quæ sunt turpes, aut factu impossibiles, sed non contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa si furatus fueris, si occideris, si cælum digito tetigeris, quæ non annihilant nec suspendunt matrimonium, imò pro non appofitis in fauorem matrimoniorum habentur, & matrimonia in quibus illæ ponuntur, censentur absque aliqua conditione contracta: Tertia ea-

ca-

tia earum quæ sunt honestæ, qualis est illa, si pater meus voluerit, si tanta dos detur, quæ si sunt veræ conditiones, matrimonium suspendunt, quoultque impleantur. c. de illis c. super eo, & c. per tuas, de cond. appof. modo ponantur a principio & suspensiuè, secus enim si a principio resolutiuè, vel post contractum suspensiuè cap. 1. de cond. appof. iuxta intellectum Vincen. quem Panor. & communis probant; & modo ambæ partes illis expressè consentiant, aut tacite, altera eas exprimente, & altera tacente, secundum Adria. in 4. de matr. q. 4. col. 13. & 14. quamuis Inno. in d. c. si. requirat expressum vtriusque partis consensum, absque tamen sufficienti fundamento. Dixi, *Si sunt veræ conditiones*, quales non sunt de re præterita aut præsentis, veluti illa, si N. mortuus est, aut si viuit, non suspendit, quia non est vera conditio; imò statim, si est falsa, matrimonium nullum est, sin vera statim valet. l. illa institutio. ff. de cond. instit. l. cum ad præses cum seq. ff. si cert. pet. & §. conditiones inst. de verb. & eadem ratione causa in illo posita non suspendit, secundum glo. in Rub. & Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonst. vt cum dicitur, matrimonium tecum contraho, quia talem rem fecisti, nec modus: vt cum dicitur, contraho tecum matrimonium, vt talem rem facias; nec demonstratio, veluti matrimonium tecum contraho mercatore aut domino talis rei. Et quamuis hæc tria, scilicet causa, modus & demonstratio nunquam suspendant, annihilant tamen quando sunt contra substantiam, aut bonum matrimonij d. c. fin. de cond. appof. aut personæ errorem inducunt, de quo supra eodem cap. nu. 3. 1. & seq.

- 63 Tertiò, notandum ex hoc sequi, quòd qui matrimonium contrahit cum conditione, Si pater meus voluerit, non esse matrimonium antequam pater consentiat, & quòd simulatque consenserit, matrimonium esse incipit, si contrahentes ad eius vsque consensum in illa voluntate permaneant. c. super eo, & c. per tuas, de cond. appof. & patre reuente, omnino esse definit. Magnæ tamen quæstionis est, An confirmetur per consensum eius, postquam semel contradixerit præstitum; pro negatiua enim parte facit, quòd primus eius actus videatur attendendus, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signif. verius tamen videtur confirmari, si quoultque ille consentiat, contrahentium consensus duret, aliàs non, iuxta Card. in d. c. super eo, Syl. verb. Matrimonium. 3. q. 4. Non minoris autem quæstionis est, quando pater tacet non contradicendo nec consentiendo expressè. Nobis placet opinio Syl. vbi supra quatenus ait, confirmari si per signa colligitur illum tacere, eo quòd ei placeat; & infirmari si colligitur tacere, eo quòd displiceat; non autem quatenus ait censendum ideo in dubio tacere, quòd placeat, quia id videtur esse contra regulam. Is qui tacet non fatetur, nec negare videtur, lib. 6. & contra aliam, quæ habet, facta non præsumi nisi probentur, cap. cum in iure, de offici. deleg. quas non
- 64 video quo ad hunc casum iure limitatas. Sequitur item, Quòd si tempore quo apponitur conditio pater est mortuus & filius ignorat, statim non valet matrimonium, quia conditio non potest impleri, cum mortuus nec consentire, nec dissentire possit, cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6. Si autem scit patrem esse mortuum pro non appofita (quia impossibilis) habenda est, & consequenter censendum

censendum matrimonium valere, Ros. verb. Matrimonium. 5. §. 8. & Sylu. verb. matrimonium 4. Sequitur item, quòd si ante conditionem impletam altera partium voluntate mutata contrahit cum alia absolutè, illud matrimonium valebit, licèt post illud contractum conditio impleatur, argum. d. ca. super eo; & cap. si pro te, de rescript. lib. 6. quia in his quæ ex voluntate solius dispositis pendunt, implementum conditionis non retrahitur ad tempus dispositionis, iuxta glo. recept. in d. cap. si pro te, sed impleta conditione, antequam contrahat cum secunda perfectum est matrimonium, & ideo cogi potest ab ecclesia recipere primam d. c. super eo, in textu, & in glo. Sequitur etiam referre multum, an quis dicat, contraho tecum matrimonium, si permiseris coitum, An contraham tecum matrimonium si permiseris coitum, vt insinuat Sylu. 65 post alios vbi supra; quia in priori casu statim fit matrimonium si intelligit de fornicario coitu, quia conditio est turpis, & habetur pro non appofita, & si intelligat de vxorio, simul ac coierit, est perfectum matrimonium quo ad Deum, & ecclesiam, quia impleta est conditio sub qua fuit contractum. In posteriori autem si intelligit de coitu fornicario, còditio habetur pro non appofita, & sic manent sponsalia pura, & consequenter copula carnali subsequuta fit matrimonium præsumptum quo ad ecclesiam, quo ad Deum autem non nisi copula esset vxoria, si autem intelligit de coitu licito; sunt sponsalia conditionalia, quæ sequuta copula purificantur, quo ad Deum, & ecclesiam; & transeunt in matrimonium præsumptum quo ad ecclesiam; quo ad Deum autem fiunt de conditionalibus absoluta per conditionis implementum, sed non matrimonium nisi consensus matrimonialis suspendens actum, vt dictum est, ab vtraque parte addatur, vt est addendus post sponsalia pura: per quæ mens obscura Syl. declaratur: sed quum prædicta sponsalia non possint purificari, nisi per licitum coitum, & ille non possit haberi nisi sit matrimonialis, necesse est consequenter dicere, illa non purificari per illam copulam, aut certè per eam transire illa in verum matrimonium coram Deo; quòd nobis videtur verum & firmum secundum iura antiqua, licèt non secundum nouum Tridentinum; secundum quòd non potest fieri matrimonium nisi præsentis parochi, & duobus vel tribus testibus, vt dicitur infra eod. cap. nu. 69. & tactum est sup. eod. cap. nume. 28. & dicitur infra. capitu. 15. numer. 144. Sequitur insuper, quòd per hæc verba (tecum contraho si te virginem inuenero) intelligendo per inspectionem 66 honestarum fœminarum, est matrimonium conditionale; quia est vera conditio, quippe quæ est de re futura, & honesta; & intelligendo de inuentione per copulam carnalem, est purum matrimonium quo ad ecclesiam, quia talis conditio eo quòd sit turpis, habenda est pro non appofita. Et eadem ratione, per illa verba, (contraham tecum, si te per copulam virginem inuenero) contrahuntur pura sponsalia. Et per illa, contraham tecum, si te virginem per honestas fœminas inuenero, contrahuntur sponsalia conditionalia, quo ad ecclesiam, quæquæ quo ad Deum in nullo casu matrimonium cõtrahitur, aut sponsalia ante adimpletam conditionem, si vere coram eo fuit animus suspendendi vsque ad implementum illius, arg. c. Tua, & c. Is qui cum eis annot. de spons. Sequitur de

Capitulum Vigessimussecundum

in quod matrimonium contractum per illa uerba, *Duco te in uxorem si cras so. oriatur*, vel per alia quae conditionem necessariam importent, esse purum & non conditionale apud ecclesiam, secundum Tho. & Bona. in 4. dist. 28 q. 3. Host. Card. & Panor. in c. Per tuas de Cond. appof. contra gloss. ibi & alios illam male approbantes; quamuis quo ad Deum, & in foro conscientiae, non sit tale, si vere fuit animus suspendendi actum, usque ad solis ortum.

De impedimento interdictionis & feriarum.

Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris contrahens, ut peccat, numero 68.

Matrimonia clandestina, quae hodie nulla, cum alijs Tridenti statutis nu. 69.

Ecclesiae facies, quae olim, quae nunc, quando extra eam etiam cum causa non contrahitur, num. 70.

Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum nu. 71.



Vigesimo primò, peccat qui contrahit matrimonium contra prohibitionem Episcopi, Iudicis, aut parochi interdicentis ei illud, donec constet non subesse illud impedimentum, quod opponitur, per ti. de Matrim. contract. contra Interdict. secundum Palud. in 4. dist. 28. quaest. 2. col. 1. quicquid dicat Ang. ut recte defendit

Sylu. verb. Matrimonium. 7. q. 1. Valet tamen matrimonium sic contractum, si vere non suberat impedimentum.

Vigesimo secundò peccat, qui contrahit matrimonium per uerba de praesenti clandestine sine iusta causa, aut publice sine trina denuntiatione prius in ecclesia facta, quo qui impedimentum inter eos esse sciunt indicent illud. cap. cum inhibito, de Clandest. despons. & per omnes in 4. dist. 28. quaest. 1. col. 1. & 4. & est excommunicatus, non quidem iure communi, sed Episcopali, quale in plerisque omnibus Episcopatibus Hispaniae est; & quia multa circa hoc statuit concilium Trident. sess. 24. cap. 1. de Reform. matrimonij, substituam hic aliqua eius quibusdam sublatis, quae in vulgari huic loco inserueram: Primum, errare dicentes, quod matrimonia clandestina contracta ante illud concilium, non valent; uel quod filius non potest contrahere matrimonium sine consensu parentum; uel quod parentes possunt illud irritare. Secundum, quod matrimonia clandestina etsi contracta ualeant, contrahere tamen illa detestabile est. Tertium, quod ob causas ibi expressas statuit in haec uerba, *Sancta Synodus praecipit, ut in posterum antequam matrimonium contrahatur, terra proprio contrahentium parochi tribus continuis diebus festiuis in ecclesia inter missarum solennia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus factis: si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiae procedatur, ubi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat. Ego vos in matrimonium coniungo in nomine patris,*

De septem sacramentis Ecclesiae.

274

tris, & filii & spiritus sancti, vel alijs utatur uerbis, iuxta receptum vniuersae provinciae ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat, vel saltem parochi, & duobus, vel tribus testibus praesentibus matrimonium celebretur; deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur; nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut praedictae denunciationes remittantur, quod illius prudentiae, & iudicio Sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam praesente parochi vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit & annullat. Quartum, quod, Quicumque sacerdos sine licentia parochi contulerit matrimonio aliquos, etiam praetextu immemoralis consuetudinis, maneat suspensus donec ab ordinario eius qui coniungere debebat absoluitur. Quintum, quod, Parochus habeat librum in quo coniugum & testium nomina, diem, & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Sextum, quod, Praedicta Synodus hortatur coniuges, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiae sacramentum pie accedant. Septimum, quod, Si quae provinciae alijs ultra praedictas laudabilibus consuetudinibus, & caeremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat. Octauum, quod, Hoc decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat a die prima publicationis, in eadem parochia facta numerandos. Aduertendum circa haec primò, quod concilium non annullat omnia matrimonia clandestina, sed solum illa quae fiunt sine praesentia parochi, vel alius sacerdotis facultatem in id ab eo vel ab ordinario habentis, & sine duobus, vel tribus testibus. Praeterea quod nil expresse decernit, de matrimonio contracto in facie ecclesiae, sine sacerdotis proprii vel alius praesentia, & quod non valeat, urget versiculus, *Qui aliter*, & contra, quod valeat facit, quod videtur intelligendus de contrahentibus clandestine. Aduertendum Secundò, quod facies Ecclesiae alibi dicitur ianua Ecclesiae, ut in Lusitania; alibi ipsa Ecclesia, ut in Belgio, alibi praesentia multorum secundum Maior. in 4. 70. distin. 27. quaest. 1. ut in bona parte Hispaniae, & ubi est talis consuetudo ad hoc ut dicatur contrahi in facie ecclesiae, sufficit praesentia cognatorum & vicinorum & idoneus testium numerus, iuxta Panor. communiter receptum in d. c. cum inhibito. Nunc autem per praedictum concilium supra proxime relatum videtur contrahi satis in facie Ecclesiae, si trina denunciatione praemissa, contrahatur coram parochi vel eius locumtenente; & duobus vel tribus testibus. Tertio aduertendum, quod si contraheretur coram parochi & testibus, non praemissa trina denunciatione, vel non omnia legitime, valeret quidem matrimonium, sed diceretur clandestinum, quo ad alios effectus quam annullationis matrimonij, quia quo ad illos non videtur derogari iuri antiquo, à quo non est recedendum ultra quam recedit nouum. I. Praecipimus. C. de Appellat. Ad-

terterium Quartò, quòd hodie etiam cum iusta causa non valebit clam sine parochi & testibus contractum, licet antea iuste potuisse contrahi dixerimus hic, sequuti Caiet. in opusc. tom. 1. tract. 12. quæst. 2. Id enim videtur sentire concilium, qua parte facit facultatem Episcopo relaxandi prædictas denunciations, quando ei videbitur conueniens; non tamen facit ei facultatem remittendi præsentiam parochi & testium. Sed (quod valde notandum est) fore. Pius V. declarauit non esse illos necessarios, in contrahendo denuò matrimonio, ab ijs qui illud publicè cum denunciatione sufficiente contraxerunt, sed propter aliquod impedimentum occultum est nullum, quo sublato oportet vt denuò contrahatur, quod fieri posse, sine vlla parochi & testium præsentia, antequam ad Urbem veniremus, respondimus, qua declaratione sacræ poenitentiarie prætorium frequenter vitur. Aduertèdū Quintū quòd licet sufficiens causa relaxandi denunciations sit, quòd nobilis cum ignobili, diues cū paupere, senex cum adolescentula matrimonium contrahere velit; aut quòd timeat, consanguineos, iuxta Palud. in 4. distinct. 28. quæstio. secunda. columna quarta. Anton. 3. part. titu. primo. capitul. 16. §. 5. non tamen sufficiunt ad hoc, vt Episcopus relaxet solennitatem adhibendi parochum & testes, vt factis colligitur ex tenore concilij. Aduertendum Sextò, expressè determinari à prædicto concilio, Episcopum posse dispensare circa prædictas denunciations, quòd antea non fuimus ausi confiteri, nisi in terris, vbi id fieri consuevit.

71 Vigesimo tertio, Peccat qui temporibus ab ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam solenniter sponsam traducit. capitul. Capellanus, de ferijs, & capitu. Non oportet cum trib. seq. 33. quæst. 4. sed non si solum sponsalia, vel matrimonium de presenti contrahit, iuxta gloss. recep. in dicto capitu. Capellanus, per illum tex. quia sola benedictio & traductio solennis prohibetur, iuxta mentem Sanct. Thom. & Palud. in quarta. distinct. 32. Caiet. in summa verb. Nuptiarum peccata. Sylu. verb. Matrimonium 7. quæstio. secunda.

Tempora prohibita iure antiquo sunt ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, à septuagesima ad Pascha & eius octauam, & a tribus Litaniarum siue rogationum diebus ad septimum diem Pentecostes, d. c. Capellanus. Concilium autè Trid. sess. 24. c. 10. de Refor. matri. restrinxit hæc tempora in hæc verba. *Ab aduentu D. N. IESU CHRISTI, vsque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vsque in octauam paschatis inclusiuè antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari Sancta Synodus præcipit: In alijs vero temporibus nuptias solenniter celebrari permittit.* Consummare autem matrimonium per copulam absque solennitate nuptiarum, & absque traductione solenni in domum, nullo tempore prohibetur, iuxta Caiet. in summa. verb. Matrimonium par. 2. quem sequimur, quamuis Palud. in 4. dist. 32. & Ros. verb. Impedimentum 13. §. 3. & Ant. 3. par. tit. 2. c. 17. & quidam alij sineracione necessaria teneat peccare; sed solum prima vice.

De im-

De impedimento sponsalium, & catechismi.

Cognatio ex catechismo non dirimit, & an restricta Tridenti. nu. 72.
Lex super metiente trahitur ad mensum, si est eadem ratio. nu. 72.



Vigesimo quartò, peccat qui post contracta sponsalia cum vna, sine iusta causa contrahit cum alia matrimonium aut sponsalia, secundum omnes; & venialiter sed grauiter si cum iusta causa id facit ante facultatem ei a iudice concessam, vt supra eod. c. nu. 27. diximus. Matrimonium tamen contractum valet, quia hoc impedimentum solum est impediens & non dirimens, vt dictum est supra.

Vigesimo quinto, qui contrahit matrimonium aut sponsalia cum coniuncta sibi cognatione spiritali, nata ex catechismo. c. per catechismum, de cogn. spirit. lib. 6. Catechismus autem est instructio solenniter à sacerdote facta baptizandi antequam baptizetur, de articulis nostræ sanctæ fidei catholicæ credendis. c. ante baptismum, de consec. distin. 4. Ex qua instructione nascitur cognatio spiritalis inter easdem personas inter quas ex baptismo, de qua supra eod. c. nu. 36. sed non est tantè effectus, quia hæc impedit matrimonium & non dirimit. d. c. per catechismum, illa vero vtrunque facit.

Ad quæstionem autem: An hæc cognatio censetur restricta per prædictum Concil. sicut illa quæ nascitur ex baptismo, & confirmatione? Respondeo, affirmatiue per gl. solennè in c. non debet de conf. & affin. quatenus habet per illud c. fuisse sublata quædam genera publicæ honestatis, eo quod fuerunt sublata similia genera affinitatis. Ex qua colligit ibi Præpos. vnū, quod mea sententia, vt ibi aliàs dixi, non colligitur; sed sic aliud nostro proposito cōueniētius, quod colligit Domin. in c. 1. de temp. ord. li. 6. col. 3. vers. sed fallit quintò, & Fracus. col. 3. vers. fallit quartò. Népe, quòd cū duo sic se habent quòd alterū est metiēs, alterū mensum, lex corrigens, vel limitans metiens, censetur corrigere vel limitare mensum, si eadem ratio militat in vtroq; At constat quòd cognatio spiritalis, quæ ex baptismo oritur, metitur eam, quæ ex confirmatione & catechismo nascitur, & ita concilium limitans illam, videtur hanc quoque limitasse.

De impedimento voti simplicis & consuetudinis.

Votum simplex castitatis non dirimit matrimonium, & quatenus seruandū. n. 73.



Vigesimo sexto, qui post votū simplex castitatis, matrimonium, aut sponsalia contrahit et si votū esset limitatum ad tempus nondum lapsum, matrimonium tamen valet. c. 2. 27. dist. etiam si vterque voluisset, secundum communem, & etiam gl. in c. si quis votum. 27. quæstio. 1. quicquid ei imponatur, & etiam si contraheret animo ingrediendi

Man. Nau.

M m 3 religio-

religionem post contractum, secundum Richar. in 4. dist. 38. Rosel. verb. votū §. 9. & Anton. 3. par. tit. 1. cap. 16. & Syl. verb. Matrimonium. 7. q. 5. §. 2. Debet tamen seruare votum, qua parte potest sine præiudicio alterius, & ita petere non potest debitum post consummatum matrimonium, nisi vt dicitur c. 16. nu. 30. nec reddere priusquam consummet, quia antea religionem intrare potest. c. Ex publico. de Conuer. coniug. nec matrimonium mortua prima vxore denuo contrahere potest, iuxta S. Th. & communem in 4. dist. 38. & Archid. in c. De eo 30. q. 1. etiam si iurasset contrahere, quia tale iuramentum non liberat à voto, imò per illud redditur illicitum, & non seruandum. c. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6.

Vigesimo septimò, qui matrimonium cum ea, quam castitatem vouisse sciebat, contrahit, iuxta gl. sing. in c. Non nouimus 17. q. 2.

An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votum simplex castitatis emisit, an valeret matrimonium si contraheret illud, respondit valere, dubium est: nam Host. tenet quòd sic, & aliqui alij quòd non; sed conciliari possunt dicendo opinionem Host. intelligi quando tali personæ, & tali tempore, loco, & modo responderetur, vt voti violandi occasio detur; & contrariam, quando tali & tali modo responderetur, quòd nulla talis occasio datur, quamuis eam ille ex bono responso arripiat, vt sentit Syl. verb. Matrimonium. 7. q. 5. §. 9. Idem quòd dictum est de voto, videtur dicendum de iuramento, arg. c. Debitores de inre iur. & de consuetudine, quæ induceret simile impedimentum, ex mente. gloss. c. Super eo, de cogn. spirit. Cuius exemplum de filijs duorum compatrum antea hic positum omitto, quia sublatum est hodie per Concilium Tridentinum relatum supra eod.

De impedimento septem delictorum, quod impedit, & non dirimit.

Matrimonium impediunt, sed non dirimunt septem delicta & quæ sint illa numero. 74

Pæna vnius corr. latini extenditur ad alterum si eadem est ratio nu. 74.

Alciatus Cardinalis laudatus. nu. 74.

Incestus etiam cum cognata impedit matrimonium, sed episcopus dispensat. nu. 74 & 75.

Matrimonium fide contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur deceptio, num. 76.

Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat. nu. 77.

Protestatio contraria falso inuoluta, & quæ nocet matrimonio. nu. 78.

Matrimonij contractus, qui ob finem malum mortalis vel venialis. nu. 79.

Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus, nu. 80.

Matrimonij contractus in excommunicatione vel mortali est peccatum sed valet. numero, 81.

Matrimonij

Matrimonij usum impedit scientia nullitatis eius superueniens. nu. 82.

Matrimonij impedimenta non denucians, vt peccat, & vt id facere debeat nu. 83.

Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest. nu. 83.

Iulius Anton. Sanctorius Cardinalis S. Seuerina laudatus. nu. 83.

Benedictio nubentium quibus danda & an præmittendæ copulæ. nu. 83.



Vigesimo octauò, qui contrahit matrimonium post commissum aliquod ex septem delictis, quæ matrimonium impediunt & non dirimunt, iuxta mentem gl. recep. c. Qui presbyterum de Pœnit. & Remiss. & cap. Hi ergo. 27. q. 1. & Palud. in 4. dist. 34. quæst. 1. col. 2. quorum primum est incestus. c. 1. & 2. & c. Transmissæ, de eo qui cogn. consang. vxor. tua. Secundum, vxoricidium. c. Admonere 33. q. 2. & quamuis Syl. dicat nullo iure probari, idem esse de (vt ita dicam) mariticidio, sequimur tamen Palud. qui oppositum affirmat, dicta dist. 34.

Ad dubium vero, P. Vinc. Quod pœna non debet extendi ultra suum casum c. Pœnæ de Pœnit. dist. 1. Resp. quòd fallit in illis correlatiuis, in quibus eadè ratio idem suadet. secundum Pan. in Procem. Greg. & alios citatos ibi per Fel. ita hoc resoluentem; & eadem, imò maior ratio suadet idem in vxore, quòd in marito, quòd etiam Sotus in dist. 37. quarti tenens, id quòd nos, respondisset, si meminisset, Tertium, raptus spontæ alterius. c. statutum. 27. q. 2. Quartum, Proprij filij de fonte susceptio, animo ne vxor debitum exigere a se possit. ca. De eo 30. q. 1. Quintum, Presbytericidium d. c. Qui presbyterum, de Pœ. & remiss. Quamuis Pan. vbi supra dicat, id locum non habere, quousque in iudicio conuincatur. Sextum, peccatum propter quòd pœnitentia solennis iniuncta et facta fuit. c. De his. c. Antiqui. 33. q. 2. Septimum contractus matrimonij scienter cum moniali: in quibus casibus, quamuis peccet contrahendo matrimonium, tamè contractum valet. Quoniam verò super impedimento incestus magna fuit disputatio in sacro Penitentiariæ prætorio, quum ei summa prudentia, miraque dexteritate tanquam summus Pœnitentiarius præsidebat Cardinalis Alciatus Illustrissimus, Idemque omnijuga disciplinarum encyclopædia clarissimus; An omnis incestus hoc impedimentum pareret. His quæ aliàs hic dixi, substituo primum. Plerosque omnes iuris diuini et humani peritos strictè ac propriè appellare incestum solum coitum cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, vt in Rub. C. de Incest. nupt. & alijs locis infra citadis. Secundum inter omnes conuenire, ex omni incestu oriri impedimentum affinitatis impediens & dirimens. Tertium inter omnes etiam conuenire ex incestu cum affine durante matrimonio admissò oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendū cum quacūq; alia, per c. 1. & 2. & c. Transmissæ, de eo qui cogn. consang. vxor. Quartum. Plerosque omnes theologos tenere ex incestu cum consanguinea oriri quidem impedimentum affinitatis; nullum tamen aliud siue ante siue post matrimonium contractum admittatur, in quibus est Thomas in 4. dist. 34. q. 1. ar. fin. communiter recep. & Sor. dist. 7. ar. 2. sub fi. Ant. 3. par. c. 16. §. 4. tit. 1. Syl. verb. Matrimonium 7. Impedimento vlt. quos

M m 4 etiam

etiam sequitur Illustrissimus p̄fex in Epit. 4. c. 6. in prin. num. 4. Tum quia videtur eis nullo iure id caueri cum prædicta tria capitula solùm agant de incestu cum affine, Tum quia vt ait Rich. non videtur hoc inductum ob grauitatem criminis, sed ob iniuriam quæ fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis. Contrarium vero tenent pleriq; oēs Canonistæ cum Pan. & Præpos. in d. c. 1. & 2. de eo qui cogn. consang. vxor. quos hîc ego sequutus fui cū Ang. verb. Incestu. §. 5. Tū quia vt ibi dixi, id stylus curiæ seruat, dū dispensando vt cōsanguinei, qui se incestu polluerunt, cōtrahāt inter se matrimoniū, apponit clausulā, vt superstes sine spe coniugij maneat. Tū quod cap. Si duo 3 5. q. 6. habet consanguineos matrimonio iunctos separari debere, & posse cū alijs cōtrahere, si iuuenes sunt, significando vt ait gl. indigere dispensatione, si scienter se coniunxerunt, quæ tamen propter iuuentutem dari pōt. Tum quod. c. si. 3 5. q. 8. de consanguineis concubinarijs, ait, si alter eorū morte præuentus fuerit, alter, quandiu uiuit grauitè pœniteat & sine spe cōiugij maneat. Tum per c. De incestis 3 5. q. 3. ibi. *Incestuosos nullo nomine coniugij deputandos*, Tum quia ratio, quæ ex contextu multorum capitulorum 3 5. causæ colligitur, quare multo plus insistitur in eis ad declarandum incestuosum cum affine non debere contrahere, quàm incestuosum cum consanguinea, videtur esse, quia de illo plus poterat dubitari, quàm de hoc. Tum quia ratio prædicta Richar. est infirma, cum incestus cum affine nullo præcedente matrimonio idem faciat. Nam c. Si quis cū duabus. 3 3. q. 2. habet, quòd cū duabus sororibus fornicatus non debet contrahere ēt cum alia, nisi quædā concurrant, ob quæ dispensetur, vt ibi ait glo. Tum per. c. Si quis cum matre & filia 3 5. q. 3. Tum per c. *Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis quamdiu uiuant alias uxores sibi in coniugio sociare*. Super hoc autem impedimento dispensare potest & debet Episcopus si timeatur incōtinentia. c. Antiqui. c. In adolescētia 3 3. q. 2. & c. Ex literis. 1. de eo, qui cogn. cons. vxor. & iuxta Palud. in 4. dist. 3 4. q. 1. col. 3. & S. Anro. 3. par. tit. 1. c. 1 5. §. 4. quos sequimur contra Pan. & Præp. tenentes in d. c. 1. Episcopum non dispensare in incestu cum consanguinea, sed cum affine. Tum quia plurimi tenent, vt diximus proxime, incestum cum cognata nullum inducere impedimentum. Tum quia iuribus prædictis permittitur dispensatio simpliciter. Quin addimus, quòd stante consuetudine, quòd ob nullum incestum dispensatio petatur, quando incontinentia timeretur, etiam episcopi dispensationē non esse necessariam, secundum Palud. S. Ant. & cōes vbi supra, quicquid alij dicant. Imò addit Palud. vbi supra col. 4. hoc cōsuetudine seruari, cui credimus, ideo quod nunquā vidimus, neq; audiuimus vllū incestuosum petere dispensationem a Papa, vel Episcopo, nisi ad contrahendum cum ea, cū qua incestum commisit, vel eius consanguinea ob affinitatem inde ortam, quam si S. D. N. sciret, iuberet forte, ne in dispensationibus cum incestuosis apponeretur prædicta clausula, vt superstes, & cæt. An autem idem possit facere episcopus in impedimento ex alijs delictis orto, dicitur infra nu. 85.

76 Vigesimo nonò, Peccat, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia sicte sine animo

animo verè contrahendi, & non est quo ad Deum, & forum conscientie matrimonium, quamuis copula sequatur, si postea verè in eam non consensit, licet quo ad ecclesiam sit præsumptum. c. is qui. c. tua, de spons. & cōis ibi, quā Syl. verb. matrimonium. 4. q. 8. declarat. Nec sufficit cohabitatio cum ea tanquam propria vxore, etiam si crederet sufficere propter confessarij vel alterius auctoritatem, nisi coiret aut cohabitaret animo denuo contrahendi cum illa, vt rectè probat Syl. Vbi supra. q. 10. Quia per talem cohabitationē & copulā non vult denuo matrimonium contrahere, sed vti antea contracto. Vnde sequitur, quòd valeret matrimonium cum alia secundò contractū, antequam primum denuo stabiliret, & consequenter cū secunda cohabitare deberet, si absque scādalo posset. Ang. vbi supra §. 15. & Syl. vbi supra. q. 8. tamen obligatur sub pœna mortalis stabilire primum antequā cum secunda contrahat. Mai. in 4. dist. 27. q. 1. quia tenetur verificare verba quibus eam deceptis, nisi tanta sit inæqualitas, vt illa præsumere debeat, causa decipiendi eam, illum verba contractus dixisse. Quo casu tamen tenetur restituere damnum fame, honoris, vel rei familiaris, si quod illa ex talibus verbis pateretur, secundum S. Th. in 4. dist. 28. vbi Palud. q. 1. Pro quibus sunt. c. 1. & 2. de Adult. cum eis annot. Porro, ita decepta alteri nubere non potest, nisi quando probabiliter iudicio prudentis, & boni viri crederet, eum qui deceptis, verum dicere, asserendo se non habuisse animum contrahendi cum illa, sed tantum decipiendi. Vir bonus autem & prudens id arbitrabitur, si statim post contractum id ei declarauit, & cum alia contraxit, aut religionem professus est. Et idem, si non statim id declarasset, postea tamen iuramento id firmat, & est alioqui fide dignus, & sæpe vel saltē semel in anno confitetur, cōicat, & bonorū consuetudine vitur; aut si sint adeo dispares, vt non sit verisimile illum matrimonium cū illa vere cōtrahere voluisse; aut si sint alia eiusmodi indicia, & ille duxerit aliā, vel profiteatur religionem, alioqui enim non est tutum ei alteri nubere; quoniam sæpe diuites & nobiles, ob egregiā formam, & honestatē & alios fines matrimonium cum fœminis plebeis, & tenuis conditionis contrahunt. Quæ colliguntur ex Ros. verb. Matrimonium 4. §. 3. & Syl. verb. Matrimonium 4. q. 9. Quibus addimus ordinis sacri susceptionem parisi esse coniecturæ, cuius est matrimonium secundum, aut religionis ingressus. c. 1. de vot. li. 6. & ad prædicta omnia facere, quæ trad. Adri. in 4. q. 4. col. 5. de Matrim. Porro, si illa cū secundo contraxerit, ante vllā 77 rationem credendi se fuisse deceptam, non debet, nec pōt secundo debitū reddere, aut petere; si autē rationem iudicio viri boni & prudentis satis probabilē ad id credendum habuerit, poterit petere & reddere. At si eiusmodi rationem credendi nata fuerit, quæ non sufficiat ad credendum in fauorem suum, sed ad euitandum præiudicium mariti sic, recedere debet, & non exigere, argu. c. Inquisitioni, de sent. excom. & c. Dominus de secund. nupt. cum concordia illorū nostra noua relata supra eod. c. nu. 54. & 55.

Trigesimò, qui contrahit matrimonium cum aliqua legitimis verbis, pro- 78 testatus prius, sine iusta causa per nulla verba quæ diceret esse sibi animum cōtrahendi cum ea, quamuis eam carnaliter cognosceret, & in foro exteriori

exteriori pro matrimonio iudicaretur, iuxta gloss. recept. capitul. Tua de spons. Quia illa protestatio, quæ facta contraria est, nil prodest. capitul. Cum M. & ei annot. per omnes de Constitut. Dixi, *Sine iusta causa*, quia si facit iusta de causa, puta ad scandalum aliquod notabile vitandum, non peccat, neque iudicaretur matrimonium in foro exteriori propter defectum consensus, secundum omnes, arg. c. 1. De his quæ vi met. ve caus.

79 Trigesimoprimum, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contrahit, puta ad liberius adulterandum, occidendum, &c. secundum omnes. quia quam malus est finis actus, tam malus est ille. cap. Cum minister. 23. quæst. 5. ubi latè nuper hoc tractauimus. Et ideo non est plusquam veniale contrahere matrimonium ob finem solum venialiter malum. Nec contrahere principaliter propter carnis delectationem, aut pulchritudinem, aut diuitias, aut ob aliud finem, qui de se non est mortalis, est mortale; est tamen veniale, quia illa non possunt esse finis aptus matrimonij: & omnis actus directus in finem malum vel principaliter in finem ineptum, est saltem venialis, vt in Comm. d. c. Cum minister nu. 30. probauimus. Nec contra sentit Palud. in 4. distin. 31. quæst. 3. quicquid dicat Ang. vt rectè ait Syl. verb. Matrimonium 4. quæst. 4. Contrahere verò minus principaliter ob aliquod trium prædictorum, vel ob aliud temporale, modo principaliter contrahatur propter Deum, vel quia est licitum, & honestum, nullum est peccatum, per ibidem scripta. Notandum autem, quòd quando de voluntate contrahentium constat, non refert quo ad Deum & forum conscientie quibus verbis contrahentes vtantur: quia si fuerit vtriusque voluntas contrahendi de præsentì, fit matrimonium, si verò de futuro, sponsalia tantum, argum. cap. Intelligentia de verb. sign. c. Tua de spons. & c. Humanæ aures. 22. quæst. 5. Porro, quamuis conueniret, vt amorum consensus simul eodem loco, & tempore concurreret, non est tamen necessarium, quicquid dicat Pan. in cap. Dilectus de spons. sufficit enim vt altera pars prius & in alio loco consentiat, & postea quouis temporis interuallo interiecto, altera alibi assentiat, modo prior in suo consensu perduret, iuxta Host. & Io. And. cap. Ex literis de spons. Quo fit vt si altera pars vere consensum præberet, altera autem falsè, quæ post 10. 20. vel plures dies, & menses vere assentiret, permanente altera in suo consensu, verum matrimonium fieret. Consensus autem prioris tãdiu dicitur durare, quamdiu non recedit ab eo, Mai. in 4. dist. 27. q. 1. Dixi, *Legitimè*, quia si aliquod impedimentum subesset, quo consensus præstitus redderetur illegitimus, oporteret vt impedimento sublato, denuo ambo consentirent, perinde ac si nullo vnquam tempore contraxissent, per dicta supra eod. capitul. numer. 47.

81 Trigesimosecundò, qui excommunicatus excommunicatione maiori, aut minori, vel infectus peccato mortali, ante illius detestationem matrimonium contrahit; quia omnis excommunicatus etiam minori excommunicatione, a percipiendo sacramento prohibetur. c. Si celebrat de cler. excom. minist. & etiã mortaliter peccato infectus ante pœnitentiam c. Illud. 95. dist. vt sup. dictum est eod. c. nu. 2. Ang. verb. Matrimonium. 2. §. 7. Valet tamen matrimonium. capi. si ng.

si ng. Significasti. De eo qui dux. in mat. Quare qui credit, aut probabiliter dubitat de excommunicatione, priusquam contrahat, quærat absolutionem, Caiet. in summa verb. Matrimonium.

Trigesimotertio, qui post contractum matrimonium, sciens illud non valuisse, habet rem cum coniuge, argum. cap. per tuas. 2. de Sym. & eorum quæ latius diximus in cap. si quis autem, de pœnit. dist. 7. nu. 98. cum seq. Si autem dubitat, perpendendæ sunt rationes dubitandi; nam possunt esse tantæ, vt credere teneatur, & perinde se debeat habere ac si sciret; & tam parua, vt ad nullum effectum credere debeat; & tam mediocres, vt credere debeat ad effectum non exigendi, & non ad effectum non reddendi, iuxta dicta in dict. cap. si quis autem, & supra eod. cap. num. 54. Arbitror autem non teneri ad credendum subesse impedimentum, eo quod vnus testis etiam fide dignus & iuratus, & amicus, & proprius parochus id ei assereret: quia licet dictum vnus fide digni sufficiat, vt iuste credere possit secundum gloss. singu. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. non tamen sufficit ad inducendam necessitatem credendi, ad id enim oportet esse duos, iuxta. cap. cum a nobis, de testi. minus tenetur credere coniugi etiam cum iuramento affirmanti, se nunquam in illa consensisse, arg. c. per tuas, de probat. quando cum illa contraxit, & præsumere potest mentiri nunc eum, qui se tunc mentitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere nec reddere debitum potest, durante illa credulitate; quam tamen leuiter conceptam, leuiter deponere potest, reuocante coniuge suum dictum, vel habito illo promendacio, pro quali haberet ecclesia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Rich. in 4. distin. 27. ar. 1. quæst. 4. Ang. verb. matrimonium 2. §. 14. Sylu. verb. matrimonium. 4. quæst. 2.

Trigesimoquarto, qui iussus sub pœna excommunicationis, non denunciat impedimentum quod scit subesse inter volentes contrahere, argum. cap. 2. de maior. & obed. Modus autem denunciandi impedimentum saltem occultum, quod ex peccato nascitur est, vt prius de illo secreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio desistat, & si noluerit desistere, denunciaret superiori aut alteri, qui impedire potest, quamuis probare non possit. Quia ad impediendum matrimonium nondum contractum, testimonium vnus solius sufficit. cap. Præterea. 2. de spons. vt diximus in c. Sacerdos. num. 27. de pœnit. distinct. 6. Contra Maio. in 4. distin. 21. sed si satis intelligit ex sua denunciatione magnum scandalum sequenturum, quamuis probare possit, ad denunciandum non tenetur, iuxta Adrian. in 4. de Confess. quæst. 5. dub. 7. vt latius diximus in Repet. capi. Inter verba 11. quæst. 3. conclus. 6. num. 633. & seq. Porro, quando vnus solus siue sit proprius sacerdos, siue alius quilibet, scit aliquos iuste ob iustam ignorantiam impedimenti coniugatos, neutri parti dicere debet, etiam si ei fides sit habenda. Tum quia ex eo nullum commodum sequitur, & magnum incommodum sequi potest, cum illi non peccent; & fortassis alteruter eorum hoc rescito, vellet se cum scandalo alterius separare. Tum quia nemo tenetur aliud, suum errorem admonere, quando est error facti vel iuris humani, quod regulariter à vulgo ignoratur, & nullum tertij præiudicium redundat arg. notat. in §. notan-

§. notandum. I. q. 4. & in cap. Ignorantia de reg. iur. libr. 6. & eorum quæ trad. Arian. in 4. de confess. quæst. 5. dub. 7. col. 3. & nos in d. c. Si quis de Pœni. dist. 7. a nu. 66. monstrando veritatem intellectus Innocent. contra communem, c. Quia circa, de consang. & affinit.

Trigesimoquintò peccat, qui benedicit secundas nuptias solèni benedictione sacerdotali, quæ intra missam fit, vel qui suscipit illam credens, vel credere debens, non debere benedici, per cap. primū. & ult. de secund. nupt. Pro cuius declaratione subijcio pauca, quorum aliqua decerpsi ex parergo quodam notabili, quod communicauit mihi Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Iulius Antonius Sanctorius, tit. S. Bartholomæi in Insula, sanctæ Seuerinæ vulgo nuncupatus, libertate animi, eruditione, omnigenaque virtute, præsertim iustitia, constantia, zelo, fidei & sanctæ Sed. Apost. omnibus clarissimus; mihi verò cum multis alijs nominibus, tum etiam quod magna pars fuerit, vt hanc translationem ipse facerem, qua ignominia, (quam alij nomini meo inuississent,) obuiarem, obseruandissimus. Quorum primum est; nuptias primas benedicendas. c. nostrates, & cap. sponsus 30. quæst. 5. vnde Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matrim. hortatur contrahentes matrimonium, ad benedictionem suscipiendam ante consummationem eius; & pondera, quòd hortatur, & non præcipit, per quod significat id esse de consilio, & ita non esse peccatum ante illam consummare, etiam prima vice, nec exigendo nec reddendo, nec vbi est consuetudo benedicendi, nec vbi non est. Tum per rationes Caiet. 1. Tom. tract. 13. Tum per §. fin. prædicti, cap. nostrates, qui expressè habet id non esse peccatum, significans nec veniale quidem esse, quicquid Caiet. absque necessaria ratione ibi dicat, modo id fiat, sine contemptu; omissio enim cum illo etiam mortalis esset, qualis est omissio cuiuslibet consilij euangelici, iuxta gloss. sing. cap. Quis autem, 10. distinct. Secundum, iure communi nullas secundas nuptias esse benedicendas. cap. 1. & cap. vir, de secund. nupt. cuius ratio nõ est illa quam dat gloss. illius, scilicet quòd sacramentum non debet iterari. Tum quia hæc benedictio est quid sacramentale, & non sacramentum per dicta supra eod. num. 1. & 2. Tum quia sacramenta non imprimunt characterem iterabilia sunt, vt ibidem dicitur; nam & matrimonium, quod vere sacramentum est, iteratur. ca. Aperiant. 31. quæst. 1. & etiam extrema vnctio, quam verū sacramentum esse definit concil. Trid. relatum supra eodem, in quo gl. prædicta damnata per Panor. & communem ibi & vbiq. errauit. Est autem ratio solida, quam sensit Mag. post Ambros. in d. distin. 42. §. fina. quòd ecclesia vetuit benedictionem hanc super vllam personam reiterari; & quamuis alij alias rationes cur id vetuerit tradant, nobis solidior videtur, esse illa, quòd dedecere videtur, vt benedictiones solènes rerum & personarum, quales sunt consecratio Ecclesiæ, altaris, virginum, catechismus, exorcismus, ordinum, & alia similes iterentur, ne vilipendantur. Ex quo inferitur, quod quicquid inuoluant aliqui, nunquam iure communi scripto, secundæ nuptiæ contractæ ab vtraque parte, vel altera prius benedicta, sunt benedicendæ per tex. irrefragabilem in d. c. Vir, Tū quia si benedicerentur secundæ, reiteraretur benedictio super vtrāq. vel su-

vel super alteram. Non obstat opinio Tho. in 4. dist. 42. recepta per eius scholæ viros doctissimos ibi & alibi, excepto tamen Soto, qui forte ne contradiceret Thomæ, id ibi non terigit: qui debet reduci ad terminos glo. prædictæ, id est; quod habeat locum, vbi est cōsuetudo, per eam enim induci potest, vt non solum cum virgo nubit viduo, quo casu ille loquitur, sed etiam cum virgo ducit viduam, vel cum vidua nubit viduo benedicatur vel reiteretur benedictio; licet rationabilior sit consuetudo in primo membro quàm in secundo, & in secundo quàm in tertio: quia hæc prohibitio iuris humani est, & sicut per legem, ita per consuetudinem contrariam tolli potest. l. De quibus. ff. de leg. c. fin. de consuet. Nec obstat dicere, quod consuetudo in sacramentalibus non valet; quia quicquid dubitet Roch. cū citatis ab eo in cap. si. de Consuet. contrarium est verum, & probatur irrefragabiliter per cap. De trina, iuncta gloss. de Cons. dist. 4. imò & cap. 2. de temp. ord. ibi, nisi cōsuetudo antiqua, & glo. eiusdem. licet aliqui, tam illum quam illam incaute pro contraria parte citet, & supra eod. ca. nu. 15. dictum est consuetudinem, qua alijs verbis alibi extrema vnctio ministratur esse seruandam, sicut & alijs verbis a Græcis & alijs a Latinis baptismus ministratur, & alibi alijs verbis matrimonium per sacerdotes celebratur: & in ordinibus conferendis aliud alibi habet consuetudo extra substantialia. Infertur etiam, quod contrahentes primas nuptias, & ante benedictionem susceptam iterum contrahentes, debent benedici, quia ratio iterationis in eis cessat.

Quis potest super impedimentis matrimonij dispensare.

Matrimonij omne fere impedimentum humanum, & cur Papa semper non tollit. num. 84.

Matrimonij omnia impedimenta non dirimentia tollit Episcopus, & consuetudo. num. 85.

Matrimonium clandestinum de licentia Episcopi hodie contrahitur. nu. 85.

Matrimonium impedimento sublato denuo contrahendum. nu. 86.

Dispensatio difficilior datur in contracto scienter, quam ad contrahendum. nu. 86.

Gratiam quæ taciturnitas annihilat, & quæ expressio. nu. 86.

Dispensatio datur gratis cum aliqua trium causarum alijs non, nec cum ea in 2. nisi &c. num. 87.



PAPA in omnibus impedimentis matrimonij iure humano indutis dispensare potest, argu. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & cap. proposuit de concess. præb. qualia sunt omnia prædicta, excepto impedimento consanguinitatis inter ascendentes, & descendentes: & impedimento erroris & iudicij, quod defectum consensus inducit, quem supplere sua Sanctitas non potest, quippe quæ sunt iuris naturalis & diuini, vt resoluimus in c. literas, de rest. spol. post illum gloriosum martyrem & Episcopum Ioan. Roffensem in consilio pro Regina Angliæ, quo defendit illam religione

religione Christiana gloriosissimam Angliæ Reginam D. Catherinam incomparabilem, incomparabilis Caroli V. amitam, & post alios antiquos, quos ad hoc ille copiose adducit, & alios recentiores. Tum quia licet Leuitici 18. aliquot impedimenta lege diuina iudiciali, aut cæremoniali introducta fuerint; quia tamen illa non erat naturalis, cessauit per Christum passum, ad quem usque durabat. 6. dist. §. si. c. 1. de Purif. post part. & ita sub lege gratiæ nõ ligat, vt diuina, sed vt humana renouata per sacros canones. Tum quia ratio naturalis, quæ inerat ei, ob quam conueniebat eam statui, non erat tanta, quæ sola sine vlla constitutione posita diuina, vel humana obligaret, & ita non constitutebat ius naturale, vt fusius declarauimus in Rep. c. Ad hæc not. 1. d. Præb. in quam conclusionem omnes ferè orbis CHRISTIANI Academiae conueniunt, in casu prædictæ Regiæ.

Verum tamen est, quod Papa, non solet velle dispensare in gradibus prohibitis. d. c. 18. Leuit nisi grauissima de causa, non quia non potest, sed quia non expedit. In quam conclusionem constandum est, quicquid quamplurimi in plurimis locis ordinarijs & extraordinarijs scripserunt, vt in d. c. Literas, demonstrauimus. Quamquam autem Papa dispensare potest super prædictis omnibus impedimentis; super matrimonio tamen legitime contracto & consummato non potest, iuxta illud Matth. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, relatum in c. gaudemus, de diuor. Contractum autem & consummatum inter infideles quomodo diuidatur, vel diuidi possit dictum est supra eod. cap. nu. 21. & 49. vbi respondetur ad quæstionem adiectam in hoc numero in additionibus c. 28. Non autem dicitur consummatum per copulam præcedentem illud, vel sponsalia, sed per subsequentem c. Is qui. verb. subsequuta, de spõs. Idcirco antequam sequatur, religionem ingredi potest c. Verum. de Conuer. 85 coniug. Imò & hodie post illam consecutam, iuxta c. 1. De Reform. Matr. fess. 2. Concil. Triden. per quod cessat matrimonium, quod olim fiebat, vel præsumebatur fieri post copulam sponsalia consecutã, iuxta, c. Is qui. De sponsali. vt dicimus, infra c. 25. nu. 144. Episcopus autem dispensare potest in matrimonio à se prohibito, aut à suo inferiori, imò etiam in impedimento incestus, vt supra eod. nu. 75. dixi; imò & in omnibus alijs impedimentis, quæ impediunt & non dirimunt, iuxta mentem Palud. in 4. dist. 28. q. 2. & S. Ant. 3. par. tit. 1. cap. 16. §. 4. exceptis votis castitatis & religionis; in quibus etiam ipse Papa non sine magna difficultate & causa dispensat. Et licet stricto iure communi, contrarium defendi posset, eo quod inferior legem superioris nec tollere, nec moderari potest. c. Inferior 21. dist. Clem. Ne Romani, de elect. & non videtur id concessum, nisi quo ad impedimentum incestus, sequor tamen eos. Tum quia ex quadam æquitate & rationis paritate hæc concessio extendi potest ad illa. Tum quia videtur, quod consuetudo nõ tantum id habeat, sed quod etiã nec a Papa nec ab Episcopo petatur dispensatio, quando cum illo impedimento aliud dirimens non concurrat: nondum enim adhuc in tanta ætate vidi, vel audiui id fieri. Votum autem de non nubendo non censetur votum castitatis,

tis, vt tenuimus supra c. 12. nu. 76. & ita seruat sacre Pœnitentiariæ prætorium, quicquid dicat Caiet. ibi citat. & ita in eo potest Episcopus dispensare, vt in prædicto Prætorio aliquando responsum est. Dubium autem, An Episcopus possit dispensare super matrimonio clandestinè contrahendo, quod consuetudo ferè vbique habebat, sublatum est per prædictum concilium supra relatum, quod expressè id concedit. Non potest autem dispensare Episcopus in aliquo impedimento, quod impedit & dirimit, secundum omnes, nisi quando impedimentum occultum est, & matrimonium publicum, & separatio magno scandalo foret, & ad Papam, aut eius Nuntium potestatem ad id habentem confugi nõ potest propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, vt affirmant Ang. & Syl. Quorum dictum primi euulgauimus Salmanticæ, & propter quorum sententiam demonstratam, sed non approbatam, neque reprobata a nobis, nonnulli Episcopi aliquoties dispensarunt, quam tamen tandem approbauimus per argumenta neruosa in c. At si §. de Adul. de iudic. sequuti Ioan. de Lign. & Pan. ibid. Porro hic memoria repetendum est, primum, quod 86 matrimonium ob aliquod impedimentum nullum, nõ incipit valere propter dispensationem papæ superuenientem per solam cohabitationem, & copulam subsequentem, quia necesse est vt denuo contrahatur, quod tamen clam contrahi potest modo tradito supra eod. nu. 69. Secundò quod licet olim facilius dispensabatur cum impeditis, qui iã etiam scienter contraxerunt, & consummarunt matrimonium, hodie tamen iure Concil. Trid. sess. 24. c. 5. de reform. matr. difficilius dispensatur: Cuius ea. de re verba sunt. *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Idque in eo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solennitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis: & infra, Si verò solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit.* Hæc ibi. Hinc colligitur, quod cõsummatio illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat papam ad dispensandũ, hodie retrahit, per quod cessat dubium patris Vinc. circa hæc dicta: sed pro resolutione eorum, quæ subtiliter vt Theologus obijcit, ipse Canonista subijcio primo, quacunque expressionem falsi mouentis Principem ad gratiam concedendam, nocere; non autem, quamlibet taciturnitatem veri idem facientis, sed solum eam, quæ tacet verum, quod iura iubent exprimi, secundum Rot. in Nou. decis. 32. de rescri. n. 5. & Bellã. decis. 698. & Fel. in c. postulasti, col. 4. de rescrip. Secundò, quod sciens Principem concedere aliquam gratiam, in re mediũ necessarium obuiandi alicui delicto, admittit illud, vt eam impetret, & petit eam, quia contigit eum sic delinquere, non facta mentione finis cur deliquit, non solum videtur tacere verum, sed etiam equipollenter exprimere falsum, scilicet quod non deliquit eo animo, vt ei fieret illa gratia. Qua de re posuimus exemplum in prælect. c. si quando, de rescrip. excep. 4. de Monacho monito a Banchario, quod Papa non concedet ei gratiam ad regulam laxiorem, nisi

nisi nouerit eum habitu omisso apostatare, qui dimisso eo, vno vel altero die, se præsentat Banchario, quo informet Papam de eius apostasia, vt moueatur, ad concedendam ei illam gratiam. Is enim licet expressè non exprimat falsum, tacitè tamen sic, subiudicando, quòd non dimisit habitum, vt impetraret illà, sed ob alias causas, quibus multi temere dimittunt.

87 Tertiò, quòd prædictum Concilium vbi supra præter prædicta statuit alia, in hæc verba. *In contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis cõcedatur.* In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Quartò, quòd solas tres causas habet Curia pro iustis, ad dispensandum etiam in quarto gradu, quæ sunt defectus dotis competentis, extinctio magnæ litis, & quod maior pars sibi parium suæ ciuitatis vel loci insignis, quem inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradum, vel si est alius locus minor, si ipsa non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra illum. Dubium tamen est, An sufficiat defectus dotis competentes ab contrahendū cū poscente se; An uero requiratur defectus ad cõtrahendum cū quolibet sibi pari, & uideatur sufficere. Tum quia beneficium dicitur incõpetentes uni, licet alijs multis sit competens c. cum adeo, iuncta gl. de rescrip. & non omnis dignus beneficio in genere, est dignus hoc uel illo, vt sentit vterque Tho. 2. sec. q. 63. ar. 2. & pretium, quod communiter est iustum in vna prouincia, vel vno anno vnus rei, non est iustum eiusdem in aliquo particulari loco, uel mense, eiusdem Prouinciæ vel anni vt dicitur infra c. seq. nu. 78.

Cap. Vigesimo tertium de Superbia & Septem peccatis Capitalibus.

Virtus, vitium, & habitus, quid, & quotuplex. nu. 1.

Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus siue ordinatus simpliciter; & quare nullus in indiuiduo indifferens, & quis ordinatus. nu. 1.

Virtutes in medio vitiorum, ideoque illis duplo pauciores. nu. 2.

Vitia capitalia, è quibus non est superbia, septem. nu. 3. & 4.

IRACTATVRI de septem capitalibus vitijs, & actibus eorum, meminimus primò, ex Præludio quinto, Quòd aliud è habitus, aliud actus siue actio, & operatio: & quòd habitus est qualitas mentis mouens eam ad actus similes illis quibus productus est, & quòd est duplex, bonus, qui est virtus, & mouet ad bonos actus, & malus qui est vitium & mouet ad malos. Et ex Præludio Sexto, quòd actus est duplex, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neque est bonus neque malus, alius voluntarius & deliberatus, qui est triplex, bonus, malus, & indifferens; & quòd bonus est triplex; ex obiecto tantum, vt ieiunare; & ex circumstantia tantum, vt loqui ad utilitatem proximi; & ex vtroque, vt ieiunare ad obediendum præcepto. Malus item

item triplex, ex obiecto tantum, vt mentiri ad utilitatem proximi; ex circumstantia tantum, vt ieiunare ob vanam gloriam; ex vtroque simul, vt metiri ad perniciem proximi. Indifferens autem quales sunt innumeri, puta tacere, loqui, comedere, bibere, & similia, quæ de se, nec sunt bona, nec mala, sed bene, & male fieri possunt; & tale indifferens non reperitur in indiuiduo, iuxta doctrinam Tho. quam in d. Prælud. defendimus ea efficaci ratione, quòd si quis daretur, maximè esset, qui in nullum finem bonum, neque malum ordinaretur; sed is non est talis, quia esset otiosus, & consequenter malus, ex defectu circumstantiæ finis, licet ex obiecto esset indifferens: Et quòd iuxta doctrinam Dionysij 4. c. de diu. nom. quam potuit excerptare ex Arist. bonum, siue actus simpliciter bonus & ordinatus siue meritum, constat ex integra causa, id est ex concursu bonitatis obiecti saltem iustificati, & circumstantiarum tam finis, quam aliarum, personæ, loci, temporis & cæt. Malum autem siue malus actus simpliciter, & peccatum ex quocunque defectu, siue obiecti non iustificabilis, vel non iustificati, siue finis, siue alicuius alius circumstantiæ. Dixi, *Non iustificabilis*, qualia sunt fornicari & mentiri, quæ nulla circumstantia possunt fieri iusta. Dixi, *Non iustificati*, quia frequenter obiectum actus boni simpliciter, est obiectum de se malum, sed iustificatur per circumstantiam, qualis est occisio hominis, quæ cum sit de se mala, iustificatur tamen per culpam occidendi, & legem id præipientem. Itaque in toto hoc capitulo per actum bonum & ordinatum, intelligemus actum bonum vtroque modo tam ex obiecto quam ex circumstantijs, qui est meritum de congruo, vel de condigno, & per inordinatum, omnem actum ordinato contrarium, qui est peccatum saltem veniale. Item per vitium, habitum malum; & per virtutem, habitum bonum.

Secundò, quòd duplo plura sunt vitia, quam virtutes, quia cuique virtuti² duo vitia opponuntur, alterum per excessum, alterum per defectum, in quorum medio virtus consistit, iuxta illud Horat. desumptum ex Arist. 2. Ethic. Virtus est, medium vitiorum vtrinque redactum, relatum a gl. c. charitas. 3. §. si. de Pœn. dist. 2.

Tertiò, Septem vitia, quæ vulgus septem peccata mortalia appellat, esse septem vitia principalia, quæ S. Greg. 31. Moral. & alij aptè docetes capitalia appellant: non quia sunt peiora, neque etiam quia semper aut sæpius mortalia: quia aliqua eorum regulariter sunt venialia, sicut infra dicitur: sed quia sunt fontes particulares multorum aliorum, & duces eorum peruersi, ex quorum numero non est superbia, iuxta S. Greg. 31. Moral. & S. Tho. 2. sec. q. 162. ar. 8. & q. 132. ar. 1. Quinimò est horum septem, & aliorum omnium Regina, secundum eosdem; quamuis vulgus contra existimet, pro eorum faciliori memoria vtens hac voce (Saligia) intelligendo per literam S, Superbiam, per A, Auaritiam, per L, Luxuriam, per I primum, Iram, per G, Gulam, per I secundum, Inuidiam, per A secundum, Accidiam: Ad quod aptior esset vox Sualigia, octosyllabon; per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia omnium vitiorum Regina, & per V, Vanagloria, quæ est vnum ex septem vitijs capitalibus, & per alias sex, prædicta alia sex, de quibus omnibus & eorum execrandis filiabus, ordine quo proposita sunt, dicemus.

Superbia quid, quotuplex & eius etymol. nu. 5.

Superbia sola de se mortalis contemptum subiectionis Dei actu requirit, nu. 6.

Humilitas ad sui essentiam, non requirit expressam ad Deum subiectionem. nu. 6.

Superbia quatuor species, quae potius sunt eius effectus, & interdum haereses. numer. 7. & 8.

5 **S**UPERBIA est plurimum usitata, & parum nota: nam multi putarunt eam esse omne vitium, quia illa est supergressio legis, quae per omne vitium fit. Et alij ignorarunt discrimen inter eam ex vna parte, & ambitionem, praesumptionem & vanam gloriam ex altera; adeo quod Maior in 2. dist. 42. q. 16. putavit has esse species illius, quod est contra Aug. lib. de Nat. & gratia, cōiter receptum. Alij, in quibus videtur esse uterque Th. cōiter recept. 2. sec. q. 162. ar. 5. quos in vulgari sequuti fuimus, requirunt ad eius essentiam actualem contemptum subijcendi se Deo & legi eius, quod in praesentia non possum mihi persuadere, cum id (gratia Deo) pauci Christiani faciant, & fere oēs aliquo modo superbiamus. Quare dicendum Primò, verbum, *Superbire*, descendere a verb. *supereo* interposito, b, causa Euphoniae; vnde superbia, est quaedam (vt ita dicam) superitio, & actus quo quis superit seu supergreditur aliqua; & ita superbia in genere significat oē quod superit, seu superat, seu excellit alia, scdm gl. Isai. c. 60. vbi superbia pro dono superante & eccellente alia ponitur. Vnde licet verbū, *Superbus*, saepius pro elato & fastoso, & insolenti accipiat, vt in illo Maronis.

Stirpis Achillae fastus, inuenemq; superbum,

Saepe tamen pro nobili, excellenti vel sublimi capitur, iuxta illud eiusdem.

Hinc populum late Regem, belloq; superbum: Et illud.

Ceciditque superbum Ilium.

Secundò, quod superbia generaliter sumpta diuiditur in bonam & malam, quod adnotauit Th. vbi supra art. 1. Superbia verò mala in habitum superbiae, & actum eius: Superbia habitus diffiniri potest esse vitium mouens siue inclinans ad appetitum inordinatum excellentiae propriae quatenus est excellentia. Dixi, *Vitium*, pro genere: quia omnis superbia habitus est vitium, non contra omne vitium est superbia habitus. Est enim speciale distinctū ab alijs, vt probe docet Th. vbi supra art. 2. Dixi, *Appetitum*, includendo amorem & desiderium excellentiae, uel gaudium, siue complacentiam de ea, ad notandum, quod est vitium voluntatis, & non rationis, vt monstrat Th. ibidem ar. 3. Dixi, *Inordinatum*, ad includendum omnem, quo appetitur excellentia de re falsa, vel vera sed mala, vel bona in nullum finem, vel malum, aut vanum relata, vel maior merita; & ad excludendum ordinatum, qualis est solus ille, quo appetitur excellentia de re vera, & bona, & in finem bonum directa, & non maior merita; illa enim non est actus superbiae, sed modestiae; qualis est appetitus excellen-

tiae me.

tiae merita, siue debita scientiae, virtuti, uiribus, & arti, quibus quis secundum rectam rationem alteri uult praestare iuxta Thom. ubi supra art. 6. Dixi, *Excellentiae propriae*, quia illa est obiectum actus eius, & non addidi, ad superandum alium, quia id non est necessarium, sufficit enim uelle excellentiam propriam immeritam, vel meritam modo immerito sine actuali relatione preferendi se proximo. Dixi, *Quatenus est excellentia*, quia appetitus eius, quod re uera est excellentia quaedam, sed non appetitur eo respectu quo est talis, sed alio, non est superbia, sed aliud uitium; circa quidem honores, ambitio; circa potestates, praesumptio; circa gloriam, uanagloria; & circa alia aliud. 6 Hæc enim & id genus alia possunt considerari alio respectu quam excellentiae, licet in se sint uerae excellentiae. Et ita ad essentiam superbiae non requiritur actualis contemptus Dei, nec legis eius, nec renutus se subijcendi eis, nec despectus proximi, magis quam in alijs uitijs, quae non inclinant immediate ad illa. Non obstat praedicta doctrina Thom. quia probe saluari potest; in superbia quae de se est peccatum mortale, non autem generaliter in omni superbia. Sic nec videtur uerum illud Caiet. eum qui propriam excellentiam inordinate amat, sine actuali contemptu diuinae subiectionis, non esse formaliter & directe superbum: est enim formaliter superbus, sed non superbia, quae de se sit mortalis; & ita non omnis superbia directe auertit a Deo, sed sola supra dicta, quam diximus esse de se mortalem, de qua intelligitur etiam gloss. Psalm. 118. allegata per Thom. quatenus habet superbiā ex se maius peccatum omnibus alijs esse. Quae omnia ideo tam accurate dixi, ne plurimi continua superbia laborantes, nos excusemus ab hoc uitio, dicentes, nos nullam excellentiam cupere cum actuali contemptu subiectionis Dei, & eius legis, cum quo certè paucissimi Christiani eam cupiunt. Et ne plurimos humiles sua laude priuemus, qui frequentissime actum humilitatis faciunt, non se subijcendo expressè Deo, uel legi eius; qualis tamen non esset ille, quia cum sit contrarius superbiae, oportet eum circumstari tali subiectione actuali, si superbia ei contraria requireret expressum contemptum & renutum huiusmodi subiectionis: Quare sicuti humilitatis actus est subijcere sua bona naturalia minora alterius bonis naturalibus maioribus, & sua dona minora diuina alterius maioribus donis diuinis, & sua bona omnia naturalia alterius diuinae gratiae, non se subijcēdo expressè Deo, uel legi eius, imo sine ulla eorum memoria expressa, ut satis colligitur ex Thom. 2. sec. quaest. 162. artic. 1. licet in artic. 2. aliud sentiat: Ita superbiae actus est praepone re quem sua naturalia bona minora maioribus naturae bonis alterius, & sua minora dona diuina maioribus diuinis alterius, & sua etiam bona naturae gratiae diuinae alterius, licet non faciat id cum expresso contemptu Dei uel legis eius: Et sicut renuere excellentiam immeritam, quia recta ratio id distat, sine ulla actuali memoria Dei, est actus humilitatis, ita appetere excellentiam immeritam, sine ulla actuali memoria Dei, est actus superbiae.

Porro, species superbiae sunt quatuor secundum Greg. in lib. 3. Moral. de claratum à Thom. ubi supra art. 4. Prima est putare à se habere bona natu-

ræ, qualia sunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo &c. Aut bona fortunæ, qualia sunt diuitiæ, honor, potentia, &c. Aut bona spiritualia, qualia sunt gratia, scientia, prophetia, facundia ad prædicandum, legendum &c. quæ oia a Deo sunt. Secundò, agnoscere quidem illa a Deo sibi data, non tamè gratis, sed ex iustitia. sicut iuniorum, precum, eleemosynarû, & id genus aliorum. Tertio, arrogare sibi bona, quæ non habet, cuiuscunque ordinis illa sint. Quarto, contemnere alios inordinatè, aut velle, vt sibi submittantur, quâuis eum præcedant. Aduertendum tamen huiusmodi falsa iudicia, non esse immediatas species superbiæ, sed illius effectus, quia hæc consistunt in intellectu & ratione, illa verò in voluntate, quæ illis infecta iudicium corrumpit, efficitque, vt falsum iudicet verum; corrumpit, inquam, eo quòd ipsius excellentia maior esset, si ita se res haberet: maius enim est ex se habere, quam ab alio, vel suis meritis, quam dono, vel magna quam parua, vel maiora, quam alij: vt probe declarauit Tho. vbi sup. ar. 4.

8 Peccat mortaliter Primò, per superbiam, qui appetit propriam excellentiã cum actuali contemptu diuinæ subiectionis, vel legis eius, aut cum voluntate se Deo præponendi per dicta. nu. 6.

Secundò, qui adeo amat propriam excellentiam, vt iudicet quatuor prædicta falsa, vel aliquod illorum deliberatè, aduertenter, & in specie: quia virtualiter contemnit subiectionem Dei & legis eius. Dixi, *Deliberatè, & aduertenter*, quia secus si id primo motu passionis, vel per incogitantiam ita iudicaret, secundum Thom. vbi supra communiter receptum. Dixi, *In specie*, quia credere id in genere deliberatè, & aduertenter, non est actus superbiæ, sed infidelitatis, secundum Tho. in d. ar. 4.

Tertio, qui appetit inordinatam excellentiam, vel de illa gaudet, aut lætatur, sine actuali quidem contemptu subiectionis Dei, & legis, sed cum notabili irreuerentiã eius, vel damno proximi ex eo resultante: quia hoc mortale est per supra sæpius dicta.

De Vanagloria.

Bona honoraria, quot & quæ, & eorum appetitus de se nec bonus nec malus. nu. 9.

Laus, honor, fama, gloria & reuerentia, quid & quando bene appetuntur. nu. 9.

Laudis, et quatuor aliorû honorariorû quis appetitus inordinatus. n. 9. & quis nò. nu. 10.

Gloria vana quid nu. 10. quot, & quæ filie eius, nu. 11. & quæ mortalis nu. 12.

Præsumptio quid nu. 11. & quæ mortalis. nu. 14.

Ambitio quid, nu. 11. & quæ mortalis. nu. 15.

Pertinacia quid nu. 11. & quando mortalis nu. 31.

Discordia quid nu. 11. & quando mortalis nu. 33.

Contentio quid. nu. 11. & quæ mortalis. nu. 34.

Laude falsa vel aliàs inordinata gaudere non semper malum, & quando mortale nu. 13.

Finis

Finis aptus spiritualium nil temporale est, sed non facit actum mortalem. numero 13. & 15.

Iurisdictionem alienam usurpare mortale. nu. 14.

Gratiam vel gloriam æternam, arbitrio libero quærere, præsumptio. n. 14.

Beneficia incompatibilia, vel plura quorum vnum sufficit, non licent. n. 15.

Beneficiû appetendo quomodo quis peccat. nu. 15.

Laetantia filia prima vanæ gloriæ, quid. nu. 11. & quando mortalis. nu. 16.

Inuentio nouitatum secunda filia vanæ gloriæ, quid. num. 11. & quando mortalis, numero. 18.

Vestitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis. nu. 18. & 19.

Ornatus, fucus, fictio, & auctio pulchritudinis &c. quando mortalia. nu. 20.

Confessarius dubius, an confessus sint mortalia, quid faciet. nu. 21.

Ornans se, ut in coniugem appetatur, uel ueste incongrua sexui quando peccat. numero. 22.

Vestiens se habitu religioso, quando mortaliter peccat. nu. 22. & 23.

Curiositas quid, & quod semper est peccatum, & quando mortale. num. 24.

cum multis exemplis quotidianis. nu. 25. & 5. seq.

Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris. nu. 30.



Rimò præsuppono summatim quædam, quæ late tractaui in cap. 9 inter verba. 11. q. 3. conclus. 6. à nu. 231. & nuper in ca. cum ministro. 23. q. 5. nu. quidem. 47. Quòd bona honoraria sunt quinque: scilicet Laus, honor, fama, gloria, & reuerentiã, & quòd laus est sermo elucidans magnitudinẽ virtutis, & nu. 48. quòd honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolutæ. Et quòd fama est attestatio popularis de re aliqua, & nu. 49. quòd gloria est clara cum laude notitiã: Et quòd reuerentia est animi reputatio, qua bonitas alterius magnifit, & nu. 50. & 51. quòd hæc quinque conueniunt. Primò, quòd frequenter alias pro alijs accipiuntur. Secundò, quòd nullum eorum est virtus intellectualis, uel moralis. Tertio, quòd sunt maiora bonis pecuniarijs. Quarto, quòd appetitus vel contemptus horum quinque suapte natura, neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferens; bonus quidem, quum est ordinatus, malus quum est inordinatus. Quintò, quòd appetitus eorum etiã inordinatus regulariter est venialis: in quinque uero casibus mortalis, secundum communem, quos ibi nu. 56. reduxi ad tres scilicet, cum habetur de malo mortifero, vel de alio in quo finis ultimus constituitur saltem ad effectum frangendi legem ad mortale obligantem, vel in finem aliquem mortalem referendo. Et quòd contemptus eorum inordinatus, regulariter est venialis, mortalis autem, cum contemnitur laus de gratia Dei gratum faciente manans, vel in eo finis ultimus constituitur, quod nonnulli philosophi fecerunt; vel in finem mortaliter malum referrunt.

Secundò præsuppono, quòd appetitus & contemptus horum quinque ordinatus est, quo appetitur aliquod horum de re vera & de se bona, vel indifferenti, in finem bonum directa, non nimium, nec maius quam eius bonitati debe-

Man. Nau.

N n 3 tur,

tur, nec tanquam testimonium certum, & diuinum, sed tanquam humanum incertum: Et contra appetitus eorū inordinatus est ille, quo appetitur aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferenti, in vanum, malum, aut nullum finem relata: vel de bona maius quàm eius bonitati debeatur, vel tanquam testimonium ueritatis certum, ut diuinum, & plusquam humanum, ut ibidē n. 338. diximus ex mente Tho. 2. sec. q. 141. ar. 1. & de maio. q. 6. & Abul. super Matth. cap. 6. quæst. 3. adiunctis eis, quæ idem Thom. dixit. 1. sec. q. 18. articu. 24. & 9.

Tertiò, Præsuppono, quòd vanagloria pro habitu malo est vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ secundum mentem Tho. cōmuniter recep. 2. sec. q. 132. ar. 4. Dixi, *Appetitum*, ea ratione, qua in diffinitione superbiæ supra nu. 5. Dixi, *Inordinatum*, quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi, *Gloriæ*, ad differentiam superbiæ, ambitionis, præsumptionis, & aliorum vitiorum, quæ licet inclinent ad appetitum inordinatum aliquorū quæ pariunt gloriam, non tamen immediatè inclinant ad eius appetitum, nec ad alia respectu quo pariunt gloriam, sed alijs, vt supra dixi de superbia, & mox dicam de ambitione & præsumptione. Vanagloria vero pro actu est appetitus inordinatus gloriæ, per quem generatur, & augetur vanagloria habitus, ex quo vicissim generatur actus similes illis ex quibus illa est nata.

11. Quartò, quòd vanagloria est vitium capitale, & parens aliorum vitiorum, quæ eius filia nuncupantur; quia illa vitia dicuntur esse filia alterius, quæ se ad finem illius principalè dirigunt; & septem alia vitia sunt, quæ ex se tendunt in manifestationem gloriæ, quæ est finis illius; scilicet iactantia, quæ inclinat ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiam. Inuentio nouitatum inclinans ad ostendendam inordinatè eandem veris factis, laude vera vel vana dignis. Hypocrisis, quæ ad idem falsis factis inclinatur. Pertinacia, ad inordinatè ostendendum iudicium inclinans. Discordia inclinans ad inordinatè ostendendum nostram voluntatem voluntati alterius præstare. Contentio inclinans ad inordinatè altercandum. Inobedientia inclinans ad inordinate renuendum ius, saltem quatenus iubentur.

Quintò, quòd præsumptio & ambitio à vanagloria differunt; & non sunt eius filia, sed sociæ, magnanimitati cōtrariæ, secundum Tho. vbi supra. Præsumptio enim est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires vel merita excedunt. Ambitio vero vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.

12. Ex prædictis infertur, quòd peccat mortaliter: Primò, qui gloriam, laudē, aut famam appetit de re aliqua quæ est peccatum mortale; puta, ex duello occisione, mutilatione, vel percussione, iniustus, vel iustus in finem mortaliter malū directis: aut constituit vltimū finē in aliqua gloria famæ, vel laude, vel pro ea adipiscendam, vel non amittenda, proponit frangere aliquam legem ad peccatum mortale obligantem; vt quæ mulier ne infametur stupro consentit; & qui iudex ne officium perdat, vel ut aliud consequatur, iniuste iudicat: & qui concionator, ne pulpitem amittat, tacet vera, de præcepto dicenda, secundum omnes;

nes, vt vbi supra nu. 341. & seq. latè dixi. Appetere autem gloriam inordinate de alijs, quæ non sunt peccata, aut non nisi venialia, nec directa in finem mortalem, aut non est peccatum, aut solum veniale.

Secundò, qui se vel aliū laudat & aliqua re mortaliter mala vel falsa, aut vera & non mortaliter mala, causam tamen præbens probabilem & verisimilem damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, asserendo se, vel alium, bonum sacerdotem, bonum confessorium, bonum iudicem, bonum medicum, bonum præceptorē, cū esset malus, aut certe non tā bonus, cum obligatione restituendi damni, si quod intulit, arg. c. fin. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. Dixi, *Damni notabilis*, quia aliàs tantum venialiter peccaret, vt dixi supra n. 138.

Tertiò, qui falsè laudatus, sciens, & aduertens inde aliquod damnū notabile insequiturum, non contradicit saltem quantum oportet, ad illi obuiandum: quamuis regulariter neque approbatio explicita neque tacita falsæ laudis erit plusquam venialis, si fuerit de re bona, aut saltem nō nisi venialiter mala. Imò non est peccatum sed virtus audire sine contradictione falsam laudem, modo ea non delectetur eo respectu quo est falsa, vel laus, mendacium, aut adulatio, alioquin esset saltem veniale c. primum 22. q. 2. & c. super eo, de vsur. Vnde qui de aliqua virtute ad suum statum necessaria falsè laudatur, vt cū vxor occultè adultera de fidelitate laudatur, eam neque approbare neque rejicere debet, imò neque peccat falsè laudatus, eo quod gaudeat laudari non ob falsam laudem, sed quia per opinionem quam habet alij de virtute suo statui necessaria, euitatur scandalum, vt vbi supra nu. 137. diximus.

Quartò, qui res principaliter institutas ob honorem Dei & cultum eius & salutem animarum, principaliter vel æque principaliter ob vanam gloriam facit: quale est concionari, missam facere, precari, & id genus alia, secundum Abul. Matth. cap. 6. q. 3. & Angel. verb. Vanagloria: quod post alios vbi supra n. 347. relatō efficaciter confutauimus, & in d. c. cum minister nu. 30. dicentes solū esse veniale. Nullum autem peccatum, imò meritum est facere illa principaliter propter Deum, vel quia sunt honesta & sancta, & secundariò, propter gloriam vel laudem humanam in finem aptum relatum, per ibi dicta post Sanct. Thom. 2. sec. q. 132.

Quintò, qui præsumit cum notabili irreuerentia Dei, vel damno notabili proximi spiritali vel corporali, honorario vel pecuniario, exercere officium nesciens illud exercere, concionando, iudicando, patrocinando, consulendo, medicando, & c. S. Tho. 2. sec. q. 117. & nos in d. c. inter verba, nu. 100. cum seq. latius tractauimus; quamuis non sit nisi veniale illud exercere absque damno proximi saltem notabili.

Sextò, qui aliena iurisdictione vitur, aut sua contra suum territorium. Tho. 2. sec. q. 60. art. 6. vel absoluit à peccatis, à quibus non potest; aut dispensat, vel commutat vota, sine autoritate ad id sufficienti, secundum Anton. in 2. partitu. 3. cap. 6. §. 3.

Septimò, qui confidit se gloriam æternam sine meritis consequuturū, aut meritis sui liberi arbitrij, absque graua Dei, cap. placuit, cum duobus seq. de conf.

dist. 4. quamuis sperare se etiam de condigno gloriam æternam cum auxilio diuinæ gratiæ adepturum, est meritum, & actus spei virtutis Theologicæ, secundum Tho. recept. 2. sec. q. 17. ar. 1.

Octauò, qui confidit gratia Dei se priuatū non iri, nec punitū, quantumscunque peccator sit, asserens paradysum hominum causa paratum, & non bestiarum, iuxta Rich. in 3. dist. 3. 1.

Nonò, qui non abstinet ab occasione, qua semel peccauit mortaliter, affociando, videndo, vel alloquendo aliquem; & postea non abstinet ab ea, secundum Anton. vbi supra quod est verum, si propter suam inconstantiam, vel fragilitatem probabilitèr putat se succubiturum; alioquin non nisi vt plurimum venialiter, si aliqua de causa ad id redeat, vt diximus vbi supra. n. 433. cum seq. & latius supra cap. 3. a nu. 5.

15 Decimò, qui ambit honorem de eo quod est peccatum mortale, aut ad committendum mortale, aut in eo vltimum finem ponit, aut ita appetit, vt malit mortale aliquod committere, quàm eum amittere, vel non adipisci; quod est frequens in ambientibus, præsertim per concursum & oppositionem, cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, præsentationes, nominationes ad illa, secundum omnes; quamuis alias regulariter, appetitus inordinatus honoris non excedat metas culpæ venialis, vt latius dixi vbi supra nu. 340.

Vndecimò, qui appetit, vel accipit plura beneficia incompatibilia, sine iusta dispensatione. c. de multa, de præb. aut plura compatibilia, quàm quæ ad suam honestam sustentationem sufficiunt, iuxta glo. sing. receptam in c. dudum. 2. de elect. quæ in ius redacta videtur per Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. de reform. per quod videtur sublata moderatio Cardinalis in Clem. gratiæ, de rescript. scilicet, illam glo. procedere solum in eo, qui capit plura beneficia, quorum vnum sufficit, ad viuendum fastolius, vel ad thesaurizandum, & non in eo qui quærit illa ad faciendum largiores eleemosynas & alia opera pia largiora, quam sequuti fuimus in repet. c. ad hæc, de Præb.

Duodecimò, qui accipit beneficium ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorem, aut vtilitatem temporariam, secundum Ant. 2. par. ti. 3. c. 5. §. 4. Quod limbo procedere in eo qui est eo indignus ob ignorantia, vel alium defectum: nam supra eod. c. nu. 13. diximus quod falsum est esse mortale facere ordinata ad cultum diuinum principaliter ob bona temporalia.

Decimotertio, qui quærit officium aliquod, nesciens exercere illud, secundum S. Ant. vbi supra §. 5. & probat l. Idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aquil. c. non est putanda. l. q. 1. quod non procedit in eo, qui quærit illud fide bona, & animo vtendi consilio peritorum, quando fuerit ei necesse, & credit se habiturū oportunitatem vtendi illo, argu. l. clari iuris. C. de iud. & c. statutum. §. Assessorum iuncto principio de rescript. lib. 6. quod frequens est in omnibus oppidis, & pagis, quibus iudices ignari iuris præficiuntur.

16 Decimoquarto, qui per iactantiam, quæ filia primogenia vanæ gloriæ est, se, aut suos laudat, cū irriuerentia notabili Dei; aut cū iniuria vel scádalo proximi notabili, vt Phariseus, qui dixit, non sum sicut alij homines, nec sicut iste publicanus,

publicanus; aut cum notabili damno proximi, pūta asserendo falsò se, vel al quem suorum esse magnum medicum, magnum aduocatum, magnæ sanctitatis & cæt. aliàs enim solum est veniale, iuxta S. Thom. recept. vbi supra, Alexande Alef. 2. par. tit. de lactantia.

Decimoquinto, qui per inuentionē nouitatū, filiā secundā Vanæ gloriæ, ad inuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, & ludos, aut alia noua de se mortalia, aut in finem mortalem directā, aut in iacturam notabilis cultus Dei, aut boni alieni publici vel priuati, iuxta mentem omnium; idem de eo, qui vititur vestitu, aut ornatu, animo aliquem vel aliquam ad sui concupiscentiam mortalem pelliciendi, licet id non sequatur, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 199. ar. 2. quia finis mortalis est, & vt minimum tam malus est actus, quam eius finis. cap. cum minister 23. quæst. 1. & quæ ibi latè dixi post Thom. recept. 1. sec. quæst. 10. art. 4. & 6. Idem item de illo, qui ea se mente quouis ornatu ornat, vt non desisteret ab eo, etiam si vetaretur aliqua lege ad mortale obligante ob vanam quam de eo capit delectationem. Tum quia contra charitatem Deo debitam facit; & consequenter peccat mortaliter, Thom. 2. sec. quæst. 24. artic. 10. & 11. Tum quia omne peccatum per eiusmodi complacentiam fit mortale; de tali enim complacentia, & non de qualibet alia debet intelligi illud Aug. relatum in cap. vnum. §. criminis. 25. dist. Nullum peccatum adeo veniale est, quod non fiat criminale, dum placet. Idem de illo, qui ob ornatum omittit adimplere præceptum, vt qui ob eum omittit missam, die festo. cap. Missas, de consec. distinct. 18. prima. Nemo tamen peccat ornando se etiam splendide pro sui status decencia, & more Regionis, modo id bono fine faciat; imò meretur; licet alius, vel alia ad eius concupiscentiam per accidens alliceretur, argumen. cap. quisquis. 41. distinct. & capit. quæ contra mores. 8. distinct. solumque venialiter peccat, qui etiam si sit religiosus, vel religiosa, se moderatè ornat, ob solam vanam leuitatem, ostentando suam pulchritudinem, & elegantem corporis habitudinem, & compassionem absque alio fine, vel circumstantia mortali; imò etiam si notabiliter modum excedendo id faceret, vt egregie adnotauit Caiet. 2. secun. quæst. 169. art. 1. & merito, quia licet id sit contra virtutem, non est tamen magis contra charitatem Dei, proximi, vel propriam, quam prodigalitas, quæ de se non est mortalis, vt infra dicetur, licet sit contra virtutem liberalitatis. Nec mortaliter peccat, quamuis sic venialiter, qui contra morem se ornat, modo id non vetetur lege aliqua ad mortale obligante, nec consuetudine illi æquipollente. Nec qui se ornat splendidius, quàm status suus requirit, nisi id esset in causa non soluendi debita, vel non præbendi alimenta, cui præbere obligatur, etiam si ob id alius ad mortaliter peccandum moueretur, quia eiusmodi actus (uapte natura vt plurimum ad solum veniale mouet; & ita, qui ob id mortaliter peccat, sua prauitate motus sic peccat: ex mente Caiet. in d. quæst. 169. ar. 2. quem sequimur. Quamuis in hoc & nonnullis alijs, de quibus statim dicetur, Syl. verb. ornatus, & nonnulli alij contradicant, quia non satis vt dixit Caiet. naturā peccati mortalis perpenderunt. Neque etiam fœminæ mortaliter peccant ostentantes pectora nuda, quo pulchriores videantur absque alia

alia mala intentione mortali, secundum eundem; quia id nullo iure naturali diuino aut humano, saltem ad mortale obligante, vetatur: Nihil enim aliud est hoc, quam pulchritudinem ostendere, quæ, quamuis summa esset, non tamen adeo incendit, ut ea cui inest dicatur peccare, eo quod alius per eam mortaliter peccet; quod ille ibidem neruose probat, & deduci potest ex his, quæ de occasione vitanda dicta sunt in cap. 3. supra eod. Quamquam consuetudo hæc eiusmodi est, ut indigna sit, quam qui ea carent imitentur; & digna, quæ a locis, in quibus est, paulatim extirpetur. Vestire se tamen adeo tenui veste ut pudenda iraluceant, est mortale, tam viro, quam fœminæ: Quia eiusmodi nuditas per se ad luxuriam mortalem prouocat: quod non facit pectorum nuditas, quæ per se solam pulchritudinis ostensionem respicit.

20 Non est tamen de se mortale, augere, & fingere pulchritudinem maiorem quàm in sit, ornato, & fucò; licet sit quædam species mendacij operis, nisi ob luxuriã vel alium finem mortalem id fiat, secundum S. Thom. 2. sec. quæst. 169. art. 2. ad 3. quamuis sit graue veniale, sicut diximus in cap. fucare, de conf. dist. 5. nisi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam, iuxta eundem Thom. Nullum item est peccatum crinibus alienis uti, ad commodum ornatum, sicut neclana aliena, aut lino terræ uti ad se commodè vestiendum; quia de similibus idē iudicandum, c. dudum, 2. de elect. & l. illud. ff. ad l. Aquil. quamuis esset peccatum veniale uti eis fingendo esse proprios, quippe quod esset mendacium operis, iuxta dicta in cap. 18. supra num. 5. & ut confessarius absolueret debet, quæ videt nõ nisi venialiter in hoc peccare; sic etiam absolutionem negare non debet, ei de quo intelligere nequit, an venialiter, an mortaliter peccet; quamuis

21 persuadere ei non possit, ut ab eo temperet, quia se mortaliter peccare non credit; ne persuadeat ei esse mortale, quod fortè tale non est, & postea id faciens, quamuis non sit mortale, peccet mortaliter, iuxta S. Anton. 2. par. titu. 4. cap. 3. R. of. verb. ornatus. §. 7. Sylu. eod. verb. quæst. 9. nostro tamen iudicio cautius ageret resoluendo se prius per se vel alios, an sit mortale, necne; & postea impartiretur, aut negaret absolutionem, per ea, per quæ, in cap. si quis autem, de pœnit. dist. 7. nu. 130. diximus peccare iudicem qui iudicat, antequam dubietatem animi deponat, aut certè ei persuadeat, antequam eum absoluat, ut proponat ab illo abstinere, si per viros idonea scientia & conscientia præditos, mortale iudicetur; alioqui enim (ni esset valde doctus) non haberet sufficientem contritionem, aut attritionem.

22 Decimosextò, peccat quæ monialis, vel inhabilis ad contrahendum cum aliquibus id scientibus, se illis conspiciendam offert: quo ab illis in vxorem sine iusta dispensatione expetatur, quia peccato mortali alieno consentit: Sed quæ ad nubendum est idonea, licet nubere nolit, imò castitatem, aut religionis ingressum secretò vouerit, licitè sui cõspectum facere potest, & se ornare, & velut ab aliquibus in vxorem appetatur, quo in alijs rebus sibi, vel suis faueat, aut ob alium bonum finem: quia id nullo iure diuino vel humano prohibetur, & consequenter non damnandum. ca. Consuluiti. 2. quæst. 4. Nullatenus etiam peccat fœmina, quæ veste virili se vestit, nec vir qui fœminea iusta de

sta de causa, veluti ne ab inimicis agnoscat, aut quia alia veste caret, vel ob honestam sui aut alterius oblectationem, secundum Tho. 2. sec. quæ. 169. ar. 2. ad 3. neque plusquam venialiter, si ob leuitatem id faciat, absque alio fine; & circumstantia mortali, iuxta Caiet. ibidem.

Decimosextimò, qui vestit se habitu religionis in opprobrium illius, aut ut eo ad turpia personatus siue laruatus, aut sine laruis vtatur, argumen. capitul. Cum decorem, de vit. & honest. cleric. & Auth. de Sanct. Episc. §. final. coll. 9. fecus si tamen si ad solam leuitatem, aut ad oblectationem, absque malo fine eo vtatur; modo nullum inde opprobrium notabile Religioni contingat.

Porro curiositas, quæ satis cognata videtur huic secundæ filiæ Vanæ gloriæ, est vitium mouens ad nimis vel immoderatè sciendum, ex mente Thom. 2. sec. quæst. 167. & Ant. 2. par. ti. 7. c. 7. §. 2. & semper est peccatum saltem veniale. cap. nonne. 37. distin. siue quis ita scire velit, per aliquem quinque sensuum exteriorum, siue interiorum, siue per intellectum, quia est contraria virtuti studiositati, de qua Thom. 2. sec. quæst. 166. & rationi repugnat. Mortale verò tantum, quum aliqua circumstantia mortalis ei adiungitur, secundum eundem, d. quæst. 167. art. 1. & Caiet. verb. curiositas, ut quum quis scire cupit aliquid transgrediendo aliquam legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, se vel alium obijciendo periculo probabili perdendæ salutis animæ vel corporis, vel proximum notabili damno honoris vel fortunarum, per supradicta, & per dicenda, cap. seq. de quinq; sensibus. Exempla quædam vtilia & quotidiana sunt de virgine, volente curiosè nosse, quanta sit corpulæ carnalis delectatio, quamuis eam experiri nolit, nam si eam experiri vellet, aliud peccatum Luxuriæ, præter curiositatem committeret. Caiet. 2. sec. q. 167. art. 2. De illo item qui vult scire alienum peccatum, confessionem sacramentalem alteri factam clam auscultando, argum. capit. Omnis, de Pœnit. & Remiss. Et de eo, qui ut discat aliquid, missam præceptam omittit; aut maleficium aliquod conficit; aut diabolo se commendat; aut eum in magistrum ad discendum suscipit, per multa, quæ diximus in cap. Nouit. de iud. not. 1. num. 12. & seq. Et de eo qui cognitionem rerum officio suo necessariorum negligit, quo non necessarias cognoscat: ut Parochus, qui ob studium poësis, vel officij mechanici, ignorat res audiendis confessionibus, vel aliis agendis, officio suo necessarias, cap. sacerdotes. 37. dist. ut diximus in Repet. cap. Quando. quã nuper donatam latinitate appellauimus Enchiridion siue Manuale de Orat. & hoc Cano. cap. seu notab. 19. nume. 175. ut sequent. de consecratio. distinctio. 1. & in dicto cap. nouit. not. 2. nume. 14. & 15. de illo, qui vitia alterius inquirat, animo eum notabiliter infamandi: Facere enim id bono animo, quo præclara imitemur, aut praua ex charitatis regula corrigamus, sine alia mala circumstantia, virtutis actus est, S. Thom. 2. sec. q. 167. ar. 2. ad 4. quia id non est appetitus inordinatus, sed ordinatus. Exemplum item est de illo, qui appetit scire aliqua secreta ab eo, qui absque peccato mortali, non violando mortaliter legem naturalem, vel iuramentum, vel promissionem, de secreto seruãdo, non

- do, nō potest ea illi reuelare, per dicta supra c. 12. nume. 22. & cap. 18. nu. 62.
 Et de viro volente videre fœminā nudam, vel eius pudēda, & de fœmina uolēte
 28 videre virum nudum, vel eius pudenda, credens, aut credere debens, ex illo
 aspectu tali loco & tempore habito consensum iri actui aut delectationi mor-
 tali, aut pollutionem sequuturam. Et de illo, qui ut sciat quantam in
 29 castitate constantiam ipse & alia habeant, loquitur solus cum sola tempore
 & loco secreto, credens, aut credere debens, se causam fore vt alteruter eorū
 alicui mortali saltem delectationis morosæ consentiat; & de illo qui legit
 vel audit libros amorum, & gestorum lasciuorum, & luxuriosorum, credēs,
 30 aut credere debens, se vel alium consensurum saltem alicui delectationi moro-
 sæ; iuxta mentem S. Isidori c. ideo 37. dist. & Ant. 2. par. tit. 3. cap. 7. §. 2. &
 certe e Republ. Christiana foret, ne libri Ouidij amatorij in scholis legerētur,
 nec Marialis, Iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plauti, Terentij, & alij
 eius generis, nisi purgati a locis libidinis incentiuus. Et consequēter et Cæle-
 31 stina liber vulgo adeo plausibilis, nisi magna ex parte purgatus: quin & reuo-
 carentur in scholas Grammaticas, hymni, preces, & authores Christiani egre-
 gie latini, qui ferē soli olim in eis prælegebātur: vt late diximus in Enchiri-
 dion de Orat. siue repet. cap. quando, de conse. dist. 1. num. 19. & c. 22. nu. 93.
 quo pueri simul cum literis pietatem imbiberent.
 32 Decimo octauo peccat, qui per Hypocrisim tertiam filiam vanæ gloriæ mo-
 do dicto supra. capitu. 18. num. 8. vel pertinaciam, quartam filiam, inordina-
 te suam opinionem defendit, in ijs, quæ ad fidem Catholicam & mores perti-
 nent, contra comunem sensum doctorum ecclesiæ, aut in damnum iniustū
 proximi notabile; aliās enim pertinacia est venialis, præsertim quando se conci-
 net intra metas intellectus, credendo, & operando secundum comunem Ec-
 clesiæ doctrinam, iuxta Caiet. in summa verb. Pertinacia.
 33 Decimonono, qui per discordiam inordinatam, quintam filiam Vanæ
 gloriæ, voluntati alterius non vult suam conformare circa doctrinam boni di-
 uini, aut humani necessarij ad salutem propriam aut alienam animæ, vel
 corporis, aut honoris, vel alterius boni proximi, secundum mentem
 Thom. secunda. secund. quæstion. trigesimalseptima. articul. primo. Caiet.
 in summa, verb. discordia. Nam solum veniale est discordare sic in alijs, etiā
 sub pœna venialis tantum præceptis; neque etiam veniale, in eis, in quibus
 etiam sub pœna venialis concordare non tenetur; vt non concordare rogan-
 ti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiunent, & cæt. secundum eisdem
 vbi supra.
 34 Vigesimo, qui per contentionem, sextam filiam Vanæ gloriæ, contra perspi-
 cuam veritatem altercatur circa pertinentia ad sanctam fidem Catholicam, aut
 ad salutem animæ aut corporis necessaria, aliās non peccat nisi venialiter, iux-
 ta Caiet. in summa. verb. contentio.

De ino-

De inobedientia septima filia Vanæ gloriæ.

- Obediencia virtus, & inobediencia vitium specialia & generalia, quid. nu. 35.
 Inobediencia quæ mortalis. nu. 35. & 36.
 Obediendum in quo non est superiori. nu. 37. & 4. seq.
 Contemptus legis verus quid & quando præsumitur. nu. 42.
 Legis obligantis ad mortale etiam recepta transgressionem excusant quæ ignoran-
 tia, causa, dispensatio, abrogatio, tempus. nu. 43. & 44.
 Ignorantia quæ affectata, quæ crassa, quæ iusta, & quæ comes tantum. numero
 45. & 46.
 Ignorantia interdum excusat a pœna legis, & non ab eius obseruantia. nu. 47.
 Officium vel artem sine peritia & scientia iusta exercens peccat.
 Lex concepta verbo constitutio, & non præceptiuo, facit vt transgressio quæ alio-
 qui esset actus indifferens, fiat vitiosus, & ita venialis, sed non mortalis nisi, & c.
 num. 48. & 49.
 Legis nullum unicum verbum originario significato significat mortale. nu. 50.
 Leges multe naturales ad solum veniale obligant. nu. 51.
 Lex ecclesiastica verbis præceptiuis maxime istis vtens ad mortale obligat, secus
 de seculari, quæ tamen non tollit penam per aliam statutam. num. 52 & 53.
 Lex pure penalıs, & mixta, vt differunt. nu. 56.
 Pœna magna vt potest esse iusta sine culpa. nu. 58.
 Lex partim recepta, ad id tantum ligat. nu. 62.
 Vidua fornicata peccat, fruendo re a marito relicta vt castè viuat. nu. 62.
 Pena exclusionis à collegio ipso iure incurfa non tenetur quis in conscientia. n. 63.
 Commissum capitur iuste in conscientia, & etiam tacetur. nu. 64.
 Laudemium soluere non tenetur donans, sed sic vendens etiam in conscientia.
 numero. 65.
 Penam etiam ipso iure impositam non soluens, regulariter non peccat, quamuis sit
 conuentionalis, nisi contineat interesse, vel sit censura, aut ei similis. nu-
 mer. 66. & 2. sequen.
 Legis intentionis optima interpret consuetudo. nu. 67.



Vigesimalprimò, peccat qui deliberatè omittit facere quod sibi iubetur
 35
 latis apertè à superiore, animo eum obligandi ad mortale, nesciens
 id sibi ab eo iuberi non posse, cap. 2. de maior. & obed. cap. sciendum
 §. quæst. 1. Pro cuius declaratione notandum, quod obediencia pro-
 ut est specialis virtus, est virtus inclinans ad faciendum quod iubetur, eo prin-
 cipaliter quòd iubetur: Et contra inobediencia, prout est speciale vitium, est
 vitium inclinans ad non faciendum, quod iubetur, eo principaliter quòd iube-
 tur, at singulariter tradit Thom. recep. 2. sec. quæst. 104. art. 2. it. quòd ex duo-
 bus conficitur inobediencia specialis, scilicet ex non faciendo iussum, & ex ani-
 mon on faciendi illud eo principaliter quòd iubetur. Et è contrario obediencia pro-

tia prout est virtus generalis, comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit quod iubetur, siue faciendo siue omittendo, & inobedientia prout est generale vitium omnes actus omnium vitiorum, quibus non fit quod iubetur siue faciendo siue omittendo, secundum eundem ubi supra recep. Et ira non est inobedientia non facere consultum, sed sic non facere iustum, etiam si non obliget ad plusquam veniale, ut probat Caiet. in d. art. 2. Est tamen hoc discrimen, quod non facere iustum obligans ad mortale, est mortale, quamuis non omittatur eo quod iubetur. Non facere autem quod ad solum veniale obligat, non nisi quando omittitur eo principaliter quod iubetur, quae est inobediencia specialis, ut idem ibidem subtiliter declarat. Hoc praemisso, declaro modum praedictum peccandi, in quo dixi, *Deliberate*, quia primus motus quo renuitur iustus, solum est venialis secundum eundem Thom. 2. sec. quaest. 105. art. 1. ad 2. Dixi, *Quod sibi iubetur*, quia omittente consultum, non est de se vllum peccatum, cap. fin. 24. quaest. 1. Caiet. d. quaest. 104. art. 4. Dixi, *Animo cum ad mortale obligandi*, quia alias non peccaret mortaliter. Dixi, *Nesciens id sibi ab eo iuberi non posse*. Tum quia non oportet quod sciat, id ab eo iuberi posse, satis enim est, ut dubitet de illo. c. quid culpatur. 23. quaest. 1. quamuis talem dubietatem deponere debet priusquam faciat, credendo id posse sibi iuberi propter auctoritatem eius, ne faciendo contra conscientiam dubiam, peccet per ea quae dixi in cap. si quis autem, de poenit. dist. 7. nu. 81. cum seq. & supra capitu. 16. num. 40. & sequent.

38 Si tamen crederet probabiliter superiorem per errorem iussisse, aut non iustum fuisse, si veritatem nosset, non peccaret, non parendo, capit. si quando, cap. pastoralis, de rescript. Tum quia multa sunt ad quae superior subditum obligare non potest, secundum Thom. recept. in d. quaest. 104. art. 5. & in capi. 13. ad Rom. quale est contrarium praecipis superioris iubentis scilicet Dei, Papae, Ecclesiae, aut alterius, cap. si dominus, cap. qui resistit. 11. quaest. 3. quale illud ad quod iubentis potestas non se extendit, ut sunt actus omnino interiores, quibus non est opus praecipis exterioribus implendis, ut post eundem ibidem dixi in cap. cogitationis, de poenit. dist. 1. ut etiam sunt actus spirituales respectu superioris secularis. cap. fin. de reb. eccle. cap. ecclesia, de const. & ut actus gubernandi ciuitatem respectu ducis exercitus. l. Magisterij. C. de iurif. omn. iudic. reuelatio item peccati omnino occulti. cap. erubescant 32. dist. & iteratio confessionis legitimae respectu omnium, ut dictum est supra, c. prox. num. 43. & cap. 9. a nu. 14. qualis etiam iustus ne iubentis superiorem alloquatur, quales asperitates religionis ad quas nec expressae nec tacite regula extenditur, cap. gesta 74. dist. nisi in poenam contumaciae vel alius delicti imponantur, cap. dilectus. 2. c. quoniam de Symo, qualia item alia impertinentia ordini & regulae, ut sublatio paleae a terra, aut intuitio volatus auium diu continuatus Sylu. verb. religio. 6. q. 6. Non est tamen tale id quod est contra regulam suam & ordinem, a lege, ad quod Praeclarus dispensare potest, quia si iusta de causa id ei iuberet, parere deberet; ut si praeciperet subdito, ne ieiunaret tali, aut tali die praecipto per legem, aut regulam, eo quod credit probabiliter, eum esse ad id

ad id impotentem, quamuis si sciret superiorem falli, non teneretur per supra dicta, Sylu. ubi supra, quicquid dicat Ros. verb. obedientia. §. 10. quia magis oportet obedire Deo, quam hominibus Act. 5. & d. ca. si dominus. 1. 1. quaest. 3. Dixi, *Satis aperte*, quia sufficit ut iubeatur verbis claris, vel obscuris satis id significans. Sufficit enim ut intentio iubentis, quod ita voluit iubere, intelligatur, cap. intelligentia de verb. signifi. cap. rego. 1. 1. quaest. 3. cap. dilectissimis 12. quaest. prima. Clemen. 1. de testa, adiunctis gloss. & annot. per Feli. in capitu. nam, de const.

Vigesimo secundo, qui transgreditur legem humanam iustam promulgatam & receptam, & non abrogatam, obligantem ad mortale sine iusta ignorantia id causante, aut alia iusta causa, aut dispensatione valida, elapso tempore, quod ad obligandum requiritur, cap. 2. de maior. & obed. cap. 1. 14. quaest. 1. Dixi, *Legem humanam*, & non canonicam, quia etiam contra secularem potest mortaliter peccare, iuxta glo. recept. in cap. quae in ecclesiarum, de const. quamuis illa mihi hoc non dicat. Dixi, *Iustam*, quia iniusta non obligat, qualis est facta a non habente potestatem, argum. cap. 2. de const. lib. 6. & l. fin. ff. de iurif. omn. iud. aut principaliter ob utilitatem priuatam, non autem publicam secundum Sanct. Thom. 1. sec. quaest. 90. art. 3. aut contra diuinam naturalem, aut supernaturalem, cap. erit autem lex, 4. dist. & quae subditis est inaequalis, c. cum omnes, de const. Panor. recept. in c. 1. eod. titu. Dixi, *Promulgatam*, quoniam lex ante promulgationem, non obligat, cap. in istis. §. leges, 4. dist. quod recte defendit Decius in cap. 2. de constitut. Dixi, *Receptam*, quia antequam recipiatur, saltem per maiorem partem vniuersitatis cuius pars est transgressor, non ligat: quoniam promulgari videtur, cum conditione, si recipiatur, saltem per maiorem partem, ut singulariter dixit Dominic. in d. §. leges, per recentiores recept. ibi, & in cap. 2. de constitut. & profundius Feli. in cap. 1. de Treu. & Pac. a num. 12. Dixi, *Non abrogatam*, quoniam abrogata per aliam legem contrariam, aut per consuetudinem, non obligat, cap. 1. de constitut. lib. 6. & gloss. & omnes in cap. 1. eodem titu. Dixi, *Quae ad mortale obligat*, quia transgrediens eam quae solum ad peccatum veniale obligat, venialiter tantum peccat, capitu. vnum. §. criminis. 25. dist. qui autem solum consultoriam, vel exhortatoriam, nec etiam venialiter peccat, §. si. 4. dist. & c. si. 14. q. 1. nisi faciat id ex contemptu iuxta gl. sing. c. quis aut, 10. dist. ut dictum est supra, c. 20. nu. 2.

Dicitur autem transgredi legem ex contemptu, quisquis principaliter mouetur ad id, eo quod illam vel illius authorem parui facit, non autem qui mouetur & inducitur ad id principaliter per iram, auaritiam, aut aliam causam, etiam iniustam, secundum utrumque Thom. 2. sec. quaest. 189. artic. 9. & Archid. in cap. quicumque 81. dist. & Dominic. in cap. nullus. 55. dist. quantumlibet illud inuoluat Fel. in cap. cum quidam, de iureiuran. colum. 3. & 4. Nec etiam ad id satis est consuetudo peccandi, iuxta Sanct. Thom. mentem 2. sec. quaest. 186. artic. 9. quam optime & dilucide declarat Caiet. quicquid dicat Richard. in quodlib. 1. quaest. 19. quem sequitur Ang. verb. inobedientia §. 1. & verb. feriae §. 42. & alibi saepe, quia quamuis consuetudo multum faciat, ad praesumen-

præsumendum prædictum contemptum in foro exteriori, nil tamen facit quo ad interiori, ubi sola veritas consideratur. cap. tua, de spons. cap. humanæ. 22. q. 5. vt etiam illa glo. celebris, in cap. Metropolitanum, 2. q. 7. quæ dicit, eum qui sine iusta causa transgreditur, videri contemnere, intelligenda est, in foro exteriori, non in interiori, per prædicta. Verum tamen est consuetudinem transgrediendi aliquam legem, multum incitare ad contemnendam illam, ideoque ab ea cauendum esse. Dixi, *Sine iusta causa*, quia hæc semper a mortali excusat, 43 iuxta mentem S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 6. & 2. sec. quæst. 147. ar. 3. & Archi. in c. vtinam 76. dist. & Pan. in Rub. de obseru. ieiun. Illa vero causa videtur iusta, propter quam legislator si præsens foret, eum excusaret per glo. sing. & receptam in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & etiam causa quæ bona fide pro iusta habetur, & ob quam nisi talem eam iudicaret, contra legem non faceret, a peccato mortali excusat: quamuis non a veniali, iuxta mentem Palud. in 4. dist. 15. quæst. 4. & Sylu. verb. ieiunium. quæst. 8. quod singulariter 44 explicat Caiet. 2. sec. q. 147. art. 3. Dixi, *Sine iusta dispensatione* quia si est iusta omnino excusat, cap. 1. de vot. & c. de multa, de Præb. imò & si est iniusta eo solo quod sit data sine iusta causa, modo detur absque surreptione per eum qui sine causa iusta valide potest dispensare, licet sic dispensando, peccet, excusat saltim a mortali, secundum omnes, licet quandoque non a veniali, iuxta ea quæ nuper scripsimus in com. c. non liceat Papæ 12. quæst. 2. §. 4. Dixi *Elapso tempore & c.* quia constitutiones Pontificiæ, vel Imperatoriæ non obligant nisi post tempus in ipsis præfixum, si quod præfigatur, aliàs post duos menses ab ipsarum promulgatione facta in Prouincia Auth. vt factæ nouæ constitutiones col. 5. iuxta opinionem communem, & veram Ant. quam tenuimus in c. 2. de const. quamuis lex inferiorum quæ non præfigit tempus, simulatq; promulgatur & scitur, liget, iuxta communem (& etiam Pontificia & Imperatoria si in illa dicatur, vt iam inde a principio obliget) quo ad pœnam intrinsecam irritationis actus per eam prohibiti. Nam quo ad pœnam extrinsecam, semper iusta ignorantia excusat, etiam quocunque tempore lapso, licet postea non ita præsumatur sicut antea. c. præsumitur, de reg. iur. lib. 6. Dixi, *Sine ignorantia iusta causante illud*, quia vt excuset, oportet quod sit iusta & causa actus. Est enim triplex, præfat. ignorantia, nempe, Affectata, crassa siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, qua quis ignorat quod scire tenetur, quia nõ vult scire, quo liberius absque sue conscientiæ contradictione vel alia de causa iniusta peccet, iuxta illud psal. relat. in capitu. ideo. 37. distinct. noluit intelligere vt bene ageret: quæ adeo non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circumstantiam mali desiderij. Crassa vero siue supina est, qua quis ignorat id quod communiter omnes sui ordinis sciunt, quod contingit per culpam latam, de qua sup. cap. 17. num. 177. quæ excusat a tanto, sed non a toto. Iusta vero (quæ a Theologis inuincibilis, & a nostris probabilis appellatur) est, qua quis 46 ignorat quod non oportet eum scire. 1. q. 4. §. Notandum; & qua communiter homines eiusdem ordinis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Tho. vbi supra. q. 76. art. 3. qualis est eius, qui petit consilium a viris habitis pro præditis

ditis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui false illi consulunt, arg. capit. capellanus, iuncta glo. 3. de fer. & eorum quæ tradit Alex. consi. 1. col. 4. vol. 2. & Ant. 1. par. tit. 3. c. 10. §. 10. & hæc omnino excusat quando est causa actus, ignorantia enim interdum est peccati causa, interdum non, sed eius comes. Et causa, quando actus non fieret nisi ignoraretur. Est solum comes quando peccaretur etiam si sciretur: & hæc nunquam a culpa excusat: illa vero interdum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est. Ex quo sequitur quod non excusantur omnino prælati, medici, aduocati, & alij officiales, qui suas artes exercent sine iusta scientia & notitia eorum quæ in sua officia, & munera prærequirunt; cum inde notabile damnum spirituale, aut corporale proximis euenturum probabiliter credi possit; quia eorum ignorantia non est iusta, cum sit eorum quæ sui ordinis homines cõter scire solent & debent, per l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & c. non est putanda. 1. q. 1. Adde his, quod licet ignorantia cõter nequeat esse iusta circa legem naturalem vel diuinam, quo ad eius dispositionem & quatenus est talis; potest tamen esse iusta quo ad pœnam humanis statutam, si illa est excõicationis, secundum Ant. in c. a nobis 1. de sent. excom. pro quo est casus in c. 2. de sent. excom. lib. 6. imò etiam si sit alia qualibet cõter non statuta eadem ratione, vt efficaciter defendimus in c. 2. de const. post S. Ant. 3. par. tit. 24. c. 33. sub fin. cui consentit Ang. verb. ignorantia. §. 4. & Syl. verb. ignorantia. q. 8. & Caie. 1. sec. q. 76. ar. 3. col. 2. quod maxime procedit in foro conscientiæ, quo ad quod multos pios quis consolari potest, maxime in materia censurarum, & irregularitatum.

Est tamen quæstio, quam hoc in loco optaueramus vt definiretur a sacro sancto Conc. Trid. quod & optarunt alij in quibus fuerunt Caie. 2. sec. q. 186. ar. 9. col. 4. Henr. de synod. 3. par. ar. 1. nu. 270. an omnes leges iustæ humanæ, vel quæ ad peccatum mortale obligent?

Pro cuius explicatione dico primum iuxta doctrinam S. Thom. 1. sec. q. 69. ar. 5. communiter per Theologos & Canonistas approbatam in c. 1. de const. non solum leges diuinas, sed etiam humanas iustas, etiam quatenus sunt humanæ, tã seculares quã ecclesiasticas, posse obligare etiam in foro conscientiæ ad peccatum veniale, imò & ad mortale per c. 13. ad Rom. & alia multa quæ nuper adduximus in comment. c. fraternitas. 12. q. 2. addendo, mutando, & detrahendo multa ijs quæ Cast. copiosè scripsit in duobus lib. de leg. pœn. in quorum prioris. c. 4. latè hoc deducit: quod ipsum etiam facere possunt statuta ciuitatum, iuxta gl. sing. c. quæ in ecclesiarum, de const. receptam ad hoc, quamuis illa id mihi non satis dicat, imò & de facto obligant ad mortale illæ leges & statuta, quorum authores intendunt per illa ad mortale obligare, iuxta cõem, saltem si vt tales receptæ sunt, quod addo, propter 10. dictum infra positum.

Secundò, quod nullæ leges quarum latores id non intenderunt, obligant ad mortale. Tum quia nec vllæ diuinæ consultoriæ etiam ad veniale obligant, iuxta S. Aug. c. vlt. 14. q. 1. receptum, & aliquot earum præceptuarum tantum ad veniale obligant, Caie. tom. 1. trac. 25. q. 1. Tum quia vt dixit S. Th. 2. sec. q. 186. ar. 9. ad 1. receptus a Io. An. & alijs in c. relat. de cle. vel mo. statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, nec veniale: sed solum ad peccatum exterius:

quia eorum authores hanc vim illis tribuere noluerunt. Tum quia actus agē-
tium, non operantur ultra intentionem eorum. l. non omnis. ff. si cert. pet. l. in
agris. ff. de acq. rer. dom.

Tertio, quod non obligant ad mortale leges etiam canonicæ quæ non ha-
bent verba præceptiua, vel prohibitiua, sed solum ordinatiua, vel constitutiua,
etiam si sint imperatiui modi, qualia sunt illa, facite, dicite, faciant, dicant. Cle.
Exiui. §. & quia de verb. sign. & alia similia quæ iuxta communem intelligen-
tiam non significant præceptum, nec prohibitionem iuxta S. Th. cōiter recep.
in d. ar. 9. Probatum a Pan. & cōi in c. nam, de const. licet Fel. ibi contra sen-
serit col. 3. cuius opinio procedat in illis quæ ponuntur in materia quæ de se ad
mortale obligat, quia fundamenta eius ad illa sola extendi videntur, & id sen-
tit gl. recep. in Cle. 1. de testib. verb. exhortamur. Quamuis tunc non tā obli-
gat illa lex quàm alia quæ eiusmodi materiam talem fecit. Exemplum in c. sta-
tuimus, de Tranf. in quo verbum, statuere, importat præceptum, eo quod pon-
itur in materia aliàs præcepta. s. transactionis iustæ quæ præcipitur seruari,
per c. qualiter, de Pact. & l. 1. ff. eod. ratio huius tertij dicti est, quia illa verba
videntur significare, quod quamuis author eiusmodi legis habeat animum vt
actus transgrediendi illam legem sit vitiosus, licet ante illam fuisset indifferēs,
& consequenter voluerit obligare ad veniale, quia vt minimum tale est quilibet
actus vitiosus: quia tamen non præcipit, nec prohibet, videtur noluisse ob-
ligare ad mortale, iux. sing. declarationem Caiet. 1. sec. quæst. 69. articul. 4. & d.
tra. 25. quæst. prima.

- 50 Quarto, quod nullum est verbum latinum, quod solum aliqua in lege posi-
tum sufficienter significet suo significato originario mentem illius latori fuif-
se transgressorem obligare ad mortale, nec cōsequenter illa verba teneatur, de
beat, obligetur; nec illa, præcipimus, obligamus, vetamus, inhibemus, manda-
mus, prohibemus. Tum quia sunt generalia & non tam apta ad inducendam
obligationem ad culpam venialem, quàm ad mortalem, arg. c. 1. de despons.
imp. & prin. regulæ S. Aug. & eorum quæ habentur 6. Ethic. de præcepto, quod
sit actus prudentiæ. Atque ideo in dubio intelligenda potius de culpa & pœ-
na veniali, quàm de mortali: Cū leges quæ rectè possunt intelligi de pœna maiori
51 & minori, in dubio de minori intelligendæ sint. l. interpretatio & l. si præses. ff. de
Pœ. & cap. in penis, de reg. iur. lib. 6. Tū quia multæ leges et diuinæ, & natura-
les præceptiue ad solum veniale obligant, vt probat Caiet. vbi supra: qualis est
lex de non mentiendo iocosè, aut officiosè sine damno alterius; qualis item lex
de non furando minima, de non ridendo immoderatè, omnes enim hæ leges
sunt præceptiue, earum tamen transgressio est solum venialis, secundum om-
nes catholicos. Tum quia S. Thom. agens de præceptis charitatis 2. sec. quæst.
44 & prudentiæ. q. 56. & iustitiæ. q. 122. & fortitudinis. quæst. 146. & temperā-
tiæ. quæst. 170. ita comprehendit ea quæ obligant ad veniale, sicut quæ ad mor-
tale; quod spèciatim tradit Caiet. 2. sec. quæst. 186. ar. 9. & Cast. tacito eo. lib. 1.
de leg. pœn. c. 5. & nos nuper in cap. fraternitas 12. quæst. 2. Dixi in hoc dicto,
De se

De se & suo originario significato. Nam de accidentali quem vsus ecclesiasticus
& communis interpretatio conciliorum, Pontificum, & aliorum prælatorum
& Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiua, & prohibitiua
posita in l. ecclesiastica, significant in dubio conditorem eius habere animum
obligandi ad mortale, nisi aliud in ea positum contrarium indicet per Clem.
exiui. §. cum autem, de verb. sign. quæ habet. S. Franciscum noluisse obligare
omnes suos religiosos æqualiter ad omnia quæ sua regula continet, eo quod
ad aliqua ex regula addidit verbum præcipiens, quod ex vi sua ad mortale ob-
ligat, & ad aliqua non. Et quamuis responderi posset, esse ibi speciale in hoc
verbo præcipio, posito in ore tam magni Sancti, & authoris tam sanctæ & ar-
ctæ regulæ, & ad subditos tantæ perfectionis, & asperitatis: quamuis item
fortè expediret ita respondere quo obligatio multarum legum ecclesiasti-
carum antiquarum suo prittino statui obligandi restitueretur; quia tamen
illa Clement. dicit, quod ex significatione, & vi verbi præceptiui nascitur 53
eiusmodi obligatio, iutius esse censeo quousque aliter interpretetur san-
ctæ Sedes Apostolica, sequi prædictos patres clarissimos; & cōsequenter con-
cedendum est vnum quod est satis durum populo Christiano, quod intentio
cuiuslibet legislatoris ecclesiastici vtentis in sua lege verbo præceptiuo aut
prohibitiuo, est obligare ad mortale, vt tenet communis in d. c. nam. nisi per
aliquod aliud verbum, aut signum exprimat contrarium, aut significetur.
Et a fortiori si ita dicat arctè præcipimus, vt in Clemen. dudum, de sepul. in
princ. & adhuc a fortiori si ita in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus gloss.
Clem. si dominum. §. Ideoque de reliq. & vener. aut sub obtestatione iudicij
diuini Clemen. 1. de immun. eccles. cum per huiusmodi additiones obligatio-
nis incrementum, significetur; propter quod iustus nobis videtur quod doctif-
simus Medina dicit in Codice de pœni. tract. de Ieiunio col. 35. quam dictum,
Castren. in d. cap. 5. scilicet hoc verbum (oportet) in lege canonica positum
tantum obligare, quam illud (debet) aut (obligatur) quia vsus sacrorum ca-
nonum, & ipsorum interpretum ita communiter interpretatur, iuxta glo. c.
1. de præscript. lib. 6. & Fort. in l. 1. ff. de iust. & iur. & à fortiori lex quæ con-
tinet pœnam præsupponentem peccatum mortale ad hoc obligat: quamuis
verba præcipientia, & prohibentia non contineat; cum illa magis quàm præ-
dicta verba animum ad mortale obligandi significet: nam qui vult aliquid,
videtur velle aliud sine quo id esse non potest. l. illud. ff. de acquir. hered.
capitul. præterea, de offic. delegat. atque ideo ad mortale obligat lex quæ præ-
cipit, aut vetat aliquid sub pœna excommunicationis maioris, aut simplici-
ter sub pœna excommunicationis, quia de maiori intelligitur cap. penult. de
senten. excomm. siue addatur, ipso iure, siue non, Caiet. in dict. art. 9. quia ex-
communicatio maior præsupponit peccatū mortale. c. nemo. c. nullus. 1. 1. q. 3.
nisi prærequirat monitionem, iuxta Caiet. in d. art. 9. & Cast. vbi supra cap. 5.
non est tamen idem de pœna suspensionis, interdicti, aut irregularitatis, quæ
aliquando sine culpa adhibetur. c. si ciuitas & c. si sentēta, de sent. excom. li. 6.
& c. si quis viduam, cum gl. 55. dist. sed sic de eterne indignationis Dei & SS.

Petri & Pauli, aut alia simili, quæ solum in statu infælici peccati mortalis locum habet: Et idem dicendum est de lege quæ continet has & alias coniunctim pœnas temporarias.

Quintò, ex hoc quarto dicto sequitur, quod leges seculares ad mortale non obligant, eo solo quod verba præceptiua & prohibitiua contineant. Tū quia nec significatio & vis eorum originaria, nec accidentaria inducta per vsum secularem, talem obligationem indicant. Cum manifestum sit Reges & iudices seculares nunquam regulariter interpretatos fuisse, ita vt in eiusmodi legibus talis obligatio contineretur; quia principaliter pœnas temporarias (quas infligere, & tollere transgressoribus possunt) respiciunt. c. factæ. 4. distin. & l. 1. ff. de iust. & iur. & non spirituales, quas nec infligere nec tollere possunt, etiā ministerialiter, vt ecclesiastici, cap. Ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1. c. Quem pœniter de Pœnit. distinct. 1. vers. ipsi enim, & ca. Quodcunque 24. quæst. 1. Tum quia eadem ratione neq; et leges diuinæ obligationem ad mortale inducunt eo solo quod per verba præceptiua ferantur, vt rectè notauit Cast. in d. art. quinto. cum vsum iuris canonici sicut robur diuino non adimit. cap. sunt quidam 25. quæst. 2. Clem. Ne Romani de Elect. ita etiam non addit, vt, quatenus est diuinum, obliget magis quàm ante illum obligaret, argum. cap. Cum inferior de maio. & obed. cap. Inferior. 2. 1. dist. atque ideo voluntas Dei an fuerit obligandi nos ad mortale vel non per suam legem, in qua ponitur verbum præcipiēs & mandans, colligenda est ex declaratione Prophetarum, Apostolorum, summorum Pontificum, Conciliorum, aut Doctorum sanctorum & sapientum, qui sua autoritate, aut rationibus efficacibus illam eiusmodi esse persuadēt. cap. secundum 19. dist. c. De libellis. 20. dist. Cle. ad nostrum de Hæret. cum eis annot. & eorum quæ notat S. Tho. quodlib. 6. art. 14.

55 Sextò, quod quousque contrarium a Sancta Sede Apostolica declaretur, probabilius nobis videtur leges humanas etiam præcipientes (præsertim seculares quæ pœnam temporariam constituunt) in dubio ad æternam non obligare, quatenus sunt leges eius, qui eam statuit. Tum quia si hoc defendi iustè posset, defendi deberet, quia conueniret, vt leges humanæ, quæ ad mortale obligarent, pauca essent; Tum quia multi catholici in quibus sunt Imol. in Rep. c. cum contingat, de iure iu. col. 17. & Fel. in c. 1. nu. 18. de spons. Caiet. verb. clericus. §. verum, & verb. Ieiuniū. §. quo ad quartum, tenuerunt nullas leges quâuis pœnas temporarias non statuunt, quatenus sunt humanæ, ad mortale transgressorem sine contemptu & scandalo obligare; licet nobis oppositum videatur, si constat legem esse iustam, & voluntatem legislatoris fuisse eius simpliciter transgressorem ad mortale obligare; Tū quia in dubio iudicare debemus legem esse minus pœnalem. c. In pœnis de reg. iur. lib. 6. & leg. si præses & l. interpretatio. ff. de Pœn. Tum quia qui de duobus propositis alterum affirmat, alterum negare videtur. l. Cum prætor. ff. de iud. & c. Nonne de præsump. Et ita qui legislator ad pœnam æternam, & temporariam potest obligare, hanc irrogando, illam excludere videtur, vt dixit Math. Mathes. doctor doctissimus notab. 78. Tum quia consuetudo antiqua ita videtur interpretata, præsertim leges se-

ges seculares de quarum transgressione non consuevit fieri scrupulus conscientia neque a doctis, nec indoctis, neque pœnitentibus, nec confessorijs, neque ab alijs cuiusvis conditionis, ordinis vel sexus hominibus, nisi cum per eas etiā lex diuina naturalis, aut reuelata, aut canonica infringeret. Tum quia gentes legumlatores de pœna æterna nil curarunt, & paucissimi seculares ex christianis reperientur, qui dicant suam intentionem, quando eas ferunt, aliam pœnam temporariam imponendo, esse ad æternam obligare, ad quam diuina vel naturalis non obligat. Tum quia satis superque probat Cast. lib. primo. cap. 9. de leg. pœn. legem pure pœnalem, hoc est legem, quæ constituit pœnam absque aliqua prohibitione, ad aliquam culpam non obligare, quatenus est talis, vt dixerunt Henr. quodlib. 3. quæstion. 22 & Ang. verb. Inobedientia. §. 1. & non est magna differentia realis inter hanc & illam, quam idem mixtam appellat, quæ prohibet & pœnam decernit, vt sentit Henr. & affirmat. Sylu. verb. Inobedientia. §. fina. qui profecto non erat dignus tanta repræhensione, quantum præfatus Alfonsus Castr. eum repræhendit, eo quod hanc distinctionem verbalem, & puerilem appellasset; quia quamuis sicut efficaciter ille probat, pœna non semper præsupponat culpam. capitul. primo. de Bigam. libr. 6. capitul. secundo. §. Hæretici, de Hæret. eod. lib. & l. Quisquis. §. filij. C. ad legem Iuliam Maiestatis. Et ideo qui constituit pœnam, non semper ad culpam obligare velle nec præsupponere obligationem ad illam videatur, communiter tamen sic vt probauimus in capitu. Ita quorundam de Iudæ. notab. 1. per illum textum adiuncto. capitul. quod olim, eodem titulo, regulariter enim ob culpam statuitur, quamuis interdum ob solam causam, capitul. sine culpa de reg. iur. lib. sexto. & cap. secundo cum glo. de Const. & prædicti Henr. Ang. & Sylu. loquuntur de pœna constituta ob malè commissum, vel malè omissum. Et sicut ex hac nostra consideratione colligit Syl. vbi supra vtramque legem ad culpam obligare, quia cum altera obliget & neutra ab altera in hoc differat, etiam altera dicetur obligare; ita nos contra colligimus, quod cum altera non obliget, & neutra in hoc ab altera differat, etiam altera non dicetur obligare: quæ nostra collectio eo magis est recipienda quàm sua, quo mitior est, & magis pœnam minuit. arg. d. l. si præses. ff. de Pœn. & cap. Pœnæ. de pœnitent. dist. 1. Dixi in hoc sexto dicto, *Pœnam temporariam quæ non præsupponit æternam*, ad excludendam eam quæ imponit excommunicationem, aut aliam prædictarū, quas in 4. dicto diximus præsupponere culpam mortalem. Dixi etiā, *In dubio*, ad excludendas illas in quibus, vtraque pœna exprimitur, & eas, de quarum authoris intentione constat, eum ad vtranque obligare voluisse per aliā aliquam legem, aut consuetudinem, aut per alium modum legitimum. Dixi, *Quatenus sunt leges eius, qui solam temporariam posuit*, quia si sunt etiam leges aliorum qui ad mortale obligare voluerunt, ad illud obligabunt quatenus sunt tales, per quod respondetur ad cap. Perpetuo & c. Commissa, de Ele. lid. 6. quæ pro singularibus citantur ad probandum oppositum prædictorum, scilicet, quod illa expriment vtranque pœnam, & quod loquuntur de legibus pœnalibus, quæ pœnam temporariam imponunt ei, qui per transgressionem

aliarum, æternam incurrit, vt pridem post Dec. in c. Nam, in 2. lectura de Con-
f. respondimus in d. c. Perpetuo, non enim intendimus dicere, vnam legē quæ
pœnam temporariam imponit, tollere æternam per aliam statutam, præfer-
tim quando sunt diuersorum Legumlatorum.

53 Septimò, quod sextum dictum præcedens locum habet etiam in legibus
quæ statuunt pœnam amissionis magnorum bonorum, & etiam famæ, & alicui
ius membri, & vitæ: quia eadem ratio in istis quæ in illis militat. Non obstat,
quod aliqui dicunt, eum qui periculum magnæ iacturæ bonorum, aut famæ
subit, mortaliter peccare; id enim non est verum, vt diximus in rep. c. Inter ver-
ba II. q. 3. conclu. 6. nu. 563. & 880. cum non adest alia circūstantia, quæ mor-
tale faciat. Nec obstat, quod saltē est mortale se periculo probabili amissionis
vitæ, aut membri obijcere, & qui contra hanc legem facit, huic periculo se ob-
ijcit, quia aliud est dicere aliquē peccare eo quod temere se tali periculo obij-
cit, quod est quintum Decalogi præceptum violare: & aliud dicere, eum pec-
care eo quod facit contra legem, quæ talem pœnam statuit; nam tanta cautio-
ne quis hanc legem violare potest, vt in probabile pœnæ ab ea constitutæ peri-
culum non incurrat. Nec obstat dicere, quod ex hoc sequeretur, legem, quæ ta-
lem pœnam statueret, iniustam fore, eo quod adeo magna statuit ob actum,
qui non est peccatum mortale. Tum quia ad legis iustitiam satis est, vt præ-
sumatur mortale in foro exteriori, quamuis tale non sit in interiori. Et legis-
lator præsumere potest, imò re vera præsumit, eum, qui sine iusta de causa legem
suam iustam violat, per contemptum legis, aut ipsius authoris violare, iux-
ta gloss. quæ ita intellecta est vera. capitul. Metropolitanum. 2. quæst. 7. & con-
cordat communi. Quod certum est peccatum mortale esse per gloss. singu. cap.
quis autem 10. dist. argum. a fortiori. Tum quia non esset iniusta lex in qua
eius lator exprimeret, nolle, vt illa sui transgressorem ad mortale sine dicto
contemptu, & scandalo obliget; sed velle, vt qui sine iusta causa eam trans-
gredietur, præsumatur per contemptum id facere, & ob id pœnam illam incur-
rere, per dicta Thom. & Caiet. 2. sec. quæst. 186. artic. 9. & nostrorum in capit.
relatum, ne cler. vel mon. & consequenter etiam iusta erit lex quæ tacitè hoc
contineret, quod hoc nostrum septimum dictam intendit, cum solum inten-
dat quod legislator, qui talem pœnam temporariam ob contemptum præ-
sumptum exprimit, videtur tacitè æternam excludere ab eo, qui sine contem-
ptu eam violat, quod etiam satis apertè sentit Ioh. Imol. in cap. cum contingat
colum. 17. de iureiuran. respondens ad multa argumenta quæ aptius per
hoc quàm per eius responsiones solui possunt. Per quod etiam soluuntur ar-
gumenta, quæ pro contraria parte, maiore verborum apparatu, quam neruo-
rum robore adduxit vbi supra Cast. vt olim explicuimus in Rub. de pœn. &
nupèr in Vrbe in d. cap. fraternitas. Ad hæc facit, quod aliquot exercituum du-
ctores nostra ætate laudati sunt eo quod ob minima furta, quæ de se non erant
mortalia, aliquot milites ad disciplinam militarem conseruandam mor-
te affecerunt.

: Octauò, quod seruandum est id quod antiqua cōsuetudo declarauit de in-
tentione

tentione legum humanarum, quousque a Sede Apostolica aliter declaretur,
quia est optima earum interpret. l. minime. ff. de leg. & capitul. cum dilectus
de const. Et credimus quod consuetudo communis non solum plebeiorum & 59
indoctorum, sed etiam nobilium & doctorum habet nō reputari peccata mor-
talia in foro interiori transgressiones legum pure humanarum, aliquam pœ-
nam temporariam continentium in foro exteriori, nisi sint tales, quæ præsup-
ponant peccatum mortale, vel transgressiones aliarum legum diuinarum na-
turalium, aut supernaturalium. Nec transgressiones aliarum legum præcipien-
tium non pœnalia factas per ignorantiam, non crassam, nec affectatam, aut
optatam, sed per incuriam, aut obliuionem leuis culpæ, aut cum causa proba-
bili vera, aut pro tali habita bona fide sine dolo, aut credendo intentionem le-
gislatoris, non fuisse, ita obligare in tali casu, quod iuri consonare videtur iux-
ta mentem S. Th. in 4. dist. 15 q. 3. & 2. sec. q. 147. ar. 3. ad 2. Colle. in c. r. de
const. Car. in c. fi. de obser. ieiun. & Caiet. 2. sec. q. 147. ar. 3. nec videtur contra
mentem Arch. in c. vti nam. 76. dist. nec Pan. in Rub. de obser. ieiun. col. fi. &
aliorum a Fel. relatorum in ca. r. de const. si bene ponderentur, quin per hoc
omnes fortasse conciliari possunt.

60 Nonò, quod ex prædictis elicienda est determinatio plurimarum & perple-
xarum quæstionum, quas passim interrogantur docti ab ijs qui important in
Regna vel Vrbes, vel exportant ab eis prohibita inferri vel extrahi, vel per-
missa, non soluto vectigali & portorio quæ Hispani Alcauala, ij Portazgo, & Si-
fa, Itali, & Galli, Gabella, vel dogana & datio vocant. Qui item piscantur in flu-
minibus vetitis, aut montes, aut prata prohibita depascunt, aut cędunt ligna
in Syluis eis vetitis: & de alijs rebus similibus, qui solam legem humanam
ecclesiasticam, vel secularem pœnalem, vel non pœnalem violant. Per quæ re-
spondetur ad primum hic noue quæsitum, quod præsupposita opinione; quod 61
non peccat importans aut exportans vetita, peccat tamen volendo ea defende-
re vi & armis, ne custodes ei auferant illa, quia qui resistit iuste aggredienti,
peccat, iuxta doctrinam Barro. receptam in l. vt vim. ff. & iust. & iur. Dixi,
Vi vel armis, quia secus, si fuga, vel blandis verbis, aut alio modo licito id face-
ret. Ad secundum autem quod Prælati imponens aliquam pœnam tempora-
riam paruam ipso iure incurrendam facienti aliquid, præsumatur excludere spi-
ritualem per dictum. 6. etiam si iuberet; ne confessarius absolueret eum nisi
preuia solutione: quia ille iustus potest operari effectus alios ab isto, & sic non
erit inutilis, arg. l. si quando C. de inoff. tes. imò etiam potest absolui authorita-
te bullarum Papæ ante solutionem, arg. glo. sing. adiuncto text. Clem. 2. verb. 62
officij, de Heret. Ad tertium denum, quod vidua realiter fornicata, non po-
tett tana conscientia retinere bona relicta sibi a marito ea conditione, vt caste
viueret, per supradicta. Dixi, Realiter, quia secus, si tantum mente, verbo, vel
alio actu citra copulam lasciuo, quia non videtur hoc intendisse testator,
cuius voluntas est primum attendenda. l. in conditionibus. ff. de condition.
& demonstratione.

Decimò, quod sicut lex in nihilo recepta ad nihilū obligat, aut paulo ante

dictum est num. 40. ita lex in vna sola parte recepta, argum. l. quæ de tota. ff. de rei vend. quo fit vt aliquot leges obligent quo ad suam dispositionem principalem, & non quo ad pœnam, quia quo ad illam sunt receptæ, & non quo ad hanc, & aliquid quo ad vnam partem pœnæ & non quo ad aliam. Exemplum de extrauag. 2. de reb. ecclæs. quam diffinitiuè pronunciauimus olim Salmantica in illius diocesi receptam esse quo ad suam dispositionem & pœnâ intrinsecam annullationis locatiõis factæ ultra triennium, non autem quo ad extrinsecam excommunicationis; & consequenter fieri possêt quòd aliqua lex humana etiam ecclesiastica ligaret quo ad pœnâ exteriorè, & nõ quo ad interiorè, licet eius lator vtramque imponere intendisset, si quo ad hanc non esset recepta, & quo ad illam sic; sicut & quælibet fundata in præsumptione, ligat in foro exteriori, & non interiori, quoribus veritas præsumptioni est contraria, iuxta cap. Is qui. & cap. tua. de spons. Equidem optarem multas leges purè humanas siue pœnales siue non pœnales esse hoc modo, vel alio consuetudinis vel declarationis saltem mentalis earum latorum quo ad pœnas spirituales, & forum conscientie derogatas; quin etiam cuperem, vt omnes legislatores in condendis legibus imitarentur authores instituti Illustrissimi ordinis Prædicatorum, quos alij multi clarissimi ordinès imitati sunt, quatenus earum authores ad nullam pœnam etiam minimam animæ interiorè, & ad grauem corporis subditos obligant; modo etiam imitarentur eorundem in puniendis eis seueritatem, & diligentiam in foro exteriori pœna corporali, vel alia.

- 63 Porro ad primum hic nouè quæsitum, respondeo, quòd Collega, vel municipis transgrediens statutum imponens pœnam exclusionis à Collegio vel municipio, ipso iure, non tenetur in foro conscientie relinquere Collegium vel municipium, antequam iubeatur id facere, per prædicta. Ad secundum, quòd pœnam commissi iuste capere potest, is in cuius fauorem committitur, si iuste fuit imposita. cap. potuir, de loca. l. 1. & 2. C. de iur. Emph. secus, si iniuste, qualia sunt, quæ in emptione censuum super immobilibus imponuntur, sub pœna commissi, siue rei super qua imponitur in casum non solutionis per biennium dilata, quòd iniuste solebat olim poni, & nunc per multa quæ non oportet afferre, quia fœ. re. Pius V. id & aliquot alia, quæ in eiusmodi contractibus fiebant prohibuit per extrauag. super. cap. 17. num. 134. transcriptam. Ad tertium quòd non tenetur quis in foro conscientie manifestare rem in commissum cecidisse, argu. prædictorum. Ad quartum, quòd vere donans emphyteusim, non tenetur soluere in foro conscientie laudemium. Imò nec in foro exteriori, per allata latè à las. in l. secunda C. de iur. Emphyt. vendens autem videtur teneri ad soluendum illud in vtroque foro, quippe quod videtur esse pars pretij, ob quod emphyteusis fuit minori pretio concessa; quod non videtur tam pœna, quàm interesse, quod in vtroque foro debetur, per l. tertia. ff. de eo quod cer. lo. & l. prima. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. & gloss. c. con-

66 questus, de vsur.
Vigesimotertio, qui iussus à iudice soluere notabilem pœnam ob legem violatam

latam non soluit, secundum S. Th. 2. sec. q. 62. art. 3. recept. Dixi, *Iussus à iudice*, quia non soluendo priusquam iubeatur non peccat, iuxta gl. sing in c. fraternitas 12. q. 2. arg. c. sine. §. in hoc 33. quæst. 2. & Commu. in c. 1. de const. Et si pœna ipso iure & ipso facto incurratur, iuxta communem recentiorum, quod tentauit tenere Fel. in c. audiuimus de Sym. sensit Anch. in c. felicitis col. 3. de pen. li. 6. asserit Syl. verb. pœna. q. 25. & verb. Hæresis. q. 8. Mai. in 3. dist. 25. q. 3. in fin. Caiet. in d. q. art. 1. in fin. Tabien. verb. excommunicatio. §. casu 2. §. 1. quam semper sequuti sumus, & etiam probauimus olim copiosè in Rub. de penis, & nuper in c. fraternitas, veram esse, quando pœna est talis, quæ aliquam executionem requirit; qualis est amissionis bonorum ob hæresim, aut prodicionem. c. cum secundum, de Hæret. lib. 6. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. qualis est de soluenda tali vel tali summa, & regulariter alia quæuis. Tum quia regulariter lex humana secularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat, vt dictum est supra proximè, & c. 17. num. 202. Et sub lege gratiæ omnis lex pœnalis continens pœnam temporariam determinatam, est pure humana quo ad illam, quamuis sit quo ad alia diuina, aut naturalis. Tum quia non est credendum, legislatorem, qui præ oculis semper æquitatem habere debet. l. quod si Epheli. ff. quod cer. loc. velle facere partem ipsam contra se executricem. arg. l. nimis graue C. de test. & l. Humanitatis. C. de excus. tut. præsertim quando pœna est grauis corpori, honori, aut fortunis. Tum quia Cle. 2. verb. officij, de Hære. adiuncta eius glo. quam didicimus ex solo Franc. Aretino in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. cuius nemo ex tot commentantibus meminerat, probat transgressorem legis non solum à peccato sed etiam ab excommunicatione ob illud incurra absolui posse ante solutionem pœnæ ob eam debitam. Tū quia consuetudo quæ est optima legis humanæ interpret. c. cum dilectus, de const. id habet. Dixi, *Regulariter*, quia id fallit in pœna excõicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, amissionis beneficij ipso facto, & aliorum similiū, quæ executionem iudicis non requirunt, considerata mente saltem tacita legislatoris, qui voluit vt pars ipsa contra se foret executrix. Quod quamuis in aliquibus pœnis spiritualibus, & alijs paruis tẽporarijs iuste velle possit, in alijs tamen grauibus, vt credimus, non possêt, quia præberet magnam subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarum contra se ipsos impositarum executores, contra: c. ex parte, de const. & l. conuenire, ff. de pact. dot. vt sensit Anch. in cap. possessor, nu. 21. de regul. iur. lib. 6. vt vbi supra respondendo ad fundamenta Castr. in lib. 1. de leg. pœn. & communis nostrorū in d. c. 1. de const. quorum opinio locum habet in pœna imposita a testatore iuxta gl. in c. Raynaldus a Pan. & communi ibi recept. de testam. non eo solo quod ipso iure & facto incurritur, sed quia potius est legatum conditionale, quam pœna iuxta Caiet. in summa verb. pœnam, & ante ipsum Pan. vbi supra sensit. Est etiam eidem locus in pœna conuentionali, quam partes in suis contractibus adhibent, secundum Feli. in c. 1. de const. nu. 43. & Deci. ibidem nu. 2. quorum opinio quamuis hætenus placuerit, nunc tamen plurimum displicet. Tū quia Anchar. in d. c. possessor, cuius illos ad id authoritas mouit, non id affirmat.

affirmat. Tum quia nemo quamlibet iustus & religiosus eam nisi coactus soluit. Tum quia cum in omnibus ferè instrumentis contractuum apponantur pœnæ, & frequentissimè incurrantur, maxima mundi pars ad magnam restitutionem teneretur, durumque confessariis esset, negare absolutionem ijs, qui restituendi firmum propositum non haberent, quales essent ferè omnes qui huiusmodi pœnas incurrissent. Tum quia viros honestos dedecet pœnam accipere, nisi quando ob interesse accipitur. c. suam. de pœn. & d. c. fraternitas. 1. 2. q. 2. quamuis de rigore iuris exigi possit. Tum quia videtur non esse parti-
 68 bus eiusmodi pœnas in suis contractibus constituentibus intentio, ut qui eas incurrerit solutionem earum vltro offerat, ut solutionem debiti principalis offerre debet, sed ut per eas ad obseruationem contractuum cogantur, ut per pœnas ad legum obseruationem. Tum denique quod non solum communiter tã boni quam mali ita concipiunt, sed etiam consuetudo ita interpretatur. Quare limitanda est eorum opinio, ut procedat in illis pœnis quæ in satisfactionem interesse debentur, iuxta Anchar. recep. in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. nu. 10. hæc enim pœna licet sit pœna ex parte soluentis; non tamen est ex parte recipientis, secundum omnes, & hoc sentit glo. recept. quæ vltima est d. cap. peccatum. Itaque qui eam incurrit, ad eius solutionem in conscientia tenetur, aut saltem ad tantam eius partem, quantum est verum interesse eius cui debetur, iuxta latè tradita per textum, glo. & doctores in l. i. C. de senten. quæ pro eo quod inter prof.

De Auaritia, secundo vitio capitali, & septem filiabus eius.

- Auaritia quid, & quæ contraria est iustitiæ, & charitati, de se mortalis. num. 69. & 72.*
- Liberalitas quid, & est media inter avaritiam, & prodigalitatem. num. 69. & 70.*
- Prodigalitas quid, & quæ contraria est iustitiæ, de se mortalis. nu. 70.*
- Pecunia dicitur numerata, & quicquid ea est æstimabile. nu. 71.*
- Iniustitia omnis genere suo mortalis. nu. 72.*
- Auaritia in retinendo superflua sine alterius iniuria, quando mortalis. nu. 73.*
- Beneficiarius superflua retinens, vel profanis impendens, peccat mortaliter. numero 74.*
- Auaritia dicitur capitale vitium, qui has septem habet filias. nu. 72.*
- Duritia cordis quæ mortalis, & ut confitenda. nu. 76.*
- Prudentia vera & carnis, seu mundi quid, & quo differant. nu. 77.*
- Astutia quid, & quod duobus modis vitatur. nu. 77.*
- Dolus & fraus quid, & sunt genus & species. nu. 77.*
- Pretium rerum iustum quid, & est triplex, piuum, rigorosum, & medium. nu. 78. & 79.*
- Mercx penes unum cur pluris valet, quam penes alium. nu. 79.*
- Valor rei iustus est quo presenti pecunia vendi potest. nu. 80.*
- Pretium non augetur feruulo recipiendi rem creditam. nu. 81.*

Pretium

- Pretium etiam lanarum & mercium nauticarum, non auget, nec minuit dilata solutio num. 82.*
- Pretium auget utilitas uenditoris, sed non utilitas uel necessitas emptoris n. 83.*
- Pretium minuit copia uenditorum, & pietas emptoris eos inuare uolentis. nu. 84.*
- Pretij maioris uel minoris dimidio gratia peccatur, sed uix agi potest. nu. 85.*
- Pretium diminuit pactum de retinendo, etiam quo ad hoc. num. 86.*
- Pretio minore iusto emere uelle, quando non est peccatum. nu. 87.*
- Pretium quando taxandum, & taxatum ut seruandum. num. 88.*
- Emens uel uindens aliud pro alio, uel utilius pretiosiore, ut peccat. n. 89.*
- Vendens arma iniuste bellaturo, uel alia nocua, ut peccat. nu. 90.*
- Emens triticum, uel uinum tempore messis uel uindemia, ut excusetur. nu. 91.*
- Emens uel uendens monopolio, uel solus priuilegio, ut peccat. nu. 92.*
- Vendens uetita Infidelibus ut peccat & est excommunicatus. nu. 93.*
- Pecunie publicæ Custos, uel Arcarius, ea emendo & utendo ut peccat. nu. 94.*
- Homini liberi emptio regulariter illicita; nu. 95.*
- Emptio liberi hominis alioqui perituri, licita. nu. 96.*
- Emptio Aethiopum liberorum pro seruis usitata, peccatum est. nu. 96.*
- Proxeneta uendens pluris quam sit mandatum, quando illud restituet. numero 97. & 98.*



Ro quorum intellectu notandum primò, quod liberalitas est una virtutum attributarum iustitiæ, quæ dicitur pars eius potèntialis, de qua Thom. 2. sec. quæst. 117. quæ ex eius mente & Arist. 4. Eth. definiti potest esse virtus inclinans ad appetitum dandi ordinatè pecuniam. Datur autem ordinatè cum datur quid, cui, quando, ubi, quomodo, & propter quod oportet.

Secundò, quod quia quælibet virtus consistit in medio duorum vitiorum extremorum, quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum per excessum, ut dictum est supra eod. cap. nu. 2. Ita liberalitas consistit inter vitium auaritiæ, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitati, quod opponitur eidem per excessum appetitus dandi. Et consequenter auaritia definitur, esse vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ ex mente eiusdem Tho. q. 118. art. 1. & quod prodigalitas est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ, de qua Th. ibidem. q. 119. Ille vero appetitus querendi, vel effundendi pecuniã, dicitur inordinatus, cui deest aliqua prædictarum circumstantiarum.

Tertiò, quod quia prædicta inordinatio potest contingere in damnum alterius, & sine illo, sit, ut auaritia quæ habetur sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se sit venialis tantum, & quæ sit cum alterius damno opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis: Et eadè ratione prodigalitas quæ sit sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se sit venialis tantum. Prodigalitas verò quæ sit in damnum alterius, opponatur et iustitiæ, & de se sit mortalis secundum mentem Tho. recep. in prædictis duabus quæst.

Quartò

71 Quartò, quòd per pecuniam intelligimus hic, pecuniam numeratam, & quicquid est ea æstimabile, iuxta ca. totum 1. q. 3. & consequenter quòd appetitus dandi vel retinendi pecuniam per se nec est bonus nec malus, sed indifferens; ita quòd rectè ordinatus est bonus, & prauè ordinatus est malus, vt supra eodem cap. nu. 9. diximus de appetitu gloriæ, honoris, & famæ.

72 Quintò norandum, quòd Auaritia est vitium capitale siue Cardinale, iuxta S. Gregor. lib. 31. Moral. & S. Thom. 2. sec. q. 118. art. 7. Quia est fons septem aliorum vitiorum, quæ suapte natura tendunt in finem, quem auaritia præterdit. Primum est, duritiæ cordis, quod est vitium à compassione pauperum auertens, & sæpè ad nimium seruandam pecuniam tendit. Secundum inquietudinis mentis, quod est vitium animum ab ordinata quiete auertens, & frequenter nascitur ex nimio acquirendi studio. Tertium, Violentiæ, quod est vitium ad vim inferendam inclinans, & frequenter in eundem tendit finem. Quartum, Fallaciæ, quod inclinât ad decipiendum verbis, & sæpè in eundem fit finem. Quintum, Periurij, quod est vitium inclinans ad decipiendum verbis iuratis, quod in eundem finem sæpè fit. Sextum, Fraudis, quod est vitium inclinans ad decipiendum factis quo ad personas, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 118. art. 8. Et quia supra actum est de periurio in secundo præcepto, in cap. 12. & de Proditione in cap. 15. de Violentia in 17. Et de Fallacia, in 18. de reliquis tribus hic agemus.

Circa Auaritiam igitur & præfatas tres filias eius peccat mortiferè quis, modis sequentibus. Circa auaritiam quidem primò, qui deliberatè & inordinatè appetit quærere, vel retinere pecuniam in damnum notabile alterius. c. pœnale. 14. q. 5. adiuncto cap. sepe. de reitut. (spoliat. Dixi, *Deliberatè*, quia indeliberatus appetitus ad summum est venialis, iuxta supra dicta c. 11. nu. 4. Dixi, *Inordinatè*, quia ordinatè appetere est virtus. Dixi, *Pecuniam*, quia appetitus aliarum rerum non est verè auaritia. Dixi, *In damnum alterius notabile*, quia sine illo solùm est veniale, per supra dicta.

Secundò peccat, Qui inordinatè retinet, aut prodigit pecuniam in alterius damnum, quia horum prius est actus auaritiæ, non solùm qua parte opponitur liberalitati, sed etiam qua opponitur iustitiæ; & posterius est etiã actus prodigalitatis vtrique contrariæ, & constat omnem iniustitiam suo genere esse mortalem, vt docet Tho. recep. 2. sec. q. 59. art. 4. Idem de eo qui periculo probabilis mortis corporalis aut spiritalis propter appetitum pecuniæ quærendæ vel effundendæ se obijcit, secundum mentem vtriusque Thom. in dict. q. 118. art. 4. ad 3. & 119. artic. 3.

Tertiò, qui pecuniam superflua, hoc est maiorem quàm necessitas se decenter sustentandi requirit, cupiditate inordinata delectandi se illa, indies eam augendo, & non subueniendo pauperibus, secundum Caiet. in d. q. 118. art. 4. sub fin. quod est certum, si id faciat negando opem extremè egenti, vel transgrediendo aliquam aliam legem ad mortale obligatè, per supra dicta, & etiã secundum eum si id faciat ad solùm se delectandum eius possessione, non erogando pauperibus occurrentibus, quia transgreditur legem qua diues tenetur superflua

superflua illis erogare, licet enim nullis eorum teneatur illa singulis erogare; tenetur tamen erogare aliquibus quos elegerit. c. sicut hi. 47. dist. cum cõcord. adeo quidè, vt ad id cogi posset, secundum gl. cõiter recep. & putatã sin. in d. c. sicut hi, quæ tamè hêt duas similes. Ampliatio aut hæc nõ videtur tenenda. Tũ quia æquiparat laicos beneficiarijs quo ad necessitatè faciendi eleemosynã, cõtra Th. & cõem, vt infra insinuabitur. Tũ quia videtur noua & nullibi gentiũ recepta. Tũ quia cõsequeretur eã, quã quolibet tẽpore etiã affluentia, posset Iudex cogere laicos diuites ad dandũ superflua pauperibus; quod videtur durũ, & cõtra præfatas gl. quæ significant id solùm fieri posse tẽpore grandis necessitatis, in quo solò posset procedere hæc opinio. Dixi, *Inordinata*, quia coaceruare ad prouidendũ futuræ necessitati suæ, vel suorum, maximè filiorũ collocãdorũ matrimonio, vel munere aliquo, aut gradu honestandorũ, vel Reip. cuius est Princeps ab inimicis defendendæ, non est actus vitiosus, sed prudentiæ; imò nec si id faciat ad augendũ suũ statũ, & se in altiore ordinè promouendũ, quo altioribus virtutibus seruiat Deo & Reip. iuxta sapientiã, vel prudentiã a Deo immediatè vel mediatè acceptã, ex mente Caiet. vbi sup. ar. 1. alioquin nullus plebeius iustè suum statum mutare posset, aut nobilis suum augere, quod est absurdum, & ideo non dicendum I. nam quã absurdum ff. de bonis libe. nec ob id diceretur habere tale superfluum quod de præcepto pauperib. teneatur erogare, iuxta dicenda. in c. seq.

Quartò, qui beneficiarius ecclesiasticus non erogat superflua, quæ sita ex re 74 ditibus ecclesiasticis, pauperibus vel pijs operibus, siue id faciat auare retinendo, siue prodigè impèdèdo, iuxta mètè Tho. quodl. 6. art. 12. quia vt rectè insinuat Caiet. 2. sec. q. 118. ar. 4. est contrariũ iustitiæ non solùm legum canonicarum, sed etiam naturalium, quod nos latius olim probauimus in ca. 1. & c. cũ secundum, de Præb. & nuper latissimè in Apologia lib. de Red. quæ. 1. Monit. 27. & 38.

De duritia cordis, & inquietudine mentis.

76 Quintò peccat, qui duritia cordis nõ subuenit pauperi quoties tenetur de præcepto obligante ad mortale, quod quando cõtingat dicitur in c. sequ. Aut inquietudine mētis non implet, aut transgreditur præceptum aliquod ad mortale obligans, aliàs. n. hæc venialia tantum sunt. Imò & quia hæc ferè nunquam sunt mortalia, nisi coniungantur alijs actibus mortalibus, non sunt necessario confitenda, quia satis est confiteri illa mortalia, quæ per prædictam duritiam & inquietudinem admittuntur, vt rectè adnotauit Caietanus.

De fraude circa emptionem & venditionem.

77 Sextò, qui per astutiam, dolum, vel fraudè contrahendo, vel quasi contrahendo, vel distrahendo afficit alium damno notabili per commutationè rei

rei minoris valoris, vel prætij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori, quia id est contra septimum præceptum, & contra illud ad Theſ. c. 4. *Ne quis ſupergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem ſuum.* cap. de empt.

Pro cuius declaratione notandum primò quod prudentiæ veræ duo vitia ſunt contraria per ſimilitudinem, prudentia carnis vel mundi, & aſtutia in malam partem accepta. Nam vera prudentia eſt virtus quæ inclinât ad quærendum vera bona per verè bona media, iuxta Ariſt. 4. Eth. & D. Tho. 2. ſec. q. 57. art. 1. Prudentia verò carnis vel mundi eſt vitium inclinans ad quærendum bonum apparens & non exiſtens per bona vel mala media. Aſtutia verò eſt vitium inclinans ad quærendum vera bona per media mala, iuxta eundem recep. 2. ſec. q. 55. art. 1. 2. & 3. Cuius aſtutiæ miniſtri ſunt duo, Dolus qui eſt circumuentio mala ad decipiendum adhibita l. 1. ff. de dol. & comprehendit tam eam quæ fit verbo tantum, quam quæ factò tantum, vel utroque modo: Fraus autem quæ tantum factò fit; ita quòd fraus eſt ſpecies doli; quòd eleganter inſinuat Iur. Conf. in l. iuris gentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. dicens fraudem ineſſe dolo, quòd ſolenter exponit Accuſ. de illa inhæſione qua ſpecies ineſt generi, & clarius Tho. ubi ſup.

78 Secundò quòd pretium iuſtum rei (cuius notitia maximè neceſſaria eſt plurimis vtriuſque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) eſt pretium pecuniarium quo communiter æſtimatur res valere tunc, attenda illius intrinſeca bonitate & vendentis vtilitate, loco, tempore, & copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum, & venditorum earum, & modo vendendi eam, ſtatutum a Gubernatore loci, vel domino rei. Dixi, *Pretium*, pro genere, & *Pecuniarium*, ad excludendum pretium affectionis, de quo l. ſi in emptione. ff. de minor. Dixi, *Communiter*, ad excludendum pretium quo vnus, vel alter rem æſtimat. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. Dixi, *Tunc*, quia præſens tantum æſtimatio, & quam haberet vendita præſenti pecunia, eſt attendenda. l. in lege falcidia. §. ſin. ff. ad leg. falcid. Dixi, *Attenta bonitate intrinſeca*, quia ob eam vna res pluris valet quam altera eiufdem ſpeciei, & quantitatis. l. ubi autem non apparet. ff. de verb. Dixi, *Utilitate vendentis*, quia venditor tanto pluris vendere poteſt rem aliquam vnus generis, quam alij ſimiles, quanto vtilior eſt illa ei quam aliæ illis, ſecundum Tho. 2. ſec. q. 77. art. 1. & Scotum in 4. diſt. 15. cõmuniter receptos, ſecundum quos vtilitas emptori prouentura, vel neceſſitas habendi eam, nil pretium auget. Dixi, *Loco*, quia eadem res pluris valet in vno loco, quam alio. l. 1. & toto titu. ff. de eo quòd cert. loco. Dixi, *Tempore*, eadem ratione. l. vinum. ff. de reb. cred. Dixi, *Copia vel defectu*, quia hic auget, illa minuit, ſecundum omnes. Dixi, *Emptorum, vel venditorum*, quia copia horum minuit, & defectus auget, & contra, copia illorũ auget, & defectus minuit etiam ſecundum omnes. Dixi, *Modo vendendi*, quia minoris valet merx quum rogatur emptor, quam quum rogatur venditor, iuxta illud vulgatum. Vltroneæ merces vileſcunt; quo fit vt idem pannus, & idem liber maioris valeant in taberna mercatoris, quam in manu proxenetæ quærentis emptorem, & longe minoris valeant ſpolia quæ victor exercitus vendit ſtatim a direptis hoſtium

hoſtium caſtris, quam alia eiufdem generis, quæ etiã a Proxenetis deferuntur vendenda in vrbibus pacatis. Dixi, *a Gubernatore*, quia illius eſt illud ſtatuerè. l. 1. §. cura carnis. ff. de off. Præf. Urb. Dixi, *a Domino*, quia deficiente æſtimatione communi, & Gubernatoris, poteſt ipſe dominus illud ſtatuerè, cõſideratis induſtria, impenſa, labore, quem illis deportandis de vno ad alium locum ſuſcepit, & periculo, quòd transferendis mercibus ſubijt: ſollicitudine item, & impenſa illas conſeruandi, Gabr. in 4. diſt. 15. q. 10.

Tertiò, quòd vt cũ primis dixit Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. pretium iuſtum nõ conſiſtit in indiuiſibili; imò habet latitudinem, cuius extremum inferius, appellatur piũ, & ſuperius rigorofum, & quòd inter illa duo interiacet, medium, vel moderatum, verbi gratia, vnus vlnæ panni iuſtum pretium dicentur decem Iulij, vno plus, vel minus, ita quòd vndecim erunt rigorofum, non uem, pia in, & decem, & quòdlibet aliud interiacēs, medium, vel moderatum; Ex quibus inferitur primò, non ſolũm pretium alicuius, rei iuſtum eſſe illud; quo communiter in aliqua regione venditur, ſed etiam illud quo in hoc loco, tempore, & modo vendendi, communiter haberi poteſt. Secundò, quòd nõ eſt peccatum expectare tempus, locum, & caſum, in quo res vilis vendatur, vt aliqui expectant fines Nundinarum in quibus vt plurimum ob copiam venditorum, & defectum emptorum, merces minoris valent; & alij auçtiones publicas bonorum viuorum, vel defunctorum; & alij delationes mercium proxenarum; nam neceſſitas venditoris non facit emptionem iniuſtam, vt probat Caiet. in d. ar. 1. & in ſumma ver. emere.

Quartò, ſequitur dictum illud commune, tanti valere rem, quanti vendi poteſt. l. 1. §. ſi hæres. ff. ac. Trebell. l. quærebat. ff. ad l. falcid. l. ſi quis uxori. §. ult. ff. de furt. intelligendum eſſe de pretio, quo uendi poteſt in illo loco, tempore, & modo communi uendendi, uenditoris præſente pecunia, argu. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. iuxta Alex. ibi, modo ceſſent omne monopolium, fraus, & dolus, iuxta S. Ant. 2. par. tit. 1. c. 16. §. 2. per l. 1. C. de Monopol. in quibus eſt aſtutia illa depromendi in forum multa uenalia, quo pretium decreſcat, & emendi deprompta, quo pretium augeatur.

Quintò, quòd hæc poſſunt uideri facere pro Medin. in C. de rebus reſt. q. 39. quòd res carius uendi poteſt credito, quam præſenti pecunia, & uilius emi ea anticipata, quia modus uedendi, uidetur augere uel minuere pretium, propter periculum, quòd contingere poteſt, eo quòd debitor fieri poteſt inops, & impotens ad ſoluendum pretium, uel tradendam mercem, uel ingratus, & malignus, qui nolit id facere: Cuius ſententiam neruoſè confutat Sotus lib. 6. q. 4. ar. 1. de iuſt. & iur. & neruoſius confutari poteſt, eò quòd eſt noua & contra omnes alios Theologos & Canoniſtas: & quòd Eccleſia declarauit id eſſe illicitum, per c. in ciuitate, de uſur. per quòd ſoluuntur omnia eius argumenta, cum ex illo inferatur Eccleſiam Catholicam determinare pericula illa non eſſe magis conſiderabilia ad augendum pretium, quam ad aliquid dandum ultra ſortem mutuanti; & lege ipſa naturali & diuina qua uentantur uſuræ, concluditur illa non eſſe conſiderabilia in mutuo ad augendum pretium.

Sextò,

- 32 Sexto, quod etiam hæc eadem faciunt pro Soto, cuius tamen non est tenenda opinio, quatenus habet licitam esse emptionem lanarum anticipata solutione minoris iusto pretio, modo illa fiat ante annum; & quod mercator deferens per mare magnam mercium quantitatem, potest credito vendere maioris iusto pretio, quod venderet pecunia presenti. Tum quia noua est, & rationes eius infirmæ, & æque ferè concludentes opinionem Med. quam reprobatur, ac suam. Tum quia est qui suspicetur, quod sicut impelli potuit Med. Burg. ad persuadendum sibi opinionem prædictam affectu quo erat in cognatos suos maximos mercatores Burgenfes, ita potuerit mouere Sotum Segobiæ, affectus quo erat in pastores, & pânificos, quorum maxima copia est Segobiæ, & in eius territorio, vbi hæc consuetudo apud aliquos inoleuit; quæ tamen nõ potest plus valere, nec excusare, quàm cõsuetudo exercendi vsuras, quum parificata sint ab Ecclesia mutuatio cum pacto vel spe principali quærendi aliquid vltra fortem, & venditio pluris iusto ob dilatam solutionem, & minoris ob anticipatã. Tum quia iustius potuit concedere mercatoribus aliarum mercium facultatem carius vendendi propter verum interesse lucri cessantis (quam tamen eis negat) quàm mercatoribus lanarum & mercium nauticarum propter respectus quos tangit, nam quicquid ille dicat, certum est mihi cum communi licere in foro conscientie mercatori carius vendere propter verum interesse lucri cessantis, monito emptore, quod vere coram Deo cessat lucrari propter dilatam solutionem, tantũ quanti maioris iusto vendit ei merces ob dilationem, & quod si nolit emere ea conditione, non emat. Qua sola ratione possent etiam defendi supradicti emptores lanarum, & venditores nauticarum mercium, si vere coram Deo inrerueniret tantundem interesse lucri cessantis, quanti carius ob dilatam solutionem vendunt. Dixi, *Foro conscientie*, quia in exteriori difficile excusaretur, attentata præsertim extranag. Pij V. relata, cap. 17. nu. 283. N. Quare eadem leges seruandæ sunt in lanis, & nauticis mercibus vendendis, quæ in alijs.
- Septimo, quod ex his sequitur, quod non peccat qui rem qua magnopere opus habet, importunitate alterius ei vendit tanto pluris iusto pretio, quantum damno (saltem affectionis) eius venditione afficitur. Peccaret autem qui hoc faceret ob magnam necessitatem emptoris, vel magnam vtilitatem quæ inde illi proueniret, iuxta S. Thom. & Scot. sup. citatos, licet honestum esset vt emptor qui ea multum lucratur, aut se iuuat, plus aliquid iusto pretio venditori daret secundum eosdem. Sequitur etiam quod licet minoris iusto pretio aliquid emere, quando plurimi refert venditoris eam vendere, & emptoris parui eam emere, & pietate motus emit: vt cum quis a paupere suam operam soluo victu quem præbet, ne fame pereat, emit, Syl. verb. emptio. quæst. 7. & quod etiam licet emere minoris prædium aliquod, cum pacto, vt venditor, quam diu vixerit, fructus eius percipiat, aut in tot annos, quam si fructus statim percepturus esset. Maior. in 4. d. 15. quæst. 40. argum. 7. Pro quo est textus in cap. cum Iohannes, de fid. instr. Et quod etiam licet venditori vendere dilata solutione, tanto plus, addendo pretio iusto postea soluendo, quantum credit se

in eo

in eo recuperando insumpturum, modo proponat id remittere debitori si absque impensis statim soluerit, Maior vbi sup. Quod non videtur tutũ Syl. in Ros. aur. cas. 6. quia venditor potest mutare voluntatem, aut eius obliuisci, aut mori, Et ita emptor cogi totum soluere: sed occurri potest omni periculo, tradente venditore schedam subscriptam, qua promittat se tantum de pretio remissurum, si statim soluat, quantum iusto pretio adiecit, sine causæ remissionis expressione, ne in foro exteriori præsumatur vsurarius. Per hæc præmissa clarent verba posita in præd. 6. peccandi modo: cui addo quod si deceptio fuit vltra dimidium iusti pretij, debet rescindi contractus, vel pretium suppleri vel diminui in utroque foro l. 2. C. de resc. vendi. & c. cum dilecti, de emptio. & vend. cum ann. eis. Imò & si deceptio fuit vltra quartam partem iusti pretij cum pacto de retrouendendo, in Regnis Lusitaniæ per statuta Regia lib. 4. Ordina. tit. 14. S. & se fosse, titu. 27 S. 1. & 2. & si deceptio esset in parte minore dimidio, & etiam quarta parte iusti pretij, modo esset notabilis, peccaretur cum obligatione restituendi in foro interiori, iuxta S. Tho. 2. sec. q. 77. art. 1. & etiam in exteriori canonico per uiam denunciationis, vt efficaciter probauimus in c. nouit, de iudic. notab. 6.

Admonemus tamen, id quod ibi non fecimus, nempe quod ad rescindendum hac ratione contractum, non solum opus est probare rem emptam, vel aliàs commutatam, tempore contractus tanto pluris aut minoris valuisse in illa Regione, iuxta communem æstimationem, sed etiam, tanto pluris aut minoris valuisse in illo loco & tempore & modo vendendi, quando, vbi, & quo modo vendita fuit. Et quod etiam emptor qui prætenderet rem non esse emptam pretio minore iusto, probare poterit anno illo, tempore, & loco homines laborasse caritate annonæ, bello, vel peste, aut alia simili calamitate, ob quæ fuit tunc abundantia vendentium res venales eiusdem qualitatis, cuius erat emptam; & penuria pecuniarum, & emptorum, ob quod venditores rogabant emptores qui ægre emebant. Quo probato, probaretur res emptam multo minoris valuisse, quàm alio tempore vel loco, per dicta supra eod. cap. à nume. 78. Et etiam venditor qui prætenderet rem non esse venditam pretio maiore iusto, posset probare prædicta contrario modo se habuisse. Et ideo non sunt facile consulendæ huiusmodi lites. Tum quia sunt periculosa. Tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio vel extra eos, contra quos intentantur. Præsertim si damnum passus, sciebat se illud pati, & erat talis persona, quæ illam vel eius partem donare poterat; & sponte absque vi, metu, & graui necessitate id passus est, quia potest iudicari voluisse illud damnum donare, secundum Petr. ab Anch. in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. nu. 22. argu. l. quisquis. C. de Resc. vendi. adiuncta. l. quod quis sciens. ff. de conditio. indeb. quem post Saly. in Auth. Sed hæc, de vsur. quæst. 21. defendimus in c. nouit, de iudic. notab. 6. num. 61. Tum quia via denunciationis euangelicæ est fragilis contra negantem deceptionem, per notata in d. cap. nouit. & iudices seculares iam non permittunt alia via tractari huiusmodi lites apud iudices ecclesiasticos.

Man. Nau.

Admonemus

- 86 Admonemus item dicta supra cap. 17. à nu. 247. quod pactum de retrouēdendo multum dimiuit de pretio, & consequenter leges quæ loquuntur de deceptione ultra dimidiam uel quartam partē pretij, debere intelligi de dimidia uel quarta pretij per tale pactum diminuti; frequenter enim tale pactum quartā partem uel ampliozem pretij dimiuit arg. extrau. 1. & 2. de empt. quatenus probant annum censum duodecim, emi posse iustē pretio centum, cum pacto de retrouendendo perpetuo, qui sine illo ualere 200. & amplius.
- 87 Septimò, peccat mortaliter, qui uult deliberatē emere, aut per alium contractum obtinere aliquid minoris iusto pretio pio, aut uendere, aut dare per alium contractum carius iusto pretio rigorofo notabiliter, secundum omnes. Dixi *Deliberatē*, ad excusandos innumeros qui sensualitate ad id prouocante, sine iusta deliberatione eiusmodi desideria concipiunt, Sylu. in Aur. ros. cal. 15. Excusatur etiam a mortali, qui non uult emere rem minoris iusto pretio, quod ualet in loco, tempore, & modo, quo emit: sed sic minoris pretio pio, quo uenditur in officina, aut ubi emptores rogant: ob quod a mortali excusantur scholastici malentes emere libros aliorum discedentium, aut uita functorum, minoris iusto pretio pio, quam in officina bibliopolarum ualent apud uenditorem, eo modo quo eos uendit. Et qui obseruant occasionem emendi pannum, telam, aut alia in auctionibus, uel a proxenetis quaerentibus emptores mercium sibi ad uendendum traditarum, quæ minoris æstimantur & emuntur. Qui uerò per ignorantiam probabilem emit, aut uendit notabiliter iniuste, non peccat, donec id rescuerit, & satisfacere noluerit, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 77. ar. 2. & S. Anton. 2. part. titul. 1. cap. 16. §. 3. & alios quos adducimus in Rep. c. nouit, de iudic. notab. 6. num. 66.
- 88 Octauò, qui uendit triticum, aut aliquid aliud æstimatum certo pretio iusto à Repub. maiore notabiliter illo, cum obligatione restituendi illum excessum, secundum Med. Codi. de rest. q. 36. & Castr. de leg. pœn. lib. 1. c. 12. nec à peccato excusat pœna in edicto æstimatorio statuta, secundum eosdem, nec donatio emptoris facta in emptione: quia præsumentur non esse facta uoluntate libera, sed necessitate coacta. Dixi, *In emptione*, quia facta postea cessante necessitate, excusaret, per dicta supra cap. 17. num. 81. Qua in re quod dicitur de Laicis, dicendum uidetur de clericis quia quamuis hi legi seculari non subijciantur, subiecti tamen sunt legi naturali & diuinæ, quæ præcipit, ne quis sua ultra iustum pretium uendat. Iustum autē pretium est, quod ab habente in id potestatem præstituitur, secundum omnes, quod etiam tenendum est in terris ubi limitatur pretium rei in eis collectæ, & non aliunde importatæ, etiam si res clericorum æquè bonæ sint, ac importatæ; quia licet ipsi ita sint exempti a iurisdictione edicentis, ac exteri, cap. decernimus, de iu. & cap. si diligenti, de For. comp. & etiam sua quo ad aliqua, cap. bene quidem 96. dist. & cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. confitendū tamen est, illa quo ad aliqua alia magis subijci illi quam extera; & quod causa prouidendi necessitati suæ Reipub. iuste potest dari priuilegium bonis externis, ut tam subditi quam externi possint importare illa uendenda in suis terris, excludēdo ab

eo bo-

eo bona suæ terræ, quæ sunt exemptorum ab eo. Quamuis charitatis Christianæ foret, ut Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia resplendere debent, taxas & pœnas secularium quas ob misericordiam faciunt suis edictis iuuarent. Dixi, *Iusto æstimatum*, quia æstimatio iniusta non obligat saltem in foro conscientie, secundum omnes. Arbitror autem rarissimè ponendam esse hanc taxam. Tum quia dat occasionem vendendi corrupta & ferè inutilia eodem pretio, quo sincera & utilissima. Tum quia superueniente maxima necessitate, tollitur omnino taxa, & illa non occurrente, parum est necessaria. Tum quia nemo diuitum uult mutuare nec uendere credito res taxatas nisi pretio taxæ etiam tempore abundantie. Tum quia præbet occasionem innumerorum peccatorum mortalium mille modis taxam fraudantibus, quorum vnus est nolle uendere rem taxatam, puta triticum, nisi ematur etiam non taxata, puta uinum duplo, & quadruplo maiore pretio quam ualet, quem speciatim reprobatur Med. ubi supra.

Nonò, qui sciens emit uili rem pretiosam ab id ignorante, puta aurum, uel equum sanum, à putante esse aurichalcum, uel infirmum; aut contra, uendit uile pro pretioso, puta plumbum pro stanno, stannum, pro argento, aurum alchimisticum pro naturali &c. cum obligatione restituendi damnum, secundum mentem Thom. recep. 2. sec. q. 77. art. 2. adiuncto Caiet. in summa uerbo alchimia. Idem de uenditore, qui sciens rem uitiosam sine declaratione uitij uendit nescienti & ea de re non monito, secundum eundem Tho. ubi supra, nec satisfacit dicendo se nolle teneri de aliquo eius defectu, & quod uendit cum omnibus suis defectibus, exprimendo mendaciter longe plures quàm habeat, etiam si occultum inter illos falsos exprimat; ita ut emptor moueatur ad credendum non inesse. illi occultum uerum, cum iudicat eum mentiri in patentibus; ut cum ait, uendo hunc equum tibi pro claudio, cæco, manco, mutilo, & quouis defectu laborantē, mentiēdo circa patentes defectus, secundum Specul. recept. de rescip. uend. §. 1. nu. 7. Mai. in 4. dist. 15. q. 40. col. 4. Tum quia tenetur speciatim declarare defectum quē ipse scit & emptor ignorat. Tum quia mouet emptorem ad credendum, ipsum mentiri in occultis, cū in patentibus patenter mentiatur, arg. cap. semel malus, de regu. iur. lib. 6. Dixi *Sciens*, quia nesciens celando non peccat, licet cum rescuerit, tenebitur ad resarciendum damnum emptori. Dixi *Occultum*, quia manifestum non tenetur declarare, ueluti si equus patenter est cæcus, uel claudus &c. modo non faciat, aut dicat, quo id non appareat. Nec etiam occultum quod emptori non erit notabiliter damnosum, nec tale propter quod desineret emere, licet ægrius esset empturus, modo tantum de pretio detrahat, quanti ob illud uerè minoris ualet, iuxta eundem Mai. ubi supra: Post uenditionem tamen admonere debet emptorem illius uitij, & quod ob id minoris ei uendit, ne si emptor alteri pluris uenderet, esset causa damni illius tertij, ut rectè notauit Caietan. 2. sec. q. 77. articu. 3. Pro quo est cap. fin. de in iu. Idem de uendente rē quæ sciebat citò corrupendam emēti ad diu seruandum. l. 2. C. de per. & com. rei uend. Quæritur hic noue, an peccet mortaliter, qui uendit ali-

Pp 2 quid,

quid amissum ipso iure ob hæresim, crimen læsæ Maiest. aut aliam similem causam, emptori id ignoranti, eaque de re non admonito? Respon. quod sic, quia per supra dicta vendens aliquid non manifestando vitium occultum, illud ignoranti, peccat: Et satis superque vitiosum quo ad hoc videtur, rem vendendam non esse vendentis, posseque ab emptore iure auferri, etiam non reddito ei pretio quo emit, cuiusmodi sunt prædicta ipso iure amissa, secundum Ioan. Andr. communiter recept. in c. cum secundum, de Hæret. lib. 6. nisi tam occulto modo fuisset amissum, quod probabiliter credit vendens illud nemini detectum iri, nec consequenter rem venditam ab emptore euictum iri: Tunc enim cessante causa ob quam peccaret, cessat peccatum, argu. c. cum cessante, de appel. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr.

90 Decimò, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniuste, aut ad bellum quod scit esset iniustum, Ant. 2. par. tit. 1. cap. 24. §. 11. argu. c. notum. 2. q. 1. vel dubitat, & non subijcitur Principi cui vult militare. Subditus enim potest dubietatem deponere, arg. cap. quid culpatur. 23. q. 1. Quid autem sit dicendum de illo qui vendit illa sine vilo malo sine ob iustum lucrum, licet credat ementem iturum ad bellum iniustum, colligendum ex resolutione posita supra cap. 19. nu. 16. Ex eodem item loco colligitur quid sit dicendum de vendente, vel habente venialia toxica, aconita, inutilia, chartas lusorias, taxillos, fucos, & pigmenta, & id genus alia.

91 Vndecimò, qui tempore messis, aut vindemiæ tam immoderatè triticum, aut vinum, quod postea carius venderet, emit, vt caritatem inducat c. quicumque 14. q. 4. Dixi, *Ut caritatem inducat*, alias enim secus, præsertim ad prouidendum suæ domui alendæ, etiam paulò plus quam eget, & postea quod superfuerit pretio corrente vendat: vel si emit ad prouidendum Reip. vt Ioseph Gene. 41. aut pauperibus & necessitatibus, aut ne exportetur, vel dissipetur, aut ob alios fines honestos, secundum mentem Innocen. in c. 1. ne cler. vel mon. S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 23. §. 16.

Ad noue quæsitæ super eo quod Hispani Mohatram vocant, nimirum quæ quis non inueniens pecuniam mutuam, emit credito argentum factum, vel pannum, aut alias merces, quo statim eas minoris vendendo pecuniam cogat, Resp. primò quòd vendens illa ei pretio iusto, etiam rigoroso nò peccat, alioqui sic, per dicta sup. c. 17. nu. 228. Secundò quòd non decet eum denuo emere a se vendita etiam iusto pretio minore illo quo vendidit, nisi secretissime id faciat, ne pro iniquo mercatore, vel vsurario palliato habeatur, cuius infamiæ periculo probabili se exponendo peccaret, arg. c. nò sunt audiendi. 11. q. 3. Tertio quòd de rigore iuris liceret ei denuo emere illa iusto pretio mediocri, vel pio minore rigoroso quo vendidit, quia nulli legi iustitiæ cõtrauenit, & si alicui legi charitatis scandalizando alios cõtrairet, peccaret quidè, sed non teneretur ad restitutionem, ad quam solius legis iustitiæ transgressio obligat, iux. d. c. 17. num. 11. Quartò, quòd bene mereretur de Deo & proximo emendo denuo iusto pretio etià pio, quo apud ipsum valebant ea quæ vendidit, si miser ille, quod frequenter cõtingit, nò inueniret iustum pretium, et più, quo apud primùm venditè rogatùm valebant,

valebant, & magis si nò inueniret iustum pretium et più quo apud ipsum reueneret & rogantem valeret, quod est lóge minus, per prædicta sup. eo. à nu. 78. Deberet tamè id facere, vocatis aliquibus qui illud pietatis opus intelligerent, ne qua infamia illi ex ope bono nasceretur; quæ aliàs cõsulere meminimus. Ad noue aut quæsitum super venditione cõsensus, Resp. primò quòd nò licet emere cõsensus noue imponendū minore pretio, quàm statuto a lege, quia priuatus nò potest mutare pretium autoritate publica taxatū l. priuatorum, C. de iur. om. iu. Secundò, quòd cõsensus tã impositum alij pretio iusto potest quis emere minore a rogato emere illud, tū quia, vt aiunt, Vltronæ merces vilescunt, Tū quia lex statuit pretium cõsensus noue imponendis, quo facilitati eos imponendi obuiaret: quæ ratio cum cesset in iã impositis, cessabit etiam eius transgressio, argu. c. cum cessante, de appell.

Duodecimò, qui facit monopolium cum alijs mercatoribus ne illas aut illas merces minore pretio quàm illo vel illo vendant, arg. l. 1. C. de Monop. aut a principe priuilegium impetrat, ne certi generis merces ab alio quàm ipso vendantur in populi damnum notabile, ex mente Ros. verb. emptio. §. 23. quamuis liceat Principi, aut Governatori in bonum publicum obligando ad id aliquos, statuere vt soli deputati ab eis, talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendant, puta vinum, oleum & cæt. iuxta Rosel. vbi supra.

Decimotertio, qui emit, vel vendit frangendo festa, vt sup. c. 13. num. 8. vel peierando vt sup. c. 12. vel mentiendo, vt sup. c. 18.

Decimoquarto, qui ad terras infidelium res veritas exportat, veluti arma, ligna, & alia ad bellum pertinentia, & est excõmunicatus per c. ita quorundam de Iudæ. & bullam cœnæ Domini, quod latè declarauimus in Rep. prædicti cap.

Decimoquinto, qui thesaurarius, aut receptor alicuius Ciuitatis, communitatis, aut domini, emit aut negotiatur pecunia publica in custodiam recepta, per tres leges. C. de ijs quæ ex pub. colla. lib. 10. adiuncto cap. pœnale 14. q. 5. Quod limitandum est procedere solum in eo qui id facit sine superioris cõsensu; vel non soluendo quibus debet statis temporibus absque cõsensu eorum expresso, vel tacito, vel soluit sed cum damno notabili, quod restituere tenetur, ex mente S. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 15. §. 5.

Decimosexto, qui societatem habet cum alio, nolens discedere ab eo non resipiscente, per d. sup. cap. 17. a nu. 251.

Decimosextimo, qui emit hominem liberum non constitutum in extrema necessitate se vendendi, vel possessum pro seruo, quem credit aut credere debet esse liberum, eo quòd credit, aut credere debet illum non fuisse captum in bello iusto, nec ob crimen libertatem amisisse, sed surreptum aut captum a latronibus; quales, vt fertur, sunt multi Aethiopes, & Indi capti a Piratis Christianis, vel a latronibus suæ Regionis, & postea venditi exteris pro seruis; & obligatur restituere illum suæ antiquæ libertati, argum. l. & liber homo, & l. liberi hominis. ff. de Contrah. empt. Dixi, *Non constitutum*, propter eos qui emunt captos male per Paganos destinantes eos in cibum, ob idque eos impinguantes; quod passim contingit Brasiliæ, ac in alijs terris quas incolunt Antropophagi; licet enim eos emere, & illis emptioni suæ cõsentire.

Tum quia vita pretiosior est libertate. l. seruitutem, ibi, ferè, adiuncta glo. & l. quod artinet. ff. de reg. iur. Tum quia pater tempore famis extremæ, filium vēdere pōt. l. 2. C. de Pat. qui fil. dist. Tū quia id potius est eripere illos à morte iniusta ad quod tenemur, iuxta illud Prouerb. 24. erue eos qui ducuntur ad mortem, relatū in c. non in inferenda. 23. q. 3. quam emere. Tum per ea quæ tradit Imol. in l. 2. ff. de pub. iud. & Salyc. in d. l. 2. C. de patr. qui fil. dist. Tum quia nemo tenetur ad gratis subueniendum egenti etiam extremè, modo commodando, vel mutuando satis ei succurrat per dicta supra cap. 17. a numero 60. Tum quia emptio illa temperatur, eo quod huiusmodi emptis per se, vel per alium se redimere licet, reddito pretio, quo constiterunt, vel saltem eo quod valerent tempore redemptionis, si verè serui essent, etiam inuito possessore, & eo quod redempti fiunt liberi, & non liberti, perinde ac si nunquam fuissent capti, instar filiorum a patre ob famem venditorum, iuxta prædictam l. 2. de sumptu argumen. ab æquiparatis ex gloss. 2. solenni cap. miramur, de seru. non ord. & gloss. fin. l. si quis seruo. C. de furt. Ex quo fit, vt moneri debeat secundus emptor modum quo ille fuit antea emptus, vt secundus emptor filij a patre ob necessitatem venditi est monendus, minoris enim valet ob priuilegium redimendi se inuito possessore, vt minoris valet prædium cum pacto de retrouendendo emptum, iuxta supra dicta. ca. 17. nume. 249. Non obstat, quod melius faceret qui gratis illum ab extrema illa necessitate liberaret. Tum quia id non arguit hoc esse malum, quia bono melius datur. l. vbi autem. ff. de verb. Tum quia vtilius est dicere hoc, quam contrarium, ne bona opera impediatur, quum illud nemo, vel rarus facturum sit, hoc vero multi faciunt, & faciunt, quos arbitror iuste posse capere etiam interesse iustum pretij pro eis dati, arg. l. i. cum ei annot. C. de sent. quæ pro eo quod inter. & alijs supra sæpe citatis.

Quæritur hic noue, An peccent cum obligatione restituendi ementes Æthiopes, Indos, vel alios, delatos e suis terris in alias? Respon. quod non, si sciunt, aut probabiliter credunt eos fuisse a se, vel ab alijs cum consensu eorum venditos, vel in bello iusto captos, aliàs secus. Is autem mala fide credit eos esse seruos, qui scit, aut credit esse famam publicam, ex fide dignorum relatione ortam, quod dolo vel vi, extra bellum iustum fuerint capti, vel in naues introducti, ac postea volentes nolentes abducti, quod aiunt esse frequentissimum, arg. glo. sing. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. & notat. per gloss. in c. qualiter, & quando 2. de accus. & cap. illud, de Cler. ex. mi. quod singulariter probat sufficere iure antiquo ad aliquem vitandum famam quod sit excommunicatus, & quamuis iure nouo nec fama, nec scientia excommunicationis ad id sufficiat, per extrauagan. ad euitanda, Martin. V. relat. infra c. 27. sufficeret tamen fama quod est denunciatus vt ibi dicitur.

97 Decimo octauo, qui proxeneta vel licitator aliquid ad vendendum accipit, & si partem pretij notabilem retinet, cum obligatione restituendi, iuxta Ang. verb. empt. §. 23. nisi pro iusto sui laboris stipendio a domino non soluto, acciperet; & etiam si pro stipendio acciperet, si gratis se venditurum promisit argum.

arg. c. Non sane. 14. q. 5. quamuis si accipit certo pretio vendendum, retinere potest id quo pluris illud vendiderit, nisi excefferit pretium rigorosum, talis enim excessus emptori est restituendus, iuxta Ang. vbi supra. Quod limito procedere, quando expresse aut tacite agitur, vt id sibi retineat, vt cum conuenit nihil ei pro stipendio dandum, contrarium vero, quod tenent S. Anton. 3. par. tit. 8. cap. 1. §. 4. & Ioan. Tabien. & Iaf. in §. actiones, inst. de act. & etiam Maior in 4. dist. 15. q. 41. quando id non esset actum, vt quum quis famulo suo stipendio conducto, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetæ conuento stipendio, licet proxeneta, qui sua industria illud pretiosius reddit, cum ad id non tenetur, excessum sibi retinere possit Gab. in 4. dist. 15. q. 10. art. 3. du. 4.

Decimonono, qui suo stipendio iusto non contentus, rei domino dixit, ne minem pro illa plusquam centum dare velle. & accepta potestate dandi illam eo pretio vendit centum & viginti, sibi retinens viginti. Caiet. in summ. verb. proxeneta, cum obligatione restituendi.

De Simonia, quæ speciem emptionis & venditionis habet.

Spirituale quid, & quotuplex, & adnexum illi duplex, & quod purum, quod mixtum. num. 99.

Spirituale non omne sacrum, & nihil sola natura quesibile. nu. 99.

Simonia quid, & quod interdum admittitur sine interuentu rei pecuniæ. num. 100. est triplex, quid mentalis. nu. 102. Conventionalis. nu. 103. Realis, num. 105.

Simonia non est uendere artem, consilium &c. nu. 100.

Simonia semper est dare spirituale pro pretio uel causa principalis & nunquam aliàs uerè. num. 100.

Simoniam non facit causa minus principalis, etiam si absque illa non fieret actus. nume. 100.

Causa non omnis sine qua non fieret actus, est principalis. nu. 110.

Simonia ut non est datio pecuniæ, pro sustentatione pœnæ, uexationis redemptione, missa, precibus. nu. 101.

Simonia mentalis tantum duplex, utraque mortalis, neutra obligat restituere, etiam si sit diuinitus prohibita, &c. nu. 102.

Intellectus uerus c. fin. de Simo. & cuiusdam dicti S. Thomæ. nu. 102.

Restituere non obligant opera sola intentione interiore mala. nu. 102.

Ecclesia non punit ob actus interiores, nec exteriores sola intentione interiori malos. nume. 102.

Simonia conventionalis tantum peior mentali, & est duplex, nec magis punitur completa tantum a dante spirituale, quam a dante tantum temporale. nu. 104.

Collatio pure facta non pendet a futuris, sed fallit hic. nu. 104.

Emphyteusis amissa pendet a uoluntate domini cui amittitur. num. 104.

Simoniacus ante completam utrinque Simoniam celebrans, an irregularis, numero. 104.

Pensionarius celebrans lapso termino, antequam impetatur, an irregularis, numero. 104.

Simoniam realis annullat actum, etiam renunciationis, & excommunicationis, numero, 105.

99 **I**ste locus videtur, Pie lector, opportunus inferendi summam eorum quæ huc pertinentia continet Cōmen. in c. ult. de Sim. qui est vnus è quinq; vna cum Manuali vulgari excusis, quorū summam quatenus ad id pertinet, opportunis locis inferere in hoc latinitate donato promissimus in epistola ad te in principio eius data. Inferemus vero ea non separatim, vt de alijs fecimus, sed mixtim cum ijs quæ hic scripseramus. Omisssa igitur breuitatis causa inquisitione, cur potius hoc vitium denominetur à Simone quam Gesi, vel Balam, vel Iuda, qui vt habet. cap. Qui studet. 1. quæst. 1. spiritualia vendiderunt, quum per venditionē ita committatur sicut per emptionem, eo distinctio enitar rem tractare, quo confusius video ab aliquibus eam tractatam, præmittens primò, quòd (vt ait Mai. in 4. distinct. 25.) non est facilè definire spirituale, cuius ratio licet eam nō attingat potest esse, Quod cum spirituale siue spiritale dicatur omne quod pertinet ad spiritum, spiritus autem dicatur propriè halitus, iuxta illud Iob 17. *Spiritus meus attenuabitur*, & per translationem nunc anima, Iohan. 19. *Tradidit spiritum*; nunc vêtus Act. 1. *Tanquam aduenientis spiritus vehementis*; nunc omne incorporeum, iuxta illud Iohan. 4. *Spiritus est Deus*; nunc alia, vt ait Tho. 1. par. quæst. 41. art. 3. ad quartum. Necessè est, vt spirituale quoque multipliciter dicatur. Quare omisso stylo quo in vulgari hoc in loco vsi sumus sequuti Iohan. Andr. Pan. & communem in d. cap. Consulere de Simon. adiunctis quæ Thom. & communis ait in 4. distinct. 25. Spirituale, vt huc pertinet, est donum supernaturale à Deo datum ad animarum salutem, vel quid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, vel ab ecclesia potestate supernaturali sibi data ad conficiendum illud, vel annexum eis. Quæ definitio satis colligi potest ex cap. Gratia, & cap. Qui studet. 1. quæst. 1. & cap. Quam pio. q. 2. & Dur. dist. 25. q. 1. & ex Thom. 2. sec. quæst. 100. artic. 1. 3. & 4. Dixi, *Donum supernaturalem*, ad includendum spiritualia per essentiam, & excludendam dona naturalia. Dixi, *Ad salutem animarum*, ad excludendam insignia, seu arma, dotes, & victorias Regibus, & Principibus aliquot vel alijs in aliū finem quàm salutem animarum supernaturaliter concessa. Dixi, *vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam*, ad includendum spirituale per causam; qualia sunt sacramenta quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumentaliter gratiam, vt dictum est supra. c. 22. num. 1. & 2. Dixi, *vel ab ecclesia potestate supernaturali sibi data*, ad includenda spiritualia propter statuta, vt loquuntur Iohan. Andr. & Panor. in cap. consulere de Simoniam. qualia sunt sacramentalia & eis annexa ab eadem instituta, quibus sacramenta parantur,

rum, cōficiuntur; & conseruantur, consecratio & benedictio Ecclesiæ vel altaris, valorum, ornamentorum, aquæ baptismalis vel benedictæ, exorcismus, cathichismus, ius patronatus, beneficia, collationes, præsentationes, reconciliationes, & id genus alia.

Ex quo inferitur primò, quædam esse spiritualia à solo Deo immediate creata, vel instituta; vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, & gratiæ quas gratis datas appellant, & iurisdictio Ecclesiastica supernaturaliter primò à Christo data, vt diximus in capitul. Nouit. de iud. notab. 3. Alia verò ab ecclesia instituta, qualia sunt reliqua prædicta. Non tamen ex hoc inferas, quòd solùm priorum venditio est iure diuino prohibita, & consequenter prohibita quia simoniaca; quia etiam venditio posteriorum est eiusmodi, vt infra tangetur. Non item putes quòd omne sacrum est spirituale, vt hic accipitur. Bona enim mobilia & immobilia ecclesiastica sunt sacra iuxta Sanct. Thom. recep. 2. secund. quæst. 99. artic. tertio. & probatur in capitul. Nulli, & cap. Prædia. 12. quæst. 2. quæ tamen non sunt spiritualia, vt hic sumuntur; & ita eorū emptio etiā iniusta non est simoniaca, licet sit sacrilega per cap. prædicta; quia diffinitio eis non conuenit: nam licet dedicerentur ad sustentationem spirituum, vt ait S. Tom. vbi supra, non tamen per benedictionem sacri constitutum, quæ de sola potestate supernaturali & spirituali fluere pot, vt nouè resoluimus nuper in c. Nō liceat 12. q. 2. §. 17. à n. 7.

Secundò, quòd omnia instituta ab ecclesia sunt instituta virtute potestatis diuinitus acceptæ; & ideo meritò vocantur annexa spiritualibus, quia sunt superaddita humanis spiritualibus datis diuinitus. Quædam quidem antecedenter, pura quæ non requirunt in habituro illa aliud spirituale quàm Christianismum, vt ius patronatus, ius sepulturæ, calix & similia. Alia dependenter, siue consequenter, quæ requirunt aliquid spirituale vltra Christianismum: qualia sunt beneficia & officia eccles. quæ est doctrina Thom. communiter recept. 2. secund. quæstion. 100. artic. quarto.

Tertiò, quòd quædam sunt spiritualia pura ab omni rei temporariæ mixtione, qualia sunt gratia & dona Spiritus sancti. Alia mixta ex spirituali & temporario; & horū quædam habent plus spiritualis quàm temporarij, vt sacramenta, & actus cōficiendi ea; qui constant ex parte pure spirituali, & labore temporali. Alia cōtra, quorū maior est temporalis, & minor spiritualis, vt calix sacratus, & ornamenta sacra, in quibus materia, quæ est maior pars, est res temporaria, & consecratio & benedictio quæ est spiritualis, minor. Et quamuis neutra horū pretio vendi possint quo ad partē spirituale, neq; eius rōne debeant maioris æstimari tamen ea quæ sunt generis posterioris, vendi; & emi possunt ratione partis temporariæ. Ea vero quæ sunt prioris generis non.

Secundò principaliter, præmitto quòd simonia est voluntas emendi 100 vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, secundum gl. solen. in summa. 1. q. 1. receptam ab oibus Canonistis in rub. de simon. & a Theologis in 4. dist. 25. & a S. Thm. 2. sec. quæst. 100. ar. 1. Dixi, *Voluntas*, ad significandum quòd Simonia mentalis, qua quis vult committere Simoniam conuentionalem, vel

vel realem, est vere peccatum mortale simoniæ etiam non sequuta conuentionali nec reali : quia radix malitiæ simoniæ sicut & cuiuslibet alius peccati in actu interiori voluntatis consistit, Secundum Thom. recep. 1. sec. q. 20. iuxta illud Matth. 15. Non quod intrat per os & cæt. Tum quia peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei & malitiæ sunt. Thom. 1. sec. quæst. 72. art. 7. & dictum est supra prælud. 9. & cap. 16. num. 1. sub fi. & constat admittere simoniam conuentionalem, vel realem esse peccatum mortale. cap. tanta, & tot. tit. de simon. Tū quia talis voluntas est peccatum mortale secundum oēs, & non nisi peccatum simoniæ, ergo est simonia. Propter quod Maior. in 4. distinct. 25. quæst. 1. deridet gloss. dict. cap. fin. cui concordat gloss. præfati, cap. consulere, putans eam dicere contrarium, quod tamen non dicit, Imò expressè aiunt ambę gloss. esse peccatum, sed non facere quem Simoniacum, id est, de numero eorum quos iura vocant Simoniacos, id est, puniibiles pœnis contra eos constitutis, quod quia non satis aduerterunt aliqui grauius in hoc lapsi sunt. Dixi, *Studiofa*, ad excludendam ineliberatam. Dixi, *Emendi, vel vendendi*, ad includendum omnem voluntatem dandi, vel accipiendi aliquod pro spiritali non gratuito, sed in quoddam pretium, vel causam principalem & immediatam iure id non permittente, vel prohibente per infra dicenda. Dixi, *Spirituale*, ad includendum omne diuinitus datum, vel institutum ad salutem animarum, iuxta dicta numer. 66. Dixi, *Vel spiritali annexum*, tum ad includendum omne spiritali humanitus per potestatem diuinitus datam adhibitum ad conficiendum & conseruandum spiritali diuinitus datum, per ibidem dicta. Tum ad significandum quod in nullo alio etiam sacro committitur Simonia, per prædicta num. 99.

Ex qua definitione & eius declaratione infertur primò, quòd nunquam committitur Simonia circa corporea, vel incorporea quæ sunt naturaliter, quæstibilia: quia non sunt spiritalia, vt spiritali sumitur in hac definitione, & consequenter nec circa scientiam iuris, vel aliam, & artem, & consilium naturaliter quæstibilia; licet contra senserit glo. violans textum in capit. Non liceat 11. quæst. 3. quatenus habet non licere Doctori vendere consilium sine studij labore præstitum, innuens id esse Simoniam, cui consequens est quod grauius labuntur Hostien. Card. & Pan. & aliquot alij in cap. Quia nonnulli de Mag. sentientes committere Simoniam illos qui docent aliquam scientiam pecunia, si habent vnde se aliunde sustentent: quia non vendit quid spiritali, vt hic sumitur, & grauius Panor. significans scientiam, vel laborem docendi esse tale spiritali, quod aliquo modo ad quandam permutationem cum beneficio spiritali accommodari possit arg. c. Ad quæstiones de rerum permut. malè ad hoc applicari.

Secundò, quòd duplex est Simonia, altera prohibita quia Simonia, id est iure humano prohibita, Quia iure diuino prohibita est; altera Simonia quia prohibita, hoc est solo iure humano prohibita, iuxta mentem glo. celebris & recep. in cap. ex parte. 1. de offi. deleg. Prioris est voluntas emendi, vel vendendi vt re spiritalia siue a solo Deo sint data, vel instituta, siue ab ecclesiastica potestate

state diuinitus accepta iuxta dicta num. præced. Posterioris generis est voluntas faciendi collationes, renunciationes, præsentationes, vel recipiendi eas factas cum conditionibus, modis, vel pactis in alijs licitis, & etiam in his nisi ab ecclesia prohiberentur, & ita frequenter Simonia committitur sine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei ea æstimabilis. Nam cum quis renunciat beneficium suum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renunciaret aliud in fauorem alicuius, vel alius renunciaret aliud in fauorem alterius, vel suffragatur cuiuspiam in aliqua electione, vt alius suffragetur alteri; vel renunciat beneficium suum simpliciter, vt alius impetret sibi aliud ab Episcopo, vel alio collatore, & alijs similibus casibus non datur pecunia neque aliquid aliud ea æstimabile, & tamen est simonia secundum Raijm. quem sequuntur Ang. in sum. verb. simonia 3. S. 3. & Syluest. verb. Simonia. q. 13. num. 4. tum quia id tanquam Simoniam prohibet ecclesia; tum quia id meritò prohibet. Nam in his omnibus datur, vel relinquitur ius spirituale cum onere vt fiat aliquid quasi pro pretio rei spiritalis, vel causa principali immediata eam habendi; quod prohibetur in cap. sicut 3. & cap. Non satis de Simon. cap. Quam pio. 1. quæst. 2. cap. fina. de pact. & includitur sub declaratione tertia definitionis; quæ tamen non procedunt in conditione, & modo quæ iure insunt. cap. significasti. cum glo. de elec. & cap. Ad audientiam. 2. cum gloss. de rescrip. modo exprimantur eo solo modo quo insunt, vt Fely. & citati ab eo ibi declarant, argum. l. 3. ff. de leg. 1. Per quæ pridem defendimus collationem cuiusdam Commendæ factam cuidam adiecto modo, vt solueret quadraginta aureos annuos, quos ordinis statuto soluere tenebatur quisquis eam haberet.

Tertiò, quòd permutatio beneficiorum, etiam quo ad titulum est Simoniaca, si fiat absque superioris autoritate. cap. Quæsitum, & cap. pen. de rer. permut. quoniam per eam quis vult dare, vel facere aliquid pro quærendo aliquo spiritali in quoddam pretium, vel causam principalem, & immediatam quærendi illud, licet non sit pecunia æstimabile, vt palam est; quamuis licita sit si fiat autoritate superioris, quia id iure permittente fit. cap. cum olim. ca. cum vniuersorum de rer. permut. & clarius in cap. 1. libr. 6. & clem. 1. eod. titu. & quia iura solum permittunt permutationem beneficiorum quæ sunt permutantium, ideo Simoniaca est permutatio, qua quis ius ad rem quod habet per regressum, accessum, electionem, præsentationem, optionem vel aliam nominationem, permutat cum alio simili iure vel beneficio alteri iam quæsito, vel vacanti per d. cap. 1. cum ei annot. præsertim per Io. And. & Franc. Et idem de permutatione qua renunciens beneficium minoris valoris reddit pecuniam, vel constituit pensionem annuam alteri permutanti maius ad æquandum illa: quia id nullo iure permittitur, quamuis quum ecclesiæ bona inæqualia habentes permutantur quo ad proprietatem, refundi possit separatim pecunia, qua bona illa æquantur. c. Ad quæstiones de rer. permut. per quod idem fieri posse autoritate superioris in permutatione titularum dicit Anch. in consi. 280. quod commendat Fel. in c. quia verisimile de præsumpt. nu. 1.

Quartò, quòd non est Simonia dare, vel accipere alia ratione quam pro pretio quæ-

lorum, & damnorum vitatio, vt respondi de datione cuiusdam habentis ius firmum impediti accipere possessionem per arma cuiusdam nobilis, nil aliud iuris pretendens quam potentia, vel indignationis & ira duraturæ donec aliquid temporale ei daretur. Dixi, *Modo habeat ius quæsitum*, quia antea non liceret dare aduersarijs etiam malitiosè impediens eius promotionem secundum Thom. 2. sec. quæst. 100. articul. 6. pro quo casus in cap. Mathæus de Simon. nisi impedirent vim inferendo vel procurando pro indigno, vel solus ipse occurreret dignus qui eligeretur, vt rectè animaduertit Sor. libr. 9. quæst. 6. de iustitia, & iure.

Nonò, quòd largiri eleemosynam pauperi, vel sacrificio pro missa, vel orationibus, non est Simonia, nisi pro pretio, & animo illa emendi daretur; quo animo dare etiam pro vita æterna esset actus Simoniacus, quidquid aliqui dicant citantes pro se Thom. 2. secund. quæst. 100. art. 1. ad tertium qui hoc non dicit. Nam & illud Danielis. 4. *Peccata tua eleemosinis redime*, relatum in cap. Medicina. de pœn. dist. 1. non est intelligendum de venditione, & redemptione propria, sed metaphorica, vt idem Thom. ibidem & in 4. di. 2. 5. q. 3. intelligit. Idem de dante alicui, vt excubias in domo defuncti agat, quamuis accessorie intelligatur illum psalterium recitare debere. Host. in sum. de Simo. §. Quater, versic. si clericus.

Decimò, quòd est Simonia dare, vel accipere aliquod munus a manu, lingua, vel obsequio, de quibus in c. sunt nonnulli. 1. quæst. 1. quando obsequia, vel laudes, vel preces, quæ sunt munera linguæ, dantur, vel accipiuntur pro pretio & causa principali, & immediata rei spiritualis, vel ei annexæ; vt dum conuenit inter duos vt alter alterum laudet apud illum, vel illum, illo, vel illo loco, vel tempore, aut inferuiat sic, vel sic in illo, vel illo negotio, vt sic, vel sic roget aliquem pro aliquo, & alter dabit ei aliquod beneficiū vel ordinem: secus autem si non darentur, vel acciperentur, in pretium, vel in causam principalem, & immediatam; vt dantur & accipiuntur cum non exeunt fines suæ naturæ, quamuis laudes essent falsæ, & preces malæ, & obsequia peruersa, iuxta mentem S. Thom. 2. sec. quæst. 100. art. 5. explicatam à Caiet. ibi & in sum. verb. simonia. Quamuis glo. in c. tuam de arat. & qualit. cui satis concordant Ant. Card. & communis, contradicat quo ad preces carnales & pro se, vel pro indigno oblatas: quod tamen singulariter refellit ibidem Inno. dicens per eas quidem peccari, sed non peccatum simoniæ. At quod reducendum est etiam id quod idem Thom. ait ea. q. ar. 5. ad Tertium de rogante pro se indigno beneficiū. Idem dicendum de dante aliquid causa dicendi missam, vel faciendi alia similia, quæ componuntur principaliter ex spirituali, quòd est ipse actus qui fit potestate spirituali ad id cõcessa, & minus principaliter ex temporalis, quod est labor qui in eis agendis suscipitur. Distinguendum enim est an det in pretium, vel causam principalem, an ob minus principalem, vel alias rationes supradictas post vtrunque Thom. 2. sec. quæst. 100. art. 3. Qua ratione Episcopi, clerici, monachi, & monachæ, siue sint pauperes, siue diuites, siue proprii siue alieni sine peccato accipere possunt portiones, eleemosynas, & stipendia, quæ pia

pia consuetudine, aut lege naturali diuina, aut humana iusta ijs qui tale, vel tale opus spirituale faciunt, debentur; non quidem pro pretio & causa principali, immediata eorum, nec laboris qui in opere suscipitur, sed tanquam pium debitum, vel causa excitatiua & minus principali, per supradicta & per c. signicatum de præben. vbi latius diximus.

Addo, quòd etiã pro pretio & causa principali immediata potest dare quis aliquod temporale pro obligatione exercendi munus Vicarij Episcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris vnum annum, mensem, aut hebdomadã, secundum Inno. recep. in c. Quoniam. Ne præl. vic. su. vel subeundi laborè ad eū di aliquem locum longinquum, vbi rogatur missam dicere, aut aliquem aliū actum spirituales agere. Quia huiusmodi obligatio, vel labor non sunt de se accessoria illis actibus, vt rectè declarat Caietan. & ante illum sensit Innocent. vbi supra.

Vndecimo, quòd non committit veram in foro interiori simoniam, qui notario Episcopi pro instrumento ordinis dat aliquid etiam amplius quàm debet, vel etiam ipsi Episcopo pro pastillis, præsertim post susceptum ordinem sine vilo pacto; modo non dederit pro pretio, nec pro causa principali, & immediata ordinis, quamuis in foro exteriori possit præsumi contrarium per c. 1. de simon. Idem arbitror de beneficiario qui soluit aliquid in possessionis ademptione alijs beneficiarijs, ad quod tamen non potest cogi. cap. Iacobus eod. tit. & cap. Ex multis. 1. quæst. 3. etiam stante consuetudine, si dandum veritur in priuatum commodum, quale est prandium, vel Symposium, aut pretium eorum, secus si pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere, vt per Panor. communiter recept. in d. c. Iacobus: quod confirmauit Concil. Trid. sess. 24. c. 14. de reform. quod tamen videtur in hoc æquare statutum & consuetudinem, & ita corrigere Panor. & communem vbi supra, quem sequitur Alexan. in d. cap. Ex multis. quatenus contra eorum sententiam exæquat in hoc constitutionem consuetudini; quod ipsum, videtur statuere de marcha argenti, vel alia summa quæ alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo dato possit accipi etiã stante consuetudine. Quin etiã puto non posse nunc capi pro rebus pijs quod consuevit capi pro commodo proprio: quia non erat consuetudo, vt pro illis caperetur, & ea quæ pro commodo proprio accipiebatur, sublata est, & iure communi etiam pro illis non debet capi. d. cap. Ex multis. Notarium autem qui magis accipit pro instrumento quo de ordine maiori datur fides, & prælatum qui eo plus exigit pro titulo quo maius est beneficiū, arbitror esse plane simoniacos: quia vendunt temporale mixtum spirituali maioris quam venderent purum, per prædicta numer. 99. Præterquam quod contraveniunt prædicto Conc. Idem arbitror de dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet aliquem in necessitate constitutum, iuxta Pan. communiter recept. in cap. Cum ecclesiæ, de simon. quicquid dicat glo. secum pugnant in cap. Baptizandis. 1. quæst. 1. Nam & in necessitate licitè accipitur ab heretico, iuxta glo. in c. præter. §. Ite 3. 2. distin.

Tertiò principaliter præmitto quòd simonia est triplex, mentalis tantum, 101. conuen-

conventionalis tantum, & realis. Simonia mentalis tantum est, simonia mente tantum concepta citra omnem conventionem expressam, vel tacitam, siue res tradatur, siue non. Et est duplex. Altera quæ neque peruenit ad conventionem, neque ad dationem. Altera quæ peruenit ad dationem citra omnem conventionem; quarum utranque esse peccatum mortale simoniæ supra probatum est, & in prædicto Comment. c. fin. vbi num. 12. probo neutram harum Simoniarum mentalium tantum obligare ad restituendum per eam acceptum, siue id sit spirituale, siue temporarium; & quidem quo ad priorem, in qua realiter nil datur, nec accipitur, omnes conueniunt; sed quo ad posteriorem qua aliquid datur, vel accipitur, etiam sine vlla conventionem expressa, vel tacita; Contrarium tenet Maio. in 4. dist. 25. quæst. prima. Adri. in quodlib. 9. Sot. libr. 9. quæst. 8. articul. primo. de iust. & iur. eo quod usura mentalis tantum obligat ad restitutionem. c. consuluit de usur. & dictum est supra, cap. 17. & latius in capit. 1. 14. quæst. 3. & quod eadem ratio idem debet suadere in Simonia mentali. Sed nobis semper placuit communis opinio, quam irrefragabiliter probo in dict. Comment. a num. 12.

Primò, quia illud in secunda parte tam manifestè id dicit, vt nimis cuiusdam audaciæ fuerit illud inficiari, adijciendo ei glossas omnino dissonas.

Secundò, quod ita in hodiernum diem intellexerunt illud gloss. & fere omnes doctores Theologi & Canonistæ, in quibus est Innoc. quartus ibi, quicquid illi imponat Sylu. tenens tamen communem verb. simonia. quæstio. 20. Exponit enim verbum *Utrunque*, in eo positum sic, *Idest, ex parte dantis & accipientis beneficium, qui ideo seruit, vt beneficium acciperet, & ille qui dedit beneficium, ideo dedit, quia sibi seruiuit*, & ita intelligit illud de secunda simonia mentali, in qua datur vel accipitur aliquid. In ijs etiam est S. Thom. 2. sec. q. 100. art. 6. ad 6. quicquid dicat Sot. vbi supra, quod in prædicto commentario efficaciter monstramus, vbi etiam idem probamus de Hostien. Iohan. Andr. & Caiet. quos aliqui suspicantur fuisse in contraria sententia, nam alij omnes sunt in nostra communi.

Tertiò, quod illud. cap. non potest intelligi, quomodo illud intelligit Maior. in 4. dist. 25. quæst. 1. vt ad oculum ibidem monstramus per multa, quæ breuitatis gratia prætermittimus.

Quartò, quod illud. cap. non potest intelligi vt Adri. quodlib. 9. sentit, quæ Sotus vbi supra sequitur, Tum quia, vt contextum in suam trahant sententiã iubent demi notam rubeam (quæ paragraphum & diuisionem significat) positam ante illa verba & ad & cæt. & ita tacitè, E, maiusculum sententijs & periodis aptum, quod semper in prædicta connexionem adhibitum est, in e, paruum mutari iubent, contra perpetuam consuetudinem à Gregorio nono, hucusque seruata, nullo ad id producto exemplari, sicuti videmus mutatum esse dudum in quadam Parisiorum impressione. Tum per alia omni responsione maiora, quæ in d. cominen. afferimus, præsertim quod impossibile est secundum eorum intelligendi modum aptare constructionem aliquam tolerabilem illi versiculo. *Eos & cæt. vt eum construere volenti palam erit.*

Quintò,

Quintò, quod non obstat fundamentum aduersantium, videlicet quod non potest dari ratio apta diuersitatis cur usura mentalis obliget ad restituendum & non simonia mentalis, eo quod Panormitan. in dicto cap. fin. probat non esse idoneas ante ipsum redditas, nec approbat quas ipse reddit & meritò, quia postrema, quæ videtur ei alijs præstare, præsupponit falsum, nempe quod capitu. illud loquitur de illo qui non dat vel facit temporarium principaliter pro spirituali, sed minus principaliter & secundariò, quod est falsum, quia illud capitul. agit de simonia, quæ est peccatum mortale, vt supra probatum est; quale non est facere aliquid minus principaliter & secundariò pro spirituali, vt supra. num. 10. ostenditur. Nihil, inquam, obstat prædicta eorum ratio. Tum quia debemus assentire humiliter declarationi Papæ, licet rationem qua ille motus fuit non attingamus, argum. cap. Ego solis. 9. dist. credentes non defuisse illi rationem ita declarandi. Vnde dixit Iohan. Ana. ibi, quod ratio iusta illius decisionis ab authore petenda erat. Tum quia satis apta est quam reddit Caiet. scilicet, quod id quod pro usura datur coactè datur, quod autem pro simonia sponte, vt quod datur pro emptione aut venditione. Nec obstat replicatio Sot. vbi supra, videlicet quod pares sunt in hoc soluens usuram & dans aliquid pro beneficio: quia vterque mallet habere gratis, & vterque ideo dat, quia non potest quod desiderat habere gratis. Non inquam, obstat hæc replicatio contra Caiet. quia ad hoc vt consensus dantis impediatur restitutionem, non sufficit, quod mallet habere gratis quam pretio, quoniam alioqui etiam omnis venditor teneretur restituere pretium ementi; sed sufficit consensus præstitus via contractus approbati, & quod datur per viam simoniæ datur per viam commutationis, quæ de se iure probatur, non autem quod datur per viam usuræ. Et ideo consensum datum per viam simoniæ reputauit Grego. in dicto. capit. fin. insufficientem ad impediendam restitutionem; consensum autem dantis per viam usuræ reputauit ad id insufficientem Urbanus in dicto cap. consuluit: Tum quia etiam alia ratio diuersitatis efficacior supradicta nouè reddi potest, scilicet, quod usura benè soluitur, & malè recipitur. Nam usuram soluere, non est peccatum. cap. debitores de iureiuran. recipere autem sic. cap. Quoniam. de usur. & qui malè recipit ab eo, qui benè dat, tenetur id restituere danti. cap. Non sanè, cum gloss. 14. q. 5. At qui per simoniam mentalem accipit ab eo qui malè dat, bene suscipit ob ignorantiam malæ intentionis; aut saltem accipit a male dante, & consequenter nemini tenetur illud restituere, saltem si præstet id propter quod datum est, per regulam supra. cap. 17. num. 32. positam, scilicet eum qui benè aut malè aliquid accipit ab eo qui male dat, ad illud restituendum ex præcepto non teneri, saltem si illud cuius causâ datum est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. Et quamuis de accepto per simoniam realem, sit lex specialis quæ id iubeat. cap. de hoc de simon. nulla tamen talis est de accepto per simoniam mentalem, imò contraria expressè ponitur in d. c. fin. Concludo igitur, proculdubio quod simonia mentalis non obligat ad restituendum quæsitum per eam, siue illud sit spirituale, siue temporarium, quod procedit etiam in simonia iure naturali, vel diuino prohibita. Tum quia illud. c.

Man. Nau.

Q. 9

generaliter

generaliter loquitur, & ita generaliter est intelligendum. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. c. si Romanorum, 19. dist. Tum quia speciatim agit de simonia, qua temporarium fuit datum pro statu spirituali religionis, quæ iure diuino prohibetur, per dicta supra, nu. 100. Procedit etiam quo ad vtrunque forum, quicquid dicat. Med. in cod. de rest. in q. de vsur. rest. fol. 240. qui nescio cur illa verba, *In quo casu delinquentibus sufficit per solam penitentiam suo satisfacere Creatori*, non ponderarit. Procedit et non solum quando altera pars simoniam tantum mentalem committit, sed etiam quando vtraque, quicquid aliqui dicant; Tum quia aperte agit tex. de quæsito ab vtraque parte in illis verbis, *Vtrinque taliter acquiruntur*, & nihil, facienda est declaratio Maio. vbi sup. Tum quia Inno. quartus ponit exemplum tex. in duobus, quorum alter seruiuit pro beneficio, & alter dedit illud ei pro seruitio: Procedit etiam non solum in eo qui quærit aliquod temporale, non dato spirituali, sed et qui quærit alterum eorum, altero dato: quia verba, & ratio tex. æquè hunc casum ac illos comprehendit, per prædicta, quicquid dicat Sot. Procedit etiam in datione cuiuscunque rei temporariæ à manu, siue à lingua, siue ab obsequio, de quibus supra, eadem ratione. Hæc de simonia mentali tantum.

103 Simonia verò conuentionalis tantum est simonia conuenta expressè vel tacite, nondum tamen ab vtraque parte executà. Et est duplex. Altera ex neutra parte executà; Altera ex vna tantum: & vtraque est peior mentali tantum, quia etiam prior est mentalis, vt illa quo ad forum interius, & etiam punibilis quo ad exterius, cum sit peccatum mortale graue. c. cum pridem de pact. & c. Cum esset, de simon. & probabile, quia est exterior actus: posterior verò adeo quidè quod, (vt audio) grauissimum Rotæ prætorium propter eam commissam super beneficio soleat priuare eo illam committentem, licet quia non peruenit ad realem, non declarat eum ipso iure illo esse priuatum, quod satis mite est, quum etiam ab officio deponere posset de rigore iuris, quia pro crimine graui id potest, iuxta resolutionem Panor. & Decij in c. Artu clerici, num. 35. de Iudic. Tum quia obligat ad restituendum acceptum ei qui dedit, etiam ante iudicis sententiam, vt Caiet. adnotauit; quod verum est, si acceptum est temporale, falsum autem si acceptum sit tale spirituale, quod accipiens non potest reddere danti sine renunciatione præuia & collatione superioris subsecuta, quale est beneficium ecclesiasticum, quamuis priuari posset eo propter illud delictum, vt prædictum est; & falsius si acceptum est tale quod nullatenus auferri potest, qualis est character impressus per sacramentum ordinis, qui nulla potestate humana est delectibilis. cap. Ostenditur. capit. Quomodo de consec. distinct. 4. & notat gloss. vlt. in cap. Degradatio de pæn. libr. 6. Dixi, *Ab vtraque parte*, quia implementum ex parte promittentis temporale non efficit, vt simonia desinat esse conuentionalis tantum & fiat realis, quod etiam concedit Caiet. 2. sec. cun. quæst. 100. artic. 6. ad sextum, & in summ. verb. simonia, quem sequitur Sot. lib. 9. quæst. 8. artic. primo. de iust. & iur. quorum tamen vterque negat idem esse de implemento ex parte promittentis spirituale: quia secundum eos sufficit illud ad constituendam simoniam realem. Primum quidem quia Tho. ait

ait simoniam esse, conferre beneficium ob obsequia futura. Deinde quod credito vendere, est vendere; sed contrarium est tenendum, donec aliud statuat, cum Cass. in decis. 5. de const. & Gomes. in reg. Cancell. de Trien. quæst. 12. quos ille non citat, dicentibus collationem beneficij per simoniam conuentionalem factam valere. Tum quia, vt illi testantur, id obseruat antiquus stylus Curia Rom. qui facit ius. c. ex literis. de const. c. quàm graui de crimi. fal. cuius in hac re notitiam per eos habitam magnificimus olim, vt scripsimus in ca. si quando. de rescrip. in exceptione pag. 11. Tum quia non est sufficiens ratio qua mouetur Sot. dicens, quod conferre & tradere statim beneficium dilato pretio est simonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta. Nam et tenetur confiteri, quod dare & tradere pecunias statim pro beneficio promisso & conferendo tempore quo vacabit, est simonia mentalis & conuentionalis ab vna parte perfecta, & ita confiteri debet incurri pœnas per vtranque vel per neutram, & cum secundum eum non incurratur per vtranque, per neutram debet incurri. Non item sufficit dicere quod Tho. ait, quod est simonia conferre beneficium ob futura obsequia, sicut etiam est venditio, vendere aliquid dilato pretio; quoniam etiam dixisset esse simoniam dare statim pecuniam pro beneficio postea conferendo, sicut dixisset quod est emptio dare pecuniam presentem pro merce postea tradenda. In confesso est enim emi posse merces futuras, etiam nondum natas, imò & spem earum. l. Nec emptio. ff. de contrahen. empt. sicut & obligari. l. Quæ nondum. ff. de pigno. & promitti. l. Interdum. de verb. & legari. §. Ea quæ. instit. de legat. Tum quia idem Sot. fatetur, & rectè vbi supra, quod traslatio dominij beneficij per simoniam collati impeditur non iure naturali, nec diuino, sed humano tantum ecclesiastico. Quod ipsum est dicendum de translatione pretij per simoniam dati, quicquid ille dicat, secundum Pan. in dicto. cap. final. & cap. De hoc. de simon. Caiet. in summa verb. simon. & 2. sec. quæst. 100. ar. 6. Sylu. verb. simonia, q. 20. & communem, & idem a fortiori de alijs pœnis contra simoniacos statutis: ergo eatenus est dicendum eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur; & nullo tali est expressum quod magis incurratur per simoniam conuentionalem completam ex parte dantis spirituale tantum, quàm completam ex parte dantis temporale tantum. Tum denique quod extrauag. 2. de simon. quæ has pœnas induxit, non induxit eas contra omnes simoniacos, sed tantum contra eos qui simoniam in ordine vel beneficio committunt. Nec etiam contra hos omnes, sed solum contra hos qui committunt dando aut accipiendo: ita quod non habet locum nisi in simonia quæ ad opus dandi aut accipiendi peruenit: At Caiet. & Sot. non possunt dicere dationem vnus eorum quæ sunt danda sufficere, quia vterque; fatetur non sufficere dationem pretij nisi ad dationem beneficij perueniatur. Et quum extrauagans non magis de datione vnus quam alterius loquatur, intelligenda est de vtraque. Multo fortiora sunt argumeta quæ quendam magnum Aduocatū Consistorialem proposuisse in huius grauissimo Rotæ Auditorio refert prædictus Cassador, qui ea vbi supra soluit; & multo magis quàm illa obstat vnū quod nos pridè proposuimus Conimbricæ Auditorio, quo se in inuestiganda solutione

ne exerceret, quam nunquam inuenit. s. quod nulla collatio beneficij purè facta sine conditione potest esse pendens, sed statim aut valet, aut est nulla, argu. c. 2. de elec. lib. 6. & latè traditorum per Felyn. in c. constitutus. de rescrip. At secundum eorum opinionè collatio purè facta cum pacto dandi 100. ad finem anni in pendenti est; si enim non soluantur, valet; si soluantur, non valet iam inde à principio. Item excòicatio purè lata, non pòt esse in pendenti. c. Ad hæc quoniam. de appellat. At secundum eorum opinionè, excòicatio lata per prædictà extrauag. esset in pendenti: quia si soluantur illa 100. erunt excommunicati iam inde à principio, & si non soluantur, nunquam. Post autem maturam considerationem animaduerti, quòd hæc omnia æquè obstant Caiet. & Sot. ac Caff. & Gomes. Et utrosque defendendo posse responderi, quòd ius antiquum, quo nec collatio, nec excòicatio pure facta potest esse in pendenti, est ius humanū, quòd tolli potest alio humano contrario; & ius quòd colligitur ex prædictà Extrauagan. inducta modo supra dicto, stylo curiæ adiucto, est nouum, contrarium in hoc prædicto antiquo, & ita tollit illud tanquam posterius. c. 1. de constitu. lib. 6. Pro qua solutione vrget quòd amissio emphyteusis ipso iure incurfa per c. potuit de loca. & l. 2. C. de iur. emphy. est ita in pendenti, quòd si dominus proprietarius antequam illam petat, vel declaret se velle petere, moriatur, non censetur amissa, & si petatur sic. Et idem si ipse emphyteuta moriatur antequam ab eo illa petatur, per ea multa quæ dictus Caff. adducit in decis. 2. & 3. de locat. Facit etiam & proprius, quòd excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu non solutionis faciendæ in certo termino, eo lapsò non censetur incurfa, donec is cui illa debetur declaret, se velle illam esse incurfam, & illo etiam post mensem & annum declarante habetur pro excommunicato iam inde à termino lapsò, & si antequam declaret moriatur, vel soluat pensio, vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur, censetur nunquam incurfa, vt stylus habet, & prædictus Caff. affirmat in d. decis. 2. & 3. de locat. Itaque dici potest quòd illa extrauagans interpretata per stilum Curie antiquum Papa sciente & tolerante seruatur, probat singulariter quòd nullitas tituli, & excòicatio inductæ per illam sint ita in pendenti, quòd non liget donec ab vtraq; parte compleatur simonia, impleta vero ab vtraq; parte, èt si longè postea impleatur ab altera, censeri eas inductas iam inde à contracta simonia. Non ignoro facilius responderi posse dicendo nullitatem tituli & excòicationè non inde ab ipso tēpore datæ tituli incurri, sed a tempore simoniæ ab vtraq; parte perfectæ, nisi contrariū seruaret stylus antiquus cui standū est. Succedit tamè quæstio non minus quotidiana quàm grauis; An incurrat irregularitatè qui celebrat post cōpletā ab altera parte simoniā, & ante cōpletā ab altera? in qua idè videtur respondendum quòd de pensionario celebrante post lapsū termini ad soluendā pensioè sub pœna excòicationis latæ sententiæ præstituti. Equidem arbitror eā non incurrere saltè quo ad forū conscientiæ. Tum quia appellans a declaratione excòicationis de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchrè declarat Fel. in c. Rodolphus. nu. 43. de rescrip. Tum quia appellans ante excommunicationem & fidens appellationi celebrando

lebrando non incurrit irregularitatè, èt si declaretur male appellasse iuxta glō. pen. communiter recep. in c. solet de sent. excom. lib. 6. Tum quia vt ait Pan. in c. pastoralis. §. verū de app. & Domin. in d. c. solet. & Fel. in d. ca. Rodolphus, pœna irregularitatis ponitur ob contemptū què prædicti verè non habet, nec præsumuntur habere, attentò quòd in casu simoniæ non completè non est incurfa excommunicatio, & in casu non solutæ pensionis credere potest pensionarius se excusatū iri per impotentiam, vel concordia, vel bonitatè eius cui debet, quòd non vult eū declarare & cæt. Facit, quòd Rota non iudicat irregularè eum, qui celebrat post intimationè executorialiū antequam declaretur, vt sentit Fel. in c. Ad probandum, num. 6. de re iudi. quatenus ait Rotam suo tēpore iudicasse validam collationem factam ab episcopo excommunicato eo quòd non paruerit executorialibus intimatis ante declarationem, quæ fieri non potest nisi seruatis quatuor terminis de quibus ibi per eum. Quare hoc videtur proculdubio tenendum donec aliud statuatur, excepta simonia confidentiali, per quam ipso iure annullari titulum, & incurri excommunicationè & alias pœnas probant duæ nouæ Extrauag. Pij quarti, & Pij quinti vt infra, num. 110. notatur. An autem earum exemplo statuere idem in alijs sit e re christiana, scriberetur in comment. prædicti. c. fi.

Simonia realis est simonia conuenta expressè vel tacitè ex vtraq; parte completa saltem quo ad aliquam partem promissorum vtriusque partis. Dixi, *Vel tacitè*, quia interdum fit illa sine verbis solis nutibus, quibus vnus èt in momento, vt ait Caiet. significat se facere, vel dare aliquid pro spiritali, & alter vel accipere aliquid pro illo; vel factis tantum puta spondendo, vel faciendo scommessam, vt Itali dicunt, vel (vt Hispani) Apuestam, 100. vel 1000. cum Episcopo, quòd non conferet beneficiū tale vacans suo filio vel nepoti, & Episcopus vt lucretur illa confert illud ei, vel vt, quòd quidam magnas fecit, dicèdo Regi percupièti, vt successor cuiusdā Episcopi mortui solueret viginti millia scutorum quæ illi debebat, si placet suæ Maieftati, ego soluā illa oīa ex legitima parte quæ debetur ex bonis maternis filio meo & cæt. qui erat dignus Episcopatu, nihilo expresso de episcopatus præsentatione, pro qua tacitè promittebat, nā si rex nihil aliàs respondendo præsentasset illum eius filium, & magnas soluisset illud debitum, censenda fuisset simonia realis, quippe quæ esset tacitè conuenta, & ab vtraq; parte completa. Dixi, *Ab vtraque parte*, quia non sufficit quòd impleatur ab vna parte tantum per supra latè adducta. Dixi nouè, *Saltem quo ad aliquam partem promissorum vtriusque partis*, ad includendum simoniam cuius conuentionem non implent partes in totum, sed in partem sic, vt cum quis promittit 200. pro renunciatione duorum beneficiorum, & re renunciat vnum tantum, & soluantur 100. tantum.

Porro hæc simonia vt minimum est æq; mala ac mentalis & conuentionalis, quia non solum est mortalis in foro interiori, vt mentalis, sed & punibilis & obligatoria ad restituendum in exteriori, vt conuentionalis. Dixi, vt minimum, quia realis in ordine & beneficio est peior vtraque. Vnde sequitur quòd præsentatio, electio, confirmatio & qualibet alia dispositio & prouisio

facta per Simoniam realem ipso iure nulla, & consequenter quod prouisi non faciunt fructus suos, imò tenentur relinquere beneficia tanquam res alienas, & sibi non quæritas cum fructibus male perceptis vt statuitur in d. Extra u. 2. de simon. & subsequenter quod renunciatio simoniacè facta non valet, cap. cum vniuersorum. de rer. permut. secundum vnum intellectum, & ibi Inno. Per Pan. & alios communiter receptos, & Rot. 7. de renunc. in antiq. licet ita renunciatio castigari possit, vt ibi subdit Inno. non tamen perdit titulum, nec ius renunciatum.

Missæ pro dicenda non potest statui quid certum, & ne minus eo detur. nu. 106. Spirituali pro præfæto dari consuetum potest capi, et interdum peti antequam præfætur. nu. 106.

Si monia conuentionalis est promissio sine animo soluendi, & quando realis. numero. 106.

Simoniam an faciat obligationis antidoralis remissio, nu. 106.

Mediator Simonia & capiens sibi vt roget, Simoniacus, nisi & cat. nu. 106.

Modiator simonia & capiens sibi vt roget, simoniacus, nisi & cat. nu. 106.

Simoniacus non est conferens ob consanguinitatem, vel amicitiam, vel preces, etiam indigno, nisi & cat. nu. 107.

Simonie quedam usitata in Curia inter monentes vacantia, & ea impetrantes. numer. 107.

Renunciare Beneficio intentione ut detur. N. licet, eo non expresso. nu. 107.

Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius nunquam, nec ipse nec consors eius numer. 108.

Beneficium ecclesiasticum spirituale, & ideo inuendibile etiam a Papa, qui tamen potest illud extinguere, diuidere, unire, & de fructibus varie disponere, alijs & sibi non vendito illo. nu. 108.

Confidentia quid, quotuplex, & beneficalis etiam illicita duplex, & de qua extranag. Pij V. nu. 109.

Bulla Pij V. de confidentia cum 10 adnotationibus. nu. 110.

Pensio beneficalis non potest emi, nec redimi, sed remitti sic, quia est spirituale dependenter. nu. 111.

Vicarie spiritualis etiam temporarie venditio Simoniacæ, sed non excommunicat. nu. 111.

Simoniacus qui ipso iure suspensus vel excommunicatus, vel restituere obligatus numer. 111.

Simonia omnis mortalis, quæ suspendit, quæ excommunicat, quæ dimittit e obligat. numer. 111.

Ceterum ultra quæsitæ decisa circa simoniam in ordine infra c. 25. num. 68. & in beneficijs ibidem. nu. 115. & in præsentatione ibidem. nu. 8. quæruntur multa nona.

Ad quorum primum respondeo, quod non licet Episcopo iubere, vt certa pecuniæ

pecuniæ quæritas detur pro missa dicenda, & nemo minorem accipiat; Tum quia missa non est pecunia æstimabilis. c. Qui studet. 1. q. 1. Tum per alia ponenda in d. c. si. præsertim illud Tho. in art. 3. recep. quod quamuis constitui possit in aliqua ecclesia, vt fiat supplicatio in funere eius qui tantum dederit, non tamen ne fiat pro eo qui tantum non dederit.

Ad secundum, quod consueta dari pro actibus spiritualibus iã præstitis licite possunt accipi antequam præstentur, imò & interdum peti ad impediendas contentiones & molestias, quæ alioqui probabiliter putatur futuræ, quod determinat Caiet. in sum. verb. simonia. & per supradicta probatur.

Ad tertium, quod est simonia conuentionalis promittere in instrumento publico 100. scuta alteri vt conferat sibi beneficium sine vilo animo emendi illud, nec soluendi illa, licet Caiet. in 2. tom. tract. 9. q. 2. de simo. & Sotus qui eum sequitur lib. 9. q. 5. art. 1. de iust. & iur. contradicant, dicentes eum quidē peccare cōdicando simoniæ mortali alterius, mentiendo itē & scandalizando, non tamen simoniam commitendo, & ex eo inferentes non teneri relinquere beneficiū eiusmodi dolo acquisitū. Tū quia ad essentiam simoniæ non est necessaria vera voluntas emendi, quod ipsi præsupponunt, sed sufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid pro spirituali consequendo, per dicta supra nu. 110. quod in hoc casu fit cum vnus eorum velit dare spirituale, & alius promittere instrumento publico quocunque animo id faciat. Verum autem est quod inferunt, nempe illum non teneri ad relinquendum beneficium ratione talis simoniæ, non quidem eorum argumento, scilicet quod non committit simoniam, sed quia illa non est realis sed conuentionalis tantum; quæ vt prædictum est, nec excommunicat, nec ad relinquendum obligat; quamuis possit dici simonia realis, conuentio qua conuenirent duo, vnus ad dandum spirituale, alter ad dandum instrumentum promissionis centum, si alter daret spirituale promissum, & alter traderet instrumentum eiusmodi promissum, etiam si nunquam solueret, quia ex bona parte implet promissum tradendo illud quod promissum fuit, & vt prædictum est sufficit eam impleri ex vtraque parte quo ad partem promissorum. Non tamen arbitror esse realem illam, qua quis promitteret temporale, etiam instrumento publico quod traderet, quum hoc casu talis traditio instrumenti non sit pars rei promissæ, vt in superiori casu, sed solum probatio promissionis, quod est quotidianum, & ideo notandum. l. legauit. ff. de lib. leg.

Ad quartum, quod conferens beneficiū ei, cui est obligatus tantum ad antidora, animo se ab illa obligatione liberandi, simoniam committit, secundum Inno. in c. tuam de arat. & qualit. quod non est verum, nisi conferat pro pretio, & causa principali, & immediata illius per supra dicta nu. 110. Nec tunc esset plusquam simonia mentalis secunda, de qua nu. 101. si non deduceretur in pactum illa remissio, quæ in effectu est donatio c. veniens de test. in quo sensu videretur intellexisse Inn. vbi sup. Fely. in c. ad Audientiam. 2. de refer. nu. 10. sed si res satis perpendatur, nec tunc est simonia, quia nullum debitum legale sed solum antidorale remittitur, quod non habet vim pretij, vt Thom. clarius

aperit 2. secund. quæst. 78. artic. 2. ad secundum.

Ad quintum, quod mediator Simonie committit eam, & excommunicatur per extrauag. 2. de Simon. Imò & dans mediatori seu intercessori, ut procuret sibi collationem beneficij secundum Inno. in d. c. tuam de atar. & qual. quem ibi Ant. Pan. & Bellam. sequuntur, & idem Innoc. in c. tanta de simon. quem ibi Fely. sequitur, quia ut ille ait, paria sunt dare collatori, & dare tertio ut moueat collatorem ad conferendum; nisi daretur illi quod deceret pro labore quem suscipit in semel vel frequenter adeundo collatorem, & redendo ab eo; vel in compensationem alicuius interesse considerabilis, damni, vel lucri cessantis ipsius mediatoris; vel nisi daret principaliter ad ineundam amicitiam, & secundario ut postea per illa moueretur ad monendum collatorem ut conferat ei beneficium per prædicta. Per quæ, & hoc proximum dictum, videtur saluari qui dat munera a manu, a lingua, vel obsequio familiari Papæ principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & secundario ut impetret ei a Papa aliquod beneficiû, cum se ad id occasio obtulerit, & postea occasione oblata sine alia illicita conuentione impetrat illud ei: Secus autem esset si principaliter daret ei, ut rogaret Papam pro eo, vel ut obtineret ei beneficium, quo casu intelligendus est Sot. lib. 6. q. 7. art. 3. col. 2. de iust. & iur. & Sylu. verb. Simon. q. 6. contrarium significantes.

107 Ad sextum, quod non est simonia conferre propter consanguinitatem secundum Th. 2. sec. q. 100. art. 5. ad 2. quicquid alicui parum caute dicant: quia illa nec emitur nec venditur, nec vlllo contractu non gratuito quaeritur, quod ad simoniam requiritur, per eius definitionem, quod & Sot. vbi supra probat, quamuis conferens ob illam principaliter, peccet secundum Inn. in d. c. Tuam Non tamen incurrit censuram, qua simoniacus inuoluitur. Idem eadem ratione dicendum de conferente ob amicitiam, licet ob eam indigno conferret. Idem puto de illo qui pro se indigno precatu collatorem, obtinet beneficium, nisi preces pro pretio fiant & accipiantur, quo casu intelligendus est Th. 2. secund. q. 100. art. 5. ad tertium. Idem de hypocrita qui ob laudem humanam spiritualia facit, sed alia ratione scilicet quia non dat quicquam spirituale propter laudem secundum eundem Tho. vbi supra ad. Quartum nam si daret vel faceret in pretium laudis, simoniacus esset per prædicta.

Ad septimû, quod simonia realis committitur ab eo qui habito ab Hispania nuncio de aliquo beneficio vacante, conuenit cû aliquo Papæ familiari, ut impetret illud ab eo pro se, & quod ipse consentiet certæ pensioni à Papa constituendæ. Et postea familiaris impetrat illud pro eodē monitore qui consentit prædictæ pensionis cõstõni: Et expediunt literas nulla mentione facta Papæ de cõuentione pensionis cõstituendæ: quia est conuentio simoniaca, ab vtraq; parte executi ut patet. Idem & fortius est dicendû de illis qui habito ex Hispania nuncio de duobus beneficij vacantibus, cõueniunt ut vtrûq; illorû in caput vnus eorû impetretur, & iter ambo diuidatur ex æquo vtilitas eorû, & ipse faciendâ in soluedis pensionibus eis qui ea sibi impetrant. Et postea is in cuius caput ipetrata fuerit nulla de hmoi cõuentione facta mentione, renūciat alterû in fauorē alterius q. contri-

contribuit dimidiû impetrarum, quoniam est simonia ab vtraq; parte completa.

Ad octauû, quod simonia realis admissa fuit a duobus Hispanis, inter quos conuenit, ut alter existens in Hispania moneret de uacantibus alterum residentem in curia, & is impetraret à Papa illa, & diuiderentur ex æquo utilitas & impensa per renunciaciones, permutationes, vel pensionum constituciones ad id necessarias. Contra tamen puto de his inter quos conuenit ut alter moneret, & alter impetraret vtrique vel vtri eorû vellet, sine vlla obligatione ciuili alia ab antidotali quæ naturali iuri inest, ut beneficienti beneficiamus iuxta l. si non sortem. §. libertus adiuncta gloss. singula. de condi. indebit. & postea liberè ipse impetrat, & resignat vel consentit pensioni pro sua libera voluntate: quia expressio eorum quæ tacitè insunt, non inducit simoniam, ut prædictum est post Felyn. in cap. Ad audientiam de Rescrip. nume. 10. id in specie hoc dicentem.

Ad nonum, quod admittit simoniam qui habito nuncio de vacante beneficio in Hispania, notum facit illud alicui familiari Papæ qui obtinet ab eo gratiam conferendi illud cuilibet Hispano quem ipse nominabit, & postea nominat illum monentem facto pacto quod illi vel illi pensioni annuente Papa consentiet, & ad securitatem eius necessaria faciet, & postea nominat illum, & ille consentit pensioni prædictæ nulla de pacto prædicto facta mentione Papæ, quia est conuentio simoniaca, completa ab vtraque parte, & non purgata auctoritate eius qui de illa nil nouit. Secus autem si nullo pacto præcedenti nominaret eum & ille consentiret, quia nulla conuentio illicita interueniret.

Ad decimum dico primò, quod renunciatio facta in fauorem alterius, id est adiecto modo, ut conferatur illi, vel illi, est simonia, iuxta glo. c. ex parte 1. de offi. delega. & cap. cum pridem de pact. Nisi fieret in manibus Papæ secundum stylum Curie à multis seculis seruatum; à quo tamen cœpit recedere S. D. N. Greg. X I I. quamuis permittit, ut vna cum renunciacione vnus, præsentetur petitio alterius cui renunciatus vellet conferri.

Secundò, quod renunciatio beneficij facta etiam in manibus inferioris ea intentione, ut conferatur alicui cognato renunciantis, vel alij nulla cõditione, modo, vel pacto expressis valet, & renunciatus non admittit simoniam etiam mentalem secundum gloss. solennem. cap. Ordinationes, 1. quæstio. 1. verbo, pretio, communitet receptam, & expressam sententiam grauissimi hac in re auctoris D. Anton. 2. par. titu. 1. cap. 5. §. 1. 1. quamuis Panormi. & Dec. & citati per eum incautè teneant eum admittere mentalem, quod palam est falsum: quia nullatenus conuenit ei definitio simoniæ supra posita, nu. 100. Cum nulla emptio, vel venditio actualis, vel virtualis, nec vllus contractus nõ gratuitus, nec vlla voluntas faciendi aliquid horum etiam tale quale in proximo quaesito diximus interueniat, ut palam est, & cautius loquitur idem Deci. consi. 141. ad secundum, quamuis si vellet renunciare principaliter ob cognationem, vel ut conferatur indigno eo, peccaret, non tamen peccatû simoniæ, sed aliud iniuriam, vel acceptionis personæ inordinatè conceptæ, vel procuratæ. Pro quo facit, quod mandatum datum ad renunciandum beneficium in manibus ordinarij liberè,

bere, & ad petendum ab eo post renunciationem liberam vt provideat illi, vel illi, non est simoniacum, imò valet; & renunctio virtute illius facta, & collatio ad petitionem mandatarij consecuta, sunt validæ, vt Rota declarauit testate Cass. in decis. 2. de simon. & negari non potest ex illo mandato colligi intentionem renunctantis fuisse, vt conferretur nominato per eum; sed quia non fuit id positum sub pacto, modo, vel conditione, cessabit simonia. Et quod his non obstat extrauag. Pij V. de confidentia, annotabitur infra super ea, quamuis certum sit, quòd velle renunctare cum pacto, vel modo, vt detur illi, vel illi, est simonia mortalis, etiam si nulla subsequatur renunctio cum pacto, vel sine pacto per dicta supra, nu. 100.

108

Ad vndecimum de committente simoniam cum Papa dico primò, secundum Thom. communiter recep. 2. 2. q. 100. art. 1. Papam posse committere simoniam prohibitam, quia simonia est, hoc est, prohibitam iure diuino, quia ei subest c. sunt quidam 25. q. 1. Non autem simoniam quia prohibita est, id est prohibita tantum iure humano, de quibus supra nu. 100. quia non subest ei saltem quo ad vim coactiuam l. princeps. ff. de leg. c. Proposuit, de cõces. præb.

Secundò, quòd eadem ratione non potest efficere, quòd actus qui iure diuino est simoniacus, non sit talis; sed sic quòd actus qui solo iure humano est simoniacus, non sit talis.

Tertiò, quòd papa nullam pœnam temporalem statutam contra simoniacos, etiam qui sunt tales iure diuino, incurrit, & quòd potest facere ne alius eam incurrat: quia omnis talis est inducta iure humano, cui non subest ipse, & potest alios eximere per prædicta.

Quartò, quòd authoritas eius de facto eximit a pœnis simoniæ omnes qui cum eo vel cum consensu eius faciunt actum qui aliàs esset simoniacus, esto quòd expressè eos nõ liberet nõ facta differentia inter prædictas simonias; quia quo ad pœnas eadem ratio militat in vtraque; & ideo quicquid dicat Pan. in rep. §. Qui vero cap. extirpandæ de præb. sub fi. & Fely. eum limitans in cap. de cæteris sub fin. de re iud.

Veritas habet, quòd non eximit à culpa, sed tantum à pœna simoniæ iure diuino prohibitæ, & à culpa & pœna simoniæ iure tantum humano prohibitæ; Tum per prædicta: Tum per l. quidam consulebat. ff. de re iud. & l. idem Ulpianus. ff. de excus. tut. & eorum quæ de certa scientia Principis verius & communiùs dicuntur ab ijs quos latè citat Felyn. in cap. cum inter. de except. Tum per stylum Curia qui hoc seruat, (vt satis testatur Cassador. decis. 2. de simo.) qui facit ius c. Quam graue de crim. fals.

Quintò, quòd ex his est haurienda decisio quæstionis. An Papa vendens beneficium & emens illud committat simoniam? nam si iure diuino id est vitium, committit, si tantum humano, non committit; & quidam aiunt absolute quòd nunquam. Alij quòd non, si beneficium est simplex, si autem est curatum, sic; è quibus est Pan. in c. 1. de simon. & in cap. extirpandæ. §. Qui vero de præb. a nu. 83. Alij quòd semper, è quibus sunt Theologi, quos sequitur Caiet. 2. tom. tract. 9. q. 1. nosque soliti sumus sequi hoc syllogismo firmo in

Barbara,

Barbara, Omne spirituale est inuendibile iure diuino c. Qui studet. 1. q. 1. cap. Quam pio ead. caus. q. 2. Non solum datum vel institutum immediate a solo Deo, sed etiam ab ecclesiastica potestate diuinitus ei data, per dicta supra eod. nume. 99. & adducta per Caiet. vbi supra. At omne beneficium est ius spirituale dependenter, siue consequenter præsupponens clericatum seu additionem & deputationem ministerijs diuinis factam ab ecclesiastica potestate diuinitus ei tradita, vt probat c. Dilecto de præb. & tradit Tho. 2. sec. q. 100. art. 4. à quo nullus etiam Canonista recedit; ergo omne beneficium ecclesiasticum est inuendibile. Et confirmatur eò quòd ius patronatus est inuendibile c. de iure, de iur. patr. & tenet Tho. vbi supra, ab omnibus etiam Canonistis recep. quòd tamen est minus spirituale quam beneficium; quippe quòd cadit in laicum tanquam spirituale antecedenter non præsupponens clericatum nec aliud spirituale, cum tamen beneficium sit tale dependenter, & præsupponens clericatum c. Cum adeo de rescrip. & c. ex literis de transf. Confirmatur & eo quòd ius decimarum est inuendibile, quia deputatum ab ecclesia ministris eius, vt ipsemet Thom. ab omnibus recep. ibidem ait, & probatur in c. Altare. 1. q. 3.

Sextò, quòd quicquid aliqui facile detrahant, non arbitror vllum Papam vlla beneficia vnquam simpliciter vendidisse cõtra conclusionem prædictam; quamuis ceperit aliqua non via venditionis nec permutationis, nec alius contractus non gratuiti, sed alijs vijs iustis, quæ colliguntur ex eo quòd potest beneficia extinguere, & alia alijs vnire, diuidere, & reditus eorum angere, & diminueri c. Ex parte de consti. & c. Maioribus & c. extirpandæ in princ. & §. Qui verò, de præben. c. sicut vnire de excessib. prælat. cum eis adnot. Potest etiam partem reddituum eorum vacantium, & non vacantium de consensu beneficiariorum, imò & sine illo, ex iusta causa applicare alicui bello pio, vel alijs pijs operibus & necessitatibus Sedis Apostolicæ vel alterius, & in iustam pensionem aliquibus, ac consequenter annatas vel compositiones necessitatibus Sedis Apostolicæ vel alijs pijs operibus applicare.

Ad duodecimum, quòd ex responsione 3. præcedentium quæstionum sequitur non esse simoniacam confidentiam illam, qua quis confidit, quòd collator conferet beneficium renunctatum illi, cui renunctans volet, post renunctionem liberè & sine vllò pacto & modo, aut quòd patronus presentabit ad illud ita renunctatum: quia nullus in ea re contractus non gratuitus, nec voluntas illum faciendi interuenit, neque vllò iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, si aliud non obstat. Et eadem ratione non est confidentia simoniaca conferre beneficium, vel procurare vt conferatur alicui ea intentione & spe quòd ille aliquando cedit in fauorem alterius a se nominandi, vel sui ipsius conferentis, vel procurantis, dummodo nullum pactum, nullus modus, & nulla conditio adiciatur; quòd certum est solo iure antiquo attento. Et quòd idem sit attentis extrauagantibus fæl. rec. Pij Quarti, & Pij Quinti super confidentia beneficiorum editis, probatur efficaciter, eo quòd illæ nihil prohibent, quòd ante illas non fuisset prohibitum; solum enim disponunt contra confidentiam illicitam beneficiale, & non omnem, sed tantum simo-

109

tum simoniacam, qualis non erat omnis confidentia beneficialis. Tum quia confidentia in genere est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, vel erit, & interdum sonat in bonam partem, ut in illo Psalm. 10. In Domino confido, interdum in malam. Psalm. 113. Qui confidunt in eis: & consequenter est: confidentia licita, & confidentia illicita; licita est qua quis ordinatè sperat; illicita qua inordinatè. Tum quia hoc consequitur, quòd confidentia beneficialis est duplex, licita, qualis est illa qua quis ordinatè confidit quòd collator conferet beneficium fratri suo cū primis eo digno; & illicita qualis est ea qua quis inordinatè confidit, quòd collator conferet beneficium suo fratri eo indigno, arg. c. Cum in cunctis. §. fina. de elec. Tum quia confidentia illicita beneficialis est duplex. altera simoniaca, qualis illa qua quis confidit, quòd collator conferet beneficium mediante pretio pacto, modo, vel conditione expressa, vel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca, qualis est illa qua quis confidit, quòd collator conferet beneficium ob cognationem, uel amicitiam indigno, sine tamen pretij, pacti, modi, uel conditionis interuentu. Quod autem extrauagantes prædictæ non sint editæ contra omnem confidentiam beneficalem, sed tantum contra illicitam, nec contra omnem illicitam, sed tantum cōtra illicitam simoniacam pater.

Primò, quòd principium extrauagantis pij Quarti sic habet. *Sanè licet, dum cum certam simoniaca prauitatis speciem quam beneficiorum confidentiam uocant &c.* Et ex principio colligitur intentio disponentis. l. fi. ff. de hæred. insti.

Secundò, quòd mox declarat se loqui de confidentia, qua quis accepit custodiam alieni beneficij cum pacto, ut postea cedat alteri.

Tertiò, quòd postea ter se restringit ad eam adijciens uerb. *Confidentiam*, uerbum, *Huiusmodi*, quod restringit ad prædicta. l. huiusmodi. ff. de leg. j.

Quartò, quòd Pius V. de eadem omnino confidentia disponit, de qua Pius III. ut tam ex præmio, quam reliquo contextu palam colligitur.

Quintò, quòd declarant præteritas de quibus agunt confidentias fuisse illicitas, quod non potuisset iuste fieri, nisi ante fuissent prohibita, cum lex non extendatur ad præterita. c. 2. & c. fin. de const. & ita quæ confidentia ante illas erat licita, etiam nunc est licita; & è contrario, quæ nunc est illicita, antea erat illicita; & quæ illicita nunc est simoniaca; antea erat simoniaca, & quæ antea non erat simoniaca, nec nunc est simoniaca, licet iuste præsumi possit in foro exteriori per modos ad id inductos à Pio V. per extrauag. cuius tenor sequitur *Pius Episcopus &c.*

110 *Intolerabilis & infra. Bene quidem, & prouidenter fœl. rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster ad tollendam fiduciariae mancipationis beneficiorum ecclesiasticorum corruptelam, statuit, & decreuit, ut ipso iure vacarent ecclesie, monasteria, ceteraque beneficia ecclesiastica in confidentiam a quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiusuis persone contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi & Apost. S. reseruando, nec ualere ipsorum collationes seu concessionem, nec fructuum, nec pensionum reservationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi ad ecclesias, monasteria, & beneficia supra dicta,*

dicta, illaque recipientes, fructus, pensiones, & alias res eorundem indebitè perciperent. Prohibens quibuscunque etiam sub censuris ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunque provisiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de ecclesiis, monasterijs, & beneficijs, necnon reservationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasq. facultates, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices, etiam motu proprio, ac consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentia huiusmodi, siue expressè, siue occultè, ac de iure præsumpto, & alias contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse, sicque per quoscunque etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui & probari non posse constaret) iudicari & diffiniri debere. Necnon irritum & inane quicquid secus contigerit attentari, quemadmodum confectis super his literis plenius continetur. & infra. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeunt: alij ne cogantur ad sacros ordines, & ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, ut ad bellum proficiscantur, ut inimicos occidant: alij ut alieno nomine lites agant, aut defendant: alij propter crimina incapaces: quidam ut purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus. Plerique uel senes, uel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuant, illa renunciant, & renunciant in alios, qui uel profanam familiam cedentium, de fructibus ecclesiasticis alant, uel illa etiamnum infantibus, aut nascituris afferuēt, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reservatione fructuum & aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis qui præstandorum iurium Camera Apostolica sunt immunes: alij aut incapaces, aut alijs beneficijs ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici beneficia ecclesiastica alijs conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, alijsue faciant ministrari. Alia item permulta eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie uolatur, disciplina ecclesiastica neruus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cobibere, presentium auctoritate statuimus, ut si quis quacunque auctoritate ecclesiam, uel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, uel cessione cuiuscunque persone simpliciter aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, uel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, ut illa uel illud etiam in euentum regressus, uel accessus, eidem dimittenti, uel alteri postea conferatur, aut illius fructus, uel eorum pars alij uel alijs concedantur, uel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius uel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo uacans, ea conditione tacita uel expressa, ut postea

postea in alterum pro arbitrio collatoris, seu alterius cuiuscunque cōtra iuris communis ordinationem disponatur, siue ut de eo prouisus, fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferentis vel cedentis aut alterius, relinquat & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator aut cedens, vel alius per se vel alium scripto aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat, & pariter si a patrone etiam laico, vel alteri presentatori, seu electori contigerit aut contingat id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ Camere, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Camere, vel etiam Cancellariæ Apost. exemptus post resignationē, vel cessionē alicuius extranei de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam cōfectis literis Apostolicis & possessione apprehensa in eundem resignantem vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum, aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterij, aut beneficij, vel eorū pars seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatū, aut regressus seu accessus, & ingressus ad illa vel illud ipsi clerico, vel Cardinali, aut alio exempto sit fueritue cōcessus. Postremò, si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est denuo receperit, quacunque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticū, quod ante vel post commissum delictum, aut cōtractā irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandū verò plene confidentiarū abusus inter alias etiam hæc præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitime, videlicet, si quis post cessam ab se ecclesiam vel monasteriū aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionē, captāque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius per se, vel alium, seu alios de facto iniecerit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel eius propinquus ipsos, aut partē aliquā remisit eorundē, si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendū, vel locandū fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationē fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis expeditio quæ personam recipientis concernit prosecuta sit, simulque expēse pro ea necessaria ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicui facta, quacunque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se, vel alium seu alios intercesserit, vel aliàs in negotio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quaque singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Caterum criminosi & ceteri omnes qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam etiam vana fiducia fretus non intendendi contra se iudicij in crimine perseueret, utque hoc malum grauioris censura stimulo usquequaque pro-

quibeatur

hibeatur, omnes & singulos qui hucusque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasue res intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi & respicientes celeri dimissione sibi prospexerint, & qui quid tale admisserint in futurum etiam omnibus & singulis alijs monasterijs, dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, necnon fructibus, pensionibus, & alijs rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curia, & alijs officijs temporalibus presentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kalend. Iunii, Pontificatus nostri anno quarto.

Noto primò, quòd intentio prædictorum Piorum non fuit, ut supra dictū est, inducere aliquam prohibitionem nouam confidentiæ beneficialis, sed Pius Quartus intendit renouare antiquam, & Pius Quintus iuuare illā inducendo modos probandi eā quæ difficile probatur: Ita quòd non intendit asserere esse veram in foro interiori confidentiam illicitam simoniacam in casibus in quibus statuit pro tali esse habendā, sed quòd in exteriori est præsumenda talis.

Secundò, quòd simonia conuentionalis confidentiæ beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, quia palam emitur, vel venditur beneficiū: quia per illam non annullantur acta, nec inducitur censura, antequam ab vtraque parte impleatur, ut dictum est supra. nu. 103. per hanc autem sic, quia simul ac quis accipit beneficiū in confidentiam prædictā, antequam impleat quod promissum sit, ipso iure est excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, & tenetur ad restitutionē omnium fructuum, quos perceperit à die acceptionis.

Tertiò, noto nouam & amplam reseruationem, qua omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam illicitam & simoniacam sunt reseruata Sedis Apost. collationi; qua ratione peior est hæc simonia conuentionalis etiam ex vna tantum parte completa, quam alia realis ex vtraque parte executi, quia nō aufert ordinario potestatem conferendi, nec reseruat illam Papæ; hæc autem vtrunque facit. Quam ob rem caueant sibi qui eiusmodi beneficia accipiunt per ordinariorum collationem, vel per Papæ prouisionē non facta mentione de huiusmodi reseruatione, saltem per clausulas generales ad id sufficientes, quales tamen communiter in impetrationibus Apostolicis inferuntur.

Quartò, quòd non solum collationes per huiusmodi confidentiā factæ sunt nullæ, sed etiam omnes accessus, regressus, pensiones, & alia quæcunque etiam auctoritate Apost. reseruata fiduciaris, siue confidentiaris huiusmodi, in cessionibus, vel retrocessionibus quibus postea illa admittunt, quorum de numero arbitror esse plurimos, qui debent sibi cauere.

Quintò, noto casum nouum in quo fructus beneficiorum per huiusmodi confidentiam collatorum, & pensionum confidentiaris constitutarum, reseruatur Cameræ Papæ à die collationis & constitutionis, quod est notandum ad consulendum eis qui hac in re peccarunt.

Sextò,

Sextò, quòd hæc extrauag. in illis verbis, *Sola admittentis intentione*, & in illis *conscientia tantum vnius partis*, videtur significare contrarium eius quod supra responsum est ad quæsitum Decimum, Scilicet quòd sola intentio absq. pacto renunciandi beneficium vt detur alicui non facit simoniam. Sed respondetur quòd non intendit asserere per illa verba quòd sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam, sed quòd probatio eius faciat in exteriori præsumi illam; Tum quia, vt supra probatum est prædicti Pij nil noui prohibuerunt, & Quintus solum addidit Quarto, modos præsumendi simoniam in exteriori foro. Tum quia non ait per hoc fieri confidentiam, sed quòd censeatur, hoc est, præsumatur confidentia, vt in simili habet c. si. de Vfur. quòd ibi pòderauimus.

Noto septimò, octo coniecturas ad præsumendam simoniacam confidentiam in foro exteriori. Primò Probatio intentionis, etiam tantum vnius partis, quæ tangitur in ver. quare. Secundò in ver. *Idem*, scilicet quòd collator ita cõferat, vel patronus præsentet, vt postea de beneficio, vel fructibus eius sic, vel sic disponatur. Tertio, in ver. ad hæc, scilicet, quòd exèptus a solutione iurium Curie beneficium acceptum per resignationem alicuius etiam post literas expeditas, & possessionem acceptam retrocesserit in eundem, referuato sibi aliquo infra spatium duorum mensium. Quarto, in ver. postremò, quòd absolutus à delicto vel irregularitate denuo accepit beneficium quod renunciauit, ante, vel post delictum, vel incursum irregularitatem. Quintò in versi. Ad probandum, quòd quis post cessum beneficium, & publicata cessione, & capta possessione à cessionario se in illud per se vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorum accipit, aut successor ipsi, vel propinquis eius aliquos fructus remiserit. Sextò, in illo ver. si recipiens beneficium &c. Septimò, in ver. si vel sola probatio &c. Octauò, in ver. Denique quod intercesserit, &c.

Noto octauò, quod ver. ad probandum, & clarius versic. testes significant, quòd vnaqueque harum coniecturarum, sola non sufficit ad plenam probationem, quod equidem arbitror æquum. Nam durum videtur quòd prima & octaua & aliquot aliæ per se solæ sufficiant. Quare videtur id arbitrio iudicis liberandum. arg. l. j. ff. de iur. delib. c. de causis. §. j. de offi. deleg.

Noto nonò, casum in quo testes singulares sufficiunt contra regulam c. Bonæ. 1. de elec. quod autem subdit, vt testes criminosi &c. admittantur, commune est omni simoniae c. per tuas de simon.

Noto decimò ex ver. sed ne quisquam, duos casus novos quibus duo genera beneficiariorum ipso iure priuantur beneficijs omnibus etiam iustè obtentis, & fiunt inhabiles ad illa vel alia obtinenda, Alterum est eorum qui ante hanc extrauag. acceperunt beneficia per simoniam confidentialem, & statim habita notitia de ea non respuerunt, & dimiserunt illa beneficia, & pensiones per eam obtentas: alterum est eorum qui post eam acceperunt, vel acceperint aliqua beneficia, vel pensiones, per eiusmodi confidentias, quæ est pœna terribilis feren- da tamen, quia statuta est. l. Prospexit, ff. qui & a quib. & ca. In memoriam. 2. 2. dist. quam tamen relaxare, vel saltem in ea dispensare iustæ misericordiæ fuerit. Et an vel quos ignorantes liget, dicemus in comm. c. fraternitas. 1. 2. q. 2.

Ad

Ad decimum tertium quæsitum respondetur quòd pensio solita constitui su- per beneficio Ecclesiastico non potest pecunia redimi neq. constitui; quod nu- per neruose probaui coram Illustrissimo, eodemque omnigena eruditione cla- rissimo, Cardinali Alciato, in disputatione quæ inseretur prædicto commen. c. si. de simon. vbi breuiter monstro pensionem, vt in hac materia sumitur, a ne- mine ante nos iustè definitam, & quòd non est beneficium, nec portio fructuū eius, sed ius non temporarium, sed spirituale, aut illi annexum, non anteceden- ter, vt ius patronatus, sed depēdenter, aut consequenter instar beneficij; & sub- indè non potest magis imò minus emi vel vendi quàm ius patronatus, & po- test gratis remitti etiam sine autoritate constituentis, non tamen redimi anti- cipata solutione sine autoritate Papæ; & quod redemptio sine illa prærio fa- cta non valet; & non obstante illa, lapsis annis pro quibus anticipata est solu- tio potest peti. Et denique quòd simonia committitur in emptione, & vendi- tione illius, sed illa non inducit excommunicationē ipso iure, plusquam simo- nia commissa super iure patronatus; quia extrauagans. 2. de simonia solùm ex- cõicat simoniacū in ordine & beneficio, quorū neutrum est pensio, & ideo tanquā pœnalis & restringenda, non extenditur ad simoniam super ea commissam.

Ad decimum quartū de emente, conducente, vel per alium quemlibet cõtra- ctum non gratuitum querente Vicariam, & quamuis iurisdictionem vel pote- statem spiritualement etiam ad tempus Episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet alius beneficiarij, respondeo in summa quod latius dixi coram eodem Illustrissimo Cardinali Alciato, & inseretur prædicto commen. c. si. de simon. primò, quòd committit simoniam. c. licet. de pœn. & c. Ad nostram, de simo. Secundò, quòd meretur priuari, sed non est ipso iure priuatus officio clericali secundum Ho- stien. Panor. & communem in c. 1. per illum text. & sequen. Ne prælat. vi. su. Tertio, quòd ipso iure talis contractus est nullus, & consequenter non quæ- rit talem vicariam, & ita tenetur eam relinquere, vt iustè pœniteat arg. c. si res 14. q. 6. Quarto, quòd non est ipso iure excommunicatus per extruag. 2. de si- mon. quia non admittit simoniam in ordine vel beneficio, quale non est talis vicaria per adducta a Fel. in c. Postulasti, de rescr. Quintò, quòd non est ipso iu- re inhabilis ad illam: quia nullo iure id cauetur, & ita non est dicendum gl. fa- mosa in c. si. de iure par. Sextò, quòd prædicta non procedunt in iurisdictione seculari secundum Pan. in c. 1. Ne præl. vi. su. quia circa eam nõ potest commit- ti simonia per dicta supra eo. nu. 100. Septimò, quòd neque procedunt in vica- ria perpetua quæ est beneficium cle. j. de offi. vica. & consequenter in illa incur- reretur simonia, & excommunicatio illi annexa.

Ad decimum quintum, de pœna simoniaci ex latius inferendis prædictis cõ- mēt. c. si. de simo. dico primò, oēm simoniacum pœna æterna esse dignum; meo- talè autem tantum, nulla pœna tēporaria etiam restitutionis; conuentionalè autè tantum, pœna temporaria ordinaria restitutionis accepti, si est restituibili- le, & extraordinaria arbitraria, per dicta supra, nu. 103. Secundò simoniacum realè in ordine tam occultum quam publicum esse ipso iure suspensum quo ad se & alios, per tex. in hoc oium optimum in extrauag. 2. de simo. & per c. Tan-

Man. Nau.

R r ta eod.

ra eod. tit. vt ibi dicit Inno. communiter recept.

Tertio, quod simoniacus in beneficio non est ipso iure suspensus, vt ibidem dixit Inno. quatenus ait simoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo posse celebrare, quæ sequimur, quicquid vterque Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. & Soc. lib. 9. q. 8. art. 2. dicant: quia nullo iure antiquo nec nouo prædictæ extrauagantis id cauetur.

Quarto, quod simoniacus realis, tã in beneficio quam in ordine est ipso iure excõicatus, excõicatione reseruata Papæ, per dictam extrauagantem nouam.

Quinto, quod hæc consequitur simoniacum realem in ordine egerè absoluitone ab excommunicatione & suspensione, simoniacum verò n beneficio ab excommunicatione tantum.

Sexto, nullum alium simoniacum præterquam in ordine esse ipso iure suspensum & excommunicatum, quia si quis esset, maximè foret simoniacus in beneficio; qui tamen non est, per tertium dictum.

Septimo, quod nullus simoniacus præterquam in ordine & beneficio est ipso iure excommunicatus; quod rectè affirmat Syl. verb. simonia. q. 19. & probatur: quia nullo iure antiquo vllus simoniacus ipso iure est excõmunicatus, per prædicta; & ius nouum prædictæ extrauagantis solum excõmunicat ipso iure simoniacum in ordine & beneficio. Nam verba illa ipsius, *In officiis ecclesiasticis*, intelligenda sunt tantum de officiis quæ sunt beneficia, vt in cap. De multa, de præb. & in c. Cum accessissent, de constit.

Octauo, quod simoniacus ordinatus recipit quidem characterem, sed non executionem per rationem Tho. vbi supra, & quia character est indelebilis c. Quomodo, ca. ostenditur, de consec. dist. 4. non potest illum relinquere.

Nono, quod omnis præsentatio, electio, collatio & quæuis alia dispositio beneficiaria per realem simoniã est ipso iure nulla, & cõsequenter quæsitũ per illam, debet relinqui etiam ante snãm, quia iure naturali debent relinqui aliena c. si res 14. q. 6. & quidem cum fructibus, vt dictum est supra ca. 17. nu. 25.

Decimo, quod committens cum Papa simoniam iure diuino veritam, incurrit quidem pœnam æternam, sed non temporariam, per supra dicta nu. 109.

Vndecimo, quod simoniacus etiam tantum conuentionalis ob confidentiã nil iuris quærit in beneficio per eam obtento, & ipso iure excommunicatur, & perdit alia beneficia benè quæsitã, & fit inhabilis ad omnia. An autem, & quos excuset ignorantia a prædictis pœnis, præsertim hac huius noui iuris, dicetur in comment. c. fraternitas, 12. q. 2. Et quidem earum non auderem damnare eos qui ante præfatos Pios confidentiã èt realem admisissent, tempore quo confidentiã etiam ex se illicitã adeo probabantur in Curia, quod ius redderetur contra non reddentes beneficia in custodiam & confidentiã accepta; Tum quia illa iure tantum humano est illicita, & ita permissione Papæ approbatoria, potuit fieri, & facta fuit licita, arg. c. 1. de const. lib. 6. Tum quia, licet ipsa iure diuino esset prohibita, pœnæ tamen nullitatis titulorum, & aliæ, iure humano sunt statutæ, & sic quo ad illas dicta permissione potuerunt tolli. I. Qui condemnare. ff. de reg. iur. & ita iure stricto defendi posset, non fuisse per ipsos

iplos annihilatas renunciaciones, collationes, & pensionum impositiones, factas antea prædicto tempore, & sic non teneri ad relinquenda beneficia, aut pœsiones, neque ad restituendos fructus ui earum perceptos, quia legitimè factũ pœnam non meretur. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de Adulter. Ex quo inferretur limitatio eius quod supra dictum est, omnem confidentiã quæ post dictos Pios est illicita, fuisse etiam ante illos, ne procedat in ea quam præfata permissio Papæ approbatoria fecit licitam.

Peccat mortaliter circa simoniam omnis qui committit simoniam siue mētalem tantum, siue conuentionalem, siue realem; & qui emit, aut vendit bonacarius ratione iuris præsentandi ad aliquod beneficium ei annexum, aut aliquem calicem, aut corporalia, eo quod sunt consecrata; aut rosaria, aut alia eod quod sunt benedicta, per supra dicta. Et qui realem vltimam committit in ordine, est ipso iure suspensus, & excommunicatus, & qui in beneficio ipso iure excommunicatus, per supradicta, nu. 104.

De Luxuria Tertio vitio capitali, & eius filiabus.

Luxuria quid in genere & in specie, augetur usu, & fuga vincitur. nu. 112.

Luxuria vitium capitale gignit has octo filias, nu. 113.

Castitas virginalis facilius seruatur, quam vidualis, & hæc quam coniugalis in absentia, nu. 113.

Cacitas, præcipitatio, inconsideratio, & inconstantia, quæ mortifera. nu. 114.

Amor sui, huius mundi, horror futuri, qui mortifer, nu. 114.



RAESVPPONIMVS primò. Quod luxuria, & luxuriari, generaliter sumpta significant omnem nimiam diffluentiam, tam esus, potus, & vestitus, quam venereorum: sed specialiter, vt hic sumitur, Luxuria est vitium inclinans ad inordinatum venereorum vsum, & actus ex quo illud gignitur & augetur est inordinatus vsum venereorum, qualis est omnis, excepto vsum iusti coniugij, quippe qui est prohibitus sexto præcepto decalogi, de quo c. 16. supra, & c. Nemo, & c. Meretrices. 32. q. 4. Et quoniam omnis habitus quale est vitium, augetur ex actibus ex quibus gignitur, & ad eos inclinatur vt dictum est supra prælud. 7. consequitur vsum venereorum augeri luxuriam, & consequenter illo non sedari imò accendi, volētesq; eam sedare debere id facere resistendo, vel fugiendo, & nullatenus eã experiendo; errareq; grauissimè, qui secum constituunt, vna vel altera vice experiri, & nunquam amplius. Nam per illud Apost. ad Corinth. 6. *Fugite fornicationem.* Et Cassianus, de inst. Monach. (quem S. Tho. 2. sec. q. 35 arti. 1. ad 4. & omnes alij sequuntur) sic ait, *Nulla facilius modo luxuriam quam suarum occasionum fuga vinci potest, illa enim experientia crescit habitus, qui quo auctior est, additus natura corrupta, tanto est fortior hostis, fortiusq; impugnat.* Quo fit vt facilius seruari possit castitas virginalis, quam vidualis, imò & vidualis, quam coniugalis absente diu coniuge, quæ magna consolatio vtentium cœlibatu est.

Secundò, quòd hoc vitium præter sex aut septem aut plures species quas habet, de quibus supra cap. 16. num. 3. dicitur vitium principale, & capitale, eo quòd ex eo octo filia infernales nascuntur iuxta Sanctum Greg. lib. 31. Moral. & Sanctum Tho. recep. 2. sec. q. 153. art. 5. scilicet cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, amor sui, amor huius mundi, horror futuri, & odiù Dei: Quæ licet etiam ex alijs nascantur, ex hoc tamen frequentius: Hoc enim inclinando ad delectationem venerorum, quæ est omnium vehementissima, occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa: & rursus illa adeo trahit ad idem superiorem sibi valde cognatam, quasi vim inferendo, vt non permittat ei circa vitium, & alium debitum finem satis intendere, nec media in illam deligere & impellat ad se mundumque hunc nimis amandum, futurumque horrendum, tandemque ad Deum ultorem odio habendù: quo fit, vt eo longius cæteris abesse debeant ab hoc obsceno, & obcæcante vitio contemplationi addicti, literis dediti, Gubernatores, Duces, & Iudices, quo lucidiori prudentia, sapientia, consilio, circumspectione, & constantia indigent tam ad præfigendos fines, & scopos, quam ad deligendum media quibus eos assequantur.

Peccat ergo mortaliter circa luxuriam & filias eius primò, qui peccat contra 6. præceptum, de quo dictum est supra c. 16.

114 Secundò, qui per cæcitatē, vel socordiam mentis non proponit explicitè pro ultimo fine Deum & vitam æternam, per dicta in prælu. 4. num. 11. aut per præcipitationem & inconsiderationē, non deligit media de præcepto deligēda, aut per inconstantiam desistit ab eo, in quo de præcepto tenetur perstare, aut ob amorem sui, præceptū aliquod transgreditur. Raro aut per has Luxuriæ filias quis peccat mortaliter alio genere peccati, quā transgressionis præceptorū decalogi, ecclesiæ, vel aliorum peculiarium ipsum ad mortale obligantium. Dixi, Raro, non ratione Caiet. parum tuta, sed quia interdum peccat exponendo se periculo transgrediēdi præcepta propter præcipitationē, inconsiderationē, & alia prædicta vitia, nõ perueniēdo ad ipsam transgressionem iuxta prædicta in prælu. 9.

Tertiò, qui deliberatè vult semper, & perpetuo viuere in hoc mundo, sine Dei visione intuitiua, per dicta supra, c. 11. nu. 16. Aut deliberatè Deum odio habet, quòd est suo genere omnium peccatorum maximum, per ibidem d. nu. 14.

De Ira Quarto vitio capitali, & eius filiabus.

Ira sæpius passio, & Ira vitium capitale, habet has septem filias, nu. 115.
Indignatio q̄ Christiano mala, nu. 118. & q̄ mortalis cū tumore, & clamore, n. 116.
Maledictio sui, vel Diaboli, vel irrationalis creature, quæ mortalis, nu. 117.

115 **R**esuponendū, quòd Ira videtur primū accipitur pro passione animæ sita in potentia irascibili, quæ non habet contrariam, vtiar passionē eiusdem, quæque interdū est bona, & interdū mala, dictum est in prælu. 5. Ita verò prout habitū vitiosum sonat, vt hinc, est vitium aīæ ad appetitum

ritum inordinatum vindictæ inclinans, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 158. Peccatum autem iræ est actus inordinatus volendi vindictam. Quis autem actus dicatur inordinatus, dictum est supra eod. cap. nu. 1. Hoc autem vitium Iræ ea ratione est capitale, aut Cardinale, quia ex eo nascuntur alia septem vitia, scilicet Indignatio, Tumor, Clamor, Blasphemia, Contumelia, opprobriū, & Rixa, iuxta S. Thom. d. q. 158. art. 7. quem copiosè defendit ipsius commentator. Alij addunt istis alias quatuor, scilicet Maledictionem, Seditionem, Bellum, & Vindictam: sed maledictio ad contumeliam, seditio, & bellum, ad rixam rediguntur, vindicta autem ex proprius actus Iræ.

Peccat mortaliter circa Iram & filias eius, qui per eam transgreditur quintum præceptum, de quo supra, cap. 15. & consequenter, qui deliberatè vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & nõ in bonum iustitiæ, quia hinc est inordinatus actus Iræ, per dicta & remissa supra proximè.

Secundò, qui committit prohibitum sub pœna mortalis, vel iustum sub eadem per indignationem inordinatam, qua debita subtrahitur affabilitas, aut per tumorem inordinatū; quo quis nimis cogitationibus vindictæ tumet, vel clamorem inordinatum. Dixi, *Inordinatam*; quia hæc tria ordinata, non vitia sed virtutes sunt; arg. notat. in d. c. 11.

Tertiò, qui blasphematur eo modo quò dictum est supra, c. 12. nu. 83. vel maledicit creaturæ irrationali quatenus creatura est, iuxta dicta ibidem.

Quartò, qui ex animo deliberato maledicit imprecando sibi malum, cui nõ licet consentire, vel proximo malū notabile sub ratione mali, iuxta illud Apof. 1. ad Corinth. 6. *Maledici regnum Dei, non possidebunt*, & eo grauius quò maiorem reuerentiam cui maledixit debet, iuxta illud Exod. *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur*, c. Plerunque. 2. q. 7. & Gen. 9. Dixi, *Ex animo deliberato*, quia indeliberatè, vel ore tantum maledicere, non est mortale, vt communiter maledicunt parentes filijs, & coloni & muliones bobus & mulis. Sufficit tamen id facere ex animo deliberato, etiam momentaneo, licet illico pœniteat, sicut sufficit consensus deliberatus etiam momentaneus voluntatis ad quòdcunque aliud peccatum mortale, vt rectè declarat Caiet. 2. sec. q. 76. ar. 2. Dixi, *Sibi malum, cui non potest consentire*, quia imprecari sibi damnum boni quòd posset prodigere, non est peius, quā illius prodigitas, quæ non est mortalis, per dicta sup. eod. c. nu. 70. Dixi, *Notabile*, quia paruitas excusat, vt sepe dictum est. Dixi, *Sub ratione mali*, quia sub ratione boni non est peccatum, vt imprecari aliquod malum auerso à Deo, vt ad eum conuertatur, iuxta dicta supra, cap. 15.

Quintò, qui maledicit diabolo ratione suæ naturæ, quia illa est bona, & à Deo facta, secus si ratione suæ culpæ Iob. 3. Tho. vbi sup. ar. 1. ad quartum, modo nec plus nec aliter quam meretur, per proximè dicta, nu. 116.

Qui aut maledicit ex aīo dicēdo trado, vel cōmitto te diabolo, aliquā creaturā irrationalē, puta, equos, mulos, boues & alia sēsibilia, aut vêtos, aquā, calorē

frigus, lapidem, puluerem, arenam & alia insensibilia, si id faciat, qua ratione sunt creaturæ Dei, blasphematur: si vero qua ratione est res proximi, perinde est ac si proximo malediceret, si autem neutra prædictarum rationum id faciat, solum venialiter peccat: quippe qui rem vanam exoptat, cum neque bonum, neque malum conueniat rei rationis experti, per se considerata: quæ resolutio est Tho. 2. 2. q. 66. ar. 6. Quare confessarius debet interrogare confitentem se maledixisse alicui rei, an id fecerit ore tantum, aut ore & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habita, quibus casibus non est plusquam veniale, aut ex animo, ea ratione qua est creatura Dei, quo casu est blasphemia; aut qua ratione est res proximi, quo casu perinde peccat, vel non peccat, ac si malediceret proximo.

Quis vero & quomodo peccet, per rixam, vindictam, seditionem & bellum, quæ sunt quatuor filia iræ dixi supra c. 15. & quis per contumeliam, & opprobrium, aliàs duas eius filias in c. 18.

De inuidia V. vitio capitali, & eius filiabus.

Inuidia quid, & genere suo mortalis; nu. 118.

118

INVIDIA, est vitium inclinans ad inordinatè tristandū de bono alieno eò quod suam excellentiam minuit iuxta Arist. 1. Rhet. & S. Tho. 2. sec. q. 36. art. j. quem pulchrè Caiet. ibi defendit. Dixi, *Inordinatè*, ad excludendam tristitiam ordinatam, ad quam sæpe charitas inclinatur, iuxta illud Matth. 5. *Beati qui lugent*. Dixi *cætera*, ad excludendam tristitiam de bono alterius eo quod sit suū, quæ pertinet ad odiū; & eam, quæ est de bono alieno quatenus est damnosum sibi, vel alteri, quæ potest esse bona & mala; & eam, quæ nascitur ex eo, quod ille indignus est eo, quæ pertinet ad indignationem, quæ est mala, iuxta legem Christianā, quamuis non secundū Arist. ut dicit Tho. vbi supra; & ad includendā eam, quæ nascitur eo quod minuit excellentiā suam, & hæc sola pertinet ad inuidiā, quæ semper est peccatū, & suo genere mortale, secundum Tho. vbi supra ar. 3. quia est contra charitatem inclinantē ad gaudēdum de quolibet bono proximi quatenus est bonum ei. Ratio vero cur inuidiæ vitium dicitur capitale est, quia parit alia quinque. scilicet odiū, suffrationē, detractionē, in aduersis aliorū lætitiā, & in prosperis tristitiā, iuxta S. Greg. 3. 1. Moral. declaratū per S. Tho. vbi supra ar. 4.

Peccat autem mortaliter circa inuidiam, & filias eius. Primò qui deliberato dolet de bono notabili proximi, scilicet scientia, honore, fama, diuitijs, fauore, veneratione, & id genus alijs, ea ratione, quod sua per illud excellentia diminuitur, per proxime dicta. Dixi, *Deliberato, & notabili*, quia surreptio & paruitas semper a mortali excusant, ut sæpe dictum est, præsertim in cap. 11. nu. 4.

Secundò, qui tristatur eo quod non sunt ei tanta bona temporaria quanta alijs ob finem mortiferum, quia eiusmodi finis omnem actum efficit mortale, iuxta dicta in præl. 9. nu. 16. Tristari autem de hoc ob finem venialem, est veniale tantum

le tantum, & tristari ob bonum, virtus, quale est tristari; eo quod careat virtutibus, quas in alijs videt ad eas quærendas, iuxta mentem Tho. vbi supra.

Tertiò, qui deliberato tristatur, eo quod Deus bona malis largitur, quod est verum; si id faciat, diuinam in diuidendo bona prouidentiam inculpando, secundum omnes, quod explicat Caiet. latè 2. sec. q. 36. art. 2. & in summa, verb. Nemesis. Diffiniens idem de illo qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, ut fortunarum copia similis eis euadat, contra illud Psalm. 36. *Noli emulari ut maligneris*.

De Gula sexto vitio capitali, & filiabus eius.

Gula quid, species eius quinque, filia quinque, mortalis quatuor casibus, nu. 119.

Gula non est edere carnes in terra aliena, vbi id licet, nu. 120.

Ebrietatem scienter sibi vel alij procurare, mortale, nu. 121.

Carne humana vesci non licet, & qui Antropophagus, non baptizandus, nu. 122.

Hebetudo, lætitia nimia, multiloquium & scurrilitas, quæ mortalis, nu. 123.



GULA ex mente vtriusque; Tho. 2. 2. q. 148. ar. 1. & 150. ar. 1. & eiusdem & aliorum in 2. dist. 42. est vitium inclinans, ad comedendum & bibendum inordinatè, & actus eius est esus & potus inordinatus, vel volūtas eū faciēdi. Porro, regulariter est venialis, mortalis autem, cum in ea vltimus finis ponitur, aut per eam aliquod præceptum ad mortale obligans violatur; aut cum notabile damnum salutis propriæ, aut proximi infertur, aut procuratur; aut debita lege iustitiæ ob eam non soluitur. Sunt autem quinque species Gulæ iuxta S. Grego. 3. 0. Moral. relatum in c. quinque, de consec. dist. 5. contentæ hoc versu.

Præproperè, Lautè, nimis, ardentè, studiosè,

Declaratæ per S. Tho. in d. q. 148. id est, ante tempus, nimium, aut nimio ardore, nimia festinatione, nimio apparatu, & nimio sumptu, quæ vtriusque gladij Principes suis sanctis sanctionibus arcerent ab occupandis prouincijs, quas nondum occupauit; expellerētque ab eis quas occupatas adeo in carnalia desideria demittit, ut ad cælestia mentes erigere non sinat. Ratio vero cur capitale dicatur, est, quia quinque fœdæ filia ex eo nascuntur, puta hebetudo mentis; immoderata lætitia, multiloquium, scurrilitas, & spurcitia.

Peccat autem mortaliter circa gulam, & filias eius. Primò, qui quatuor modis prædictis ante eius filias, ea vititur; alioqui tantum venialiter, etiā si absque vtilitate vsque ad vomitum, etiam intētum, sese cibo & potu ingurgitet, ut sentit Caiet. in summa verb. Gula, quicquid dicant Ang. verb. Mēditia, & Syl. verb. Gula, dicentes negligentè. S. Ant. 2. par. ti. 6. ca. 4. §. 6. confirmare hoc esse mortale. Dixi, *absque vtilitate*, quia causa eius licet amplius quàm par est, de consilio medi corum ad vnuendum sumere.

Secundò, qui vescitur carnibus, vel alio cibo verito in aliqua regione et eo tempore, quo liceret ei vesci eis in sua: sicut contrariò non peccat vescendo eis in

R r 4 regione,

regione, qua tráfit, vel in qua moratur, licet in sua id ei nō liceret, Nauarrus. n. & Lusitanus vescetes in Castella die Sabbatho extremis animalium, nō peccat, licet in suis terris id eis non liceat. Castellanus aut idē faciens in Lusitania vel Nauarra peccaret, per c. illa, 12. di. per quod eius glo. probat illud vulgatum;

Si fueris Roma, Romano vinito more;

Et si sis alibi, vinito sicut ibi.

Quicquid dicat Alex. ibi, & quidam alij alibi, vt sentit Panor. c. Consilium de obseru. ieiun. & Card. in cle. 2. q. 5. de celeb. miss. & ibi Imo. & Bonif. & Porc. in S. sed & quod Princeps, insti. de iure nat. n. 26. & alij alibi, quod & cōis consuetudo seruat, Idemque seruandum est circa festa, & ieiunia, & alia varia variarum terrarum praecepta.

121 Tertio. Qui se scienter inebriat, aut procurat alium inebriari secundum Tho. 2. 2. q. 150. ar. 1. quia notabiliter vult nocere alteri & sibi esse nocumento, cui renunciare non potest, volens se vel alium rationis vsu priuare. Dixi, scienter, quia secus, si id fecit ignorantia qualitatis potus, vel inaduertentia nimicitatis eius, quia tunc, aut nihil, aut solum venialiter peccaret. Idem est de scire debente. l. quod te. ff. de reb. cre. vt quia consuevit tali vel tanto potu inebriari, & eum bibit, non credendo se inebriatum iri: non quod iteratio actus, ex veniali mortale faciat, sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri, quod satis est secundum Caiet. 2. 2. q. 150. art. 2.

122 Quarto. Qui humanis carnibus vescitur vel praebet eas alteri edendas citra maximam necessitatem, etiam si neminem ob id occidat, nec occidi procuret; quia vt recte ait Caiet. vt sola femina humana est ad copulam licitam apta, ita sola caro animalis irrationalis est licita qua vescamur. Quare de more provide Patres Illustrissimae Societatis Iesu, renuunt baptizare Gentiles antropophagos cathecumēnos, non proponentes abstinere perpetuo a carnibus humanis, etiam in bello iusto interfectorum, quia non sunt contriti nec satis attriti, & consequenter nō baptizandi. c. firmissime. 15. q. 1. & per dicta per nos su. c. 1. n. 39

123 Quinto. Qui per mentis hebetudinem se terrenis miscens & a caelestibus auocans, conscientiam suam non discuit, quando, & quomodo praecepto tenetur. Ang. verb. hebetudo.

Sexto. Qui ob immoderatam laetitiam, obscenis cantilenis, verbis, aut gestibus vitur, intēdens inducere, vel credens, aut credere debens, se vel alium per eam inductum iri in cōsensum alicuius actus mortalis, cordis, oris, vel operis, vt recte declarauit Caiet. 2. 2. q. 148. art. 6. & probatur per c. no. tum. 2. q. 1. & c. fi. de iniur. Idem de eo, qui saltat, choreas ducit, & irreuerenter psallit, aut canit, & praesertim in ecclesiis & cōmeteriis. arg. c. cum decorem, de vit. & honest. cleric. & eorum, quae diximus in Rep. c. quando de consec. dist. 4. not. 18. num. 75. Maxime verò, si est sacerdos, nisi parum, & secreto id faceret. Arg. c. Clerici, de vit. & honest. cler.

Septimo. Qui multiloquio in irreuerentiam Dei notabilē vitur, aut adeo eo delectatur, vt paratus sit id praeferre implemento alicuius praecepti, secundum S. Ant. 2. par. tit. 6. cap. 4. §. 4.

Octauo

Octauo. Qui per scurrilitatem, vel spurciriam vestes valde impudicas gestat aut aliās intentione expressa vel tacita prouocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem, per praedicta.

De Accidia Septimo vitio capitali, & eius filiabus.

Accidia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias quinque parit, nu. 124.

Peccata mortalia sunt accidia, desperatio, pusillanimitas, torpor, rancor, & euagatio mentis, quoties per illa violantur aliqua praecepta sub pena mortifera obligantia, aliās secus, nu. 125.



ACCIDIA generaliter sumpta continet omnem tristitiam de quocunq; spirituali bono, secundum Tho. 2. sec. q. 35. art. 2. sed sumpta specialiter, vt hic sumitur, est contraria charitati, & diffiniri potest, esse vitium inclinans ad tristadum de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in acedo, secundum mentē vtriusque Th. vbi su. Dixi, De spirituali, ad excludendum tristitiam de bono temporali. Dixi, Diuino, ad excludendum tristitiam de bonis spiritualibus virtutum moralium. Dixi, Quatenus est diuinum, quia contristari de eo quatenus est laboriosum, vel aliorum operum impedimentum, non est accidia, vt aduertit vterque Tho. vbi supra. Dixi, In acedo, quia tristari de eo quatenus est in ipso Deo, pertinet ad odium eius, & quatenus in proximo, pertinet ad inuidiam, & solum quatenus est bonum diuinum in ipso pertinet ad accidiam, vt subtiliter conciliando Thom. sibi ipsi distinguit ibidem Caiet. Nam bonum spirituale diuinum vt est in homine, consistit in charitate & amicitia inter ipsum & Deum, qua se conformat ei, volendo ea, quae ipse vult, & gaudento colloquio, & cōsuetudine eius, tanquam verissimi & supremi amici & Patris, reuelando ei cum delectatione viam suam, iuxta Ps. 36. & dicendo, Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via aeterna, Psalm. 138. Cum ergo quis tristatur, & eum tædet eiusmodi colloquij, sermonis, & gaudij, hoc peccatum committit, cognatum odio Dei, sub genere omnium peccatorum grauissimo, secundum Tho. 2. secund. quæst. 34. artic. 2. & quæst. 39. artic. secundo. ad tertium & 1. 2. quæst. 37. artic. 4. ad tertium vt supra. cap. 11. num. 14. dictum est. Quare etiam hoc peccatum est valde graue, genereque suo mortale, cum deliberato & aduertente animo admittitur, quod raro videtur cōtingere. Ex quo infertur, meritò vitium hoc vocari accidiam, quia vt acidum frigefacit, & tepescit calorē, ita hoc amorem & desiderium boni diuini spiritualis sui, in animo iam aliunde excitatū; & actus ille sic tristandi, siue tristitia inordinata, est actus seu peccatum accidia.

Secundò infertur, quod qui tristatur de bono spirituali aliarū virtutum moralium, veluti de reddendo suum alteri, quod est bonū iustitiæ, aut de moderato esu, & potu quod est bonum temperantiæ, & cæc. non peccat hoc peccatum sed

Cap. Vigesimo tertium de pec. in Spiritu Sanctu.

sed vitij contrarij virtuti, de cuius bono tractatur. Ratio vero, cur hoc vitium dicatur capitale seu principale est, quia ex eo sex improbae filiae nascuntur. iuxta S. Greg. 31. Moral. declaratum per S. Thom. 2. sec. quaest. 35. art. 4. scilicet de speratio, putillanimitas, tempor animae, rancor, & euagatio mentis. Ratio vero cur a vulgo vitium hoc appelletur pigrizia, licet incaute, quia omnem ignauiam & tarditatem significat, videtur esse quod facit hominem pigrum ad bonum diuinum prosequendum, ea ratione qua vt delectantia ad sui prosequutionem mouent, ita contristantia amouent, iuxta illud Arist. 8. & 10. Eth. *Delectatio tenet operantem in opere.*

Peccat autem mortaliter circa accidiam & filias eius. Primò, qui per eam omittit aliquid sub poena mortali praecipuum, vt communionem, missam, vel preces horarias; non tamen inducit circumstantiam necessariò confitentiam; sufficit enim confiteri, qui omiserit, non exprimendo quod per accidiam id fecerit. Dixi, *Praecipuum*, quia omittere aliud, ad summum esset veniale ex mente, Arch. & Cardinalis. S. Xisti in c. qui bona. 17. q. 1.

Secundò, qui per accidiam vel pigriziam, vel aliam negligentiam non dicit, vel non ediscit, vel non credit ea quae de praecipuo mortifero secundum suum statum tenetur, de quibus supra, capitul. vndecimo. numer. 18. & praelud. tertio. numer. 19.

Tertiò, qui desperat peruenire in vltimum finem, nempe beatitudinem & visionem intuitiuam Dei, & vitam aeternam, iuxta dicta in prael. 4.

Quartò, qui transgreditur aliquod praecipuum mortiferum per pusillanimitatem qua fugimus ardua; vel per torporè, quo fugimus mediocria; vel per rancorem, quo indignamur in bene monentes; vel per malitiam, qua nos bonorum spiritualium tædet; vel per euagationem mentis, qua fugiendo sancta diuertimus in illicita, quod tamen, vt praedixi, non addit peccato circumstantiam necessariò confitentiam: quòd ob hæc sit transgressus.

De peccato in Spiritum Sanctum.

Peccatum in Spiritum Sanctum, quid, & est sextuplex, & cur dicatur irremissibile, numer. 126.

26 **P**ECCATUM in Spiritum sanctum, aliquo nomine accidie cognatum diffiniri potest, secundum mentem Mag. & recentiorum, communiter in 2. dist. 43. & Thom. 2. sec. quaest. 14. articul. 1. & gl. c. si sacerdos sub fin. de poen. dist. 1. & aliorum alibi. Diffiniri, inquam, potest, esse peccatum contra bonitatem Spiritui sancto attributam commissum. Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra patrem, cui attribuitur potentia; & commissum per ignorantiam contra filium, cui attribuitur sapientia; ita commissum per malitiam dicitur contra Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem hoc est, sextuplex: desperatio,

Cap. Vigesimo tertium de operib. Misericordiae. 318

tio, qua abijcitur spes veniae; praesumptio, qua abijcitur bonus timor; impoenitentia, qua dolo, praeteritorum; obstinatio, qua cautio futurorum; impugnantio agnitae veritatis, qua cognitio veritatis; inuidia fraternae gratiae, qua gratiae communio. Quodlibet enim horum sex abiectorum per hæc sex peccata, est medium veniae à bonitate Spiritus sancti consequendae, & dicuntur irremissibilia Matth. 12. non quidem quia sit vllum peccatum, quod vere contrito non condonetur, cap. Quia, de poen. dist. 1. & car. Nemo, de poenit. dist. 7. Sed quòd hæc secundum suam naturam repellunt media, & principia, quibus remittuntur peccata, videlicet spem, timorem, & car. ex Thom. vbi supra, ar. 3. Quamobrem merito dicuntur grauissima, quoties pars animae superior consentit in ea, aliàs enim solùm sunt venialia, quia subreptio in omni materia excusat à mortali. capitul. sed pensandum, distinct. 6. & per saepe dicta, praesertim capitul. 11. numer. 14.

Cap. Vigesimo quartum de operibus Misericordiae, & sensibus exterioribus.

Sensus exteriores quinque, & quis eorum usus malus & mortalis. nu. 1.

Misericordia quid, & est virtus moralis maxima earum quae sunt in proximum, numero. 2.

Eleemosyna actus misericordiae, cur dicatur charitatis, & dupliciter sumitur, numero. 3.

Misericordiae opera spiritualia septem, corporalia totidem, nu. 4.

Eleemosyna spiritualis praestat corporali, quando utraque praecipua, nu. 5. & 8.

Necessitas extrema, quae, nu. 5.

Superfluum duplex, naturae tantum, & naturae & status, ad quae hæc pertinent, numero. 6.

Status decenter conseruandus, vel mutandus. nu. 7.

Restitui cur non debeat damnum eleemosynam denegatam consecutum, num. 7.

Eleemosyna laude digna, potius in vita quam post eam agenda, nu. 8.

Eleemosyna spiritualis, quando cum vitæ periculo praecipua, nu. 9. 10. & 11.

Animae proximi salus praeserenda corporis proprii salutis, nu. 9.

Franciscus Azpileueta Xabier Societatis IESV laudatus, vbi mortuus colitur, numero. 10.

Eleemosyna a danda egenti extremè nullum votum vel praecipuum excusat, nu. 11.

Consilium dolosum, vel damnosum, quod mortale, nu. 11.

IN praeludio Secundo, dictum est, esse quinque sensus exteriores, per quos veluti per quasdam fenestellas omnium externorum species, siue similitudines in animos nostros intromittuntur, videlicet visum, auditum, tactum, gustum & olfactum, cum multis alijs ad eos pertinentibus. Quorum sensuum usus suo genere indifferens est, ordinatus

tus quidem, bonus, inordinatus verò malus ; ordinatus est, quem omnes circumstantiæ ad actum bonum necessariæ circumstant ; inordinatus verò contra cui aliqua deest, iuxta definitionem actus boni positam in præl. 7. num. 1. Est autem mortalis, cum ei conuenit definitio peccati mortalis posita sup. præl. 9. Venialis autem, cum non conuenit illa ei, & deest aliqua circumstantia ad bonitatem necessaria.

Quare, per hos sensus, ille solus & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, olfacit, aut gustat aliquid, transgrediendo aliquod præceptum obligans ad mortale; aut vt aliquod horum faciat, se aut alium periculo probabili mortaliter peccandi obijcit, aut infert damnum notabile animæ, salutis, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut salutis propriæ, per proximè dicta. Et ideo non non videtur necesse interrogare aliter pœnitentem de peccatis, per hos sensus patris, nec vt ipse confiteatur, tanquam facta per eos: quia non inducunt circumstantiam necessariò confitendam, vt dictum est cap. proximo de peccatis accidiæ & filiarum eius. Et hæc quo ad sensus; quæ quia pauca sunt, dicendis de operibus misericordiæ præmissimus, de quibus in commen. c. Quiescamus, 42. dist. diximus, tractantes fusius de eleemosyna.

2. Contrahendo autem & coniungendo dicta hæc & in d. cap. quiescamus. Dico primò, quòd ex mente. Aug. 9. de ciuit. Dei; & Thom. 2. sec. quæst. 30. ar. 1. 2. & 3. Misericordia est virtus moralis, inclinans ad miserendum ordinate patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendū. Dixi, *Virtus moralis*, quia non solum est talis, sed maxima earum, quæ dirigunt ad proximum, vt idē ibi probat. articul. 4. Dixi, *Ordinate*, quia misereri inordinate, etiam ad subueniendum, vitij est, cap. est iniusta misericordia. 23. quæstion. quarta. Dixi, *Subueniendum*, quia misereri ad puniendum, etiam ordinate, pertinet ad iustitiam, c. omnis, & c. qui emendat. 45. dist.

3. Secundò, quòd actus & opera misericordiæ vocantur etiam charitatis, cap. inter opera charitatis, de spons. & cap. duæ 45. dist. Quia licet immediatè procedant à misericordia; mediatè tamen frequentissimè procedunt à charitate, quatenus amor proximi ex ea immediatè procedens, est causa miserendi & volendi ei subuenire. Vocantur etiam eleemosynæ; nam verbum, Eleemosyna, vt in d. comment. diximus, interdum accipitur pro re spiritali, vel temporali, qua necessitati alicui subuenitur, vt in cap. tria, & in cap. duæ 45. dist. & in illo Matth. 6. *Cum facis eleemosynam*, &cæt. & in illo Luc. 11. *Dare eleemosynam*, &cæt. & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, secundū mentem S. Th. 2. sec. q. 32. art. 1. & eiusdem & S. Bonau. & aliorum in 4. distin. 15. & nostrorum in d. c. tria, & aliorum alibi. Nam verbum, Eleemosyna, idem sonat quod miseratio, vt enim hoc verbum latinum deriuatur ab illo verbo Latino, misereor, ita illud Græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλέω verbo græco, quod sonat misereor.

4. Tertio, quòd cum malorum & defectuum alia sint corporis, alia spiritus, duplicia sunt opera seu actus misericordiæ siue eleemosynæ, Altera corporalia, contenta in illo versu declarato per Sanct. Thom. secunda secund. quæst.

32. ar.

quæst. 32. artic. secundo. & per Archid. in d. cap. tria, scilicet.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Id est, esurientē pasco, sitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, ægrotum visito, mortuum sepelio. Altera spiritalia, contenta in illo altero versu per eosdem declarato, scilicet.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora,

Intelligendo per consule, etiam doce: id est, indigenti consilio consule, ignorantem doce, tristem consolare, peccantem corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniantur alia mala & alij defectus, ratione quorum miserendum sit, vt frigus & æstus, non tamen ideo hæc diuisio antiqua omittenda est, quod quidam nouatores faciunt. Tum quia alia posunt reduci ad hæc. Tum quia hæc sunt communiora, & frequentiora.

Quartò, quòd opus misericordiæ seu eleemosyna, siue sit spiritalis, quæ melior est corporali, iuxta August. in d. c. Duæ, & Thom. d. quæst. 32. ar. 3. siue sit corporalis, est de consilio, vel saltem non de præcepto obligante ad mortale, exceptis duobus casibus. Alter est, cum quis habet superflua naturæ, & occurrit, & perit ab eo aliquis egens extremè, c. Pasce. 86. distinct. 1. Necare. ff. de liberis agnoscend. Alter, cum quis habet superflua naturæ, & status, & est alius egens necessarijs ad suum statum: vt sentit Aug. in cap. Quid dicam 14. quæst. 4. cap. Hospitales. 25. dist. & Ambro. in c. sicuti hi. 47. distin. & Thom. 2. secun. q. 32. ar. 5. & quolibet. 8. art. 12. quod probatur per adducta ab eo & à Caiet. ibi & neruosius in 2. Tom. de præcepto eleemosynæ. 6. c. & Maio. in 4. dist. 15. quæst. 5. quamuis Panor. communiter receptus in cap. si vero. de iureiurand. S. Ant. 2. par. titu. 1. cap. 14. & summa Ros. verb. eleemosyna, oppositum teneat, non rectè. S. Tho. in d. art. 5. intelligentes: Quorum tamen opinio est vera, quòd ad hoc, vt non teneatur dare alicui egenti, tenetur enim de præcepto dare alicui, vel alij quem ipse delegerit, vt clarè resoluit Thom. in d. artic. 12. In quibus tamen duobus non est de præcepto subuenire donando, sed satis est subuenire commodando, vel mutuando, per dicta supra. cap. 17. num. 61. & in apolog. quæst. 2. Monit. 3.

Extremè autem egere dicitur, non solum qui iam animam agit, sed etiam cum indicia probabilia apparent eo deuenturum, nisi ei subueniatur, & non se offert, nec expectatur probabiliter alius, qui ei subueniat, iuxta Tho. in 4. dist. 15. q. 2. ar. 4. q. 4. & declarat Caiet. in d. tract. c. 2. Quo fit, vt ratione necessitatis extremæ non possit defendi opinio Soti, dicentis lib. 5. quæst. 3. ar. 4. de iustit. & iure, ei qui est in periculo amittendi suum honorem, de præcepto esse subueniendum. Tum quia ipsemet lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur. dicit & bene, Hominem, esse dominum sui honoris, & famæ, ad condonandum communitè cum merito, ei qui ademerit. Quamuis alia ratione infra eodem numer. decimoséptimo. defenderur.

Quintò, quòd superfluum naturæ de quo supra, dicitur omne id quod alicui superest, demptis necessarijs ad vitam suam, & suorum, superfluum verò status, est id, quòd superest alicui deductis necessarijs ad vitam statumq; decentem suum,

suum, & suorum, habita ratione casuum, non omnium qui contingere possunt, sed eorum, qui probabiliter timeri, vel expectari debent: secundum omnes, quibus Caiet. addit quod ad eundem etiam statum pertinent necessaria sustentandis filiis, filiabus, mancipijs, famulis, hospitibus, conuiujs, muneribus honestis, & magnificentijs moderatis, sed & sentit Thom. & exprimit Caiet. vbi supra, & melius Sylu. verb. Eleemosyna. quaest. 1. §. 3. in Rosa aur. cas. 53. Quod necessarium ad statum decentiam, non consistit in puncto indiuiduo, sed habet latitudinem, eo maiorem, quo maior est status; quia in vno erit decem plus, aut decem minus, in alio centum plus, centum minus, & in alio mille plus, mille minus, & cetera. argum. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis, de offi. dele. & eorum, quae de praetio iusto, pio, mediocri, & rigoroso dicta sunt sup. ca. 17. nu. 228 & in c. 23. nu. 78.

Sexto, quod ex hoc sequitur, facile iudicandum non esse aliquem secularem plura, quam quae suo statui necessaria sunt habere; cum etiam ille, qui ad aliquod dominium emendum, & mutandum suum statum in alium maiorem, ad quem idoneus est, pecunias congerit, non habet plus quam suum statum deceat, ut dictum est cap. praeced. num. 73. Diximus, *Secularem*, quia ecclesiastici non possunt in tot fines ac illi pecunias coaceruare, ut infra seq. cap. attingetur: Sequitur item Rosellam sine iusta ratione dixisse paucos diuitum confessarios saluatum iri, si eleemosyna in praedictis duobus casibus de praetio foret: non enim tot sunt, quot putat, huiusmodi diuites, quibus sit superfluum status, cum nec Reges, & magni Principes, qui habent thesauros ad bella, quae probabiliter contra suas respublicas timent, aut quae pro illis gerere debent, superflua habere censeantur.

7 Septimo, quod nemo tenetur ad dandam eleemosynam de suo statui decenti necessario, nisi egenti extreme: quia quisque debet decenter vivere, aut statum suum in alium mutare, ut singulariter Tho. docuit in d. q. 32. ar. 6. pro quo est c. quoniam. 24. q. 1. & princ. c. 1. & 2. 41. dist.

8 Octaudo, quod quamuis non soluens debitum, quando, vbi, & quomodo debet, ad restituendum damnum, quod ex illa mora creditor accepit, teneatur, iuxta supradicta. cap. 17. num. 25. & 26. Qui tamen pauperi eleemosynam non dat, etiam sub peccato mortali debitam, non tenetur ad restituendum ei illam eleemosynam, nec damnum, quod inde illi proueniet. Quia ut latius in Reper. cap. inter verba. 11. quaest. 3. conclus. 6 num. 714. & in Apol. q. 2. Moni. 2. diximus, charitas non obligat ad restituendum illud, ad quod alicui dandum, aut faciendum, sub poena peccati mortalis obligat. iuxta Alex. Alex. 3. part. q. 87. & communem quam pulchre defendit Adri. in 4. de rest. quaest. 1. colu. 9. concludendo ad restitutionem non teneri eum, qui cum verbis aut factis posset, furtum & damnum proximi non impediuit, nisi ex officio & iustitia ad id teneatur. Omittimus autem hic gratia breuitatis encomion eleemosynae, quam sibi gratissimam esse Christus ipse testatus est Luc. 11. & Matth. 25. & per totam suam sacram scripturam, & suos sacros doctores. Quorum summus Augusti. in sermone. 45. ad fratres in Eremito, sic dixit. *Non memini me legisse, aliquem male*

male mortuum fuisse, qui viuens opera pietatis bene exercuerit. Quare, ut alienum est ab omni iustitia, per fas, & nefas, quo iure, quae iniuria coaceruare diuitias; ita quoque a prudentia christiana seruare illas, eleemosynis dum vita manet parcendo, & eas ad haereditatem relegando, iuxta illud Agonis gloriosissimae eiusdemque patronae nostrae Luciae ad matrem.

Res seruata perit: miseris data porrigit alas

Ad superos, ala duplices, argentea laua,

Aurea dextra, viamque datori ad sidera pandit.

Certa praetio viuos pietas, incerta sepultos

Consequitur: nam quod nostri est dum vita superstes,

Arbitrij mox est alieni, ut vita recessit.

Non est item benignitatis euangelicae, imò neque humanitatis Ethnicae pauperem petentem a se asperis verbis repellere, etiam cum ad largiendum ei eleemosynam non tenemur, licet non sit mortale. iuxta S. Aug. c. vnum sub fi. 25. dist. quamuis enim non debeat eleemosyna realis, debetur tamen benigna responsio, ut recte aduertit Maior. in 4. dist. 15. q. 7.

Circa praedicta opera misericordiae siue eleemosynae, peccat mortaliter primo, qui habens superfluum etiam tantum naturae, non cibum, potum, vel vestimentum extremè, & occurrentem. Dixi, *Occurrentem*, quia non tenetur quis quaerere alios, nisi id ei ex officio incumbat, per praedicta. Idem de non redimendo, saltem mutuando, captum, quem credit aliàs iniuste occisum iri. Idem de non visitante, non hospitante, non sepeliente, cum extrema necessitas proximi ea exegerit, per supradicta. Per quod respondetur ad nouè quaesitum, quod non tenetur sub culpa mortali quaerere eiusmodi egentes in carceribus, hospitalibus & alijs locis.

Secundo, qui grandi licet non extrema necessitate presso, non fert opem necessariam, quam commodè ferre potest, & credit, neminem alium eam ei latitum, per dicenda infra.

Tertio, qui non facit aliquam de septem eleemosynis spiritualibus praedictis eius extremam necessitatem quo ad animae salutem patienti, etiam si id non posset absque iactura vitae corporalis facere. Quia tenetur quis praeferre animam proximi suo corpori, ut probat vterque Thom. 2. sec. quaest. 26. artic. quinto. ad tertium. & quaest. 32. ar. 5. & 6. Raro tamè eiusmodi necessitatem patitur christianus, ut diximus in cap. inter verba. 11. quaest. 3. num. 632. quum per contritionem absque alia ope saluari possit, cap. Dixi, & cap. Magna, de poenitentia, distin. prima. Patitur tamen illa, qui existens in culpa mortali, & proximus morti, putat se quauis peccatorum attritione saluum fore, & idè non curat eam augere, ad perfectionem necessariam, iuxta dicta. c. 1. num. 1. Tunc enim videtur extremè indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam necessitatem patiuntur paruuli christianorum morti proximi existentes apud infideles, vel apud fideles, nescientes baptizare. Dixi, *Christianorum*, quia secundum sententiam Thom. receptiorem. 2. sec. quaest. 10. 12. & 3. par. q. 68. art. 10. filij infidelium adhuc expertes rationis, sine parentum consensu non debent baptizari.

zari. Eandem etiam pati dici possunt, multi Gentilium in Indijs, Brasiliae, & Peru, morti propinqui, qui cōuerterentur, si fide Catholica erudirentur. Qualem habuisse satis videtur arbitratus, magnus ille Dei seruus, Magister Franciscus ab Azpilcuera & Xauier, vnus ex primis Vndecim Illustrissimi vtilissimiq̄ nostro seculo ordinis Societatis IESV, cognatus noster, & amicissimus, Gentiles cuiusdam Insulae, ad quibus praedicandum per varios casus, variaq̄ discrimina rerum, cum probabili periculo vitae profectus fuit, vt copiosus in in repet. cap. si peccauerit. 2. quaest. 1. explicuimus: Qui postea ibi; & alibi euangelio magno cum fructu praedicato, anno 1552. traiecit in amplissima China rum Regna literarum studijs, & seculari politia florentissima, Tartariaeque vt creditur contermina, quamuis etiam licet & heroice, potuit ille eiusmodi pericula subire pro animarum illius gentis salute, licet non iudicasset eam in extrema necessitate constitutam, nec se ad id de praeepto obligatum. Vbi admirabili cum exemplo cruces nostras tollendi, & Christum Opt. Max. crucifixum sequendi, vitam Apostolicam mortalem, quae illi quoddam martyrium iam inde ab initio praedictae Societatis fuit, cum immortalis commutauit. Cuius rei Altissimus cui tam feruenter inseruiuit multa signa dedit, corpus eius in dura casa mortis asperrimi solitariè mortui illisum praeseruando: Lusitanosque aliquot casu illuc appellentes nullo alio vinculo, quam charitatis cōiunctos mouendo, vt terras sibi vetitas intrare aucti, quarerent illud, quaestiuque nauis inferrent, in ea que ad Goam bis mille leucis & a Lusitania quatuor millibus distantem transueherent. Mouendo item innumeram multitudinē, primum Malace, deinde Goę, ad excipiendum eum de nauis honorificentissime, & reponendum in ecclesia, simul magna deuotione colendum, vt & nunc colitur: exemplo suo adhortans nos omnes, vt Deum Opt. Max. ex animo oremus & flagitemus, quo multos tanto muneri aptos efficiat, eisque fortem animum inspiret, comigrandi eo, vbi tanta messis, & tam pauci sunt operarij. Vbi etiam ipse iam pridem vitam finissem, nisi ille quando Vlisippone discessit, me iam senescens, laboribus animo suo conceptis imparem iudicasset, scribens, vt absentiam patienter ferrem in terris, praesentiam sperans in caelis. Amen. Quae praedicta consequitur Primò, eum qui non est parochus, nec Praelatus, non teneri cum probabili periculo vitae suae corporalis, ad inuisendum pestilentia, aut morbo contagioso infectum, & in extrema necessitate vitae corporalis constitutum, quamuis secus si in extrema spiritualis versaretur, in quod resoluendum est, quod dicit Gab. in quodam sermone.

11 Secundò, nullo statu, voto, aut praeepto humano excusari quem, si alioqui potest, à subueniendo proximo in extrema necessitate constituto, adeo quidē, vt etiam clericus religiosus debeat detegere proditorias, & coniurationes contra Rempub. factas, & si opus fuerit in remedium etiam coniuratores ipsos, nec fieret irregularis, licet ob eas illi morte plectantur, modo id faciat protestatus se id facere, vt periculo imminente, citra sanguinis poenam obuietur, iuxta. c. Prelatis de homicid. lib. 6. quod recte adnotauit Caiet. 2. sec. quaest. 2. 6. ar. 5. relatus supra. c. 18. nu. 54.

Tertiò,

Tertiò, Magna laude dignos esse, qui saeuente peste, aegrotantibus spiritualia ministrant, licet ad id non teneantur, per ibidem dicta.

Quartò, Peccat mortaliter, qui consulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxium, per praedicta. cap. 11. numero. 9. nisi id faceret, quo minus peccaret, iuxta August. relatum, in cap. si quod verius. 33. quaest. 2. Quaedam hic antea posita de non docente, de ignorantia, consilio, rancore, tristitia & oratione praetermittimus, ne supra opportunius dicta repetamus

De correctione fraterna.

Correctio fraterna quid, ad eam tenentur omnes, concurrentibus quatuor, numer. 12.

Correctio fraterna de solis mortalibus facienda, nec de illis a confessorio. nu. 13.

Correctionis fraterna ordo, & quando non seruandus. nu. 14.

Corrigens intentione mortali vel cum damno notabili, vt peccat. nu. 14.



12 VINTò, peccat mortaliter; qui non corripit proximum in extrema necessitate spiritualis correctionis constitutum, vel citra illam concurrentibus quatuor infra scriptis ad id necessarijs. Pro cuius de ratione notandum, quod fraterna correctio vna de septem elemosynis spiritualibus, est monitio proximi secreta, aut coram testibus, ut se à peccato emendet, argu. cap. nouit, de iudic. & cap. si peccauerit. 2. q. 1. ad quam praeepto naturali tenemur omnes etiam infideles, & etiam Euangelico Matth. 18. omnes fideles, Praelati & subditi, iusti & peccatores; quamuis magis Praelati quam alij, & qui maioris sunt autoritatis, quam qui minoris, modo quatuor concurrant. Primum, quod certum sit proximum peccare peccatum mortale, vel veniale periculosum. Secundum, quod speretur emendatio, aut saltem non timeatur deterioratio. Tertiū, Opportunitas non solum personae, ita quod magis ipse quam alij ad id teneatur, saltem considerata eorum ad quos id magis spectat, negligentia, sed etiam temporis, quae colliguntur ex utroque Tho. 2. sec. q. 33. & ex Tho. in 4. dist. 19. Adri. in 4. de correct. frater. Sor. lib. de Rat. teg. membr. 2. q. 2. Innoc. Panor. & alij in cap. nouit, de Iudic. Archid. & alij praesertim Turrecrem. in cap. si peccauerit. 2. q. 1. quamuis de nonnullis horum inter illos sit controuersia, quam tollere in d. cap. si peccauerit, nisi fuimus. Quartum, vt ea commodè fieri possit, id est, absque damno notabili salutis, honoris, famae, & fortunarum corrigentis; nisi emendandus sit in extrema eiusmodi correctionis necessitate, quod raro contingit per supra dicta nume. 13.

13 Nec, (quicquid dicant) excusatur quis ab ea facienda, eò quod peccato mortali teneatur cum nemini sua malitia prodesse, aut bonitas nocere debeat, cap. 1. de post. prael. l. itaque. fullo. ff. de furt. Cumque quilibet possit ope diuina (quae nunquam facienti, quod in se est, denegatur) suorum peccatorum

Man. Nau.

Si poenitere,

pœnitere, & eorum veniam consequi, cap. ponderet. 50. dist. 1. Ad nouè autem quæsitâ respondeo primò, quòd non peccat quis peccato mortali omissionis correctionis, eo quod non corrigat eum qui per ignorantiam probabilem diei ieiunij vel festi non ieiunat, vel non audit missam; quia in eo non peccat ille mortaliter, nec venialiter periculosè; quo cessante, cessat præceptum de corrigendo, per prædicta.

Secundò, quòd peccat, si non corrigit eum qui peccat ex ignorantia nõ probabili, vel fragilitate, præsertim, quum id commode facere potest, iuxta posita infra nu.

Tertiò, quòd non peccat negligentia corrigendi, qui transiens per terram hæreticorum, non reprehendit eos tractantes sacramenta vel imagines irreuenter, vel docentes aut prædicantes hæreses, si nulla est ei spes emendationis, imò timor auctioris mali, quia deest secùdum eorum quatuor, quæ dicta sunt ad obligationem corrigendi requiri. Consequitur hæc, quòd quamuis laudabile sit corripere proximum de peccatis venialibus, puta risu inordinato, sermone otioso, nimia audiendi curiositate, non tamen est mortale id non facere, iuxta San. Ant. 2. par. titu. 16. cap. 6. Confessarius autem nullatenus, nec publicè, nec secreto, debet corripere quemquam de peccatis ab eo sibi confessis, ut rectè monuit Sot. vbi supra memb. 2. quæst. 1. pag. 5. & probatur copiosè per ea quæ dixi in cap. inter verba, conclus. 6. num. 627. & in cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6. nisi pœnitens significaret, id esse sibi gratum, inducendo colloquia, vel consulendo super eis. Consequitur item, non esse interdum peccatum, in d. meritum, differre correctionem cuiuspiam, quousque in maius delabatur, quo aptius correptus emendetur ab utroque. Quia hoc effectu, est temporis opportunitatem expectare. Qua consideratione excusari videntur, qui pueris ad furtum, & alia vitia procliuius permittunt occasiones in ea labendi, vt in eis comprehensû vtilius castigari queant.

14 Ordo autem corrigendi est, vt primum secretò, & fraternè, peccans corripatur. Deinde, si se ob id non emendat, coram duobus testibus, & postea iudici denuncietur Matth. 18. & cap. si peccauerit. 2. quæst. 1. nisi damni periculum esset in mora, & non esset ei certum sua monitione illum ab eo cessaturum. Si enim de hoc certus esset, non deberet statim iudici denunciare, secundum Th. 2. sec. quæst. 33. art. 7. ab omnibus receptum in cap. nouit, de iudic. & in 4. dist. 19. & ab Adr. in 4. de Correct. frat. & a Soto de Ratio. tegendi, membr. 2. q. 4. Dixi, *Si certus esset*, quia si dubitaret, statim deberet iudici denunciare. Quod consequitur rarò opus esse fraterna correctione secreta circa produtiones Reipub. & hæreses fidei Catholicæ, quia raro quis pro certo habere potest talem produtionem, aut hæresim penitus cessaturam. Nõ est item opus secreta admonitione, quando peccatum publicum est, iuxta S. Thom. receptum. 2. sec. quæst. 33. art. 7. Est autem publicum (vt paulo clarius quæ Caie. & alij, diximus vbi supra, nu. 822.) ad hunc effectum, quod est notorium iure vel euidentia facti, vel saltem fama, arg. c. fin. de coh. cler. cap. si. de tempor. ordi. cap. si fama, & cap. si presbyter. 2. q. 5.

Sextò,

Sextò, Peccat mortaliter, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit, aut de peccato occulto coram illius ignaris, non seruando ordinem supradictum, cum damno notabili illius fame, aut illius probabili periculo, per dicta supra cap. 18. num. 16. Nam etiam peccat qui reuelat illud superiori, non seruata forma prædicta, etiam in finem, vt prouideat ne illud iteret, vt rectè asserit Sot. vbi supra memb. 6. q. 2. pag. 11. & ante illud Adr. quem ille non citat, contra Richar. in 4. dist. 19. ar. 8. q. 1.

Emendatum Cap. non in inferenda. 23. q. 3. num. 15.

Iniuriam inferre, imbecillitas; propellere, virtus. nu. 16.

Defendere omittens peccat, si consentit, & etiam dissentiens, si tenetur, etiam cum incommodo. num. 17.

Defendere vitam & bona proximi, & impedire damna, vt tenemur. nu. 17.

Defendere qui lege iustitiæ tenentur. nu. 18.

Defendere omittens, non omnis consentit, & quis præsumitur consentire. nu. 18.

Defendere omittens opitulando peior simpliciter omittente, quia ille peccat contra iustitiam, omittens autem simpliciter contra charitatem, & ita hic non tenetur restituere, ille sic. nu. 19.

Defendere omittens quis præsumitur consentire, & opulari. nu. 19.

Irregularis non est simpliciter consentiens homicidio factò, vel faciendo. nu. 19.

Defensionis omisio etiam sine consensu cur peccatum. nu. 20.

Defendere qui omittit consentire, vt verum, triplici opinione confutata. nu. 20.

Intellectus nouus. c. quantæ, de sent. excom. nu. 21.

Scientia sola apparatus delicti, cur interdum morte plectitur. nu. 21.

Defensionis ex charitate debita omisio cur impunis in foro exteriori. nu. 21.

Defensionis, quæ omisio irregularitatem, & censuras inducit, nu. 22.

Defendere proximum a damno magis præceptum, quàm subuenire ei ad lucrum. numero. 22.

Dammum proximi etiam mediocre quando impediendum. nu. 22.

Peccat mortaliter, qui proximi mortale non impedit. nu. 23.

Elemosyna cur necessariò fiat etiam inuito non egenti illa extreme. nu. 23.



Vic loco ad id opportuno pie lector, inferam summam eorum, 15 quæ huc pertinentia continet; comment. cap. non in inferenda 23. q. 3. qui est quintus eorum qui Manuali Hispano adiungebatur; quorum summam huic latino me inferturum in epistola ad te promisi. Ea igitur est, quod ibi nu. 1. admonui. c. illud esse decerptum ex c. 36. li. de offic. Sancti Ambrosij, sed vitiosè, quatenus habet, *ferenda*, pro, *inferenda*, & *imbecillis*, pro *bellica*, & post verbum, *fortitudinis*, verbum, *repellere*, superfluum, ita quod est sic legendum.

Non in inferenda, sed in repellenda iniuria, lex virtutis est, qui enim non repellit, à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit, vnde S. Moyses Exo. 2. hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum

Si 2 in arena

» ab Aegypto iniuriam accipientem defendit, ita ut Aegyptium prostereret, atque
 » in arena absconderet. Salomon quoque ait prouerb. 24. Eripe eum qui ducitur ad
 » mortem.

16 In nu. 2. & 3. collegimus ex eo, quemuis Principem, magnanimumque vi-
 rum debere sibi persuadere imbecillitatem esse, & non fortitudinem iniuriam
 inferre, indignamque eis esse persuasionem illam, qua quidam putans se vel
 suos amicos nil posse, aut nil facere, nisi possint aut faciant impunè ea, ob que
 alij puniuntur, per multa ibi adducta: Verbum enim (virtutis) in illo. c. more
 castius loquentium, fortitudinem significat, vt in illo Cicer. ad Plan. *Omnia
 summa consequutus est virtute duce, comite fortuna.*

In nu. 4. & 5. quod peccat, qui proximum non defendit, quod ipse Ambr.
 ibidem comprobatur exemplo Moysi Exo. 2. & auctoritate Salom. Prouerb. 24.
 & idem ait in c. pasce, 86. dist. cui concordat Aug. in c. si ead. ca. & q. & Symma-
 chus, 83. dist. in prin. & grauius Inno. 3. c. quantæ, de sent. excom.

17 In nu. 6. 7. & 8. multa dubia contra conclusionem hanc adduximus. Pro quo-
 rum resolutione in nu. 9. posuimus, primam sex declarationum, scilicet eam planè proce-
 dere in eo, qui non defendit consentiendo, quia siue defendere possit, siue nō,
 siue sit præsens, siue absens, consentiendo iniuriæ peccat, & tale peccatum, quale
 qui iniuriatur, iuxta illud Apost. ad Rom. 1. relatum in c. 1. de offi. deleg. Digni
 sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, & tradit Tho.
 speciatim. 1. sec. q. 60. art. 8. & 2. sec. q. 154. ar. 4.

In nu. 10. & 11. continetur secunda declaratio, scilicet quod non procedat prædi-
 cta conclusio, in eo qui ad defendendum non tenetur, secundum vtrumque
 Th. 2. sec. q. 62. ar. 7. Non tenetur autem ad defendendum, qui sine damno hono-
 ris, existimationis, aut pudoris, id facere non potest, secundum Fel. in c. 2. de Hæret.
 & in d. c. quantæ, relatum a nobis supra. c. 14. nu. 6. cui nemo contradicit, nec
 nos vnquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium, in quo
 tamè id facimus ob multa. Quorum summam ex præmissis & subiectis declaratio-
 nibus colligas. E quibus est, quod in extrema necessitate nostræ defensionis
 constituto, subuenire tenemur et cum dano omnium eorum, quæ ad conseruandam
 vitam nostram non sunt necessaria, & consequenter honoris, pudoris, existimatio-
 nis, & fortunarum sustentandæ vitæ non necessariarum, iuxta illud Ambro. rela-
 tum in c. non satis 86. dist. *Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia
 tua valeat, quam vita morituri, non est leue peccatum.*

In num. 12. & 13. resoluimus, quod charitatis lege tenemur ad defenden-
 dam proximi vitam, ne iniuste ei adimatur, etiam cum incommodo omnium
 prædictorum; sine tamen vitæ periculo. Dixi, *Ne iniuste ei adimatur*, quia
 non tenemur ad redimendam vitam iuste condemnati, etiam si Rex, vel lex, sta-
 tutum aut sententia, pecunia redimendi facultatem facerent, & ita limitan-
 dum est prædictum. cap. Non satis. Tum quia sanctum, & vtile est eius ani-
 mæ, vt ea sic ei adimatur, per doctrinam Scoti. in quarta. distinct. 15. quæstion.
 tertia. §. de secundo, relatum supra. capitul. 15. nu. 21. Tum quia alioqui Rex
 ipse vel iudex damnans eum, in primis peccaret, non redimendo, quod est
 absurdum.

absurdum. Posset autem eiusmodi damnatus, vendere se in seruum redime-
 ti, pretio redemptionis, per ea quæ dicta sunt supra. cap. 23. nu. 96. Et quod
 eadem lege charitatis tenemur etiam ad defendenda illa eius bona, sine quibus
 vita eius seruari nequit, argum. l. 2. ff. de iuris. omn. iud. c. Præterea, de offic. de-
 leg. & etiam ad impedienda eius damna externa, etiam cum incommodo no-
 stro pecuniario, si probabiliter credimus, nullum alium id facturum, argum.
 Exod. 23. & Deuter. 22. nisi damnum proximi esset tam paruum, vt arbitrio
 boni viri, non debeamus nobis incommodare tantum quantum opus est ad
 illa impedienda, argum. l. Præses. C. de seruit. c. si non licet, 23. quæst. 5. vel nisi
 scandalum vel maius damnum inde sequeretur. Dixi, *Nullum alium id factu-
 rum.* Tum quia id significant prædicta. cap. quatenus loquuntur de boue erran-
 te, & de asino iacente in via, ad quem reducendum, vel leuandum frequenter
 alij non inueniuntur. Tum quia tollitur necessitas, si est alius qui occurrat ei.
 Dixi, *Pecuniario*, quia non tenemur ad id cum damno honorario: nisi quan-
 do damnorum magnitudo & honoris paruitas aliud suaderent, quia vt di-
 ctum est capitul. 18. num. 47. maioris fit honos quam pecunia. Per quod excu-
 santur multi viri graues à defensione puerorum & leuium hominum, quos
 alij pugnis cædunt, nisi ipsi citato gradu, & cum notabili honoris & existima-
 tionis iactura, eis succurrant. Dixi, *Vel nisi scandalum vel damnum inde seque-
 retur*, quo excusatur, qui clara voce non contradicit concionatori, alicui ex
 pulpito grauius detrahenti; & qui non liberat iniustam mortem damnatum; &
 ad supplicium tractum, ne ex eo tanta seditio inter exequentes & alios exci-
 tetur, vt probabiliter mortes & vulnera innocentium timeantur; vt rectè teti-
 git Adrian. in 4. de Correct. frat. colum. 11. addens non teneri quem ad deti-
 nendum herum aliquorum, ne se de rupe præcipitet, si credit se interfectum
 iri ab eis, suam intentionem bonam ignorantibus.

In num. 14. Quod aliqui tenentur defendere se & alios, non solum lege cha-
 ritatis, sed etiam iustitiæ. Reges enim & alij superiores lege iustitiæ tenentur
 defendere se & suos subditos; & contra, subditi suos superiores, argument.
 capitu. Regum, capitul. Administratores. 23. quæst. 5. & cap. Ego. ff. de iureiu.
 præsertim feudatarij, & eorum domini. cap. de forma, 22. quæst. 5. & capitu. 1.
 de form. fidelitat. in visib. feud. patres item, tutores, curatores, heri, pædagogi,
 parochi, custodes, & alij similes; & e contrario, eos, filij, pupilli, minores, famu-
 li, mancipia, parochiani, & custodi, per notata à Panor. in cap. primo. de rest.
 spol. nu. 9. arg. l. vt parentibus. ff. de iust. & iur. cap. duo ista nomina. 23. q. 4. l. 1.
 C. de emendatione propinq. & præcep. 4. decalogi, quod ad eos extendi dictum
 est supra. cap. 13. num. 3.

In nu. 15. est tertia declaratio conclusionis prædictæ, videlicet, quod multi
 ab iniuria non defendentes, ei verè non consentiunt. Vnde textus pro cõclusio-
 ne citati, habentes, quod qui non defendit cum possit, consentit, non sunt in-
 telligendi de verò consensu, sed de præsumpto; & tum demum etiam de præ-
 sumpto, quum tenetur defendere, & commode potest; quamuis enim quis tenea-
 tur ad defendendum aliquem cum damno omnium suarum facultatum, præ-

fumi tamen non debet conſentire, ſi illud, non niſi cum tali damno facere poteſt. Tum quia in dubio non eſt præſumendum delictum. c. 1. de reg. iur. & l. 1. ff. pro ſoc. & dubium eſt, an qui omittit defendere cum tanto damno, omittat defendere ob complacentiam iniuriæ, vel ob damni euitationem: & hoc poſterius præſumendo vitatur præſumptio delicti. Tum quia experientia, quæ eſt rerum magiſtra. cap. quam ſit, de elect. lib. 6. docet, multos Principum & aliorum familiares minime impedire innumeras iniurias, ad quas impediendas etiam cum damno facultatum tenentur, non quidem quod illæ eis placeant, ſed ne gratiam eorum, & ſpem donorum amittant. Ex quibus inferitur, frequentiſſime quem præſumi conſentire iniuriæ, cui verè non conſentit, & contra non conſentire, qui verè conſentit.

19 In num. 16. eſt quarta declaratio ſcilicet; quòd multum intereſt inter non defendere ſolum, & non defendere; & conſentire ex vna parte, & inter cõſentire & auxilium præbere ex altera. Tum quia prius tantum eſt peccatum contra charitatem, aut miſericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt rectè ſenſit Sor. libr. 4. quæſt. 7. artic. 3. de iuſt. & iur. Poſterius verò, videlicet, conſentire & auxiliari iniuriam inferenti, eſt contra iuſtitiam, vt ibi latè probatur: Tum quia prius non obligat ad reſtituendum, poſterius verò ſic; quia vt ſupra. capitul. 17. num. 20. & in d. Apolog. quæſt. 2. Mon. ſecunda. & in locis ibi allegatis diximus, qui ſolum contra præcepta charitatis & miſericordiæ peccat, damnum inde ſequutum reſtituere non tenetur: qui verò contra iuſtitiam peccat, ſic.

In num. 17. eſt quinta declaratio, ſcilicet, quòd non omnis qui iniuriæ conſentire præſumitur, iniuriam inferenti auxiliari præſumitur, ſaltem auxilio, quòd delicti participem eum directè faciat: Tum quia duæ præſumptiones ſpeciales non debent circa idem concurrere, præſertim ad augendum delictum. l. prima. C. de dot. promiſ. & not. per Card. in cap. quia circa, de conſang. quòd fieret, ſi non ſolum conſenſus, ſed etiam auxilium præſumeretur. Tum quia communis opinio, quam tenet Panormitan. in capitul. primo. de reſtitu. ſpol. quamque ait communem Dec. in capitul. primo. de offic. deleg. & in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. tenet, non delinquere communiter iure ciuili, qui ſolum non defendit; & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen eſt puniendus in foro exteriori; & ſi præſumeretur auxiliari, contra dicendum eſſet; cum vtroque iure opem ferentes delicto puniendi ſint, ſecundum omnes in cap. primo. de offic. deleg. cum ei annot. Tum quia vt ſenſit gloſſ. in cap. ſi quis viduã. 50. diſtin. & clarius Innoc. communiter recept. in cap. Petrus, de homicid. qui non impedit homicidium quòd nouit tractari, non ſit irregularis eo ſequuto, & ſi præſumeretur opem tuliffe, cenſeretur talis. Tum quia, vt quis incurrat excommunicationem can. Si quis ſuadente. 17. q. 4. non ſufficit, vt conſentiat, etiam malitioſè clerici percuſſioni, ſi eius nomine nõ fiat, nec aliquo modo iuuat, per c. cum quis, de ſen. excom. lib. 6. & ſi præſumeretur iuuare, cenſeretur excommunicatus, per ca. ſicut dignum. §. eos, de homicid.

In

In num. 18. eſt declaratio ſexta, quòd præcedens declaratio fallit, cum quatuor concurrunt, ſcilicet, poteſtas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiſdem, & notorietas delicti; hoc eſt, vt manifeſtum ſit illud eſſe delictum & manifeſtò fiat: his enim concurrentibus, non ſolum præſumitur conſenſus, ſed et auxiliium per c. quante, de ſen. excom. per quòd ibi latè oſtendimus, non ſolum probari hanc fallentiam, ſed etiam præcedentem declarationem regulariter eſſe veram: quòd ad interpretandum plurimos canones, & leges, memoriæ mandandum eſt.

In num. 20. Ex prædictis inferri, quòd ratio, qua non defendens proximum 20 peccat, non eſt, quia cõſentit offenſioni; (nam ſiue defendat, ſiue non, conſentiendo peccat; & contra, ſiue conſentiat, ſiue non, non defendendo peccat) ſed quia omittit facere, quòd ei lege charitatis vel iuſtitie præcipitur, vt faciat, interdum cum damno ſuarum facultatum & honoris, interdum ſine eo, vt prædictum eſt; quamuis cæteris paribus conſentiendo magis peccet; & ita iura dicentia eum qui non defendit conſentire, non ſignificant, non conſentientem non peccare, ſed potius non defendentem præſumi conſentire; quòd eſt verum de illo, qui debet, & poteſt commodè, imò & præſumi auxiliari, ſi cum his tribus concurrat euidencia iniuriæ, vt prædictum eſt.

In num. 26. Quòd ex prædictis inferuntur decem & octo, quorum aliqua ſubiicimus. Primum, nullam trium opinionum celebrium, exponentium prædicta iura, eſſe omnino veram; non opinionem Iohannis, quam Bernardus reſert in dicto. cap. quantæ, qui nimis extendit eam ad omnes, qui quomodolibet poſſunt, non defendunt. Non etiam opinionem Bernardi; qui eam nimis reſtringit ad ſolos habentes publicam poteſtatem: nam ex multis eorum conſtat loqui etiam de priuatis. Non item Innoc. Panor. & communis, qui partim ampliant, & partim reſtringunt pluſquã prædicti, dicentes, ea loqui de oibus perſonis, tã publicis quã priuatis; ſed de ſolis dolo id facere omittentibus. Veritas enim habet, quòd ad effectum peccandi loquuntur de omnibus perſonis tam priuatis quã publicis; & tam de omittentibus dolo, quã negligentia; & de ferendo, vel non ferendo opem, modo lege iuſtitie, vel charitatis ad id teneantur. Dixi, *Ad effectum peccandi*. Nam ad effectum incurrendi cenſuras, & reſtituendi damnum ſolum comprehendunt obligatos ad illud non ſolum lege charitatis, ſed etiam iuſtitie; quia hi ſoli incurrun cenſuras, & tenentur ad reſtutionem, per adducta latius ibi, & tacta ſupra. c. 17. num. 25. & in prædicta Apol. quæſt. 2. mon. 3.

In 28. numer. & duobus ſequentibus, quòd nec gloſſ. nec doctores attigerunt verum ſenſum prædicti capituli. quantæ, de ſenten. excommunicationis; quem tamen nos ibi damus num. 30. ſcilicet, Quòd quicumque poteſt commodè, & non defendit clericum ab iniuria manifeſta, quæ manifeſtè inferitur, eſt excommunicatus, vel cenſendus talis; & ratio eius noua eſt, quia opitulatur, aut præſumitur aliquo modo ei opitulari, & ita legem iuſtitie violare. Dixi, *Eſt excommunicatus*, ad includendum eum, qui vere omittit deſenſionem ad opitulandum. Dixi, *Vel cenſendus*, ad in-

ſi 4 cluden-

cludendum eum, qui non verè omittit ad opitulandum; sed obtimorem, pudorem, vel negligentiam. At quia non obuiat manifesto delicto, manifeste facto, cum commodè possit, presumitur velle opem ferre, vt ibi latius deducitur.

In nu. 3. 2. quòd ratio à nemine reddita, qua niti potest rigida illa sed iusta decisio Barro. in l. vtrum. ff. ad l. Pomp. de Parri. scilicet, quòd quamuis regulariter nemo puniri debeat, eo quòd sciat parari delictum, & non indicet, fallit tamen in filio, seruo, & subdito sciente parari illud in patrem, dominum, aut alium superiorem, præsertim supremum. Est, inquam, ratio, quòd alij solum regulariter delinquant contra præcepta charitatis; hi vero contra præcepta iustitiæ, quæ iubet, vt superiores defendant inferiores, & contra, inferiores superiores, vt supra tactum est; quam rationem Bald. si considerasset, & qui eum sequuntur relati à Felyn. in capitul. Quantæ. non tam acerbè in Bartol. inuectus esset. Qua ratione merito acrius animadueritur in eos qui magistratus vel ministros eorum non defendunt, quàm qui aliquos priuatos non tuentur.

In numer. trigesimo tertio. quòd ex eisdem colligitur ratio noua, cur regulariter, qui alium non defendit, quamuis in eo peccet, non punitur in foro exteriori, neque canonico, iuxta communem supra relatam; & in foro conscientie sic; quòd scilicet, ommissio defensionis regulariter non est contra iustitiæ leges, quamuis sit frequenter contra leges charitatis; & ideo legum iustitiæ pœnis puniri non debet.

22 In 34. & seq. Neminem incurrere censuras, vel irregularitates non defendendo alium, nisi lege iustitiæ ad id teneatur: ideoque rectè nos respondiisse clerico cuidam Insulano, non incurrisse irregularitatem, propter homicidium sequutum, eo quòd ipse sciens illud tractari non monuit occisum arg. gl. e. si quis viduam. 50. dist. & doctrine Innoc. in c. Petrus, de homicid. & Anton. 2. par. tit. 28. caput. 2.

In nu. 39. & 40. Quod recognoscens manuale Hispanum antea cõpositum die gloriosissimæ Magdalene sacro, anno 1556. eius, vt puto, beneficio inueni solutionem cuiusdam antinomie, quæ me diu multumque torserat, inter conclusionem communiter receptam, & supra num. tertio. positam, quòd nemo regulariter tenetur ad præstanda opera misericordie corporalia sub culpa mortali, nisi egenti eis extremè, & inter illam certam, quòd quilibet tenetur bonum proximi etiam inimici errantem reducere si potest ad illum, asinum item sub onere iacentem subleuare, vel ad subleuandum iuuare, si credit probabiliter alium id non facturum, iuxta d. cap. Exod. 23. & Deut. 22. quod probat id ipsum faciendum esse de veste, & de qualibet alia re proximi amissa. Quæ proculdubio locum habent, etiam cum proximus non eget eis extremè. Solutio autem vera & noua est, quòd illa procedit quo ad dandum egenti, & de lucro tractanti; hæc verò, quo ad impediendum damnum alteri tractanti de damno vitando. Pro quo discrimine facit quòd multum interest, inter lucrum faciendum, & damnum vitandum; & plus fauent iura agenti de damno vitando, quam

quam agenti de lucro captando. l. 2. §. portio. ff. ad l. Rhodi. d. l. ff. de Per. & com. rei. vend. l. Si is cui. §. si. de fut. & l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de Act. empr. Ex quo & positus supra nu. 17. infertur ad iter facientem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, ad leuandum mulum luto hærentem, nã si esset a multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliaturos, non peccat mortaliter nõ opitulando ei, alioqui sic; vt peccaret, si iter esset a paucis frequentatum. Et ad offendentem iumenta proximi segetes depascentia; & ad videntem ædes; segetes, aut supellectilem proximi ardere, & nõ extinguit cum posset ignem; & ad audientem famæ proximi grauer detrahentem, qui licet ei non credat, putat tamen alios credituros, si ipse non resistit; & ad alios id genus innumeros videntes notabiliter lædi proximi salutem mentis, vel corporis & honorem; vel rem familiarem nam; si credunt alios non impedituros illa mala, & ipsi non impediunt, peccant; e quibus etiam esse videtur, qui videt aliũ eumentem animalia, pannos, prædia vel alia vitiosa vel longe minora, vel peiora, quàm putat ipse; & non monet illum.

In nu. 41. & septem seq. probatur, & defenditur conclusio huc pertinens po-
sita in c. 14. nu. 26. scilicet, peccare mortaliter eum qui cum possit non impedit peccatum mortale proximi. Probatur, inquam, Primò, quòd per dictum capi. non in inferenda, & alia multa cõclusum est supra lege charitatis obligari nos omnes ad impedienda mala vitam corporalem proximo adimentia: At vita animæ prætiolior est & magis diligenda quàm corporis, secundum Tho. receptum 2. sec. q. 26. ar. 5. & probatur in c. si habes. 24. q. 3. ergo magis tenemur ad impedienda mala, quæ ei vitam animæ adimunt, sed peccatum mortale, ei adimit vitam animæ, cap. resuscitatus, cap. omnis. de pœn. dist. 1. ergo &c. Deinde quod Augustinus in c. ipsa pietas. 23. q. 4. in effectu vitur hoc argumento, ad hoc ipsum propositum.

Tertio, quòd mortaliter peccat, qui proximum volentem se præcipitare, non retinet, quum possit c. nimium. 23. q. 4. & qui non extrahit etiam inuitum e domo iam ruitura d. c. ipsa pietas.

Quarto, quòd qui, vt supra proximè dictum fuit, potest impedire damnum proximi, quòd credit ab alio non impeditum iri, & nõ impedit, mortaliter peccat, Exod. 23. & Deut. 22. At nullum damnum est maius proximo quàm mors animæ, quam peccatum mortale infert; ergo &c.

Quinto, quòd magis tenemur ad impedienda futura peccata, quàm ad puniendi præterita. arg. c. præterea. 2. de spons. & eorum, quæ latè citamus in ca. inter verba 11. q. 3. a nu. 662. At constat, ad corrigenda præterita proximi peccata nos teneri Matth. 18. & c. si peccauerit. 2. q. 1. a fortiori ergo tenebimur, ad peccatum nondum commissum impediendũ. Vnde ad impedienda peccata futura in omni casu inquiri potest, iuxta quoddam dictum sing. Inno. 4. in ca. 1. de Post. præl. col. 2. communiter recep. non tamen ad puniendi præterita, nisi certis calibus, vt dictum est in ca. 18. & dicitur infra capitul. seq. & a laico clericus capi potest; ne committat, non tamen pro commissis, iuxta Panor. in c. 3. & c. vt famæ, de sent. excommunicationis; & capit. cum ab homine, de iudi. communiter

communiter recep. Sextò, quòd ad euitandum scandalum, quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia etiam in Euangelio consulta, quæ sine peccato possumus ca. 2. de noui oper. nunciat, vt sunt aliquot eleemosynæ, ergo &c.

Quæ conclusio procedit non solùm, quãdo sine dãno, pudore, & de decore, id facere possumus, vt dixit Fel. relatus & confutatus supra num. 18. sed etiam si oporteat ob id amittere facultates, honorem, imò & vitam, quando eius anima in extrema nostræ opis necessitate constituta est. Procedit etiam quando non est in extrema nostræ opis necessitate, ob suam tamen imbecillitatem, vel ignorantiam crassam, aut affectatam, aut ob alias causas, & occasiones peccandi, in ea est necessitate, vt nisi nos ei opitemur, peccatum mortale commissurus sit, & spiritualiter moriturus, & si opitemur, non; quæ est singularis doctrina pietissimi eiusdemque doctissimi illius Adr. in 4. de Correc. frat. col. 12. quæ prædicto die Magdalenæ sacro; casu reperta, magna me liberauit animi angustia, simul dolore afficiens, quòd nulla eam ratione fulcit, solùm inferens ex ea eleemosynam spiritualem arctius præcipi quam corporalem: Pro qua tamen adduximus rationem, quam nunquam alibi audire vel legere meminimus, videlicet, nos teneri ad impedienda mala proximi etiam quæ ille vitare potest, si vult, modo sint eiusmodi, quibus iuste non potest consentire, quæ sunt præcipitium, suspendium, domus ruentis oppressio, de quibus prædictum ca. Nimium, & d. c. Ipsa pietas. Quales item, cibi, vel potus, vel medicinæ ad vitam necessariæ renetus, iuxta gl. solen. in §. j. 83. dist. mors item & mutilatio membri. l. liber homo. ff. ad l. A qui, c. contingit, de sent. excom. At mors animæ, quam peccatum infert, est eiusmodi; ergo tenemur ad impediendam eam, etiam illi, qui non est in extrema nostræ opis necessitate constitutus. Itaque inter eleemosynam spiritualem, & corporalem in hoc non est discrimen, vt per suam illationem significauit Adr. quamuis sit discrimen in eo, quòd eleemosynam spiritualem tenemur largiri constituto in extrema illius necessitate, etiam cum periculo vitæ: Corporalem autem non nisi citra illud; per quod eius illatio verificatur.

Procedit item præfata conclusio etiam si ad impediendum mortale proximi oporteat nos non vt iure nostro spirituali vel temporali, quo absque peccato possumus non vt, argu. illius Matth. 18. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, & c. 2. de ope. nou. nunc. Tho. 2. sec. q. 43. ar. 7. & 8.

Non autem procedit prædicta conclusio, nisi concurrentibus tribus, quæ requiruntur, vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, videlicet, certitudo quòd peccatum est mortale; spes effectus impeditiois; & opportunitas tã personæ, scilicet, quòd sit, quæ magis ad id teneatur, saltem ob negligentiam magis obligatorum, quam etiam temporis, vt colligitur ex rationibus Tho. & aliorum vbi supra citatorum, quibus prædicta esse necessaria, quo præceptum fraternæ correctionis obliget, monstrauius.

Non etiam procedit, quando proximus non est peccaturus ex ignorãtia vel fragilitate, sed ex malitia, & ad impediendum oportet, vt quis desinat vt iure vel

vel bono suo spirituali vel temporali, iuxta illud Matthe. 15. finite illos, cæci sunt &c. & allata per Tho. vbi supra, & notata per nostros in c. qui scandalizauerit, de reg. iur. & d. c. 2. de ope. nou. nunc. Quod confirmatur eo, quod diximus supra, scilicet nõ teneri quem ad donandum 100. etiam si possit ei, qui sese furca suspendurum affirmat, nisi ea donentur.

Per quas declarationes facile soluuntur quatuor argumenta contraria. Primum, quòd non peccat mortaliter, qui petit mutuum ab vsurario, quem credit non nisi ad vsuram daturum. Secundum, quòd nec qui a parochio perit, vt suum filium baptizet, credens eum peccaturum mortaliter, quia credit esse in mortali, & antea non contritum iri. Tertium, quòd neque mulier, quæ ob vanam gloriam venialiter sine alio fine mortali se comit, quamuis credat, aliquæ ob id concupiscentiam mortalem concepturã. Quartum, quòd nemo tenetur ad eleemosynã impartiedã sub pœna peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto, vt dictum est supra nu. 11. Et qui vult mortaliter peccare, sciens id esse tale, non est in extrema necessitate opis alienæ, cum voluntarie id faciat. 15. q. 1. §. j. Possunt et solui duo prima, per duas declarationes postremas, tertium verò de muliere se comente per adducta supra cap. 3. nu. 5. & c. 23. nu. 19. quartum autem soluitur per primam & secundam declarationem, quatenus habent, teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iuste consentire non potest, quamuis non sit in extrema nostræ opis necessitate constitutus.

Caput Vigesimoquintum de peccatis diuersorum
statuum, & primum Regum.

Rex vt peccat aliena capiens, capta non restituens, malè, vel ob malum finem gubernans, seditiones excitans, & non extinguens, & suos artibus belli, & pacis non exercens, nume. 1. non habens armenta propria suo sumptu. nume. 2. Cumulans vel non cumulans diuitias, vel non muniens arces. nume. 2. & 3. vel vias publicas, vel non componens litem, vel ferens legem pœnalem. nume. 4. Vel dispensans circa legem naturalem, vel propriam. nume. 5. non permittens subditis suas immunitates, capiens bona eorum, bellans sine causa, vel cum ea male, vel malo fine, impediens uisitaciones spirituales, & noua iura superindicens numero 6. cogens gratis sibi operari, & officia nimium careuendens numero 7. uel cogens ad matrimonia, vel præficiens indignos officijs, uel beneficijs, non coercens subditorum delicta, uel admittens prauas consuetudines. nume. 8. uel damnans inauditum, uel iudicans malè. nume. 9. 10. & 11.

Officium uendens, ut peccat, & cuique pretium honestum statuere esse utile. numero 7.

Citatio iuris naturæ faciendã etiam per Regem, nisi maxima causa aliud suadeat. nume. 9.



Proccat mortaliter Primò, qui Rex vel monarcha aliena Regna & dominia iniuste quærit, vel iniuste quæsit non restituit, nulla iusta causa ab hoc excufante c. quid culpat. 23. q. j. c. si res. 14. q. 6. adiuncto. c. sepe, de rest. spol. venialiter autem periculosè, qui ea gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam & honorem, per supradicta ca. 23. nume. 73. nam vt sancte resoluit Thom. de Regim. Princ. lib. 1. ca. 7. & 8. finis primarius laborum eius vix tolerabilem debet esse ipse Deus, cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo de qua supra, Pralu. 4.

Secundò, qui iuste possessa iniuste gubernat non reddendo suum cuiq; ius, vel excitando factiones, vel non sedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, aut præficiendo rectores indignos, aut non ferendo leges necessarias, vel constitutas non exequendo, aut non communiendo armis, artibus, & exercitijs ad se, & illa tuenda necessarijs adeo, vt iudicio prudentis, ea vel partem eorum, probabili amissionis periculo subiiciat, iuxta mentem eiusdem Tho. vbi su. c. 15. & probatur per c. Principes. & ca. administratores. 23. q. 5. & c. alius. 15. q. 6.

2 Tertio, qui per incuriam non habet propria armenta bouum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares selectos, quo habeat carnes in obsonium suum, & suorum, aut non colit agros proprios, quo triticum, hordeum, & alia frumenta sibi suisque necessaria colligat, aut non habet equitia producendis equis ad bella necessarijs; hæc enim sunt mortalia, aut certe venialia periculosa, secundum Tho. vbi sup. lib. 2. c. 5. & 6. Dixi, *Per incuriam*, quia iudicio nostro, non sunt peccata omissa ad vitandos sumptus, & ad quærendum plus ex prædijs locatis, quam per se cultis; & de suis herbis locatis, quam per armenta sua, & greges depastis; aut ad melioribus curis occupandum tempus, quod his impendendum est, argu. c. non mediocriter, de consec. dist. 5. quod miror, nec Thomam, nec alios animaduertere, quum fere omnes Reges ea facere omittant.

Quarto, qui adeo negligit coaceruare diuitias artificiales, auri, argenti, pecuniarum, & aliorum similibus, vt se suumque regnum exponat probabili periculo pereundi fame, bello, & alijs malis, quæ probabiliter defectu pecuniarum euenire possunt; e quibus est mutuari a subditis cum pudore & periculo deserendi iustitiam in eorum fauorem, vel a numularijs sub vsuris aut interesse; ad quæ postea soluenda nimium sit grauaturus populum, ex mente eiusdem vbi supra ca. 7.

3 Quinto, qui pecunias congerit grauando notabiliter subditos ob auaritiam, nullo iusto fine proposito, iuxta S. Anto. secunda par. titu. 1. ca. 2. quia id est contrauenire præcepto de dando superflua pauperibus, iux. dicta sup. ca. 23. nume. 73.

Sexto, qui prodigis largitionibus ita indulget, vt se exponat probabili periculo vsurpandi aliena, vel tributa maiora quam par est exigendi, aut debita statis diebus non soluendi, aut onere grauissimo interesse, ac cambiorum se suumq;

suumque regnum, in maximam paupertatem inducendi propter rationes Arist. in epist. ad Alex. & per leg. par. Castellæ. 14. 2. par. tit. 5. & mentem S. Th. vbi sup.

Septimo, qui adeo negligit munire suas arces, vt occasione populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis, aut alijs inimicis occupandi Regni, aut partem illius, iuxta mentem eiusdem Tho. vbi sup. lib. 2. c. 11.

4 Octauo, qui negligit per incuriam imperare refectionem, & custodiam viarum publicarum sui Regni, ita vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de suis publicis redditibus, pauperibus extreme egentibus, & a se petentibus non subuenit, iuxta eundem S. Th. vbi sup. c. 12. & 15. Dixi, *Negligit*, quia secus si per ignorantiam, aut impotentiam id omittit, arg. l. impossibile. ff. de reg. iur. & c. ignorantia eo. tit. lib. 6. quamuis hoc alij non animaduertant.

Nonò, qui habet cum alio Rege christiano super aliquo Regno vel dominio aliquam dubiam & antiquam controuersiam, quæ de iure non potest extingui, quia non habent superiorem; neq; bello, quippe quorum arma adeo creuerunt, vt neuter ab altero omnino superari possit, nisi facta per strages copia Turcis inuadendi quod reliquum est christiani orbis, vel bonam partem eius, & non vult in arbitros suspitione carentes conuenire, nec petere vel accipere conditiones honestas, quibus pax firma fiat, quod probauimus in repet. c. quando de consec. dist. 1. not. 9. nu. 90.

Decimo, qui aliquam legem pœnalem constituit principaliter propter suam utilitatem priuatam, quo eius transgressione, aut dispensatione multas pecunias cogat, c. erit autem. 4. dist. & Communis in c. 1. de const.

5 Undecimo, qui dispensat in legibus diuinis, aut naturalibus, absq; iusta causa, & qui in proprijs cum notabili damno, aut scandalo publico vel priuato, & qui delicta diuina lege aut naturali damnata, sine iusta causa condonat, videns aut videre debens, se ad alia similia occasionem præbere, aut lites, vel solutiones debitorum, sine iusta causa suspendit. Tum per glo. sing. c. non est, de vot. c. ex parte, de consu. c. ex iure, de iureiur. c. si ecclesia, 23. q. 4. c. Regum. 23. q. 5. Tum quia omnis iniustitia rei notabilis est mortalis. Th. 2. sec. q. 59. ar. 4. Dixi, *Sine iusta causa*, quia cum causa, & sine scandalo notabili, illa licita facere potest, l. 1. C. de leg.

6 Duodecimo, qui non permittit populo suo tueri suas libertates, sibi ex iure diuino, aut humano iurato debitas, aut bona populi, vsurpat, & restituere obligatur, arg. c. reges, & c. Principes 23. q. 5. & l. 1. C. si quacunque præd. pot. & capitul. si res, 14. q. 6.

Decimotertio, qui minis, aut precibus importunis adigit aliquem ad donandum sibi sua bona, absque iusta in id causa, cum obligatione restituendi, argu. c. conuenior col. 2. 23. q. 8. 2. reg. c. 21. & totius tit. ff. & C. quod met. cau. & Bar. in tract. de tyrann. nu. 20.

Decimoquarto, qui gerit bellum iniustum defectu autoritatis, aut iustæ causæ cum obligatione restituendi, aut iustum ex se, sed animo & sine iniusto sine obligatione restituendi, iuxta vtrunque Tho. 2. sec. q. 40. ar. 1.

Decimoquinto, qui impedit visitationem monialium iuridicam Cle. attendentes

denantes, de stat. Monach. & est excommunicatus, si admonitus non desistit ead. Clem. §. fina.

Decimosexto, qui exigit a suis subditis aliqua tributa noua, absq; necessitate publica cum obligatione restituendi, quamuis in bonum finē ea exigit. c. militare sub fin. 23. q. 1. & multo magis si ad superfluum esum vel vestitum, pompas, conuiuia, prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat. summ. confes. lib. 2. tit. 5. quæst. 35. numer. 31. Dixi, *Noua*, quia si antiqua bene statuta ita prodigit, non tenetur restituere, nec mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia finis, formæ, materiæ, aut alia mortalis interueniat, per supradicta. c. 23. nu. 75. Dixi et, *Absque necessitate publica*, quia cum hac exigere, & accipere posset, si ad eam sui reditus non sufficerent, arg. c. cum secundo de præb. & c. 1. 13. q. 2. & eorum, quæ ibi citantur.

Decimosextimo, qui adigit subditos suos, ad id non obligatos, sibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, aut alia similia facere sine integra sui laboris compensatione, Ant. par. 3. tit. 3. c. 4. §. 4. subdēs, bis eum peccare, qui diebus festis ad hoc eos adigit.

7 Decimosextimo, qui officia sui Regni vendit tam care & talibus personis, vt probabiliter credat, aut credere debeat, eas male illis vsuras, aut subditos oppressuras, per rationes Auth. vt iudi. sine quo. & Auth. de mand. Princi. §. 2. aliās secus, iuxta Thom. ad ducissam Brabantiae opus. 21. quæst. 1. quamuis præstaret non vendere, quo fit, vt dictum Pan. communiter recepti in c. 1. & 2. ne Præl. vic. su. scilicet, Id quod domini pro officijs secularibus suæ iurisdictionis accipiunt, Lucrum sordidum esse, & accipiendo mortaliter peccare, restringendum sit ad personam, quæ superiorem agnoscit, & locum, vbi vetitum est lege obligante ad mortale, cui consuetudo præscripta non derogauit, sine licentia eius, qui eam dare potest ad vendendum honesto pretio personis idoneis. Et consequenter non sunt damnandi Reges & Principes, qui ea dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum, neque etiam ipsi officiarij illa vendentes tam honesto pretio talibus personis: vt probabiliter credatur, eas illis non male vsuras, quo pretium male datum peius extorqueant. Quare ob ea quæ in curijs Monarcharum fieri vidimus, eorum confessarios, consiliarios & Regni procuratores admonemus, videri e republica & animarum salute fore, lege aliqua circumspecte statuere vnicuiq; officio, vel muneri certū pretium, vltra quod nil dari, vel accipi posset, declarando eum qui plus acciperet, plus iusto pretio accipere, & addendo, ne remissioni locus esset, & tempore quo titulus confertur, cogentur partes iurare de non plus dando, vel accipiendo: cum in dies adeo eorum pretia crescant, vt emētes honestē viuere nequeāt, nisi magno Reip. malo illa quæ fortē mutuo & sub vsuris vel interesse acciperent, recuperent.

Admonemus hic fœ. rec. Pium V. tulisse legem an. 1571. mense Decembri, contra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, in hæc verba. *Nemini de cætero liceat, mediante pecunia vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum & per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, ali-*

das, aliquas dignitates & officia, exercitium & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere, ac si quis his presentibus contrauerit, quoquomodo dici, aut censeretur potuerit, ipsum contrauerit eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam privilegij doctoratus quam quorumcunque per eum obtentorum officiorum tam secularium, quam ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicij penam irremissibiliter incurrere volumus. & infra. Et quod ubicunque, & quandocunque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali, familiarari, vel cuiuscunque alteri personæ pro officijs, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit, se a præmissis attentata interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat, quin imò nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure præsumatur solutionem, & promissionem huiusmodi, de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt consensu & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea penis subiacerent omnino intelligatur.

Decimonono, qui cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum vel a contrahendo impedit Ant. 3. par. ti. 3. c. 4. §. 5.

Vigesimo, qui præficit officarios indignos imperitos, aut malæ cōscientiæ, credens, aut credere debens eos tales esse, aut per iustam ignorantiam præfectos, postquam id rescierit non deponit cum possit absque suæ vitæ periculo, & damno Reipub. cum obligatione restituendi damna quæ fecerunt. Scot. in 4. dist. 15. q. 2. arti. 4. per ea, quæ copiosè diximus in prælect. c. si quando, de rescript. excep. 12.

Vigesimo primo, qui ad sacerdotia, vel beneficia ecclesiastica, quorum est patronus præsentat personas non idoneas ætate, scientia, vel moribus, aut inducit legatos, episcopos, & alios prælatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales præsentandum contra. c. cum in cunctis, de elect. & c. graue de præb. & alia latè dicta exceptione citata.

Ad nouè quæsitum respondeo, non peccare possidentem virtute bullæ Iulij Secundi aliqua bona tanquam profana, quibus pater eius imposuit onus aliquarum massarum, constituens eum patronum eorum & earum; quia etiā absque tali bulla poterat ea iuste possidere, vt talia quippe quæ nullius speciei sacrorum sunt, vt colligitur ex Tho. recep. 2. sec. quæst. 99. articul. 9. non enim sunt bona ecclesiastica, licet oneri ecclesiastico sint subiecta, argum. capitul. ex parte, de censib.

Vigesimo secundo, qui non cohibet suos subditos ab vsurpando alieno, per furtum, rapinas, munera, aut per alium quemuis modum illicitum, cum obligatione restituendi Rich. in 4. dist. 15. ar. 5. q. 5.

Vigesimo tertio, qui negligit abolere prauas suæ terræ consuetudines, veluti vsurarum, Ludorum periculorum animæ & corpori, cum sine scandalo id possit, aut permittit falsas mensuras, aut pretia iniusta rerum venialium, cū obligatione restituendi Rich. vbi sup. argumento. c. error. 83. dist.

Vigesimo quarto, qui per se vel alium condemnat aliquem, præsertim ob crimen

crimen indicta causa, aut non concessa se defendendi facultate, aut sine scientia publica, per publicam probationem habita, ductus scientia priuata, per priuata probationem quaesita, secundum mentem Th. 2. sec. q. 67. ar. & clarius Caiet. ibid. & clarius in summ. verb. Homicidium. Tum quia sententia, qui actus publicus est, auctoritate & scientia publica & non priuata ferenda est. Tum quia iuris naturalis est, ne quis inauditus & indefensus damnetur. Clem. Pastoralis §. Cæterum, de re iud. glo. memorabilis in extrauag. 1. de Dol. & Cont. Quo fit secundum eos, grauissime peccare Reges, & Principes, & esse homicidas, qui aliquem etiam subditum, inauditum & indefensum veneno aut alio mortis genere interfici iubent; vel beneficijs, officijs, honoribus, aut alijs bonis ad nutum non amouibilibus priuant, sola scientia priuata ducti. Eodem item modo peccare exequutores talium mandatorum, neque excusari obedientia, quam suis Regibus id præcipientibus debent, quoniam contra ius naturale vel diuinum non est eis obediendum c. si dominus c. qui resistit 11. q. 3. & Caiet. in d. verb. Homicid. Contra vero non peccare eum, qui secundum allegata, & probata iudicat, quamuis uti priuatus oppositum iustum esse sciat; adeo quod eum, quem priuate scit innocentem, iuste condemnare possit probatum innocentem, saltem quando quo ad eius fieri potuit, omnia fecit ut veritatem cognosceret, & ne de illo casu iudicaret, iuxta S. Tho. in d. quaest. 67. art. 2. & alios graues authores, quos Caiet. ibi adducit. Pro quibus est tex. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. & in cap. pastoralis. §. quia vero, de offic. deleg. & utrobique communis. Dixi, *Ad nutum non amouibilibus*, quia in alijs secus est, arg. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. qualia sunt officia Castellæ Regia, lib. 1. ordin. tit. 76. Idem quum res notoria est, vel ex natura rei, vel actis constat, nullam condemnando defensionem competere. c. bonæ. 1. de elect. ubi Panor. adiuncto. c. cum olim, de re iudi. ubi post alios Fel. col. 5. quia scientia rei publice notoriæ publica est, & non priuata, ut sentit Tho. 2. sec. quaest. 67. ar. 2. facit. c. ad nostram de iureiur. Idem quum aliqua magna & iusta de causa, non recognoscens superiorem omittit audire, & vocare reum, ut probauimus in cap. 1. de caus. poss. per glo. sing. in l. antepen. ff. in quib. caus. mai. laudatam per Rauen. in dicto. capitul. 1. & Decium in capitu. ex parte. 2. de offic. delega. col. 2. & capitul. quæ in ecclesiarum. de const. col. 9. modo curet allegari, & probari pro parte absente, quæcunque possunt. Per quod excusauimus magnum quendam Monarcham, qui virtute processus in absentia facti, & sententiæ sine citatione latæ, fecit capite plecti quædam suorum militum ducem, sibi in alio Regno militatam; quia nec capi, nec sine metu rebellionis illius & magnæ partis exercitus, audiri poterat.

Non autem omnino placet consilium Raymundi probati a San. Anton. 2. part. ti. 2. cap. 7. §. 3. ut Rex aut dominus, qui suis subditis aliqua de superioribus causis restituere tenetur, & non potest, aut certe difficile id facere, condonet eis aliquas operas, vel iura sibi debita in perpetuum, eisue annuam pensionem perpetuam, aut temporariam in id sufficientem super bonis Regni constituat: aut aliquod Xenodochium aliudue opus pium de illorum consensu si haberi

haberi possit, instituat; Non, inquam, omnino placet, Tum quia impotentia eum excusat per dicta supra in capitul. decimosextimo. Tum quia non potest iura Regni diminuere, nec onera augere. capitulo intellecto, cum ei annot. de iur. iur. Tum quia non sufficit dare pijs, quod debetur alijs, argumen. cap. ea te, de iur. iur. & capit. cum tu, de viur. Tum quia consensus subditorum in eiusmodi raro est spontaneus, iuxta illud: preces Principis, iussa sunt, gloss. in l. 1. ff. quod iussu. Quare securius consilium esset, ut superflua sui status refecando, & parcius viuendo, & à donis gratuitis abstinendo, quantum posset de reditu suo decenter reliquaret, quo debita solueret, & restitueret, iuxta mentem Aristotelis, quarto Ethic. & S. Thom. secunda secunda quæst. 117. artic. primo, & melius q. 58. artic. 1. ad primum.

Vigesimoquinto, qui ut Iudex facit aliquid, quod iudici esse mortale §. seq. dicitur.

De peccatis iudicis superiorem agnoscentis.

Iudex ut peccat mortaliter suscipiendo munus, cui est impar, iudicans iniuste, accipiens pretium pro sententia. num. 12.

Usurpans iurisdictionem, non seruans talem ordinem iudicarium. numero decimotertio.

Deferens appellationi, vel eam non admittens, augens, vel diminuens penam legis, exequens sententiam nullam superioris. numero decimoquarto.

Malè aliquem capiens, non condemnans in expensis, non satis studens, nec consulens, condemnans affectu malo, personis miseris non deferens. numero decimoquinto.

Non obediens ecclesiæ, non seruans interdicta, præhendens iudicem ecclesiasticum, qui eum excommunicauit, cogens eum se absolueri, libertatem ecclesiæ minuens, res intra ecclesiam capiens. num. 16.

Extrahens quem ab ea, approbans falsitatem officiarum, negans damnato confessionem. num. 23.

Aut partibus æquales aduocatos, non visitans carcerem, excommunicatum, admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicans die festo, iura nimia exigens, fingens quo faminam adeat, procedens sine accusatore. nu. 25. non inquirens generaliter, interrogans & inquirens specialiter. nu. 27.

Remig. à Gogni laudatus. num. 17.

Ecclesiæ immunitate quæ loca gaudeant, & an Rex, Cardinalis, presbyter Eucharistiam gestans, nu. 17. & 18.

Man. Nau.

T t Ecclesiæ

Capitulum Vigesimoquintum

Ecclesia immunitate gaudet regulariter omnis Christianus; & nullus infidelis, & qui excipiuntur ab his regulis, numero decimonouo & vigesimo.

Exemptus hodie multò plus subiacet ordinario quàm olim, numero decimotertio.

Appellatio ab interlocutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata, numero decimoquinto.

Domini Terrarum cultarum a Sarracenis eis decimantibus hoc agant, numero vigesimo septimo.

12



P E C C A T iortiferè primò, Iudex petens, aut suscipiens munus gubernandi, aut iudicandi, quo ita est indignus, vt sit verisimile inde notabile aliquod damnum proximo euenturum per capit. non est putanda. prima questio. prim. & ea quæ late adduximus in dict. prælect. capit. si quando, in exceptione duodecima & sequentibus, & in dicto capitulo inter verba, conclus. prima, num. centesimo decimotertio, ponendo exemplum de eo, qui noscens se contra potentes sententiam ferre non ausurum, iudex efficitur, contra c. 7. ecclesiast.

Secundò, qui sciens, aut scire debens, sententiam iniustam fert, aut iustam ferre negligit amore, odio, precibus, metu, vel alia de causa capit. si quis dixerit, capit. quatuor. vndecima questio. 3. cum obligatione restituendi, non solum principale, sed omnes impensas, damnum, & interesse, quæ ex eò consequuta fuerint, capit. fina. de iniur. siue appellet, siue non, gloss. capit. pastoralis §. quia vero. de offic. deleg. communiter recepta, nisi consentiat in sententiam animo remittendi debitum, de quo intelligi potest Medin. in C. de restit. quest. tertia, caus. 7. in fin. Et si est ecclesiasticus, & tulit eam etiam contra conscientiam, ipso facto est suspensus, & irregularis, si antequam absoluat ab ea, celebret. capitulo primo, de re iud. lib. 6.

Tertiò, qui pecuniam accipit vt benè, aut malè iudicet, aut vt iudicare omittat, capitulo, iubemus cum 4. sequen. prima questio. prim. cum eadem obligatione restituendi (vt dictum est in capitulo decimo septimo, numero vigesimo octauo, cum sequen.) ea de quibus in §. præcedenti: & etiam quod accepit, si pro benè iudicando accepit, iuxta distinctionem positam supra capitulo decimo septimo. Adde Extrauagant. ab ipso Gregor. decimotertio quæ innouat, Extrauagant. 1. de senten. excommunic. communes in quam latè nuper commentati fuimus.

Quartò, qui iudicat iustum, vel iniustum etiam quod reuera est tale, sed non habet in id iurisdictionem, eo fortè, quod reus est exemptus, in quem tamen conceditur ordinario aliquando per capitulū primū de priuileg.

De statu Iudic. superior. agnosc.

330

uileg. libro sexto, quod Concil. Trident. sess. septima, capitulo decimoquarto, de reformat. innouauit, & ampliauit in hæc verba, *In ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum clerici seculares aut regulares extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum iudicem, à sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegiis, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.*

Quintò, qui iudicat etiam rectè, sine tamen probatione sufficienti, siue quia testes sūt suspecti, vel iniuste torti, aut non vidit saltè mediocriter processum, aut probationem legitimam non admittit, Thom. secunda secundæ questio. sexagesima, articulo tertio & sexto. addens peccare quoq; eum, qui probationem maiorem necessaria exigit. Pro quibus omnibus sunt capitulū ira. vndecima questio. tertia, & capitulū secundū de probatio. & capitulū ad nostram, 3. iuncta gloss. antepenultima, de iureiurando. Et qui ordinem iuris non seruat, procedendo sine libello, aut sine contestatione litris vbi sunt necessaria, aut sine dilationibus necessarijs, aut superfluas concedendo, non admittendo iustas exceptiones, aut iniustas admittendo. Clementina. Sæpe, de verborum significatione, interrogando ea, ad quæ pars respondere non tenetur, gloss. magna, capitulo secundo de confess. libro sexto, & qui in sententia aliqua clausula obscura vritur, qua condemnatus aliquo tempore se contra iustitiam defendere possit, & qui appellationem, aut recusationem quam non debet, admittit, vel contra quam debet, non admittit, præsertim propter preces, aut munera, quod est peccatum quotidianum. Anton. tertia par. titulo nono, capitulo decimoquarto. §. secundo. Aut differt sine iusta causa expeditiones iudiciorum petitorum, & qui propter pietatis famam, pœnam absque facultate id faciendi remittit totam, 14 aut partem, aut eandem auget, vt seuerum se ostendat, Thom. secunda secundæ, quæstione. sexagesima septima, articulo quarto. Alexander tertia parte de leg. iudic. quantum ad personam iudicis, quæstione quarta, articulo quarto. Anton. tertia part. titulo vigesimo nono, capitulo primo §. septimo, non faciendo ea in ipsa sententia, vel faciendo in ea, sed sine iusta causa, & probatur per l. respiciendum. ff. de pœn. & l. quid ergo. §. Pœna grauior. ff. de ijs, qui not. infam. Deci. Post alios in capitulo, at si §. de adulterijs. de iudic. vbi latius diximus, & quamuis qui superiorem non habet, totam pœnam aut illius partem remittere possit, aut mutare corporalem, in pecuniariam, si videt illud in honorem Dei, aut in vtilitatem Reipublicæ cessurum: vt cum reus vtilis est populo l. ad bestias. ff. de pœn. & Alexander, vbi supra: & etiam si videt nullum inde damnum publicum emergere, de consensu partis aduersæ, si tamen præuidet, vel præuidere debet,

re debet, occasionem delinquendi per illud præberi, quæ vt plurimum præbetur ignoscendo homicidis, latronibus, iniquis iudicibus, & id genus alijs, grauius peccat; quamuis pars aduersa in id consentiat. Caietan. in summ. verb. Iudicis peccata. Et qui sententiam superioris exequitur, sciens eam nullam esse & irritam, siue quia errorem contineat intolerabilem, siue manifestam iniustitiam, gloss. recept. capitulo, Pastoralis. §. quia verò, de offic. deleg. Alexander tertia parte tract. de quinto præcepto, membr. primo articulo quarto, circa fin. Dixi, *sciens nullam esse*, quia validam (licet iniusta sit) exequi potest postquam procurauerit ne executioni mandetur, per dictum §. quia vero, & supradicta. Et qui iubet aliquem sine iusta causa comprehendi sicuti supradictum est capitulo decimoquinto, numero decimoquarto; & qui sine iusta causa omittit condemnare victum in impensis petitis à victore. capitulo, Calumniam de pœn. l. Properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. Et qui ignorans ea, quæ ad iudicandum sunt necessaria, quem debet, non consulit; qui autem assessorem habet, & quem debet consulit, & eius consilium sequutus malè iudicat, non peccat, assessor autem & consultor sic, cum obligatione restituendi. capitulo, Statutum. §. Assessorem de rescrip. libro sexto, Pan. & Anto. in capitulo, Tua nos, de homicid. & Dec. post & ante alios in l. consilij. ff. de reg. iur. Et qui mortali odio, maloue animo, aut sine (licet alioqui iustè) aliquem damnat morte, mutilatione, vel alia pœna, per capitulū, Cum minister. vigesimatertia questione quinta; & multa ibi per nos nuper adducta, quamuis non teneatur restituere secundum mentem vtriusq; Thom. 2. sec. q. 40. art. 1.

Adde, quod Concilium Tridentinum sess. decimatertia capitulo primo, de reformat. sic circa hæc statuit, *In causis visitationis & correctionis, siue habitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali ante diffinitiuam sententiam, ab interloquutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur*, Circa quod nota primò, consonare illud iuri antiquo quo ad causas visitationis, correctionis, habitatis, & inhabilitatis, per capitulum Licet, de offic. ordina. capitulo, Reprehensibilis de appellatio. cum eis annotat.

Secundò, quod dissonat illi, quo ad causas criminales, & videtur solum esse locus ei in criminalibus, quæ tractantur coram Episcopo, & Vicario generali eius, & non in eis, quæ tractantur coram inferioribus, vel delegatis à Papa, legato, vel Episcopo. Tum quia proœmium illius habet id statui in auctoritatem episcoporum, quo libentius resideant in suis episcopatibus. Tum quia verba sæpius repetita, solum loquuntur de Episcopis & vicarijs eorum, & non quibuscunque sed tantum generalibus. Tum quia est ius correctorium, & nouū, per quod non

cedimus ab antiquo, nisi quatenus in eo exprimitur. l. præcipimus. C. de appell. Tertio, quòd iura remouentia appellationem in aliquot casibus, & admittentia regulariter in omnibus, iuxta gloss. sing. in l. qui restituere. ff. de rei vend. solum procedūt in foro exteriori, quia in interiori iudex qui grauat peccat, non admittendo appellationem, vel alia via grauamen non remouendo, siue sit casus, quo liceat appellare, siue non, arg. l. prima. ff. de appella. & ca. ad nostram eod. tit. Qua in re quamplurimi litigantes, & aduocati, ac procuratores eorum passim grauissimè peccant cum obligatione restituendi.

Quartò, quod ad hoc vt iudex peccet, nõ admittendo appellationem, & pars appellando, non requiritur; quòd sententia sit iniusta secundum acta, sed sufficit quòd credatur esse ipsa re iniusta; & per agenda de nouo possit mostrari esse talis, argum. capitu. per tuas, de senten. excommunicat. & capitul. solet, eodem ritu. lib. sexto.

Sextò, qui peregrinos, viduas, pupillos, & alias miseras personas negligit notabiliter præferre alijs in iure sibi reddendo c. Regum. 23. q. 5. Richar. in 4. dist. 15. art. 5. q. 4. Et qui iudex secularis iustis Papæ mandatis aut prælatorum non parat, aut eorum excommunicationes aut interdicta, vt debet nõ seruat. c. 2. de maior. & obed. & c. 1. 11. q. 3.

Septimò, qui cogit aut præcipit tempore interdicti celebrare, aut ne denun- 16 ciati excommunicati è diuinis officijs egrediantur, & est excommunicatus. Clem. grauis, de sen. excommu. Et qui vi, metuve absolutionem extorquet, aut excommunicationem aut interdictionem reuocari facit. cap. primo, de his que vi met. lib. 6.

Et qui facultatem facit comprehendendi aut vexandi iudices ecclesiasticos in personis aut bonis, eo quod contra ipsum censuras tulerunt, vel suo iussui non paruerunt. capi. quicunque, de sententia excommunicat. lib. sexto, de qua infra cap. 27.

Octauò, qui prohibet subiectis ne vendant vel emant ab ecclesiasticis, & est ipso facto excommunicatus ca. eos. de immuni. Eccles. lib. 6. Et qui compellit vt bona immobilia, aut iura Ecclesiæ subijciantur laicis. aut ad eisdem trãferantur. c. 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & qui iubet capi cruces, calices, ornamenta, libros, aut alia Ecclesiæ bona c. indigne 12. q. 1.

Nonò, qui extrahit aut vult vel iubet extrahi per vim ex loco sacro eos qui 17 ad illum confugerunt, per c. definiuit. c. si quis contumax, & c. reum 17. q. 4. & multas leges regias citatas a nobilissimo, eodemq; doctissimo, nec minus pio Don Remigio à Gogni dum viueret, Archidiacono Pampilonen. Reuerendissimo, cognatorumque meorum præcipuorum cognato valdè propinquo, mihi amicissimo, multisque nominibus suspiciendo, in præsupp. lib. de immunit. ecclesi. & per leges Lusitanæ circumspectissimas: pro cuius rei notitia dico quatuor.

Primò, quòd per locum sacrum hoc in loco intelligitur quælibet Ecclesia, Capella, basilica, eremitorium, & quodlibet aliud sacellum, pro missa dicenda Episcopali auctoritate constructū, sine qua destrui non potest, iuxta mentē

Card. confi. 11. & Remig. vbi sup. ampliat. 1. 2. & 3. Cæmeterium item, quod est locus per Episcopum sepeliendis mortuis sacratus, siue sit continuum, siue contiguum Ecclesiæ, siue ab ea separatum, cap. quisquis. 17. q. 4. Dormitorium item commune clericorum & religiosorum, arg. cap. cum quo causa, de sent. excom. Et Ianua & porticus Ecclesiæ aut cæmeterio adnexa, d. cap. si quis contumax. Panor. in c. penul. de immun. eccles. Claustrum item, & pauimentum, licet spatium plusquam 30. passuum contineat, ex Remig. vbi supra ab ampliat. 5. vsque ad 15. Domus item episcopalis, quamuis ab ecclesia seiuncta sit, cap. id. constituimus. 17. q. 4. Inno. & cõmunis, in d. cap. inter alia, de immun. eccles. domus etiam ecclesiæ, ad habitationem clericorum, intra 40. aut 30. passus constructæ; aliàs non, nisi alicui capellæ adnexæ essent; d. cap. quisquis: Spatiũ itẽ 40. passuũ in circuitu ecclesiæ maioris, & 30. in circuitu ecclesiæ minorũ c. sicut antiquitus, & d. c. quisquis, vt affirmat, Oldrad. confi. 35. & Feli. in d. c. cum pro causa. Admonemus tamen nullo in loco hoc seruari nisi quoad fines cæmeterij, forium, claustrorum, graduum: & sic videmus plus obseruari opinionem, quam videt ibi Oldrad. quam suam. Hospitale itẽ episcopali authoritate constitutum, Panor. in capit. penul. col. 2. de immun. Eccles. & presbyter qui defert sanctum sacramentũ extra ecclesiã, Host. & cõmunis in capit. sane de celeb. miss. & Remig. vbi supra ampliat. 18. Cardinales etiam hoc priuilegio vtuntur, quod tamen nullo iure scripto probatur, quamuis fortassis sic non scripto consuetudinis, Andr. Siculus de Præst. Cardin. q. 9. par. 1. & à fortiori eo vtentur Imperatores, Reges, & ipsorum Regiæ, quamuis non ipsorum statua, neque domus aliorum magnatum, nisi priuilegio donatorum, Remig. vbi supra ampliat. 21. In vrbe tamen nulla ecclesia vtitur hac immunitate aduersus iudices etiam seculares Papæ, licet domus Cardinalium cum certo ambitu, & legatorum Regum, & Rerum publicarum, ea gaudere videamus.

19 Secundo dico, quod hac immunitate gaudent omnes & soli Christiani liberi qui ad prædictum locum sacrum siue ob delicta siue ob debita confugiunt, d. c. inter alia, vbi Panor. nu. 4. & Remig. vbi supra, & etiam serui ob delicta quæ grauissimè a iure puniri possunt, confugientes, aut ob sæuitiam dominorum, aliàs non; & ideo suis dominis reddi debent; præstita tamen cautione saltem iuratoria, de non sæuendo in eos, iuxta Panor. & communem in d. cap. inter alia.

Tertio, quod ex hoc inferitur, gaudere excommunicatos, interdictos, & suspensos iuxta Imol. Bonif. & communem in Clem. 1. de pœnit. & remiss. quia non excipiuntur à regula prædicta. Et eadem ratione, qui de licentia custodis carceris, vel sine illa, etiam violato iuramento de non egrediendo, è carcere confugit: Quia licet teneamus cum gloss. singul. Clem. pastoralis verb. per violentiam, de re iud. quod iustè in carcerem coniectus exiens è carcere, præstito iuramento de redeundo, teneatur redire; per vim tamen educi non potest, Steph. decis. capell. Thol. 422. Et etiam qui violato carcere confugit. Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur, Nicol. Boer. decis. 100. col.

col. 2. & Communis contra Archid. in c. sicut 1. 17. q. 4. etiã si iam damnatus ad supplicium ducatur, quia iam est intra eam receptus, & à fortiori, qui à iustitiæ ministris fugiens, in eam est ingressus, Remig. vbi supra fall. 31. Gaudet etiam percutiens clericum, aut occidens, & consequenter omnis sacrilegus, qui in loco sacro non committit, quicquid relati per Remig. fall. 32. & 34. dicant sine textu, & iuxta rationem cum a regula prædicta non inueniantur excepti. Exules item, siue banniti, etiam ita, vt impunè occidi possint. Et obligatus ad reddendas rationes: & mercator, qui decoxit, aut fidem fefellit, & qui trãsfugit ad hostes, quicquid dicat relati à Remigio, & quos ipse sequitur fall. 37. & duabus seq. modo nõ delinquant in ecclesia, neq; alia delicta excepta cõmittat. Quia non est textus, nec vlla ratio firma, quæ eos à prædicta regula excludat.

Quarto, quod nõ gaudent hac immunitate Iudæi, Mauri, Pagani, Hæretici & alij infideles, nisi quando confugiunt, vt vere fideles efficiantur. l. i. cum gl. C. de his, qui ad eccles. confug. Nicol. Boer. decis. 100. neque blasphemus, iuxta Nicolaũ Boerium in d. decis. 100. & alios quos refert & sequitur Remig. vbi supra fall. 24. quod nostro iudicio non probatur, per rationes dicti Nicolai male digestas. Cum (quicquid ille dicat) certum sit, blasphemum, quatenus talis est, non esse hæreticum, iuxta vtrunq; Tho. receptum. 2. sec. q. 13. art. 1. & si vnà cum blasphemia hæresi tenetur, non quidẽ qua parte est blasphemus, sed qua parte est hæreticus & infidelis, definit gaudere hac immunitate. Non item gaudet viarum grassator, neque nocturnus segetum & aliorũ fructuũ vastator, c. inter alia, de immun. Eccles. neq; qui occidit, mutilat, vel aliud graue crimen in loco sacro admittit, cap. fin. de immun. eccles. iuxta communẽ, quam copiosè tractat prædictus Remig. quia a prædicta regula excluduntur per iura præcitata. Nec refert, an delinquat cũ spe immunitatis, an sine illa, secundum Panor. in d. c. fin. quod quamuis sit contra communem in theorica, est tamen in praxi recepta, secundum Steph. in decis. 422. capell. Tholof. quod Lusitania non seruat, cuius leges ita distinguere videntur lib. 2. ordin. tit. 4. Neque qui insidiosè occidit, aut animo occidendi percutit, iuxta Com. d. cap. 1. de homicid. contra Panor. quam prædictus Remig. copiosè refert, vbi supra fall. 11. & duabus seq. quamuis sic qui absque tali animo percutit, secundum ius commune. Sed iuxta leges Lusitanicæ vsu receptas, nemo qui alium de proposito, vel in duello occidit, aut percutit, hac immunitate gaudet. lib. 2. ordin. tit. 4. & §. 3. Nemo item ea gaudet, qui ex ecclesia alterum extra ecclesiam existentem percutit; neq; contra, qui existens extra illam, existentem in illa percutit, iuxta Panor. & Communem, in dicto cap. fin. quia in ecclesia dicitur delinquere; Neque qui existens intra ecclesiam iussit extra ecclesiam delictum fieri, quo ad delictum, quod iubendo committit, quia in ecclesia patratum fuit, quamuis sic quo ad delictum patratum ex iussu suo. Remig. vbi supra fall. 5. Neque qui eum, qui in ecclesia erat, per vim extraxit, saltem, per vestes trahendo, quia in ecclesia delinquit. Neque qui extrahi eum iussit, quo ad delictum, quod in hoc commisit, quamuis sic quo ad delictum quod interficiendo, aut percutiendo post eum extractum, committeret.

Remig. vbi supra, à fall. 4. vsque ad 11. quia hoc extra, & illud intra commissum est. Neque qui sponte egreditur, iuxta Hostien. & communem in d. c. fin.

22 Neque is, quem Papa educi iubet. cap. vxor foelicis. 16. q. 4. Neque personæ ecclesiasticæ, iuxta Panor. in d. c. si. vsu receptum, quod videtur limitandum quo ad iudicem ecclesiasticum, non autem quo ad iudicem secularem, quem arbitrator non posse extrahere ab ecclesia clericum in minoribus constitutum, etiã ob delictum, licet quo ad illud post Conc. Trident. sess. 23. c. 6. habeat in eum iurisdictionem. Neque qui ex ecclesia iniuste defendens, pugnat, quia intra ecclesiam delinquit. Neque qui prope ecclesiam delinquit, animo ad eam confugiendi, iuxta Hostien. in sum. de immun. §. in quantum. nu. 8. & alios quos refert & sequitur Remig. vbi supra fall. 2. quamuis quo ad Lusitaniam, nihil refert, prope ecclesiam, aut lógè delinquat, sed an casu aut data opera id faciat. lib. 2. ordin. titu. 4. §. 3. Neque etiam secundum ius commune, nostro iudicio. Tum, quia non est textus, qui ita distinguat. Tum quia supra proximè sequuti sumus opinionem Panor. dicentis, nil referre, an qui in ecclesia delinquit, id faciat cum spe immunitatis eius, vel sine illa: neque etiam gaudet, qui ab ecclesia spóte egreditur, licet subdolis aliquorum verbis deceptus, quamuis qui promittit reddere ecclesiæ, aut eiusmodi dolis vtitur, (siue sit iudex, siue alia persona particularis) ad fidem seruandam tenetur, vt videtur æquius, iuxta relata per prædictum Remig. vbi supra fall. 25. Neque qui comburitur aut deijcitur ecclesiam, quia in ea delinquit. cap. si. de immun. eccles. quicquid dicant relati à Remig. vbi sup.

23 Decimò peccat qui consentit suis officarijs aliquo dolo, vel falsitate in notabile partium damnum vtentibus, quia facientes & consentientes & c. c. 1. ad Rom. c. j. de of. del. & Clem. 2. §. Notarij de hæret. aut non seruat consuetudines, & statuta, quæ se seruaturum iurauit, si sint licita, possibilia, & non derogata saltem per consuetudinem contrariam c. 1. de iureiur. lib. 6.

Vndecimò, qui damnato ad mortem non permittit locum suscipiendi sacramentum pœnitentiæ ab eo petitem, nec contraria eum consuetudo excusat, Clem. 1. de pœnit. & remis. idem esse de sacra communione tenet ibi gloss. communiter recep. quam latè Rauennas defendit in tract. incip. Valet, in fine alphabeti aurei: quæ tamen in Gallia non obseruatur, secundum Steph. de potesta. eccles. ca. 118. dicentem negatam fuisse Comestabili Gallix Ludouico Luxemburgensi, quando anno 1475. iugulatus fuit: neque etiam in Hispania, & quidem non malè, nostro iudicio (quãuis prædictus Rauennas cum communi oppositum teneat) vt in d. Clem. pridem, defendimus, eo quod ita fieri expedit ob multa, ne exequutio sententiæ criminalis differatur plusquam differri oporteret, si ea condemnatio tribueretur. Tum quia irreuerentiæ esset sumere supplicium de aliquo eo ipso die quo communicauit, cum non constet species sacramenti esse digestas. Tum quia non est tanta ratio concedendi hoc sacramentum, quanta pœnitentiæ, cui suscipiendæ prædicta Clem. præcipit dari locum.

24 Duodecimò, qui coram se litigantibus æquales aduocatos & procuratores ex eis,

ex eis, qui coram se aduocati aut procuratoris munere vtuntur, non concedit, cum damno notabili alterius partis. l. prouidendum. C. de Postula. præsertim personis miserabilibus, quibus interdum etiam non petentibus prouidere debet. l. nec quicquam. §. si. ff. de offi. procons. Imo & interdum sine stipendio, scilicet, quando soluere nequeunt, & aduocati sine tali stipendio illis patrocinari possunt. Syl. verb. aduocatus. q. 18.

Decimotertio, qui non visitat carceres, aut non procurat, vt in eos cõiectis necessaria vitæ suppeditentur, cum illorum damno notabili, arg. l. Iudices. C. de Epif. aud. & c. Palce 86. dist. aut in suo iudicio excommunicatum denunciatum admittit in actorem, aduocatum, aut testem, cõtra superioris iussu, aut iustam partis requisitionem. cap. Decernimus, de sent. excom. lib. 6. & Inno. in c. j. de of. ord. Dixi (Contra & c.) aliàs enim non videretur nobis plusquam veniale, si ex eo damnum notabile alteri non sequatur.

Decimoquarto, qui iudex laicus non restituit statim ecclesiastico captum dicentem se esse clericum, si eum in habitu clericali inuenit, aut manifestò constat eum clericum esse, & est excommunicatus. capitu. si iudex. de sentent. excommunicatio. lib. sexto Dixi, In habitu clericali, alioqui enim non tenetur reddere ecclesiastico, donec ei de clericatu constet, d. ca. si iudex, & ibi omnes, nec tunc si est clericus conjugatus, nisi probet, quòd vnã solam, & virginẽ vxorem duxerit, & habitum & tonsuram clericalem gestauerit. cap. 1. de cler. coniug. lib. 6.

Ad nouè quæsitum respondeo, peccare iudicem laicum capientem clericũ, qui vi abstulit ab eo processum, & retinentem donec illum restituat, si post factum delictum eum capiat, vel in flagranti delicto, & nõ remittat ad iudicem ecclesiasticum infra tempus debitum, per notata in ca. cum non ab homine: de iud. à Pan. Aret. Fel. & Deci. qui à nu. 10. dilucidius alijs resoluit.

Decimoquinto, qui die in Dei honorem feriato testem iurare facit, aut alium alium actum iurisdictionis, qui non esset meræ exequutionis. c. 1. & si. de ferijs, nisi necessitate excusetur per eadem capitula, & ibi annotata, & qui accipit plusquam valet cera & labor sigilli signandi, secundum Gab. in 4. dist. 15. quæstio. sexta artic. quinto dub. 5. R. S. quod non seruatur, nec est verum, vbi est lex aut consuetudo, quæ contrarium induxit, quicquid ille sentiat, argu. capitu. fina. de consuet. & cap. ad Apostolicam, de regu. quicquid ille respondeat.

Decimosexto, qui fingit aliquid, quo eat, aut mittat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ, & est excommunicatus, ca. mulieres, de iud. lib. 6. Aut ex officio suo procedit sine petitione partis, ad vtilitatem priuatam aut etiam publicam, in delictis sine accusatore, exceptis casibus, in quibus id ius permittit, qui sunt multi secundum multos, quos nos quasi ad vnum reduximus in d. c. inter verba, conclus. 6. nu. 662. scilicet quando principaliter intenditur cohibitio malorum futurorum & materiæ illorum generaliter.

Decimoseptimò, qui cessante iusto impedimento omittit visitare, aut inquirere ad noscendũ delinquentes, & delicta sui territorij, & illud eis expurgandi arg.

arg. l. congruit ff. de offic. Præsid. & c. 1. de offic. ordin. cum eis annot. & qui in huiusmodi visitatione, & inquisitione generali, interrogat quenquã speciatim, an ille, vel ille, illud, aut illud delictũ fecerit; & qui generaliter edicit, aut speciatim adiurat quenquam, vt notum faciat sibi quicquid scit, siue sit occultum siue publicum, quia non debet velle, vt quicquid scitur sibi dicatur, sed solum illud quod est notorium vel famosum, per dicta supra c. 18. nu. 59. & qui procedit per viam Inquisitionis cõtra aliquẽ particulariter, vel interrogat de socijs, contra supradicta cap. 18. nu. 58. Aut facit vel consulit aliquid eorum in quibus supra eodẽ, Reges & Monarchas mortaliter peccare dictum est.

Ad nouẽ quæsitum, Respondeo, Dominos terrarum in quibus prognati à Saracenis degunt, & omnes redditus ecclesiasticos capiunt, teneri ad dandam congruam sustentationem parochis ecclesiarum, argum. c. de monachis, de præbend. & ad denunciandũ sacrosanctæ Inquisitionis officio eos, quos nouerint cæremonijs Mahometicis vti, per mandata Inquisitorũ quę in hoc sepe fiunt.

De peccatis Aduocati, & Procuratoris.

Aduocatus, vt mortaliter peccat, necessaria ignorans, aut scienter litem iniustam defendens, nu. 28. Aut est in causa, quo aduersarius suam iustam causam perdat, aut obnimas dilationes, & illicitas subornationes testium, notabiliter illi officiẽs, &c. Aut aduersario secreta sue partis pandens, aut pauperi nõ subueniẽs, nu. 29. Aut stipendiũ immoderatum, aut ex eo, quod non debet, accipiens, aut aduersẽ parti fauens, aut de suo stipendio sic aut sic conueniens, nu. 30.

Præuaricator est aduocatus, qui parti aduersæ fauet, nu. 29.

Stipendium aduocati, quale iustum, quando in pactum deduci potest, nu. 30.

28 Primò, peccat aduocatus, qui non existens ad id idoneus, aduocat. l. nemi. C. de Aduoc. diuer. Pan. in Rub. de Postul. Bart. in l. 1. ff. eod. Tho. 2. sec. q. 71. ar. 2. & ita peccat, qui sine iuris peritia id facit, nisi ob defectum iuris peritorum id faciat ad tribunal, in quo patrocinatur mediocriter instructus ex libris sermone vulgari scriptis, ar. l. Certi. C. de Iudic. & glo. c. ad audientiam, de consuetud.

Secundò, Qui defendit causam, quam scit esse iniustam, cum obligatione restituendi damna parti aduersæ, & etiam suæ, si eam id nõ admonuit, arg. c. 1. ad Rom. & c. 1. de offic. deleg. & qui licet nesciat eam omnino esse iniustam, magis tamẽ reputat esse iniustã quã iustã. Ant. But. in c. breui, de iureiur. & qui à principio credit iustã, & non desistit, postquã nouit non esse talem, quia quamuis ad uersario id indicare nõ debeat, neque secretũ detegere; à patrocinio tamen suæ partis desistere debet, ei suam sententiã declarare, imo & inducere eum ad concordia honestam. Tho. 2. sec. q. 71. artic. 3. Quamuis si causa est dubia ob varietatẽ opinionẽ magnorum virorũ, aut ob diuersos intellectus legis, qua est decidenda poterit ac finem vsq; sine peccato prosequi, si pars sua id admonita voluerit. Syl. verb. Aduocatus. §. 10.

Quartò

Tertiò, qui notabili sua negligentia, aut ignorantia partis suæ causam iustam perdit, cum obligatione ad damna, & interesse. l. Idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aquil. & Host. in c. calumniam, de Pæn. si pro doctore se gerit, & pars eius ignorantiam ignorat, aliàs secus, nisi sit in dolo, vel lata culpa, iuxta mentẽ Innoc. in c. sicut dignũ, de homic. quẽ ad hoc applicat Syl. verb. aduocatus. §. 24.

Quartò, qui facit quo causam iustam aduersarius admittat, aut infert ei aliquod damnum notabile, petendo superfluas dilationes, dando, aut subornando partem, aut testes, ne verum fateantur, aut id genus alijs modis, cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse. Host. in d. c. calumniam cõmuniter recep. & qui facit præsentari instrumẽtum, aut testes falsos, aut allegat iura falsa, aut asserit aliqua, quæ scit esse falsa, summa confess. lib. 2. ti. 5. quamuis possit prudenter occultare, & tacere id quod ius suæ partis impedire potest. glo. c. ne quis 22. q. 2. & honestẽ simulãdo suum aduersarium fallere. glo. c. dominus. 13. q. 2. absque tamen mendacijs, arg. d. c. ne quis.

Quintò, qui aduersario indicauit secreta notabilis momenti suæ partis. l. 1. §. si is qui. ff. ad l. Corn. de fals. cum obligatione restituendi damna. Et qui non subuenit pauperi in extrema necessitate sui auxiliij constituto, eo quod ex defensione illius causæ vita ipsius aut suorum pendat, c. pasce. 86. dist. & aliàs nõ, per dicta supra, cap. præced. & sentit S Thõ. & declarat. Caiet. 2. sec. q. 71. artic. 1. quia nõ tenetur magis ad faciendam elemosynam, de sua arte, quam diues de suis bonis, quicquid dicat Hostien. de Pænit. & remiss. §. quibus vers. quid de aduocatis, Angel. Ros. & Syl. verb. Aduocatus. q. 16. in suis summis.

Sextò, qui stipendium exigit de eo, propter quod non debetur vel notabiliter minus debito pro patrocinio, cap. non sanẽ. 14. q. 5. Peccat etiam, qui parti aduersæ publice, aut secreto fauet, quod est præuaricatorẽ agere l. ff. de præuaric. adiuncta doctrina Bar. ibidẽ. Stipendiũ verò, siue honorariũ, modandũ est iuxta magnitudinẽ causæ, & laboris, & scientiæ, & cõsuetudinis regionis. l. 1. §. in honorarijs. ff. de Var. & extraord. glo. c. nõ liceat. 11. q. 3. Cõuentio autẽ non est facienda in medio litis, sed in principio, vel sine. c. in fames. §. præterea. 3. q. 7. quãuis verẽ iusta sine vi & scandalo facta, non videtur peccatum, saltẽ in foro conscientiæ, quia in eo cessat præsumptio, qua in hoc casu nititur forum exteriùs, arg. notat. in. c. is qui, & c. tua, de spons.

Septimò, qui conuenit, de quota parte litis, puta dimidia, aut tertia, aut quinta, aut decima, contra l. sumptus ff. de pac. l. litem C. de Procur. & §. arcetur. 3. q. 7. quibus hic vetatur, ne præbeatnr occasio, volendi per fas, & nefas vincere. Idem si paciscatur vt victa ea tantum sibi soluatur, glo. l. sumptus. ff. de pact. quamuis sine peccato conuenire potest, vt sibi certa quãtitas iusta pro suo labore soluatur, siue vincat, siue non, iuxta communem in dictis legib. imo & de certo aliquo palmario sibi dando, præter stipendium, si vicerit, iuxta Alexan. in d. l. 1. ff. de var. & extraord. modo sit moderatum, iuxta Salic. in d. l. litem.

De

Capitulum Vigesimoquintum

De peccatis accusatoris, denunciatoris, & custodis.

Astor aut accusator, ut peccat mortaliter, mouens, aut prosequens litem iniustā, aut ob malum finem, sententia iniusta utens, discedens a lite. nume. 31. aut falso iurans, mentiens etiam pro iusta lite, non accusans, iurans non accusare. numero 32.

Denunciator, ut mortaliter peccat denunciando, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denunciando quod debet, cum exemplis. nu. 33.

Denunciator secum & cum alio teste probat. nu. 33.

Custos, apparitor, & Merinus, ut mortaliter peccant, non accusando inuentum, aut damnum non intimando, aut non restituendo hoc & hoc. nu. 34.

³¹ **R** I M O peccat, qui accusat aliquem in iudicio criminis falsi, vel petit debitum falsum, cum obligatione restituendi omnia damna inde sequuta. c. calumniator. 2. q. 3. c. calumniam, de pœnit. c. fin. de dol. & contum. aut ignoranter, sed simul ac nouit illud esse falsum, non desistit, argu. c. si quem. 2. q. 3. & qui etiam post diffinitiuam sententiam pro ipso latam, nouit suam causam iniustam fuisse, & non restituit, quod per illam accepit, Inno. in capitu. quia plerique, de immun. eccles. communiter recept.

Secundo, qui accusat aliquem veri criminis, vel petit verum debitum, sed animo vel fine malo mortaliter, sed non obligatur ad restituendum. c. cum minister. 23. q. 5. cum ibi à nobis latè notatis. Dixi, *Mortaliter*, aliàs enim tantum venialiter peccaret. Ang. verb. accusatio. §. 4.

Tertio, qui post citatam partem, non denunciata lite procurat eam suspendi contra voluntatem aduersarij, arg. c. prout. de dol. & contr. Auth. qui semel C. quomod. & quando. Aut deserit causam spirituales contra ius, arg. c. super eo. cum gl. de cogn. spirit.

³² Quarto, qui paciscitur aut transigit in causa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua pœna sanguinis non est imponenda. l. transigere. C. de transact. iuxta communem intellectum, quauis nostro iudicio, si ex eo damnum Rei pub. aut proximi non sequeretur, in foro conscientie non esset mortale, quia causa principalis quare id vetatur, videtur esse damnum vel scandalum publicum, quod inde nascitur, & ita cessante illa, videtur cessare prohibitio. c. cum cessante, de appel. In omnibus autem casibus esset mortale, si transactio fieret interueniente periurio, vel mendacio pernicioso, Tho. vbi supra q. 68. ar. 3. & etiam si ob discensionem a lite iniusta quicquam accipit, cum obligatione restituendi, iuxta notata in c. dilectus. 1. de Simon.

Quinto, qui ad obtinendum in causa iusta, iuramentis, instrumentis, vel testimonijs falsis utitur, sine obligatione restituendi. Thom. secunda sec. quaestio. 71. ar. 3. ad 3.

Sexto, qui omittit accusare aliquem, cuius delictum in magnum damnum spirituale, aut temporarium Reipub. redundat, & aliàs id impediri nõ potest. Thom.

De statu Rei accusati & capti. 335

Thom. secunda secunda, quaestione 61. articulo primo, quod plurimum commendat ibidem Caietan. Idem de eo, qui iurat aut promittit, non accusare de peccato mortali nondum patrato, aut eum iniuste accusare l. si vnus. §. pacta, & §. illud. ff. de pact. Dixi, *Nondum patrato*, quia secus de patrato, dicto. §. pacta, gloss. capitu. quemadmodum, de iureiurando. Sylu. verb. accusatio. §. 6.

Septimo, qui denunciatur, quando non debet notabiliter nocendo, vel quando debet, intentione mortali, Tho. 2. sec. q. 33. ar. 2. aut omittit denunciare tractatum criminis committendi in damnum spirituale aut corporale, publicum aut priuatum, vt proditionis, coniurationis, hæresis, aut aliorum similibus, quamuis esset secretus, & iurasset se non denunciaturum, Inno. in c. qualiter. 1. de accus. & Panor. in c. dilectus, de excess. Præl. per adducta in d. c. inter verba, conclus. 6. nu. 618. Idem si non denunciatur alia delicta perniciose soli auctoritate quibus per correctionem fraternam non respicit, modo ea probare possit, ibid. nume. 628. Dicitur autem posse probare, si habet vnum testem integrum, quia denunciator in hoc iudicio locum alterius testis tenet. c. In omni. de testibus.

Octavo, qui præfectus custodie urbis, iurans se accusaturum, quos post sonum campanæ inuenerit, non accusat, quia frangit iuramentum iustum. cap. si vero, de iureiur. quamuis sine obligatione restituendi pœnas, quas accusati incurrisent, iuxta S. Bernardinum quem citauit Syl. verb. restitutio. 3. quaestio. 5. vers. 7. & ex dictis in cap. 23. nume. 40. & 62. deduci potest. Neque etiam quod recepit, ne accusaret, tenetur ad necessariò restituendum, iuxta opinionem, quam sequuti sumus supra c. 17. numero 32. & seq. Quamuis si videt aliquem, aliquod damnum facientem, & ei qui dānum accepit non indicat, contra id, quod iurauit, aut promisit, ratione sui officij, non solum peccat mortaliter, sed etiam ad faciendum damnum tenetur. Syl. vbi supra. Idem vñ dici posse de custodibus, & de præfectis, circa importandas & exportandas merces, in confinibus Regnorum, Provinciarum, & Ciuitatum, qui permittunt exportari vel importari vetitas, scilicet peccare mortaliter, & esse periuros, nec absolui posse, sine firmo proposito nunquam id amplius permittendi, sed non tenetur ad restituendum pœnas, quas soluisent transgressores, si denunciati fuissent, neque bona, quibus ob id priuarentur, quamuis tenerentur ad restituenda vetigalia, quæ importatores, vel exportatores deberent, quia hoc non est pœna, sed interesse: faciunt infra dicenda, de teste falso nu. 40.

De peccatis Rei accusati, & capti.

Reus accusatus, & in carcerem coniectus, ut mortaliter peccat causam iniustā defendens, nu. 35. Et qui interrogatus negat veritatem, nu. 35. & 36. & non detegens

Capitulum Vigessimumquintum

detegens tales, & tales socios, aut non parens literis excommunicationis solitis, num. 37. & 38. aut se mendaciis defendens, aut à iusta sententia appellans num. 39.

Confessarij reorum caueant, nè eos animas, vel vitas perdere faciant. num. 36.
Confiteri quod antea negauit, quis postea ad mortem damnatus teneatur. nu. 38.

35 **R** I Mò peccat mortaliter, reus, qui scienter suscipit defendendam aliquam litem iniustam, aut non desistit ab eius defensione, postquam sciuerit eam iniustam, cum damno notabili aduersarij arg. c. saepe. de rest. spol. adiuncto c. penale. 14. q. 5.

Secundò, qui interrogatus a suo iudice seruato iuris ordine, non faterur verum, etiam si sit crimen morte plebendum, secundum Thom. recept. 2. sec. q. 69. art. 1. Gab. in 4. distinc. 15. q. 6. art. 2. conclus. 6. vt latius tradimus vbi supra num. 725. Dixi, *Seruato iuris ordine*, secundum quem tria in hoc requiruntur, Primò, vt delictum sit notorium, famosum, aut semiprobatum, quod contingit, quando est vnus testis oculus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura illi æquipollentia, vt sentit Bart. in l. fin. num. 7. ff. de quæst. Secundò, vt probatio sit iam posita in processu. Tertio, vt sit reo notificata, quo videat se ad obediendum mandato iudicis teneri secundum vtrumq; Tho. 2. sec. q. 69. art. 1. & 2. Tunc autem adeo obligatur, vt a confessario non sit absolueudus, nisi proponat illud confiteri. Nam, vt rectè ait Sot. lib. de Ratione tege. memb. 2. q. 7. talis reus, in non confitendo peccat, neque eum peccati pœnitet, imò in eo perseverat, & consequenter veniam non meretur nec absolutionem. cap. peccati venia, de reg. iur. lib. 6. quæ est singularis, & quotidiana conclusio.

36 **Q**uare diligenter confessarius consideret, ne præcipiendo confiteri in iactu ram corporis, & in non præcipiendo in iacturam animæ reum inducat, vt vbi supra, & cap. 18. supra eodem num. 58. monuimus, addendo quid dicendum de illo qui confessus suum delictum socios occultos, etiam iussu iudicis detegit, & de illo cui à Prælato præcipitur, vt sub pœna excommunicationis aliqua occulta intra certum tempus reuelat. De fugiente autem e carcere, & non implente iuramentum de redeundo ad illum, dictum est supra cap. 12. nu. 18.

Ad nouè quæsitum, respondeo, eum qui rite interrogatus, negauit delictum, quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur ad supplicium, non teneri ad confitendum illud, nisi notabile aliquod damnum inde alioqui probabiliter sequeretur, quia nullo iure contrarium euinci potest, quum ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali c. quem pœnitet, de pœnit. distinc. 1.

39 **Q**uarto, qui sciens se iuste cõdemnatũ, ad dilatandũ exequutionẽ appellat, arg. l. 1. ff. de appel. & c. ad nostram, eo. tit. cũ obligatione restituendi oia danna, & interesse, Tho. vbi sup. art. 4. & probat c. oino, & c. quicunq; 2. q. 6.

De

De statu Testium.

336

De peccatis testium.

Testis vt mortaliter peccat asserens falsum, tacens verum, aut dubitans, non reuocans suum dictum. nu. 40. verum quod putat falsum, testans, iurans se testem non fore, excusans se illicite, absentans se, n. 41. detegens quod non debet, nu. 42. mercedem accipiens. nume. 45. non parens edicto iubenti testari, sine aliqua octo excusationum, quibus non se excusat inhabilis. nume. 45. & 46.

Testis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet. nu. 43.

Testis quis tenetur se offerre, & quis tenetur non se offerre, & quis potest, & non tenetur, num. 48. 49. & 50.

Testes quando dicuntur deesse, vt admittantur inhabiles & cogantur privilegiati, num. 49.

Testis falsè testans non restituit fisco bona quærenda ei, si verũ testaretur. n. 51.



40 **R** I Mò, peccat testis, qui iuratus, aut iniuratus, verum esse in iudicio affirmat, quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, aut tacet verum, in notabile alterius partis damnum, Prouerb. 12. & cap. 1. de crim. fals. cum obligatione restituendi, iuxta mentem S. Thom. recept. 2. sec. q. 70. art. 4. quia Deum, Iudicem, & proximum offendit, cap. 1. de crim. fals. & quamuis timor iustus a non testificando excusare possit, non tamen a testificando falsè argumen. capitulo, Ne quis, vigesima secunda, questio. 2. Dixi, *Quod scit*, quia si mediocris diligentia in reuocanda ad memoriam veritate adhibita errat, non peccat, saltem mortaliter, iuxta mentem eiusdem optime per Caiet. declaratam in d. art. 4. Sed si non erit errasse, debet suum dictum reuocare, si reuocatio prodesse possit. potest autem prodesse si statim post attestacionem, se corrigat c. præterea, de restitu. cogen. & etiam ex interuallo, antequam sententia feratur, saltem ad debilitandum suum primum dictum, iuxta Inno. recept. ab omnibus, in cap. præterea, adeo quod desinet esse testis integer, idest, omni exceptione maior, iuxta Card. in c. veniens. 2. de testib. Quia interdum secundo testimonio & non primo credetur, scilicet, quando consideratis circumstantijs personarum, causæ, & temporis, iudici videretur non reuocare suum dictum, per subornationem, sed stimulo conscientie, iuxta Hostien. recep. per Anton. & Pan. in d. c. præterea, argum. l. 3. ff. de testi. cap. si testes S. testiũ, & S. saepe. 4. q. 3. vt quum (quod est exemplum Pan. in d. c. præterea) episcopus probus & diues, diceret aliquid in alicuius plebei lite, & post aliquod tempus elapsum, iuratus diceret se per errorem, vel obliuionem ita dixisse, sed si per magnam negligentiam, vel defectu saltem mediocris considerationis dicat falsum, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi, iuxta S. Tho. & S. Anton. 2. part. tit. 1. c. 19. §. 7.

Secundò, qui testatur verum, quod credit esse falsum, vel solo timore perituri testatur, per dicta in d. c. inter verba 11. q. 3. conclus. 6. nu. 700. sed sine

sine obligatione restituendi, quia quamuis nocere velit, non tamen nocet, & qui iurat non testificari etiam iubente superiore in casu quo tenetur.

Tertio, qui casu in quo ad testificandum tenetur, quo se ab eo excuset, falso dixit partem aduersam sibi inimicam esse, sciens, aut scire debens, suum testimonium ad seruandam iustitiam necessarium esse, cum obligatione restituendi. Angel. verb. testis. §. 17. Idem de latente, vel absentante ne testificetur, vt post Sor. lib. de ratio. teger. memb. 2. q. 7. diximus vbi sup. num. 704. aut se non offert in testem, sciens id esse necessarium ad impediendum aliquod notabile damnum publicum, vel priuatum, per dicta vbi sup. nu. 702. post Tho. 2. sec. q. 70. arti. 1. etiam si promississet vel iurasset seruare secretum. Et qui alienum peccatum secretum detegit, cuius cognitio non est necessaria ad mala & damna impedienda, quamuis particulariter de eo interrogetur, iuxta eundem S. Tho. 2. sec. q. 70. arti. 1. maxime, si illud per solam confessionem sacramentalem vel consultationem didicit, iuxta dicta cap. 18. nu. 51. Quo fit aduocatos, confessores, medicos, & alios similes, quibus deteguntur secreta litium dubiorum, & morborum, peccare testificando de secretis communicatis secreto cum eis, nisi aliunde illa nouerint, vel

43 nisi sint talia, quae non detecta in aliorum damnum redundarent. Nec tunc est detegendum aliquod ultra necessarium, neque quantum est necessarium, si maius ex eo damnum famae, in eum qui detegitur, quam in damnum bonorum redundat, per multa tradita vbi supra a nu. 799. & breuius supra c. 18. nu. 60. donec concurrant tria supradicta.

Porro, qui non tenetur ad testificandum, debet dicere iudici se ad respondendum interrogatis non teneri, quamuis sciret, & si illum cogere velit, appellare debet, si non timet iudicem in eum sauiturum. Et si hoc timet, respondere potest, se nihil scire, intra se intelligendo, quod dicere teneatur, vt dictum est supra c. 18. nu. 61. descendendo in hoc ab eloquentissimo & doctissimo doctore Genesio Sepulveda lib. de Ratio. redder. testi. c. 13. olim condiscipulo nostro, in artibus liberalibus, quem credo non meminisse legere Palud. quia dicit, vsque ad Gabr. neminem hoc dixisse; quum tamen antea ille dixisset, quodq; verum esse probauimus in cap. 2. de confess. & in c. humanae 22. q. 5.

44 Quinto, qui sciens alium esse in extrema sui testimonij necessitate, quia sine illo vitam amissurus est, vel ea, sine quibus vita eius vel suorum probabiliter peribit, nisi se ad id in testem offerat, & non se offert; per dicta vbi supra nu. 632. & nu. 717. Dixi, in extrema necessitate, quia ob aliam, quamuis magna sit, sub poena mortalis non tenetur, nisi eo modo, quo offendens bouem proximi errantem tenetur, vt sup. c. 24. nu. 17. Non tamen tenetur restituere, eo quod iniustus non se offert, quia lex charitatis, qua se tenetur offerre, non obligat restituere, vt dictum est supra c. 17. nu. 25. & in Apolo. libri de redditibus. q. 2. Monit. 2. & in locis ibi citatis. Secus autem si iustus non testificetur, & ob id, aliquis suum ius amittat, nisi timor periculi in

quod

quod incurrere posset, eum excusaret, vt supra tactum est; lex enim iustitiae, qua iuste iustus, tenetur testificari, obligat restituere, vt saepe dictum est.

Sexto, qui mercedem accipit vt verum testetur, cum obligatione restituendi ei, qui dedit, c. non sanè. 14. q. 5. & qui accipit, vt falsum testetur, sine tamen necessitate restituendi, nisi de consilio pauperibus, per dicta sup. cap. 17. num. 32. & seq. Omne tamen, quod per suum falsum testimonium alterutra parti amiserit, restituere debet, d. cap. non sanè. Accipere tamen potest impenas itineris faciendi ad ferendum testimonium, & mercedem operariam dierum, quibus se occupauit in eo, vna cum interesse damni emergentis, & lucri cessantis. cap. si testes. §. venturis. 4. q. 3.

Septimo, qui absque causa non paret iudici praecipienti, vt denunciaret talia, & talia crimina, vel debita, & est excommunicatus, si mandatum fuit sub poena excommunicationis latae sententiae, teneturq; dana restituere. Dixi, Absq; causa, quia multa excusare possunt, vt copiosè aliis dixi vbi sup. a n. 775. tractado de magna prudètia, qua est opus ad rectè parendum eiusmodi mādatis. Quorū primū est, qđ peccatū est occultū, & peccator iā emendatus, aut sola fraterna correptione probabiliter emendabilis: tunc. n. non est parēdum ante fraternam correptionem, etiam si praeciperet, vt fieret denunciatio, non habita ratione fraternae correptionis, secundum Thom. 2. sec. q. 33. art. 7. ad 3. & Anton. 2. par. titul. 9. capitu. 6. §. quarto, columna 3. Secundo, defectus probationis peccati denunciandi, vt dictum est supra capitu. decimo octauo numer. 61. Tertio, quod a talibus & taliter audiuit, vt ob id moueri non debeat, praesertim si denunciaturus esset talis, qui leuitatis ob illam denunciationem notaretur, aut cuius testimonium, iudicem magis quam conueniret, moueret, vt ibidem dictum est. Quarto, denunciatio eius a quo audiuit. Quinto, nosse eum, qui furatus est, vel tenet illud, retinere in compensationem alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur. Sexto, quod per solam sacramentalem confessionem nouit. Septimo, quod per solam consultationem secretam, pro consilio habendo, nouit. Ad noue quaesitum, Respondeo, eum qui non denunciauit delicta intra tempus in edicto contentum, teneri ad denunciandum post illud quam cito commodè potest, argum. capit. Cum dilectus, de do lo, & contum. cum citatis à glo. & doctor. ibi.

Octauo, peccat, qui non se offert in testem cum ad id tenetur, vel se offert cum non deberet; est enim qui se tenetur offerre, & qui tenetur se non offerre, & qui potest se offerre, & non tenetur, vt copiosè & vtiliter tractamus vbi supra à numero septingentesimo septuagesimo quinto. & contractius hic in vulgari, quorum aliqua, quae parum inferuiunt confessariis, omittendo, dico. Primo, quod offerre se tenetur, sciens praeparari aliqua mala notabilia, quae sine suo testimonio probabiliter euenirent: Sciens item crimen de quo aliquis accusauit, aut denunciauit alium, ob solam conscientiae obligationem iuxta Caiet. per nos relatum in dicto capitulo, Inter verba. conclusi. sexta, numero sexcentesimo trigesimo octauo, & 706. & 722. Secundo, quod regulariter non debent se offerre nec obla-

Man. Nau.

V u ti admitti

ti admitti ascendentes contra descendentes, nec è contrario, & idem fere de vxore, pro vel contra maritum & e contrario, & de liberto contra patronum, iuxta decis. 3. capell. Tholos. Tertio, quod regulariter nemo tenetur ad se offerendum in testem, argum. eorum, quæ de operibus misericordiæ supra capi. præced. diximus, & quilibet iussus testificari, tenetur id facere, exceptis priuilegiatis. Quarto, quod regulariter priuilegiati possunt cogi ad testificandum, in defectum aliorum testium, etiam maritus contra vxorem, & è contrario iuxta decis. 4. capell. Tholos. quia iura statutaria, vt aliqui non admittantur quia sunt inhabiles, & alij vt non cogantur ad testificandum, quia sunt honorati, aut coniuncti, intelliguntur, quando alij non desunt, iuxta gl. cap. quamquam 14. q. 2. per illud cap. & Glo. receptam, ab Archid. & A lex. ibi & communiter alibi, in capi. statuendum. 2. q. 6. & alia vbi supra adducta per Fel. in Rub. & c. delictorum de test. cog. Quinto, quod excusatur, qui probabiliter timet sibi ex suo testimonio aliquod magnum damnum spirituale, aut temporarium, personæ, honoris, aut bonorum euenturum, secundum Bald. recept. in c. cum nuncius, de testib. & eundem, & Fel. in d. c. dilectorum, & nos vbi supra, Aut si ex eo scandalum oritur, vt ait Syl. verb. denunciatio q. 1. & verb. correctio. §. 7. sub fin. citatus a nobis vbi supra. Sexto quod quamuis ad effectum admittendi testes inhabiles, ob defectum aliorum, non sufficiat non esse alios idoneos, quia opus est, quod neque sint, nec soleant, nec possint interuenire communiter in eiusmodi factis, nisi tales personæ priuilegiatæ, aut idoneæ, vt sensit gloss. 2. communiter recept. c. tertio loco, de probat. vt vbi supra num. septingentesimo decimo quinto & octingentesimo decimo sexto diximus; ad effectum tamen compelli priuilegiatos, satis esset iuramentum partis dicentis non affuisse alios, quam priuilegiatos, & eos, sic, nulla interueniente in contrarium coniectura, argumen. capitu. 2. §. fin. de iuram. calumn. lib. 6. & per ea quæ ibi, & in aliis locis doctores docent: nisi ex eo aliquod damnum timeatur, vt supra & ibi dictum est, addendo, à nu. 824. quod quamuis tenetur filius ad denunciandam hæresim patris, & ad testificandum de illa si alij desint, nisi sciat, eum iam penituisse, aut certo credat, quod monitus ab ipso, aut ab alio verè respiciet. Inquisitor tamen debet ei prouidere adhibendo magnum secretum, ne id sciat pater, & ne illi aliquod magnum damnum ex eo eueniat. Septimo, probare nos ibi num. 818. quod inhabilitas non excusat à parendo eiusmodi mandatis, licet aliquando excuset priuilegium.

51 Ad quæsitum è longinquo, à viro vnde quaque doctissimo & pientissimo, Respondeo, Quod qui testis in iudicio legitime interrogatus super crimine ob quod bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus absoluitur, non tenetur ad restituendum fisco id, quod ad eum peruenerit si damnaretur. Tum per dictum sanct. Bernar. relatum a Syl. verb. restitutio 5. vers. 7. quem sequimur supra eodem nume. 34. Tum quia pœna non debetur in foro animæ, ante condemnationem glo. c. fraternitas 12. q. 2. Tum quia etiam interesse remotum, & extra rem non debetur l. si sterilis. §. cum per vendito-

rem.

rem. ff. de actio. empt. Tum quia leges humanæ præsertim pœnales, non ligant porissimum in foro animæ, nisi quatenus sunt receptæ, vt traditur supra cap. 23. a nu. 49. in nu. 62. Et nullibi vlla lex damnari iubens aliquem publicatione bonorum est ita recepta, vt ante damnationem bona ad fiscum deferantur. Tum denique quod alioqui sequeretur omnes custodes confinium Regnorum, deputatos ad custodiendum ne quis aliqua exportet ex illis, vel importet in illa, vel non saltem, nisi soluto vectigali vel portorio siue gabella sub pœna priuationis bonorum, tenerentur restituere, non solum iura siue vectigalia debita, sed etiam bona, quæ ob id debent Fisco applicari. Quod nullus vt arbitror hæcenus dixit.

De peccatis Notariorum, & Tabellionum.

Notarius vt peccat. nume. 52. faciens instrumentum falsum, rescindens vel delens uerum, male componens, non tradens illud, non informans satis renunciantem, transcribens die festo, non seruiens pauperi, vt debet. nume. 52. & 53. Conficiens instrumentum de re illicita, scribens statuta usuraria, non retinens prothocollum siue regeſtum, faciens testamentum insano, stipendium nimium capiens, literas ordinum carius tradens. nu. 54



PECCAT mortaliter Primò Notarius, qui non seruat aliquod capitulorum a se iuratorum cum creatus fuit notarius Hostien. in capitulo sicut, ne Clericis vel Monachis recep. per Ioannem Andream, Panormitan. & Comm. ibidem & Sanctus Antonin. tertia parte titulo 6. capit. 3. § primo. Quorum primum est, quod conficiet instrumenta de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, nec falsitatis miscendo. Secundū, quod non reuelabit, quod secretò ipsi commissum fuerit nisi iusta de causa, secundum Panor. in d. c. sicut. nu. 19. Tertiū, quod non conficiet aliquod instrumentum scienter, de aliquo contractu usurario, nec de alio quouis illicito. Panor. ibi. Quartum, quod retinebit de omnibus instrumentis quæ dederit, prothocollum aut regeſtum. Quintum, quod erit fidelis ei à quo est creatus notarius, & admonebit eum ea quæ sciuerit in eius damnum vergere. Sextum, quod nullo amore, odio, spe vel timore officio suo abutetur.

Secundò, peccat qui instrumentum conficit falsum, aut verum vtile & parti necessarium, occultat, aut rumpit vel delet, & qui per malitiam, aut ignorantiam notabilem, male aliquod testamentum, aut instrumentum conficit, addendo aliquas clausulas obcuras, aut necessarias omitiendo, propter quod aliquis suū legatū, aut debitū perdit. Et qui solēnitates necessarias dolo, aut lata culpa

Vu 2 omittit

omittit, puta suum nomen, signum, testes, diem, mensem, aut annum.
 54 Tertiò, qui rogatus ab aliquo, vt sibi det aliquod instrumentum, quod dare tenetur, non dat, ne aduersario, aut amicis eius displiceat. Et qui non informat partem ignorantem, quæ renunciatura est alicui iuri, quale est illud, secundum Anton. 3. par. tit. 6. cap. 3. §. 6. Et qui die festo, absque necessitate, ob avaritiam, instrumenta conficit, cum in alium diem commodè differre possit, & qui rogatus à pauperibus non valentibus soluere iura, non vult ipsorum instrumenta scribere, aut iam scripta in publica forma tradere, secundum eundem vbi supra, quæ tamen non tenetur dare gratis, per dicta supra, eod. cap. num. 29. & 44. & cap. 24. nu. 3. & 4.

Quartò, qui excipit, aut in publica forma scribit statutum, vt soluantur vlturæ, aut non repetantur solutæ, & est excommunicatus, Clem. 1. de vsur. & qui excipit, aut in publicam formam statuta contra libertatem ecclesiæ redigit, capit. graue. de sent. excommunic.

Quintò, qui conficit testamentum carentis iudicio, aut ratione non videntis, cum obligatione restituendi ei qui ab intestato successurus erat, argum. eorum quæ ait Bald. in l. 1. C. de sacros. Eccles. nume. 17. & qui stipendium notabiliter maius debito accipit, etiam sponte datum, si publicum stipendium constitutum illi erat, Bal. in Auth. sed hodie. C. de Episcopo. & Clerici. & qui aliquid accipit pro literis ordinatorum, iuxta Anton. Butr. in capitulo primo, not. 3. de Simon. quamuis si non datur ei ob id aliquid ex publico, licitè potest aliquid pro suo labore considerata illius qualitate, & non ordinis, accipere, hoc est, vt non accipiat plus eo quod de maiori ordine fidem faciat, per supra dicta capitul. vigesimo tertio.

De peccatis Magistrorum & Doctorum.

Doctor vel magister vt peccat mortaliter, lauream immeritam vel principaliter eam ob honorem petens, vel suscipiens, docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos scholasticos. nu. 55. & 56. aut admittens religiosos, vel presbyteros, approbans ad lauream indignum, falsa docens, vel inutilia, aut malo fine mortali præsertim ultimo, subornans auditores, procurans, vt indignus ad munera studij delegatur, nu. 57. Prælegens die festo, seruans nouum festum, stipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, castigans discipulos, aut contemnens simplices.

55 **R**IMò peccat mortaliter, qui errat aliquo ex quindecim modis relatis ab Aluar. Pelag. de planct. ecclesi. libro secundo; quorum vnus est petere aut accipere lauream Theologiæ, aut canonum, quam non meretur, Anton. 3. part. titulo quinto, capitul. secundo. §. 10. & 2. part. titul. 3. capitul. 5. §. 6. Idem de accipiente lauream aliarum facultatum per dicta in d. c. inter verba, nu. 97. post glo.

gloss. sing. Clem. secunda de Mag. & per rationem S. Anton. in dicto §. sexto. Et qui (licet sit idoneus) tamen principaliter petit illam propter honorem, & vtilitatem propriam, secundum Anton. vbi supra §. sexto. Quod non esse tenendum probamus post Syl. verb. Doctor. quest. 4. vbi sup. à nume. 35. & in specie, num. 353. Et qui prælegit in scholis peccato mortali notorio infectus, iuxta S. Anton. vbi supra dicto §. 10. quod limitandum est, ad prælegentem sacram scripturam, vt ait Thom. in 4. dist. decimanona, questione secunda, ar. 2. quæstione prima ad 4. quod non aduertit Anton. Ratio autem cur magis peccet legens prædictam scripturam, quam quærit prædictus P. Vincen. ibi redditur à Thom. Et qui ad scholas suas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vtentes, iuxta mentem Anton. in dicto §. decimo quod non videtur verum, quo ad excommunicatos, nisi essent excommunicati cum participantibus, expresso doctore, iuxta c. statuimus. c. constonem. c. præsentis, de sent. excom. lib. 6. Nec quo ad praua exercentes, si doctor non habet iurisdictionem ad eijciendos eos e scholis, quam communiter hodie doctores in magnis vniuersitatibus non habent, quicquid in Auth. Habita. C. ne fil. pro pat. statuatur, licet præcepto correctionis ad id procurandum plusquam alij teneri posset, iuxta dicta in cap. præced.

Secundò, qui professor legum, aut Medicinæ, ad suam prælectionem religiosum, presbyterum, aut clericum aliqua dignitate ecclesiastica præditum, ad se audiendum admittit, & est excommunicatus. cap. 2. ne cler. vel Monach. lib. 6. adiuncta gloss. capit. non magnopere, & cap. super specula, eodem titu. & qui professor cuiusuis facultatis etiam Theologiæ, admittit aliquem religiosum in suo habitu sine licentia superioris, aut cum licentia, sed sine habitu, & est excommunicatus per rationem participationis in crimine, iuxta S. Anto. 3. par. tit. 24. & 38. vt infra cap. 27. num. 134. dicitur, & qui prælegit aut docet principaliter ad humanam gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam institutum est, iuxta Ang. verb. Honor. §. 7. cuius oppositum, scilicet non esse plusquam veniale per multa & firma tenuimus, vbi sup. nu. 755. & breuiter repetimus sup. cap. 23. nu. 13.

Tertiò, qui statuta a se iurata non seruat. Anton. 3. par. tit. quinto, capitulo secundo §. vndecimo, & qui existens examinatus indignum laurea, ad eam probat, vel contra dignum reprobatur, idem vbi supra. §. decimo. Aut alio modo illicito quempiam a consequenda laurea impedit, cum obligatione restituendi.

Quartò, qui sciens aut scire debens, falsa in alicuius notabile damnum spirituale, vel temporale docet, vel subtilia magis quam vtilia docendo, auditorio notabiliter nocet, & qui docet malo fine mortali, per sæpe dicta, vel ponendo vltimum finem in docendo; quia fruitur vtendis, contra doctrinam Augusti relata Magist. lib. 1. senten. dist. 1.

Quintò, qui per se aut alios, auditores alterius doctoris inducit, vt eum non audiant, cum notabili damno profectus eorum, vel honoris doctoris, cum obligatione restituendi. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 1. & qui per factiones

aut subornationes, aut alias malas artes procurat, vt aliquis indignus creetur rector, aut plector alicuius cathedræ, iuxta mentem Aluari, vbi sup. & S. Ant. d. 3. par. tit. 5. cap. 2. §. 11. sentientes idem de procurantibus, vt creetur. notabiliter minus dignus. Quod est verum saltem, quando & vbi electores, aut prouisores iuramento, statuto, aut alio mandato, ad dignissimū eligendū sub pœna peccati mortalis tenentur, & etiā in alijs exceptis ad summū sex casibus quos nuper scripsimus in Miscellaneis de Orat. nume. 76. in Miscellan. 43. Et qui prælegit die festo, illis horis, aut tandiu, vt probabiliter credat auditores ob id omisso missam, & qui facit seruari festum non seruandum, cum dāno notabili auditorij non consentientis. argum. capitu. fin. de iniur. & l. prima. ff. de furt. Dixi, *Non consentientis*, aliās enim secus. capitulo, Scienti, de regu. iur. lib. 6.

Sexto, qui habens stipendium publicum, vel beneficium in id ei collatum, exigit aliquid a auditoribus, argum. cap. Pœnale. 14. q. 5. Dixi, *Habens*, alias enim etiam a pauperibus non egeritibus, extreme, exigere potest. l. 2. §. fin. ff. de orig. iur. iuxta prædicta supra eodem nume. 29. & capit. Præced. num. 3. & 4. quicquid dicant Host. Ray. & alij ibi citati. Et qui canonicatum, aut præbendam, aut aliud beneficium cum pacto docendi in scholis suscipit, & est simoniacus, per dicta. capitu. 23. num. 100. Dixi, *Cum pacto*, quia secus si cum onere tali beneficio vacanti imposito. cap. Significatum de Præb. & notat. in c. 1. vt eccles. benef.

Septimo, qui scholasticum crudeliter castigat, quia solum leuis castigatio est ei permessa, cap. presbyterum, de homic. & l. Præceptoris. ff. ad l. Aquil. & si castigatus est clericus, est excommunicatus, nisi excusetur per infra dicenda. cap. 27. a nu. 80. & seq. & qui simpliciores contemnit, Ant. d. §. 10. quod videtur restringendum ad contemptum per quem notabile damnum honoris aut bonorum illis ex iustitia legali debitorum inferitur, per dicta supra capitulo vigesimotertio.

Hac in re Concil. Trident. sess. 5. cap. 1. de Reformat. statuit, Primo, Quod habens beneficium cui est annexum onus prælegendi sacram scripturam, cogatur prælegere per se si est idoneus, alioqui per alium eligendum a nominatis ibi, & quod posthac non conferatur nisi idoneo ad per se id faciendum.

Secundo, quod in omnibus ecclesijs cathedralibus & collegatis existētib; in aliquo insigni oppido, in monasterijs quoq; monachorum, & conuentibus mendicantium, sacræ scripturæ lectio habeatur, in ecclesijs vero tenuioribus prouentus, sit saltem magister, qui gratis grammaticam doceat.

Tertio, quod docentes sacram theologiam, dum publicè in scholis docuerit, & in scholis eam discētes, priuilegijs omnibus, de quinquennali perceptione fructuum in absentia, à iure communi concessis gaudeant, Quod est ipsum dicendum de discēte, aut prælegente Canones, vt probat Felii. in capit. fin. de Magist. Cuius rationi hanc vnā addo, quod nulli scientiæ capessendæ tanto tempore est opus, ac canonicæ: vt enim quis perfectus canonista

canonista euadat, opus est, vt Canonice prudentiæ non mediocrem legum & Theologiæ adiungat eruditionem. Rara itaque avis est perfectus canonista, etsi vtrique foro pernecessarius, vt qui multo tempore prædictas tres disciplinas professus esse debeat, arg. c. ponderet 50. dist.

Quarto, quod nemo ad huiusmodi lectionis officium admittatur, qui non prius ab episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus fuerit.

De peccatis Scholasticorum.

Scholasticus, vt mortaliter peccat, ob finem mortalem studens, non seruans præcepta studij, discens verita, auocans auditores concurrenti, negligenter studens, male infumens viaticum, non soluens salarium, arrogans false gradum.
nume. 59

Primo, peccat mortaliter scholasticus, qui ob finem mortalem studet, arg. c. cum minister 23. q. 5. cum ei nuper a nobis adnot. Et qui statuta præcepta academiæ iusta, & ad mortale obligantia, non seruat, iuxta mentem S. Anton. in d. §. 11. ni iusta de causa id fecerit, quam quo ad mortalis excusationem, in proposito putamus esse illam, quæ pro tali communiter in academia habetur, arg. eorum, quæ de causa non ieiunandi diximus, supra ca. 21. nu. 14

Secundo, qui suffragatur, aut curat alium suffragari alicui indigno, vt fiat prælector, Rector, Beneficiarius: imò & si sit dignus, si tamen competitor esset dignior, præsertim si iurauit suffragari digniori, iuxta proxime dicta in simili.

Tertio, qui scientias veritas, aut superstitiones discit c. non magnopere, &c. super specula. Ne cler. vel monach. & qui alicui lectori adimit scholasticos, aut adijcit, vt proxime de doctoribus dictum est, & qui in studendo notabiliter negligens fuit, iuxta mentem S. Anton. in d. §. 11. & aliorum, quod restringendum videtur ad eum, qui impensis alienis vel reddituum suorum ecclesiasticorum, & non proprijs studet, per supradicta de prodigalitate c. 23. n. 71. & multo magis, si prædicta bona in comotationibus venereis, vel lusibus, & id genus alijs impendit, quin fratribus partem sibi a patre datam restituere tenetur, iuxta communem, quam bene Iaf. defendit, in Auth. quod locum, col. 2. C. de Collat.

Quarto, qui contra veritatem quam sciebat altercatur, modo prædicto supra ca. 23. nu. 34. Et qui stipendium debitum, præceptoribus, cum possit, non soluit, arg. c. sape, de rest. spol. & Anton. vbi supra. Aut qui dicit habere se gradum, quo caret l. reddatur. C. de Profess. & Med. li. 10.

Medicus, aut Chirurgus, ut mortaliter peccat ignorans necessaria, non curans secundum precepta, negligens visitare, vel Studere, præbens medicinam dubiam, deserens ægrotum. n. 60. abscindens membrum, minuens sanguine, non admonens confessionem, medicinas non eligens, aut curationem differens. nu. 60. & 61. consulens, vel concedens animæ noxia pro salute corporis, num. 62. non admonens mortem vicinam, tali casu, nimium stipendium petens. nu. 63. nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti, nolenti soluere. num. 64. & detrahens alijs medicis. nu. 64

60 **P**rimò peccat Medicus, qui absque sufficienti scientia medicatur, et si sit laurea donatus. Et qui artē sātis caller, sed eius p̄cepta nō sequit. Et q̄ notabiliter negligit studere, aut infirmos visitare. c. tua, de homic. & ibi Inno. & omnes, quamuis ægrotus sanetur, iuxta S. Anto. 3. par. tit. 7. c. 2. §. 1. cum obligatione restituendi iuxta mentem Pan. & omnium in d. c. tua; & qui adhibet medicamenta morbo, antequam eum cognoscat, Caiet. in sum. verbo, Medicus, licet qui per diuturnam experientiam didicit curare aliquos morbos, puta, scabiem, ossium fracturam, nubeculam ocularem, fistulas, dolorem dentium, & molarium, aurium, & aliorum similibus, possit licitè curare, quamuis regulas medicinæ ignoret, modo absque aliquo incantamento aut fascino id faciat l. 1. ff. de Var. & extraord. §. Medicus, & modo superueniente feбри infirmo medicum adhibeat peritum, & modo ne quid quod ignoret, intenter, arg. c. non est sine culpa, de reg. iur. lib. 6

Secundò. Qui dubitans de aliquo medicamento, an esset notabiliter noxium, an non, præbuit illud ut experiretur, aut lucraretur, aut non haberetur ignarus, &c. Anton. Bur. in d. c. tua nos n. 15. & magis qui præbet rem quam scit notabiliter nociuam: etiam si ob misericordiam, aut ut ægroti placeret præbeat. Pan. in d. c. tua, & qui ægrotum derelinquit, antequam debeat, ob **61** quod mors aut prolongatio morbi euenit, cum obligatione restituendi damnum, Asten. lib. 6. tit. 14. ar. §. q. 14. Et qui cum membrum aliquod necessariò est abscindendum, non quærit quem credebat bene abscissurum, aut dubitans de necessitate abscindendi, iussit abscindi, & qui nesciens minuere sanguine, vel abscindere membrum, alterum eorum, vel vtrunque facit, idem in c. tua, nu. 20 & Asten. vbi supra: et qui sciens pharmacopolam medicamentis corruptis vsurum, non eligit incorrupta. Innoc. in c. tua, & qui quo plus stipendij accipiat, morbi curam differt. Ant. vbi sup.

Tertiò. Qui non perluadet infirmo confessionem, antequam medicinam ei applicet c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. cui non est locus quando manifestum est morbum non esse periculofum, iuxta Angel. ver. Medicus. §. 9. & Rosel. ibidem §. 3. quicquid dicat Syl. verb. Medicus. q. 3. dicto 3. nec etiam, quando

quando credit esse periculofum, & lethiferum, si iuxta consuetudinem bonorum & honoratorum medicorum, monet eius parochum, aut qui eius curam gerunt, ut illi sacramenta præbeant, & ipse omittit dicere id per se, non quia non vult id facere, sed quia putat, id infirmo nociturum, iuxta Caiet. verb. Medicus. Nam ut ipse ait, & nos in d. cap. cum infirmitas, illa constitutio hoc modo recepta est & obseruata. Et quamuis infirmus confiteri nolit, non ideo a medico relinquendus est, iuxta omnes. Et qui propter salutem corporalem, contra salutem animæ consulit, ut illicitè coeat, aut se inebriet, aut abortiat. d. cap. cum infirmitas, etiam si per ignorantiam id consulat, imo & si non consulat, sed dicit, ego non tibi consulo, sed si tale quid faceres, sanaretis. Io. And. d. cap. cum infirmitas. **62**

Quartò, qui prægnanti præbet aliquid, quo abortiat, etiam si præbeat, ut eam a morte seruet, si credit, vel dubitat, fœtum esse animatum, Io. de Neap. in 10. quodl. probatus ab Anto. 3. par. tit. 7. cap. 2. & communiter, sed si probabiliter credit, non esse anima rationali animatum, licitè poterit illud præbere, quo vitam matris seruet, cum non sit culpa mortis alienæ nec corporalis nec spiritalis iuxta eosdem.

Quintò, qui sine iusta causa concedit debilibus facultatem frangendi ieiunium, aut vescendi carnibus, diebus veritis, & qui affirmat ieiunia præcepta corpora destruere &c. arg. cap. fin. de iniur. & c. consilium, de obseru. ieiun. cū obligatione contrarium persuadendi si potest, quamuis infirmus vtens facultate, quam putat sibi iuste datam, non peccat, secundum Anto. vbi sup. §. 1. Et qui credens infirmum moriturum, & quod eius admonitio est multum illi profutura, ad exuendum peccatum mortale, & ad testandum, quo rixæ grandes inter hæredes impediatur, & neque per se, nec per alium admonet, ut peccatum exuat, & testetur, Ioan. Neap. quodl. 11. & Anton. vbi sup. §. 7. Dixi, *Credens &c.* quia secus si iuste putat, suam admonitionē parū profuturam, quia credit eum in bono esse statu, & de suis bonis testatum fuisse secundum eosdem.

Sextò, qui petit stipendium notabiliter nimium, publico carens, aut accipit mediocre habens publicum, cum pacto nihil præter id accipiendi plusquā præscriptum, etiam si vltro sibi datum, cum obligatione restituendi, nisi per alia obsequia, & visitationes, tempore valetudinis id compenset. Anto. vbi supra §. 3. probatus ab Ang. verb. Medicus §. 6. Syl. eod. q. 5. & qui exigit stipendium, quod ægrotus, propter mortis metum promittit, si aliunde habet vitæ necessaria, i. Medicus. ff. de Var. & extra. cogn. & qui facit ut infirmus. plura quā opus est medicamenta emat, ob conuentionem inter eum & pharmacopolam, vel aliam causam iniustam cum obligatione restituendi, Asten. libro sexto titul. 4. **64**

Septimò, qui non vult gratis mederi pauperi ægroti, iuxta glos. celebrem & recept. in sum. 83. dist. & Anton. vbi sup. §. & alios, verb. Medicus. Quod nostra sententia restringendum est ad eum, qui credit illum probabiliter moriturum, nisi ei medeatur, & non est alius qui id faciat, nec qui soluat salarium, & non

& non vult mederi salario credito: nam neque constituto in extrema necessitate tenetur quis subuenire gratis, modo eum eximat ab ea mutuado, commodando, vel operas credendo per supradicta cap. 17. num. 118. & c. preced. num. 17. & supra eod. c. num. 29. & qui non vult mederi diuiti solvere nolenti, iuxta eandem gloss. in §. 1. 83. dist. & c. Palce 86. dist. quod intelligendum est de eo, qui vellet quidem ab eo curari, sed ob auaritiam, non quaerit medicum, existens in magna eius necessitate; & si medeatur illi, post eius mortem vel curationem exigere potest suum stipendium, iuxta praedictam glo. & mentem omnium. Et qui detrahit aliis medicis idoneis, ne ad curationes, se omisso, accersantur, per dicta cap. 18.

De peccatis exequutoris testamenti, tutoris, Curatoris, & Hospitalarij.

Exequutor testamenti, vt mortaliter peccat, non soluens legata & debita, vel nimis tarde, & qui ob hoc excommunicatus, num. 65. non seruans rem pupilli, nu. 66. eius pecuniam lucro iniusto deputans, transiens ad secunda vota n. 67. Viduus, aut vidua vsufructuaria, cui vsufructus relinquitur quo ad caste vixerit, num. 65. Hospitalarius vt mortaliter peccat. nu. 67.

- 65 **R** I Mò peccat exequutor, qui non soluit debita, aut legata praesertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque sufficientia, & qui, vt soluat legata non soluit debita, credens, bona non sufficere vtrisque soluendis, argum. l. scimus. §. & si praefatam. adiuncta glo. C. de iur. delib. l. 1. §. pen. ff. ad Trebell. & Anto. 3. par. tit. 10. cap. 3. §. 11. Debita autem sunt etiam vota realia defuncti per supradicta c. 12. n. 56. & 57. Secundò, quae vidua cui maritus reliquit vsufructum suorum bonorum quo ad caste viueret, stuprum committit, & perinde bonis vitur, ac si id non commisisset, cum obligatione restituendi, iuxta Caiet. in sum. verb. poena, & ex praedictis. cap. 23. nu. 62. colligi potest, secus tamen, nostro iudicio, si vsufructum reliquit quo ad non nuberet, & idem eadem ratione videtur de marito, qui relinquitur ab vxore vsufructuarius. Tertio, qui soluit quidem sed post moram notabilem, arg. cap. nos quidem cap. tua & cap. Ioannes, de testam. & est excommunicatus, si qua constitutio synodalis excommunicans non exequentem intra certum tempus, eum comprehendat. argum. cap. praeterea. 2. de appell. Quarto, qui tutor, aut curator non conseruat nec defendit bona sui pupilli vel minoris, & qui sine vtilitate vel necessitate alienat, & qui est in culpa vt actionem, vel aliud ius perdat, & qui non vendit res mobiles quae obseruata nullam vtilitatem pariant, & pretium non conuertit in bona immobilia, quae vtilitatem parerent, si inuenitur emptor, cum obligatione damna restituendi. l.

di. l. Tutor qui repertorium, §. 1. 2. & 3. ff. de administ. tut. Bart. & alii ibidem. Tutor autem dicitur, qui praeficitur pupillo, hoc est minori 12. annorum, si est femina, aut 14. si est masculus ad protegendum personam & bona eius, Inst. de Tute. §. 1. Curator vero, qui maiori 12. vel 14. & minori 25. praeficitur, aut furioso, aut prodigo administrandis eius bonis, Inst. de Curat. in prin. & vterque iurat, se officio suo recte vsurum, glo. celeb. Clem. quia contingit. §. Vt autem, de relig. domib. que glo. omnia haec ponit, post specul. tit. de Tuto. & tit. de Curat. & ante Panor. in cap. ex parte, de appellat.

Quintò, qui tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus imbuendo, & a vitijs & peccatis seruando, arg. c. 1. 12. q. 2. & cap. duo ista. 23. quest. 4. Sextò, qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecuniam salua forte, nisi per tres contractus, de quibus supra c. 17. n. 112. & tenetur restituere, si pupillus vel minor non restituat, sed potest secreto de rebus eius accipere, quod huic rei satis fuerit, siue eorum administrationem habeat siue non, seruatis supradictis in c. 17. nu. 112. cum seq.

Septimò, quae mulier officio tutelae fungitur post secundas nuptias. l. fin. C. quando mul. offic. tutel. fung. potest, vel post stuprum commissum per eandem legem, quam in hoc ponderat. Salic. & gloss. memo. Authent. sacramenta, eodem tit.

Octauò, qui Hospitalarius redditus hospitalis non infumit in ea in quae sunt destinati, & qui sinit eos perdi, aut in alia dispendit. Clem. quia contingit de Relig. domib. ex mente S. Anto. 3. par. tit. 11. capit. 1. §. primo, & qui nimis tarde recuperat bona eius alienata. capitul. quicumque 12. questio. 2. & qui adeo negligit reficere aedificia, quod ob id cadant, cum obligatione restituendi. glo. d. Clem.

Porro Concil. Trident. sess. 25. cap. 8. de reformat. commendata plurimum clericis hospitalitate statuit, quod hospitalarii hospitalium onera compleant, quae si commodè non possint, fructus illorum in alium pium vsum conuertant, prout ordinario cum duobus peritioribus de capitulo videbitur. Et quod omnes hospitalarii etiam si sint laici non tamen regularibus subiecti vbi viget regularis obseruantia ad praedicta ab Episcopis compelli possunt, & praeterea in foro conscientiae teneantur ad restitutionem fructuum quos contra hospitalium institutionem perceperint, nulla eis remissione profutura. Et administratio huiusmodi vni & eidem personae ultra triennium non committatur, non obstantibus etiam priuilegijs, & immemorabili consuetudine, &c.

De peccatis clericorum quo ad ordines.

Ordinando prima tonsura haec sunt necessaria, & haec ordinando minoribus sacerdotis. nu. 68. Ordinando cui capitulum, vel alius sede vacante non potest dare licentiam. n. 68. Ordinandi

Ordinandi facultas Papæ, qua legitima, & qualiter intelligenda n. 68.
 Ordinandi et. s. mutata, & multa noua ab ordinatis, & ordinandis facienda. n. 68.
 Missa pro noua nil detur, nec merces pro alijs, ignotus nõ misset, nec quis extra sacrum num. 68.
 Ordinem sumens ut peccat, si est indignus, si per simoniam n. 68. si ab episcopo excommunicato, si existens illegitimus etiam occultus. n. 69. Si extra tempora legitima, si ante iustam atatem, si sine iusta licentia, si furtim, aut per saltum. n. 70. si nõ supplet suppleda, si eodem die multos ordines sumit n. 71. si deformis, si eurgumenus, Epilenticus, aut insanus, excommunicatus, aut mortali infectus. n. 72.
 Clericus, ut peccat sacramenta in mortali ministrans, sacra tangens, aut post notorium peccatum etiam acta penitentia missans. n. 63. & 74.
 Interdictus ingressu ecclesie. n. 75. rebaptizans, Chrismate veteri unges, post cibum celebrans. n. 75. non confessus, concubinaris notorius. n. 76.
 Dispensat quis ad ordines, & cum male ordinato n. 69.
 Ordinem, & eius usum, quod peccatum notorium impedit n. 73. Notorium quid dicitur. n. 73.
 Dispensat Papa aliter quam inferior, etiam in quo vterque potest. n. 74.
 Dispensat ut episcopus in irregularitate peccati notorii n. 77.
 Concubinaris clericus & fornicarius vagus, pares, non humantur in sacro. numero 77. & 80.
 Missam concubinarij audire ut mortale, & cur melior boni quam mali, numero 78. & 79.
 Excommunicatus notorius quis euitandus. n. 80.
 Concubinarij clerici penam innouat Concil. Trident. addens nouam. n. 81.
 Iacobus Sabellus Cardinalis multis nominibus suspiciendus. n. 82.
 Missam extra locum sacrum celebrandi facultas nõ datur, & ut peccat si celebrat intra illum num. 82. & ut si in ecclesia interdicta, si super aram fractam, si ante preces matutinas nu. 83. si sine alijs necessarijs, etiam timore mortis. n. 84. si sine lumine, aut aqua, si in pane, & vino corruptis, si in omphacio, si noctu, si post meridiem. nu. 85. & 86. si pluries quam semel eodem die, nisi his septem casibus. nu. 87. si non bis aut ter in anno, si effundit sanguinem, si reliquias corporis post absolutionem sumit. num. 89.
 Simon magnus Romlotaus Belga laudatus nu. 85.
 Franciscus Ramirius authoris cognatus laudatus. nu. 85.
 Benedicat quis vestes sacras, stola pro cingulo seruit n. 84.
 Missa triplici faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus. nu. 87.
 Missam quotidie audiat Episcopus, nemo eam nisi semel in die faciat, nisi his septem casibus, nec in his vnquam ter nu. 87. nec semel die Parasceues & sabbatho sancto. n. 88.
 Missa cui & quomodo applicanda. num. 92. Non dicenda a ligato censuris. nu. 93 nec coram interdictis nu. 94.
 Clericus ut peccat alios clericos ad diuina officia admittens. nu. 94. interdicta non seruans, excommunicatos sepeliens, absolvens indebite confessum, & non monens eum

eum. nu. 95. male vota commutans. nu. 96. omittens aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, male eas recitans, non attendens ad eas &c. a nume. 96. vsque ad 103. Hostias multas consecrans. nu. 91
 Missans sic sumat reliquias calicis, patenæ, & oris. nu. 90. & suppleat defectum vini. nu. 91
 Missa triplex valor, quis cui applicandus, quid de vna dicta pro multis. nu. 92
 Missans pro duabus pitantijs non alendus ob missam. nu. 92
 Author ob nullas occupationes, vel morbos, omisit horas, nisi bis. 70. annis quibus recitat. nu. 101
 Horaræ preces ob quas causas iuste omittuntur. nu. 101. vsque ad 105.
 Attentio ad horas sufficiens triplex, & sufficit virtualis. nu. 105. & 2. seq.
 Horas ad quas tenentur clerici sacri. n. 96. & ad quas minores. nu. 108
 Clericus ut peccat ducens uxorem, cohabitans femina. nume. 108. eam inuisens. nu. 109. Monasteria frequentans, habitum & tonsuram non deferens, arma gestans, ludens, medicans, lanuus, tabernarius, mercator, aut mensam non benedicens, aut faciens, quæ antiquo, & nouo iure hic relato vetantur, in quibus sunt omnia officia secularia, cum arte medica. nu. 110. & 111

Rimò, peccat mortaliter, qui se facit ordine insigniri contra Canones Concil. Trident. quod in sess. 23. cap. 4. de Refor. sic statuit. Nemo initiatur tonsura, qui confirmationis sacramentum non suscepit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit, quique legere & scribere nesciat, de quo probabilis coniectura non sit eum non secularis iudicij fugiendi fraude, sed ut Deo fideliter inseruiat hoc vita genus elegisse. Et c. 5. sic. Ad minores promouendus ordines, bonum a Parocho, & magistro scholæ in qua educatus est testimonium habeat; assumendus vero ad singulos maiores, vno mense, ante ordinationem episcopum a deat, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire iudicauerit, ut nominibus, aut desiderio volentium promoueri publice in ecclesia propositis, de eorum natalibus, ætate, moribus & vita a fidedignis diligenter inquiret, & testimonium quamprimum ad ipsum episcopum transmittat, Et sess. 7. ca. 10. Non licet ecclesiarum capitulis sede vacante infra annum a die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias concedere alicui, qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione non prematur: Et capitulum contraueniens ecclesiastico subiaceat interdicto, sic vero ordinatus, si in minoribus constitutus sit priuilegio clericali non gaudeat. In maioribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prelati sit ipso iure suspensus, quod ipsum statuitur sess. 23. c. 8. de Refor. de impetrante dimissorias ab alio quam eo qui loco capituli succedit in iurisdictione episcopalem, & sess. 7. ca. 11. sit, Facultates de promouendo a quocunque non suffragentur nisi habentibus iustam causam in literis exprimendam, ob quam a proprijs episcopis non ordinentur, & tunc non ordinentur, nisi ab episcopo in sua diocesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idque præuio diligenti examine, Et sess. 23. c. 8. sit Nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti, aut priuilegij, nisi eius probitas, & mores, ordinarij testimonio commendetur. Et quatuor ordines

nes minores, per temporum interstitia conferantur, nisi episcopo aliud expedire videbitur, idque latinam linguam callentibus. Ordinandi verò, non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros promouentur, nisi necessitas, aut ecclesie utilitas, iudicio episcopi aliud exigat, Et capit. 12. sic. Nullus ad subdiaconatum ante 22. ad Diaconatum ante 23. ad presbyterium ante 25. aetatis annum promoueat, & quod nulli etiam regulares, nisi prauo episcopi examine, ordinentur. Et nota, quòd huic non obstat bulla Pij V. quæ hoc onus, & aliquot alia prædicti concilij abstulit mendicantibus, obreuocationem eius per S.D.N. Gregorium XIII. positam sub fin. capit. vigesimiseptimi. Et mox, sic, In minoribus constituti non promouentur ad maiores, nisi bonum habentes testimonium in minoribus sint probati, & per annum, in ijs sint versati, sperantes se Deo auspice continere posse. Et mox sic: Deceret eos, saltem diebus dominicis & solennibus cum altari ministrarint, communicare. Et mox sic: Duo sacri ordines, eodem die etiam religioso non conferantur, & capitul. decimoquarto, Assumendi ad presbyterium in minoribus probati sint, ac bonum habeant testimonium, & anno integro diaconatum exercuerint, populoque docendo & administrandis sacramentis necessaria scierint, a quibus castitatis, & vite bonæ exempla expectentur. Et quòd cum promoti per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex causa dispensare possit, & cap. 16 sic. Nullus ordinetur, qui non ascribatur illi ecclesie, aut loco pio, pro cuius necessitate, vel utilitate ordinatur, Et si eum locum episcopo inconsulto deserat, ei sacrorum usus interdicitur. Et nullus clericus peregrinus, sine commendatitijs ordinarij sui literis, ad diuina officia admittatur, Et c. 17. sic. Episcopi in ecclesijs id ferre valentibus, assignari stipendia minores ordines exercentibus procurent. Et quòd nulli exerceant officia minorum ordinum, quibus carent, vt in ijs constituti se in illis exercent. Et sess. 22. Decret. de obser. & euit. in celeb. miss. sic. Ut episcopi omnino prohibeant ne quid pro missis nouis celebrandis detur, & importunas, ac illiberales elemosynarum exactiones, & ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat. Et nemo publice ac notorie criminofus sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur, & ne sanctum hoc sacrificium extra ecclesiam, ac ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria a secularibus aut regularibus quibuscumque peragatur.

Secundò peccat, qui suscipit aliquem ordinem etiam minorem per Simoniam propriam realem ante ordinationem commissam, quamuis occultam, quæ est causa ordinationis, & est excommunicatus extrauag. 3. de Simo. de qua infra cap. 27. num. 106. etiam si committatur dando tertio, & non ordinatori secundum Inn. in c. tanta, de Simo. nu. 2. Dixi, ante ordinationem, quia datio post eam, non efficit Simoniam, arg. glo. c. emendari. 1. q. 1. vel certe non talem, quæ excommunicet. Dixi, Propriam, quia si alius dat aut promittit aliquid episcopo, aut alteri, vt eum ordinet ipso incio, vel scio, sed contradicte non peccat, & accipit, non solum characterem, sed etiam eius executionem: iuxta Bellam. quem sequitur Cardinalis Alex. in c. statuimus, & in c. si quis. 1. q. 1. quicquid gl. in c. si quis, & alij dicant, maximè post extra uag. ad euitandam Marti,

Martini V. de qua infra c. 27. nec postea soluendo illud, quod se incio datum fuit, suspensionem, aut excommunicationem incurrit, secundum Syl. verb. Symonia. quæstione 8. §. 5. nec peccat, saltem in foro conscientie, quicquid illæ sentiat, si non habet ratam neque gratam illam dationem, quia nulla id lex verat, quo ad illud forum. Dixi, quæ est causa ordinationis, aliàs enim contra, per dicenda infra numero 113. & dicta supra capitulo vigesimo tertio, a numero centesimo.

Tertio, qui scienter ab episcopo excommunicato denunciato ordinatur, 69 imò & postea vtens ordine illo absque dispensatione Papæ, quia licet characterem accipiat, non tamen illius executionem, quo ad quam solus Papa dispensat. c. si quis a simoniaco. 1. q. 1.

Quarto qui non existens legitimus, sine dispensatione ordinatur, c. 1. de fil. presbyt. in antiq. & lib. 6. ad minores autem episcopus dispensat cap. 2. de fil. presb. lib. 6. ad sacros vero ordines, solus Papa, & cū intrante religionē ius cōe ad omnes ordines etiam sacros dispensat. d. cap. 1. eod. tit. lib. 6. Et nil refert quo ad forum conscientie, an illegitimitas (vt ita dicam) sit secreta vel publica, quicquid aliqui existimauerint, absque textu, & iuxta ratione. Idem de qualibet alia irregularitate, quo ad peccatum, licet non quo ad dispensationem, de qua cum alijs pertinentibus ad irregularitatem, infra cap. 27. num. 191. vsque ad 150.

Quintò, qui ordinatur ordine facto, extra tempora a iure statuta, aut ante legitimam aetatem, aut absque literis dimissoris, & est ipso iure suspensus, & si ordine illo vtitur fit irregularis, in quo solus Papa dispensat per extrauag. Pij II. Cum ex sacrorum, quæ nondum est impressa, de qua meminit Villad. de irregul. col. 9. quam nos declaramus in Repet. c. accepta, oppos. 8. num. 34. de rest. spol. Dixi, Ordine facto, quia licet sic minores capiendo peccet, non tamen est ipso iure suspensus, quia iuxta commune ius, defectu aetatis, suspensio ipso facto non incurritur. cap. vel non est compos. de tempor. ordina. Per quod omnes, qui prædictam extrauag. non nouerant, decepti fuerunt, putantes non suspendi quem ipso iure, propterea quod ante legitimam aetatem ordinem sacrum etiam presbyterij suscipiat, in quibus sunt Ant. 3. par. titu. 14. c. 16. & Maio. in 4. dist. 24. q. 5. nec videtur prodesse in hoc fratribus obseruatione suam priuilegium, per supradicta nu. 68.

Sextò, qui furtim contra prohibitionem ordinantis ordinatur, & si prohibitio fiat sub pœna excommunicationis lætæ sententiae, est excommunicatus, & irregularis, in quo solus Papa dispensat, capitul. innotuit, de eo qui furt. ordin. suscept.

Septimò, qui scienter per saltum, idest, minore ordine omisso maiore 71 ordinatur, & est suspensus. Super facultate autem dispensandi super hoc, sequuti fuimus hic opinionem Hostien. in summa de Cler. per salt. prom. §. quarto, quam videtur etiam elegisse Concil. Trident. relatum supra num. 68. s. quòd Episcopus potest dispensare antequam ministrer, quod tñ est intelligendum, mò antequam vtat dispensatione, omissum ordinem suscipiat, quod nos hic post Host.

Hof. addidimus per capitulo vltimo de cler. non ordin. ministr.

Octauò, Qui ordinatur omisso aliquo necessario necessitate præcepti licet non de necessitate sacramenti, & non suppleto defectu, eo vitur, non tamen fit irregularis, Syl. verb. irregularitas. q. 12. & qui eodem die, duos ordines sacros suscipit, non solum peccat, sed est etiam posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat. capit. Literas. c. Dilectus, adiuncta gloss. de tempor. ord. & d. c. innotuit. Et qui eodem die ordines minores & subdiaconatum suscipit, c. 2. de eo qui furt. ordin. & magis qui duos ordines sacros eodem die suscipit, etiam si sit religiosus, per prædictum Concil. supra num. 68. relatum, non tamen, qui quatuor minores eodem die suscipit, secundum gloss. cap. De eo, de tempor. ordin. & c. 2. de eo qui furt. ordin. quod etiam post Concilium prædictum procedere potest, in eo cum quo episcopus dispensaret, vt non seruatis temporum interstitiis posset accipere. Quin videtur, quod posset accipere illos, & subdiaconatum eodem die, vbi est talis consuetudo, quæ valet, secundum Anton. 3. par. titul. 14. capitul. 16. §. 16. Concilium enim eiusmodi consuetudinem non tollit.

72 Nonò, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes, vt si oculo caret, vel habet nasum & digitos abscissos, vel compactos, vel superfluos. capi. si euangelia 55. dist. non tamen fit irregularis, licet promotus celebret, Pan. in capit. si celebrat, de cler. excomm. ministr. colum. 3. & qui postquam semel à dæmone obsessus, aut morbo caduco in terram elisus, ordinatur. cap. Maritum, & cap. seq. 33. distinct. adiuncta gl. Et qui antequam in hos morbos incideret, ordinatus, postea frequenter eis correptus, celebrat, iuxta gloss. & communem ibidem.

Admoneo te pie lector, quod in Hispano nihil dixi, de verso in insaniam, vel furorem, licet prædictum cap. Maritum. etiam de illo agat, ne iniicerem scrupulos iis, qui ante, vel post ordinationem alienantur à mente per ebrietatem, frenesim, Lethargiam, aut alium morbum, quibus adimendis non occurrit tunc ratio sufficiens, quæ postea in casu cuiusdam nobilissimi viri occurrit, videlicet illud cap. restringendum esse ad eos solos, qui alienantur mente directè & immediatè per inordinationem organi sensuum, non autem, qui mediatè & indirectè, vi morbi, vulneris, iræ, vel alicuius passionis breuis. Quæ declaratio multis viris eruditissimis Illustrissimi ordinis Dominicani placuit.

Decimò, qui excommunicatus ordines quamuis minores suscipit. c. si celebrat de cler. excom. ministr. & fit irregularis si excommunicatio erat maior, cū quo solus Papa dispensat, Pan. & Commun. in cap. cum illorum de sent. excomm. Nec Sylu. verb. dispensatio, q. 10. §. 10. contrarium sentit, quamuis nonnullis ita visum est. Et qui in peccato mortali existens ordines suscipit, aut aliquod sacramentum ministrat. cap. illud 95. dist. Rich. in 4. dist. 24. ar. 4. q. 1. Et etiam si res sacras tangit, vel aliquid aliud tanquam minister ecclesiæ facit suo officio fungès, iuxta mentem Thom. in 4. dist. 5. & 24. & 3. par. q. 64. art. 6. & Syl. verb. ordo 4. q. 2. sed non si eas tangit, ita vt laicus non ordinatus posset, vt si tempore necessitatis baptizat, è terra sacramentum leuat, aut epistolam sine

sine manipulo cantat, iuxta Tho. 3. par. q. 64. ar. 6. per Syl. verb. Baptismus. 3. q. 4. benè defensum.

Vndecimò, qui notatus aliquo peccato notorio depositione digno suscipit 73 ordines ante dispensationem etiam post actam penitentiam. c. fin. de tempo. ord. Diximus, *Notorium*, quia ad hunc effectum, non sufficit esse famosum nec testibus probabile. Notorium autem dicitur quo ad hoc quod est confessum à parte in iudicio, vel super quo est lata sententia, quæ transiit in rem iudicatam: aut est adeo manifestum, vt nulla tergiversatione celari possit, vt est peccatum eius, qui tam publicam habet concubinam, atque maritus uxorem, & publicè filios alit. c. vestra. de cohabit. cler. & mul. & c. fin. de temp. ordi. & etiam illud quod scit euidenter, maior pars populi vicinorum, aut collegij, modo in eo saltem sint decem. Itaque scientia pauciorum quam sex non facit re notoriam, neque sex, quando illi non sunt maior pars illius congregationis, cuius respectu illud dicitur notorium; quicquid dicat Sylu. verb. Notorium. q. 4. §. 4. & alii per ipsum citati contra communem Anton. in d. c. vestra. nu. 31. quem Pan. ibidem nu. 16. & communis ibi & in aliis locis sequuntur. Neque obstat id, quo nititur Syl. scilicet, quod ex hoc sequeretur, nihil posse dici notorium in magna aliqua ciuitate; cum fere nihil agatur, quod maior pars videat; Tum quia multa fiunt tota Ciuitate euidenter vidente, vt observatio festi, tormentorum explosio in ouatione publica, & id genus alia: Tum quia multa sunt in magna vrbe, quæ licet non sint ei toti notoria, sunt tamè talia regioni, vicinæ, aut collegio, quod satis est, vt aliquid notorium dicatur. Dixi, *Depositione digno*, quia ex alijs hic effectus non oritur iuxta Card. in d. c. fin. per exempla illius text. quæ sunt adulterium, periurium, homicidium, & falsum testimonium. Dixi etiam, *Post factam penitentiam*, quia ad excusandum à peccato non sufficit illa sine dispensatione. Sed dubium est, An episcopus, qui cum eo potest dispensare, censetur ipso facto ordinando eum, dispensare. Ad quod respondet Syl. verb. irregularitas. q. 28. affirmatiuè, si talis est eius intentio, licet nullis verbis vtatur. Et idem de Prælato, qui suum subditum ad suscipiendos ordines mittit. Quod quamuis fortassis locum habeat in foro conscientie interiori, non tamen in exteriori. Cum iuxta communem & veram opinionem quæ concilians Inno. in c. veniens. de fil. presbyt. sibi ipsi in c. diuersis de cleric. coniug. tenet, quod inter Papam & Episcopum hoc interest, quod Papa præbès aliquid ei, quem scit iure humano ad id inhabilem, ipso facto, sine dispensationis expressione censetur habilem facere, non autem Episcopus. Cuius diuersitatis ratio est, quod episcopus non potest absq; causa dispensare, Papa vero sic, vt copiosè scripsimus multos referendo. in capi. si quando. pag. vigesima nona. de Rescript. & in Comm. capitu. Non liceat. duodecima quæstione prima. §. tercio. nunc autem addimus ex prædicta ratione sequi, limitandum esse, quod dictum est de Episcopo, vt procedat, quando dispensat circa ius commune, non autem quando id facit circa suam cõstitutionem synodalem, cum dispensatio eius circa eam sine causa facta, valeat.

Duodecimò, qui interdictus ingressu Ecclesiæ, diuinis officiis interest, & si

Man. Nau.

X x

celebrat

celebrat est irregularis. c. Is cui. de sent. excom. lib. 6. cum annot. per Domi. ibi, sed nec est irregularis, nec peccat celebrando extra ecclesiam secundum gl. 2. d. c. Is cui, nec intrans etiam precandi causa, tempore quo diuina officia non peraguntur, iuxta Archid. & communem in d. c. Is cui.

Decimotertio, qui baptizat, quem certo scit esse baptizatum, & est irregularis, vt declaratur infra cap. 27. num. 246. & qui in batismate vngit chrismate veteri eum, qui erat extra mortis periculum. cap. Si quis de alio, de cons. dist. 4. & qui celebrat aduertens, sumpto aliquo cibo vel potu post mediam nocte c. Liquido. de cons. dist. 2. etiam pro medicina, iuxta Tho. recep. 3. part. q. 80. ar. 8. Dixi, *Aduertens*, quia secus si non aduerneret ante missam inchoatam, licet aduerneret post eam coeptam, etiam ante consecrationem, & eam sine scā, dalo non posset imperfectam relinquere, iuxta Ang. verb. Eucharistia 2. §. 6. & Syl. verb. Eucharistia 2. §. 7. dicentes idem esse de illo, qui post inchoatam missam meminit se suspensum, excommunicatum, vel irregularem esse, nec ob id nouam irregularitatem incurrit.

76 Decimoquarto, qui aduertens ante missam inchoatam, se esse in peccato mortali, eoque non prius confesso celebrat, per dicta supra c. 21. nu. 49. Dixi, *Aduertens &c.* quia aduertens post inchoatam non debet a missa desistere, etiam si absque scandalo posset, debet tamen illud ante secretam confiteri si sine scandalo facere potest, sin minus, contritus, missam perficiat, vt Syl. resoluit, in d. §. 7.

32 Decimoquinto, qui notorius concubinaris, aut fornicarius, ante penitentiam celebrat, & fit irregularis, quia est suspensus ipso iure. c. prater. 31. dist. 3. saltē donec penitentiam agat. c. Si qui sunt. 81. dist. & qui suspensus celebrat, est irregularis. c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. Idem est de Diaconis & Subdiaconis, c. si quis. 81. dist. & d. c. prater, & etiam de initiatis solis minoribus ordinibus, si aliquem actum sui ordinis proprium exercent, iuxta Archid. in d. c. prater. §. Hęc de malis, & Card. Turrecr. in d. §. verum. In qua irregularitate solus Papa dispensat secundum eosdem. Dixi, *Notorius*, quia non sufficit ad has penas incurredas, quod sit infamatus, vel probari possit esse talis, quamuis mortaliter iuxta omnes peccet. Dixi, *Ante actam penitentiam*, quia post actam celebrans, aut sui ordinis actum exercens, quamuis peccet mortaliter celebrando sine dispensatione. cap. fin. de temp. ordin. vt alii peccatores notorii peccatis dispositione dignis notati, nouam tamē irregularitatem non incurrit, quā ante actam penitentiam celebrando incurreret, super qua solus Papa dispensat, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notorium inducit, super qua Episcopus dispensare potest, vt expressius aliis resoluit Ioan. Imol. in c. 1. col. 4. de Iudic. Dixi, *Concubinaris, aut fornicarius*, quia quo ad effectum incurrendi suspensionem a sacramētis, & excludendi ab officiis diuinis idem est de fornicario vago, qui cum aliis, atque aliis se permiscet, quod de eo, qui vnam concubinam habet, Sylu. verb. Concubinaris, §. 1. Est autem non mediocre dubium inter recentiores, An qui audiunt missam publici concubinari mortalter peccat. Ad quod resolutori dicitur tria, Primum, quod peccant illi, quorum

rum auditio est causa, vt illi eam dicant, & sine iusta causa eam audiunt, quia mortale peccatum est præbere causam mortaliter peccandi, sine iusta causa, vt dictum est supra capi. præced. num. 13. Quo fit, vt prudentiæ sit potius commendare missam sacerdoti bono, quam malo. Tum quia commendare illi est aliquale peccandi periculum, commendare autem huic, nullum. Tum quia licet quo ad essentialia missæ, s. continentiam realem corporis, & sanguinis Domini, & quo ad effectum operis operati pares sint missa boni sacerdotis, & mali. ca. p. intra. 1. q. 1. quo ad tamen preces, & effectum operis operantis, multo melior, & efficacior est missa boni, quam mali, secundum omnes, vt dixim⁹ in Enchirid. de Orat. & hor. Canonic. siue Rep. c. quando. de conse. dist. 1. c. 19. num. 59. & cap. 20. nu. 67. Secundo, quod qui probabiliter ignorat legē prohibentem, ne quis missam concubinari notorii, aut fornicari audiat, nō peccat, quia ignorantia probabili iuris positiui excusatur. cap. 2. de consti. Neque confessarius tenetur ad docendum eam penitentem, imo imprudentiæ esset id facere, vt ait Gab. in 4. dist. 13. q. 1. dub. 4. & Ros. verb. Clericus. 3. §. 2. quod nostra sententia intelligendum est, quando considerata qualitate penitentis, & clerici, illa admonitio, nihil prodesse crederetur. Tertio, quod scientes, aut scire debentes prædictam legem, peccat mortaliter audiendo eam: Tum per cap. præter. c. nullus, 32. dist. c. si qui sunt, cum multis aliis, §. 1. dist. c. vestra. de cobab. cleric. & alia multa; Tum quia Tho. in quodl. 1. r. ar. 8. cum omnibus fere antiquis hoc tener, & Card. Turrecrem. in multis locis, præfertim, in dictis cap. præter. & capit. nullus, & si qui sunt. Addens, se dignissimam sententiam, in d. c. præter, s. quod mortui in eiusmodi peccato, non sunt in loco sacro sepeliendi. Quod norandum est contra eos, quibus morientibus candelā in manu tenendam tradunt concubinæ. Tum quia idem asserit Pan. cum cōmuni, in d. c. vestra, & alibi sæpe, & communis Theologorum. in quarta dist. 9. quicquid dicat Gab. vbi sup. & Maio. in d. dist. 9. & Adria. in 4. de Sacram. Eucharist. col. 3. cum aliis quibusdam.

Decimosexto, qui sacrificat extra locum sacrum. de consecr. dist. 1. c. Missarum, & quamuis ante Concilium Trident. de licentia Episcopi, vt in Hispano dixi, celebrari poterat extra illum, super ara sacra portatili aliis necessariis interuenientibus. cap. concedimus. de consecr. dist. 1. post illud tamen, non licet Episcopis, illud concedere, per decretum eius sup. num. 68. descriptum. Nec ipse Papa eam concedit, saltē non episcopis, etiā in vrbe morantibus, neq; aliis quā Cardinalibus, licet nobis in singulare beneficiū ea data sit, cuius concedendi pars magna fuit Illustrissimus & Reuerendiss. Cardinalis Iacobus Sabellus S. D. N. Vicarius, generis Sabellorum antiquitate, reconditæ prudentiæ, & 82 immotæ in recto constantiæ, aliisq; nominibus Vrbi, & orbi gratissimus. Credimus autem, quod sicut de licentia. d. capitu. concedimus, poterat ante prædictum Concilium celebrari, propter necessitatem sine licentia episcopi, ita posset etiam hodie, quia non videtur, quo ad hoc esse illi derogatum per concilium, & consequenter ei adherendum, arg. 1. præcipimus. C. de Appel. Quod est notandum pro terris, in quibus frequentissimæ supplicationes fiunt,

ad aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur: & pro primitiis seu primis missis sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam ecclesia capere non potest, solet conuenire. Multò minus autem posset dari licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effusio sanguinis timeri posset, etiam urgente quauis necessitate, Anto. 3. par. titu. 13. c. 6. §. 4. per quod ipsum decretum videtur sublatum priuilegium Prædicatorum, & Minorum, in quouis loco honesto celebrandi, allegatum per Ang. verb. Missa. §. 39. cuius in Hispano meminimus.

§ 3 Decimo septimò, qui in ecclesia interdicta celebrat, & est irregularis, & qui in polluta sanguine, vel semine, sine irregularitate. c. Is qui, in princ. & §. 1. de sent. excom. lib. 6. & qui scienter, aut per ignorantiam crassam celebrat super ara enormiter fracta, aut non consecrata, aut in consecrata, quæ hostiam & calicem, quo celebrat, non capit, capit. i. cum ei annot. de consecr. eccles. Dixi, *Enormiter*, per c. quod in dubiis eod. tit.

Decimo octauò, qui ante recitatas horas matutinas celebrat, quia est contra consuetudinem generalem Ecclesie, nisi incidente aliqua repentina necessitate, ad vitandum graue aliquod damnum aut scandalum id faciat, Syl. verb. Missa. q. 6. Ante tamen recitatam primam celebrari potest, nisi esset consuetudo, vel constitutio contraria, quæ & si esset, intelligenda foret, de missa maiore, & recitatione in choro, & non de alia, secundum Ang. vbi sup. §. 1. Et Sylu. vbi sup. Nec quicquam obest cibus & potus sumptus post matutinas preces recitatas ante mediam noctem, modo post eam nihil sumatur, iuxta Adria. in 4. de Euchar. col. 27. & alios, quos retulimus. in c. Liquido. de consecr. dist. 2. Et qui sine omnibus vestibus sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro, sal-

§ 4 tem continente canonem, scilicet. Te igitur, vsque ad communionem, celebrat, iuxta Anton. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 6. & direct. lib. 1. tit. 7. §. 55. etiam si festum vrgeret, iuxta eundem ibidem, etiam si aliter mortem vitare nequeat, secundum Caietan. 1. secun. q. 96. ar. 4. quod nobis satis durum videtur, licet si celebrat, non est irregularis, & potest loco cinguli stolam longam adhibere, & loco stolæ manipulum longum, iuxta Palud. in 4. dist. 13. q. 2. col. 5. Quinetiâ cingulum non benedictum adhibere potest, iuxta Rich. in 4. dist. 13. q. 4. ar. 3. & Scot. in 4. dist. 13. q. 2. quia cingulum, & calcei, secundum ipsos benedici non solent. Contra quos facit, quod etiam pro eis benedictio in Pontificali nostro reperitur. Hæc autem benedictio ad Episcopum spectat iure communi. Priuilegio autem Papæ, ministri, & Prouinciales fratrum Minorum, possunt benedicere corporalia, & iidem & custodes, & Guardia ni alia ornamenta pro suo ordine, & pro monialibus S. Claræ, & Tertij ordinis, & non pro aliis, Compend. Priuileg. verb. Benedicere.

§ 5 Decimo nonò, qui sine aqua aut lumine celebrat. c. fin. de celeb. Miss. Et qui consecrat in pane fermentato, aut corrupto, ita vt substantiam panis perdat, Richar. in 4. dist. 11. ar. 2. q. 2. ad 1. & q. 5. aut in omphacio, aut in vino adeo acido, aut adeo lymphato, vt substantiam vini amittat, & consecratio nulla est Dixi, *Substantiam amittat*, aliàs secus, idem in 4. dist. 10. Et qui solum vinum

sine

sine aqua consecrat, licet valeat consecratio, cap. 1. & 2. cum glo. Arch. Cardin. & commun. de consecr. distinct. 2. Et qui noctu ante lucem celebrat, iuxta omnes, excepto Episcopo, secundum Palud. in 4. distinct. 13. quæst. 2. conclus. 2. artic. 2. post gloss. cap. fin. de Priuileg. lib. 6. Quæ quamuis nulla ratione firma videatur niti (vt aliàs hic, & in cap. nocte sancta, de consecratione distinctio. 1.) quia tamen vt audio, vsu recepta est, defendi posse videtur, ob Episcopi prærogatiuas, quas gloss. prædicta refert, & quia etiam vt nos vidimus Tholosæ ab hinc sexaginta circiter annos in Gallia Aquitanica, vbi omnes fere quotidie audiebant Missam, quo operarij, filij & famuli eam audirent, longe ante lucem incipiebant fieri Missæ. Quod ipsum & in Gallia Belgica etiam nunc fieri audio, & meus frater in Christo Simon Magnus Ramlotæus I. V. D. nõ solum humaniores literas, sed etiam iura diuina, & humana egregiè callens, qui mihi hoc Manuale recognoscenti, & prælo mandanti, in scribendo, corrigendo, & aliis multis egregiam nauat operam, vnà cum Francisco Ramirio cognato meo, ingenio, modestia, fide & secreto singulari, testatur esse in patria sua aliquot sacella ea lege donata, vt missæ longè ante lucem pro famulis, operariis, & viatoribus dicantur. Quem vsu, difficile puto relictum iri, etiam post receptum Concil. Trid. iubès horis tantum debitis celebrari. Nam & de Episcopi, aut alterius superioris licentia, propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectum Eucharistiæ eam ante lucem dici posse, ait Anton. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 4. quem Ang. Syl. & posteriores sequuntur. Imo & nostra sententia in tali casu etiam sine licentia Episcopi absentis, arg. cap. quod non est, de reg. iur. Est etiam communiter illicitum celebrare post præteritam notabiliter horam sextam, secundum Io. And. in c. 1. de celebr. miss. communiter receptum, sed, nostro iudicio, minus bene. Tum quia non est textus neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi sine scandalo potest, facere eam ante nonam. Tum quia est oblatio & sacrificium incrutèum a sacerdote in persona CHRISTI oblatum, & idem quod ea hora ab ipso met CHRISTO fuit oblatum cruetum, quod quædam prima missa fuit, vt copiosè probaui in c. solent, de consecr. distinct. 1. & breuius in præfecto Enchi, siue rep. c. quando. eadem distinct. cap. 3. num. 44. & frequenter id feci, præsertim diebus festis, vt ego & mei iter facientes, & post meridiem peruenientes ad loca intenta satisfaceremus præcepto. Cui consequens est, priuilegia de dicenda missa circa vel post meridiem, continere ius commune, & tantum prodesse ad sedandos animos scrupulosorum, qualia esse etiam alia multa diximus in d. cap. quando, cap. siue notab. 3. nu. 57. & cap. 19. num. 84.

Nec videtur obstare prædictum decretum, sess. 22. quatenus prohibet, ne sacerdotès alijs horis, quàm debitis celebrent, quia id intelligendum est de horis ante lucem, vel post nonam, qua prædicta oblatio CHRISTI consummata fuit, nam & in quadagesima dici debet post nonam, quam constat esse tertiam post meridiem, & horam cenandi in die ieiunij, vt docet Thom. 2. sec. quæstio. 147. articu. 7. consequenter videntur sublata priuilegia Sixti III. Innocen. V. & Leonis X. de dicenda missa ante horam legitimam, quorum tenores

Man. Nau.

Xx 3

in

in Hispano hoc in loco relatos prætermitto.

Ad nouè quæsitum de presbytero non potète finire missam cœptam, Resp. Primò, quod potest relinqui imperfecta, si non erat facta consecratio, quia c. nihil, quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectum, intelligitur sine iusta in id causa. Nam in c. 27. nu. 34. dicitur missam cœptam relinquendam etiam superueniente excommunicato, qui nolit abesse. Secundo, Quod si facta sit consecratio; est perficienda per alium ieiunium, qui continuabit eam à loco in quo alter reliquit d. c. nihil, vel per non ieiunium, si deest ieiunus, quia maioris momenti est præceptum, de missa post consecrationem per alium presbyterum perficienda, quod est diuinum, aut diuino proximum c. comperimus, & c. relatum de consec. dist. 2. quam de communicando ieiunè, quod est humanum. c. liquido ead. dist. Tertiò, quod quamuis nec prædictum c. nihil, nec ei concordantia præcipiant, vt alius presbyter eiusmodi casui præfens, teneatur illam perficere, arbitror tamen teneri etiam si non esset ieiunus, debereque se vestire sacras vestes, & concipere contritionem, & confiteri, si opus foret, & copia id faciendi adesset: Tum ad euitandum scandalum, quod ex ea imperfecta oriri posset; Tum ob conseruandum tanti sacramenti honorem, ad quod longè magis tenemur, quam ad seruandas fortunas proximi, quas tamen, si sunt notabiles, præcipimus seruare, saltem quum commodè possumus, per citata in Commen. c. non in inferenda 23. q. 3. & redacta in summam cap. præced. a num. 15. Quartò, quod non est tamen perficienda per laicū, nec per clericū presbytero minorè, quia nō potest, ar. c. 1. §. si. de sum. Tri. 87 Vigesimo, qui pluries quam semel eadem die celebrat, ca. consuluiti, de celebr. miss. c. sufficit. de consec. dist. 1. (per quod probatur rectè dici facere missam, quod moneo, ne quis mali consulat eam phrasim, qua interdum vtor, & grauitèr vtitur Illustrissimus Cardinalis Sabellus, in edict. refor. clericorum) nisi in septem casibus iuxta Palud. in 4. distinct. 15. quæst. 2. & S. Anton. 3. part. 13. c. 6. §. 4. Primus die Natiuitatis in quo tres dici possunt, d. c. nocte, quarum dicendarum optimus modus videtur, vt prima, media nocte: secunda, diluculo: tertia, hora tertia dicatur, quamuis etiam bene dicatur interdiu omnes tres, sine intercapedine, aut cum ea, sed ante lucem non potest dici rectè nisi vna: vt post Angel. verb. Missa. §. 40. & Sylu. verb. Missa. 1. quæst. 6. & 7. diximus in d. c. nocte. Secundus casus est quando superuenit dicta iam missa aliqua persona notabilis, veluti episcopus, quem singulis diebus decet eam audire, vel dicere. d. cap. fin. de Priuil. li. 6. Et eadem, vel maiori ratione, cum superueniunt peregrini etiam si non sint tanti status, si præcepto illo die ad audiendam missam teneantur. Tertius, Cum repente post dictam missam corpus defuncti occurrit sepeliendum, & consuetudo habet ne sepeliatur sine missa, quando ea celebrari potest. Quartus, quando aliquis ita ægrotat, vt communicare necessariò debeat, & non est Eucharistia. Quintò cum quis præest duabus ecclesijs vnitis duabus missis indigentibus, & non est alius, qui alteram dicat. Sextus, ob nuptiarū benedictionē. Septimus, cū occurrit causa, quæ iuxta videatur ad hoc arbitrio boni viri per c. consuluiti, Quod habet licitum esse celebrare

brare pluries, quam semel urgente necessitate. Notandum tamen quod neque in prædictis casibus est licitum, si sacerdos, qui semel celebrauit, non est ieiunus, etiam si nihil præter solitam calicis purificationem sumpserit, neque si iā eodem die duas dixit, excepto die Natiuitatis, neque si adsit alius sacerdos; qui possit, & velit illam missam necessariam dicere, iuxta communem prædictorum. Notandum est etiam omnibus diebus missam dici posse, cap. visum, de consec. distinct. 1. exceptis feria sexta & sabbatho hebdomadæ sanctæ, cap. sabbatho, de consec. distinct. 3. nec obstat consuetudo, quam contrariam in sabbatho sancto videmus, quia missa, quæ nunc in illo dicitur, non est eiusdem dici, sed noctis resurrectionis, quamuis eam paulatim imbecillitas humana, tanti ieiunij impatiens, ad horam reliquarum retraxerit, vt significat collecta, quæ incipit. *Deus qui hanc sacratissimam noctem*, &c. & in prædicto Enchirid. siue Manuali de Orat. siue repet. ca. quando, de consec. distinct. 1. c. siue notab. 3. nume. 43. probauimus. In sexta vero feria, nec dicitur, nec dici debet, nec publice, nec secreto, sed solum suscipitur hostia, quæ ex præcedenti die consecrata remansit. At in diei ouis sancto, aut feria quinta eiusdem hebdomadæ, & publice & secreto dici potest, quia id nullo iure prohibetur, imò dictum ca. sabbatho, bene ponderatum, permittit, licet illo die fere omnes a celebrando abstineant: alij ob defectum commoditatis, quia in illo die Sacristæ altaria denudant, alij quia falso putant, non licere, alij ob auditionem confessionum.

Vigessimoprimum, qui presbyter non celebrat sine iusta causa saltè ter aut quater in principalibus festis anni, in quibus laici religiosiores communicare solent. Thom. 3. part. quæst. 82. artic. 10. & Rich. in 4. distinct. 13. artic. 2. vt latius tradimus. in d. Manual. de Orat. siue repet. c. quando arg. c. dolentes, de celebr. miss. etiam si non habeat curam animarum, nec alia ratione, quam presbyterij sit obligatus. Quin Concilium prædictum sess. 213. ca. 24. iubet Episcopis curare, vt presbyteri saltem dominicis, & festis solennibus sacrificent, & qui curā habent animarum, tam crebro, vt muneri suo satisfaciāt. Per quod tamen ante præceptum episcoporum, non vñ presbyter teneri pluries ad missam, quæ ante conciliū, quū id nō præcipiat, sed tm curā ad id cogēdi episcopi committat. Vigessimusecundò, peccat is cuius negligentia sanguis in terra, aut altari effunditur, & quid sit tunc faciendū statuitur. in c. si quis per negligentiam, de consec. dist. 2. in hæc verba. *Quod si stillauerit in terram lingua lambatur, tabula radatur, si non fuerit tabula, vt non conculcetur locus corradatur, & igne consumatur, & cinis intra altare condatur, si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, si super linteam, linteamina quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur*, Ex quo inferitur non debuisse cremare ob hoc quædam corporalia pretiosa, amicum cuiusdam, qui è longinquo, me super hoc consuluit.

Vigessimumtertium, qui reliquias sacramenti, quæ in calice aut in patena remanent quamlibet exiguas, post ablutionem sumit, iuxta mentem Palud. in 4. distinct. 9. q. 1. in fi. & Ros. verb. Eucharistia 3. §. 13. quod est verum si ex intervallo id faciat, secus, si incōtinenti, vt neruose pbat Caie. 3. tom. de celeb. miss. q. 1.

quia quæ incontinenti fiunt ineffe videntur. l. lecta. ff. de Reb. cred. quare, quas ex interuallo inuenerit, custodire debet, in alterum diem sumendas, aut certe ministrare eas alicui ad communicandum disposito, iuxta eosdem. Porro, humor in calice remanens post sumptionem sanguinis, quoad omnino exsiccat, magna cum reuerentia tractandus est, quia ibi est sanguis D. N. I. E. S. U. C. H. R. I. S. T. I., & ideo prima ablutio facienda est vino, & summa cum reuerentia sumenda. cap. ex parte, de celeb. miss. & quamuis post sumptionem corporis, & sanguinis aliqua particula hostiæ in ore remanserit, licet potest sumi ablutio, licet ea prius deglutiatur, quin & toties potest sumi quoties opus fuerit, ad hostiã deglutiendã, quod decentius videtur, quã ad id, digitum ori inferre secundum Rosel. verb. Eucharistia 3 §. 22. Sly. eo. q. 8. & si sumpto sanguine, aliquid hostiæ in calice manserit, debet eã digito ori calicis admouere, & ante infusionem vini sumere, iuxta Scot. in 4. dist. 8. q. 3. decentius tamen videtur, quod Ang. dicit verb. Missa §. 20. & Syl. verb. Eucharistia. 2. q. 9. & Eucharistia 3. q. 8. quodque ego soleo facere, s. vt vinum infundatur, & simul cum particula hostiæ sumatur, argum. d. l. lecta. ff. si cert. petat. & l. continuis. ff. de verb.

90 Præterea notandum, quod cum post hostiam sumptam, volens sumere sanguinem aduerterit, nihil, vel solam aquam esse in calice, debet secundum Scotum. in 4. dist. 8. accedere ad cornu altaris, quasi ablutionem accepturus, & sumptum pro vino & aqua, vel solo vino, cum aqua, quæ remansit in calice redire ad medium altaris, & ibi consecrare, incipiens ab illis verbis, Simili modo &c. prosequens vsq; ad illa, Vnde & memores, &c. aliis prætermisissis, ne populus propter moram errorem intelligat, sanguinem Domini cum reuerentia percipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi, Quæ praxis videtur præstare praxi Thomæ, qui in 3. par. q. 83. art. 6. censuit quod deberet alteram hostiam non consecratam, cum nouo vino aqua mixto sumere, & incipiens a verbis, Qui pridie, consecrare sub vtraque specie, & missam in fine vsq; prosequi, perinde ac si alteram hostiam non consecrasset, nec sumpisset, neq; aquam calicis degustasset. At si is cui hoc contingit, ignorat præceptum ecclesiæ: quo qui celebrat tenetur sub vtraque specie consecrare, & sumere, c. relatum. de consec. dist. 2. aut inopinato casu perturbatus non suscipit, nec consecrat vinum, non peccat ob id mortaliter, iuxta Adr. in 4. de sacram. Eucharistia. col. 23. Subnotandum item, quod qui multas hostias consecrandas accipit, & memor tantum illius, quã manibus tenet, verba consecratoria profert, omnes consecrat. Quia quãuis non habeat intentionem actualẽ eas consecrandi, habet tamẽ virtualẽ manantẽ ex actuali quã habuit consecrandi eas, quando accepit consecrandas, Scot. in 4. dist. 12. & Ang. verb. Eucharistia. 1. §. 27. Pan. cum communi in c. sacerdos. de offic. ordin.

Vigesimoquarto, qui aliquam pecuniã accipit, ad per se vel aliũ dicẽdas missas, & facit eas ab aliis dici, aliquid sibi retinẽdo de pithantiis pro eis tradẽdis, secundum Maio. in 4. dist. 45. q. 3. contrariũ tamẽ sentit Sot. lib. 5. ar. 1. de iust. & iur. Nobis vero videtur, quod opinio Maioris procedat, quando qui pecuniã accipit, non habet yllum officium, ob quod lex aut consuetudo aliquod illi stipendiũ pro eiusmodi cura, ex qua; pithantia missæ constituit, impendit

lis eo.

sis eorum, qui eas dicere debent. Quia licet omnes sibi commissas dicere faciat, non tamen quantum debet, eas dicentibus persoluit, & sic iniustitiam committit. Soti vero, quando est persona, quæ officium præfato modo habet, & etiam quando qui dat pecuniã, dat plus quam ad salaria ordinaria sufficit, cum voluntate saltem tacita, vt quod superest retineat sibi pro cura, & industria, quam ei rei impendit, arg. c. scienti & cõsentienti non fit iniuria, de reg. iur. lib. 6. Cuiusmodi videtur esse aliquot parochi, & sacristæ, quibus cõsueuerunt cõmendari missæ dicẽdæ, & tradi eleemosinæ pro eas dicturorũ pithantiis.

92 Vigesimoquinto, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo non applicat ei totam illam eius partem, quam tenetur ei applicare, Tũ quia vt diximus in Enchirid. de Orat. siue repet. c. Quando de consec. dist. 1. c. siue not. 20. num. 77. & in c. visum. ead. dist. & c. Non mediocriter. de consec. dist. 5. & infra eod. num. 111. vna missa pro multis dicta non tantum valet cuiilibet eorũ, quantum valeret dicta pro eo solo: Tum quia secundum Scot. pulchrè quodl. 20. hac de re differentem, triplex est valor missæ. s. generalis, qui debetur toti ecclesiæ iuxta intentionem illius; medius, qui ei pro quo dicitur, & specialis, qui dicitur: & ita, qui totum generalem non applicat toti ecclesiæ secundum ordinationem eius, & qui non applicat totum medium, ei pro quo dicit, peccat, quia iniustitiam committit, quamuis valorem specialem sibi debitum, iuste possit applicare sibi vel alii cui voluerit, siue addat plures collectas, quam debeat, siue nõ, iuxta Maio. in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. cui consentit ibidẽ V. uend. ad 4. Gab. licet repugnare videatur in hoc vltimo Scoto, vbi supra, quæ tota est doctrina singularis, vsu ecclesiæ merito recepta, quicquid Thom. 3. par. q. 79. ar. 5. & post ipsum Syl. verb. Missa. 1. q. 9. & Gaiet. in opus. tom. 3. q. 2. de celeb. miss. & nonnulli alii tenuerint, non sine aliqua occasione mali, quod inde aliqui nostris temporibus arripuerunt. Tum quia qui tenetur ad dicendam vnam missam alicui, siue quia liberaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicenda pithantiam accepit, non satisfacit illi, eam etiam pro alio dicendo, nisi ille tacite aut expresse consentiat, vt vbi supra cum cõi diximus. Tum quia, paupertas dicentis non sufficit vt pro vna missa duæ pithantiæ capiantur, quamuis Sot. lib. 9. q. 3. ar. 1. de iust. & iur. contra minus benè teneat. Tũ quod nullo ad id textu, rone, vel alio authore fulcitur: Tũ quod ipsemet ait in eo. ar. q. qui hêt vnde sustentet, duas pithantias pro vna missa accipere nõ potest, & paupertas dicentis nõ tollit iustitiã, nec debitũ alteri, arg. c. ex tenore, de for. cõpe. & c. Deniq; 14. q. 5. Tũ quod ecclesia nõ instituit missas ad alẽdos pauperes clericos, imò sanxit, vt nullus pauper ordinaret. c. Nõ liceat. c. Eps. c. Tuis. & c. Cũ secundũ, de præb. & qui ordinatus in paupertatẽ inciderit, aliqua arte, siue agricultura, sibi victũ quærat. c. Clericus victũ, 91. dist. Tũ quod non obstat illud prior. ad Corint. 9. Quis altari seruit, de altari vimat, per ea, quæ de intelligẽtia illius diximus. in d. c. Cũ secundũ. & quia quilibet sacerdos plus in aliis, quàm in dicẽda missa ecclesiæ seruit, siquidem vt minimum horas canonicas recitat. capit. 1. Cũ ei adnor. de celebrat. miss. & ideo non tenetur ei victum præbere solus ille, pro quo celebrat, & quia quælibet pithantia dari solita communiter sufficit pani, & vino emen-

no emendis, quibus solis, quinimò paucioribus, multi laici etiam coniugati sustentantur, tota die laborantes. Ex his infertur responsio ad nouè quæsitum, scilicet, quod neque parochus, neque aliquis alius qui tenetur dicere missam pro vno, satisfacit dicendo pro illo & alio, nisi de consensu eius pro quo tenetur expresso vel tacito, qualis colligitur ex consuetudine seruata in parochia, vt parochus dicat missam publicam de defunctis pro parochiano defuncto sepeliendo, vt sentit Scot. in d. quodl. art. 2.

- 93 Vigesimo sexto, qui excommunicatus, interdictus, aut suspensus suspensione maiore, aliquem actum particularem, & propriè siue specialiter ad suum ordinem pertinentem exercet, & est irregularis, in quo solus Papa dispensat. c. Is cui, de sent. excomm. lib. 6. cum moderatione adhibenda infra cap. 27. num. 244. & seq. Et qui missam, aut alia diuina officia celebrat, in loco non interdicto, coram personis interdictis, & est ab ingressu Ecclesiæ suspensus, cap. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & si stante illa suspensione celebrat, fit irregularis, d. cap. Is cui. Quod quantum ad suspensionem & irregularitatem intelligendum est de exempto à iurisdictione ordinaria, & non de non exempto; quia c. Episcoporum, quod de hoc loquitur, non comprehendit non exemptos, iuxta opinionem Arch. ibidem receptam per domin. Perus. & Io. Colon. & Villadiego, de irregular. colum. 7. & Cald. conf. 4. de sent. excom. quo nonnullos consolari sumus, quamuis S. Ant. 3. par. tit. 15. cap. 1. & aliqui Summistæ sequantur glo. eiusdè c. quæ oppositum tenet, non perpendentes Io. And. eius auctoritatem, super eadem gl. postea ob multas rationes, tenuisse quod à nobis dicitur.
- 95 Vigesimo septimo, qui clericus vnius ecclesiæ clericos alterius ad diuina officia tempore interdicti generalis admittit, iuxta opinionem Arch. in c. alma, de sent. excom. lib. 6. quam obseruari in Gallia vidimus. Cuius tamen contrariam Io. And. quæ in tota Hispania obseruatur, veriore iudicamus.
- Vigesimo octauo, qui interdicta generalia aut particularia (de quibus in c. 27. dicitur) non prout debet obseruat, & qui aliquem excommunicatum, aut nominatim interdictum, aut manifestum vsurarium sepelit, & est excommunicatus. Clemen. 1. de sepul. de quo c. 27. à nu. 168.
- 96 Vigesimo nono, qui non habens ad id facultatem, scienter, aut per ignorantiam crassam, confessum a casibus & censuris, à quibus non poterat, excepto mortis articulo, absoluit, sed irregularitatem non incurrit, nec aliam censuram, tenetur tamen monere sic absolutum, si commodè, & sine scandalo potest, Syl. verb. Confessor 3. in princip. & qui commutat vota, aut in eis absque auctoritate dispensat, vt dictum est. c. 12. nu. 72.
- Trigesimo, qui clericus ordinis sacri, aut beneficiarius, monachus, aut monachus deputatus ad chorum, omittit, vel vult omittere per totum diem horas canonicas, aut aliquam partem notabilem earum, aut notabiliter malè eas recitat, sine proposito iterum recitandi, absque iusta causa, aut absque attentione necessaria. Quia vt probo Enchirid. de Orat. siue in repet. capi. quando de conse. dist. 1. cap. Siue notab. 7. nu. 2. & 5. hæc tria hominum genera tenentur ad legitimè recitandas omnes horas canonicas singulis diebus. arg. cap. 1. de celebr.

de celebr. missar. & cap. fin. 92. dist. adiuncta ratione forti S. Anton. qua probat, ad id teneri monachos. Dixi, ad chorum, qui enim profiteretur ad alia obsequia, extra chorum, puta bellica, vel ad alia opera seruilia, non tenetur ad illas, sed ad alias illarum loco, eis ab ordine statutas. Dixi, Omittit, vel vult omittere, quia toties peccat mortaliter, quoties id facit vel deliberat id facere, argum. supradictorum. in c. 1. r. à nume. 2. Dixi, Per totum diem, quia licet peccet quia eas non recitat, etiam priuatim, extra, aut intra ecclesiam horis debitis sine aliqua causa, (vt probamus, in Enchirid. siue repet. d. c. quando cap. siue not. 3. num. 45. per Clem. 1. de celebr. miss. & per c. 1. eod. titu. vbi Io. And. id sentit) non tamen mortaliter si ante mediam noctem eas dicat, vt post S. Anto. 2. part. tit. 9. cap. 12. §. 3. & 5. probamus in d. cap. quando, not. 3. num. 98. addentes, Primo, melius esse anticipare illas, quam postponere, quâdo per occupationem debitis horis, dici nequeunt, quia illud prouidentia, hoc negligentia videri potest. Secundo, Non esse peccatum, imò meritum, propter honestas occupationes, matutinas horas vespere præcedenti recitare, & mane vsque ad nonam inclusiue, & post meridiem reliquas simul argum. cap. 1. de celeb. miss. Quia vt ait ipse Thom. quodl. 5. articu. 28. melius est anticipare laudes Dei, & postea alium actum studiosum agere, quam vnum per alterum impedire, quamuis anticipans, vt voluptuosius mane dormiat, venialiter peccet, argum. c. Clericus 1. 91. dist. Dixi, Partem notabilem, quia omittere partem, puta, vnam dictionem, aut partem versus, etiam sine voluntate repetendi, non est plusquam veniale, modo ne ob contemptum aut cum notabili scandalo omittatur, per dicta in d. Enchiri. siue repet. c. Quando, c. siue, not. 10. nu. 18. in fin. & num. 13. & sup. cap. 1. à num. 2. quicquid sentiat S. Anto. 2. part. titu. 9. capit. 12. §. 3. Dixi, Sine proposito supplendi, quia cum eo, ne veniale quidem est, aliquam partem notabilem cum aliqua causa omittere, veluti obstussum, colloquutionem aut responsionem ad aliquam rem necessariam recitando cum aliis non expectantibus. Dixi, aut notabiliter male recitat, propter eos, qui toties contrahunt syllabas, dictiones deglutiunt, & suos versus incipiunt, antequam ij, quibuscum recitant, suos absoluant, quod est graue peccatum, & omnium, quæ in heris recitandis, & cantandis admitti vidi frequentissimum: & propter eos qui recitant cum iis qui toties hoc faciunt, vt iudicio boni viri fiat notabilis confusio: ij enim mortaliter peccat, quamuis qui parum, non nisi venialiter, per dicta in d. cap. Quando, capit. Siue not. 10. nu. 11. per clem. 1. de celeb. miss. & c. Dolentes, eod. tit. & in statutis Ecclesiæ Gallican. tit. Qualiter horæ. Dixi, sine proposito eas iterum recitandi, quia qui cum eo recitat, & postea iterum eas repetit, non peccat mortaliter, vt faciebant quidam amici mei, qui moniti à nobis, quod non satisfaciebant recitando cum prelati, & aliis balbutientibus, & versus notabiliter anticipantibus, verentes eos monere, ne suos versus anticiparent, excusabant se, dicentes se sic recitare cum proposito iterum bene recitandi. Non etiam peccat mortaliter, qui per obliuionem, aut inaduertentiam aliquam horam, aut eius partem notabilem omittit, aut horam quam prius recitare debet, posterius recitat, veluti qui prius

prius tertiā q̄ primā, aut prius aliquē psalmū, hymnū, aut lectionē posteri⁹ di-
 cēdā, Imo nec tenet ad ea iterū recitāda, neque parte omīssa suppleta, ad pro-
 sequendum omnia quæ postea dixit, satis enim est supplere per obliuionem,
 aut inaduertentiam omīssum. Palu. in 4. dist. 1. q. 5. ar. 2. conclus. 5. Dixi, *Sine*
 100 *causa iusta*, quia sunt etiam aliquot excusantes. Prima infirmitas eiusmodi ob-
 quam directē vel indirectē, precum recitatio infirmo noceret; iuxta Innoc. &
 Host. in c. 1. de celeb. miss. quod videtur intelligendum de documento notabi-
 li quod sequeretur non solum recitando horis debitis, sed etiam ante vel post
 illas, vsque ad mediam noctem, & etiam recitando cum socio si eum haberet,
 & aliās non, vt diximus vbi sup. not. 11. nu. 1. inferentes febrim, quæ statis ho-
 ris recurrit, non excusare illum ante vel post illas, commodē dicere valentē,
 nec consequenter febrim quartanam, aut aliam leuē Host. in d. c. 1. de celeb.
 miss. nec aliam, quæ non impedit colloquia grauiā, & negotiorum, ac rerum
 grauium ordinationem, vt dixi in d. c. siue no. 11. n. 4. & 5. Quo fit, vt arbitret
 multos nimis facile se excusare. Equidē ipse, nō sum ausus excusare me ob egri-
 tudinē a pronuntiādis horis, nisi vno vel altero die spatio 70. circiter annorū:
 quibus recito, licet quinquies cōclamar⁹ fuerim. Porro, vt nō est opus repe-
 re post ægritudinē horas in illa omīssas iuxta Inno. & Host. receptos, in d. ca. 1.
 ita non est opus eas ab alio recitante audire ægritudinis tempore, Palu. in 4.
 dist. 1. q. 5. ar. 2. concl. 1. Nec aliud sentiunt Inno. & Host. in d. c. 1. Quicquid
 dicat Gerar. de assid. orand. col. 4. & monstramus vbi supra ca. siue not. 11. n. 3.
 Neque est necesse loco horarum mente Deum precari, quicquid dicat Maio.
 101 in 4. dist. 1. 2. q. 6. post arg. 1. sine textu aut ratione concludēte. Secundō, causa
 à recitādo excusans, vt vbi supra dixim⁹, est occupatio repentina, aut q̄ sine scā-
 dalo, aut peccato omitti nō possit, iuxta Henr. de Gand. in quodl. 1. 5. q. 1. 2. cui
 satis cōsentit Maio, in 4. dist. 1. 2. q. 6. col. 4. & super Math. cap. 6. col. 12. & Syl.
 verb. Hora, q. fin. vt si necesse foret, horas omittere, ad sedādos populi tumultus,
 qui excitantur, aut vt ad concionē, q̄ sine scandalo, aut magno dāno omit-
 ti nō potest, necessaria parentur. Et idē q̄n occurrit necessitas habendi præle-
 ctionem in concursu publico, vel conclusionum defensione, quæ rectē facere
 plurimum reipublicæ vel priuatæ interesset, & eorum studium, & precum
 recitatio, se non compaterentur, vt præfati seotiunt, quamquā nos, gratia Deo,
 ad hunc vsque diem nunquam earū recitationē ante vel post eiusmodi actus
 omīsimus, & si frequenter nobis occurrerunt. Neq; ob geminas in die lectio-
 nes, quas multis annis Tholofæ & Cathurci primum, deinde Salmantica &
 Conymbricæ habuimus: nec ob quaternas toto vno anno in Gallia singulis
 diebus etiam festis, exceptis Virginis Matris, Dominicis, & Apostolorū habi-
 tas. Nec facilē cōsuleremus alteri, qui recitando partem ante signatum cōcio-
 nandi, vel prælegendi punctum, & partem post concionem, vel lectionē, & par-
 tē inter studendum, satisfacere pōt, attento quòd sine ope diuina nihil, & cum
 ea, omnia fieri possint, iuxta illud Pauli ad Philipp. 4. Omnia possum in eo,
 qui me confortat Christus. Tertio, causa est defectus breuiarij, siue id sua cul-
 pa, siue absque ea contingat, quia quamuis peccet breuiarium sibi non compa-
 rando,

rādo, nō tñ peccat nō recitando quū id p̄stare nequeat, mō iustē peniteat, illud
 nō cōparasse, arg. l. impossibiliū. ff. de reg. iur. & c. Nemo ad impossibile, eo. ti.
 lib. 6. Quarto causa est dispēlatio Papæ iuxta Card. Turrecr. in c. Eleutherius, 102
 91. dist. d. arg. 6. Neque aliud sensit Card. Flor. in Clem. 2. de celeb. miss. quāuis
 illi ita visū fuerit, vt vbi sup. n. 9. diximus admonendo, quòd quāuis Papa in
 hoc dispensare possit; rarissimē tñ solet, nec cuiquam ea (mea snia) expedit, ex-
 pertum. n. est, benignitate Dei fieri, vt nihilo minus quis proficiat in sui mune-
 ris functione, recitando eas horis animi causa consumēdis, quàm omittendo.
 Vbi ēt probamus neminē a recitando excusari, eo quòd studeat, inseruiat, vel
 peregrinetur, quicquid dicat Gerar. de assiduit. orand. q. 6. & Abb. antiquus,
 in c. 1. de celebr. miss. vt diximus. in d. c. quando copiosissime not. 7. n. 18. quod
 neq; excommunicatio etiam denunciata a recitando seorsim excusat c. presby-
 terum 28. dist. & c. 2. & c. illud, de cler. exco. min. & n. 27. quod neque tenuitas
 beneficij excusat, per gl. sing. in c. clericus victum. 91. dist. quicquid Sor. lib. 10.
 de iust. & iur. q. 6. ar. 3. dicat. Tū quia solo suo arbitrio nititur. Tū quia tituli be-
 neficiarij acceptatio, & nō quantitas redditus, ad id obligat, Tū quia sibi debet
 imputare, quod accepit illud, p̄sertim si perimititur dimittere, & nō desit, qui
 velit illud accipere. Quintō, est quod nō teneatur ad hoc nisi rōne beneficij, &
 quod eius nullos fructus, nec per se, nec per aliūm capiat, nec capere possit, nec
 in posterū capturus sit ob illud tēpus, vt dixi in d. not. 7. nu. 28. Addo, *Nec per*
 103 *aliūm*, propter multos pueros, & alios familiares, vel amicos, quorum patres,
 heri, vel amici pro illis capiunt, quia isti non minus quam si ipsi caperent tenē-
 tur reg. Qui per aliūm, li. 6. Addo, *Nullos*, quia quamuis non nisi distributio-
 nes quotidianas caperet, ad illud tēpus tenetur iuxta eodem. Addo, *Neque capere*
 possit, propter eos per quos stat, quominus capiant, non accipiendo possessionē
 vel non resistendo. Addo, *Neque in posterum capturus sit, &c.* quia si litigaret, 104
 & habitā sententia, fructus sequestratos, aut ab aduersario perceptos, obtine-
 re deberet, teneretur secundum omnes, quamuis possessionem non accepisset,
 nec accipere posset, quicquid Card. S. Xisti, & Palu. tanquam magis Theolo-
 gi, quam canonistæ in hoc senserint, quia fructus percepti, saltem post litem cō-
 testatam, debentur vero beneficiario, si vicerit, quamuis contra possessionem
 de proprietate litiget, tam in rebus spiritualibus quam profanis, decis. Rot. 24
 in nouis, per notata. in c. grauis, & per Innoc. in c. in literis, de rest. spol. l. cer-
 tum. C. de rei vend. & l. & ex diuerso, ff. eod. Vnde inferitur, non excusari eum
 qui in pensionem omnium fructuum consensit ei, qui in suum fauorem bene-
 ficium renunciauit, (quod quotidie fiebat olim, Nunc autem sub S. D. N.
 Greg. XIII. nunquam, aut rarissimē) Quia verē beneficiarius est, & habet
 possessionem beneficij, aut per ipsum stat, quo minus eam habeat: & si vult,
 potest aliquos fructus capere. Quia potest seruire, & ad mercedem sui seruitij
 cogere eū, cui oēs fructus reseruati sunt, fructus. n. illi solū intelligunt, q̄ reliq;
 sūt, deductis onerib⁹. l. fruct⁹. ff. solut. mat. cū not. ibi, & per Fel. i. c. ad nram, de
 iure iuran. Oppositum tamē nobis ibi visum fuit, & hic videtur de eo, qui cō-
 sensit vt renuncianti omnes fructus, & omne seruitium, & administratio bene-
 ficij

105 ficij referuarentur, quia is nihil potest percipere, neque seruire, nolente pensio nario, quæ est conclusio quotidiana. & singularis. Dixi in principali conclusio ne, *Sine necessaria attentione*, quia eius defectus est mortalis, vt probauimus in d. cap. not. 13. per illud cap. & per c. dolentes, de celeb. miss. & alia multa.

Porro, attentio necessaria, consistit in habendo à principio horarum, proposito actuali, aut virtuali ad eas attendendi, & postea actualiter aut virtualiter attendendo aliqua attentione sufficienti, quæ est triplex. Prima, verborum, ne alia pro aliis, aut confusè aut irreuerenter, dicantur. Secunda rerum significatarum per ea. Tertia personarum ad quas diriguntur, puta Sanctissimæ Trinitatis, Angelorum, ac sanctorum eius, & rerum petitarum ab eis, puta beatitudinis, gratiæ, charitatis, fidei, spei, & aliarum virtutum, vt clariùs aliis in d. cap. siue, nota. 13. num. 3. diximus: addentes, quòd harum trium attentionum, secunda est melior prima, & tertia secunda. Item, tertiam omnibus esse communem, & etiam primam ferè omnibus, sed secundam solùm callentibus idioma, quo horæ soluuntur. Non abs re autem addidi, *virtuali*, quia vt in d. cap. siue not. 13. dicebamus, sufficit virtuale; quale habet, qui petit, vel accipit breuiarium, animo huic obligationi satisfaciendi, aut eundi, ob id ad ecclesiam, & alia similia, ita vt interrogatus, quare petis, aut facis hæc? vere responderet, ad recitandi obligationi satisfaciendum, iuxta ea, quæ post alios præsertim Maior. scripsimus in d. capite siue, nota. 13. num. 17. & not. 2. & in c. inter verba. 11. q. 3. num. 309. quod tamen propositum actuale, aut virtuale tollitur per propositum actuale, aut virtuale, non attendendi, quale habet expressim qui nõ vult attendere, & tacite qui aduertit se euagari cogitando res à sua precatione alienas, & ad nullam dictarum attentionum animum reuocare nititur, iuxta communem, & etiam qui deliberatè se occupat, in rebus exterioribus omnibus tribus prædictis attentionibus impatibilibus attendenda saltem industria recitantis, & ita se occupantis. Vnde in d. not. 13. num. 21. intulimus, eum qui scribit aut legit aliena, ab iis quæ recitat, communiter peccare, etiam mortaliter, si deliberatè id faciat, recitando partem notabilem precum debitarum, saltem sine proposito iterandi. Quia scribere, aut legere aliena ab eis quæ recitantur, est opus exterius, quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. Addidi, *Communiter*, quia necessitas vel urbanitas respondendi alicui, vel subscribendi epistolæ, vel aliud simile faciendi, excusaret eum, qui cum alijs recitaret, & proponeret supplere postea quæ socij dum ipse scribit recitant, Addidi, *Deliberatè, & recitando partem notabilem*, quia faciens illud non aduertendo esse ita contrarium recitationi, aut solum dum quid paruum recitatur, non peccat saltem mortaliter, per supra d. Ad primum, circa hæc nouè quæsitum, Resp. ita licere officium matutinum diei sequentis recitare, etiam ante solis occasum, sicut post illum toto horarum diei penso persoluto, vt post Caiet. dixi in dicto. capite Quando.

Ad secundum, quòd non satisfacit recitans per breuiarium nouum trium lectionum sine dispensatione, quia sine illa non est iustus modus recitandi horas canonicas, vt ex eius proœmio patet, & dixi vbi sup. ca. siue, not. 19. & seq.

Ad tertium

Ad tertium, quod non satisfacit quis recitando per breuiarium cuiuscunq; dioc. nisi esset ordinatus ad solum titulum patrimonij, & careret beneficio secundum directo. lib. 1. cap. 8.

Porro, supradictis non est locus in clericis minorum ordinum tantum, si non sunt beneficiarij vel monachi, vel pensionarij. Iure namq; communi ad nihil determinatum recitandum tenentur, nisi cum ordinantur, promittant, vel ordinatori præcipienti consentiant dicere aliquid, vt fieri solebat ab hinc circiter septuaginta duobus annis in Celtiberia cum primum primam tonsuram accepi, promittebat enim, vel ordinatori præcipienti consentiebat initiatus prima tonsura, recitare quotidie Miserere mei, & initiatus alijs minoribus, Canticum graduum, siue quindecim Psalmos graduales, quod tamen iam pridem non fieri audio. Dixi, *Vel pensionarij*, quia licet ante Extrauag. Pij V. infra relata, ad nullas preces obligabantur, post eam tamen obligantur ad officium minus B. Mariæ quotidie recitandum.

Ad nouè autem quæsitum Resp. licere etiam hodie insigniri prima tonsura, sine intentione ascendendi ulterius. Tum quia id nullo iure diuino, aut humano prohibetur. Tum quod illegitimus, episcopi dispensatione promouetur ad minores, & simplex beneficium, qui tamen postea, non potest ascendere ultra. Tum quia Concilium Trid. sess. 23. c. 4. supra. nu. 68. relatum, solum requirit quatuor, e quibus non est hoc. Idem eadem ratione videtur dicendum de quatuor minoribus.

Trigesimoprimum, peccat qui ordine sacro insignitus, contrahit matrimoniũ, & matrimonium non valet, & est excommunicatus vt dictum est supra ca. 22. nu. 29. Et qui cohabitatur, qualiscunq; sit illa, cognata, vel extranea, bella, vel turpis, serua vel libera, iuuenis vel senex, credens, aut credere debet, se voluntate, vel opere, vel vtroque modo peccaturum, per illud Eccles. 3. Qui amat periculum, peribit in illo, & ea quæ super eo, in c. si quis autem, de pœni. dist. 1. scripsimus, & per c. 1. de cohab. cleric. & mulier. & per adducta à Raph. Volaterrano lib. 11. Antrop. Nec obstat c. Interdixit, 32. dist. c. volumus, & c. cum omnibus 81. dist. quatenus habent licere clerico cohabitare filia, matri, sorori, amita, aut fratri, aut extraneæ seni, quia procedunt quo ad forũ exterius, & quando non sunt alias suspectæ, nec habent famulas iuuenes, & clericus est bonæ famæ, iuxta mentem iuris diuini & humani, quod satis sentiunt Io. And. Panor. & Communis in c. 1. de coh. cler. & mul. non autem procedunt, quo ad forum conscientia, quando vere coram Deo imminet huiusmodi periculum, licet à multis hæc non satis intelligantur. Et qui solus domum solius de fornicatione suspectæ adit c. clericus 81. dist. aut ita sibi periculose, vt credere debeat se in consensum fornicationis mentalis, vel operis inductum iri etiam si esset religiosa vel commater. arg. proxime citatorum. Porro Concil. Trident. sess. 25. ca. 14. vetat clericis, ne concubinas domi, vel foris habeant, alioquin pœnis, a sacris canonibus impositis puniantur, & si a superioribus moniti non respiciunt, ipso facto sint priuati tertia parte fructuum, beneficiorum, & pensionum fabricæ ecclesiæ, aut alteri loco pio, arbitrio episcopi applicanda. Si verò, nec secundo

secundo moniti resipuerint, non solum eo ipso perdant omnes fructus & pensiones, sed etiam, a beneficiorum administratione arbitrio episcopi tanquam Sed. Apostolicæ delegati suspendantur, & si ita suspensi perseverent, beneficiis, portionibus, officiis, & pensionibus quibuslibet, perpetuò priuentur, & ad illa inhabiles reddantur, donec iustis de causis cum eo fuerit dispensatum. Si verò ad eas semel dimissas redierint, aliasve mulieres scandalosas, sibi adiunxerint, præter dictas pœnas, omni appellacione remota excommunicentur. Horum autem cognitio non ad Archidiaconos aut Decanos, sed ad Episcopos pertineat, qui valde summariè procedant. Clerici verò beneficia ecclesiastica non habentes, pro delicti modo castigantur pœnis carceris, suspensionis ordinis, ac inhabilitatis ad beneficia &c.

¹¹⁰ Trigesimo secundò, qui monasteria monialium, sine iusta causa & manifesta, post prohibitionem sibi factam frequentat. c. Monasteria, de vit. & honest. cler. Dixi. *Qui sine iusta causa &c.* quia sola frequentatio sine monitione, & mala mortaliter intentione, non præbendi mali mortalis occasionem, vel scâdalum, non videtur peccatum, saltem mortale.

Trigesimo tertio, qui clericus sacri ordinis, vel beneficiarius habitum nõ gestat & tonsuram, aut comã vel barbam nutrit, aut coronam non radit, aut vestes sibi indecentes induit, aut arma offensiva portat secundum iura communiter recepta. c. Si quis, & cap. Clerici. 1. de vit. & honest. cler. & Clem. 2. eod. tit. Dixi, *Sacri ordinis, vel beneficiarius*, quia alius licitè potest tonsuram & habitum omnino exuere, arma portare; & alia omnia, quæ laicus potest facere secundum Pan. vsu receptum, & in theorica communiter probatum. in c. 1. & 2. de postul. & in prædictis. cap. si quis, clerici 1. & c. Clerici 2. de vit. & honest. cler. & c. 1. ne cler. vel monach. Dixi, *Omnino exuere*, quia non licet tonsuram & coronam deferre vna cum veste virgata, vel partita &c. per d. Clem. 1. de vit. & honest. cle. Dixi, *secundum iura communiter recepta*, nã secundum ius Concilij Cartagin. vnde prædictum c. clerici. 1. desumptum fuit, prohibetur radi barba, & consuetudo Urbis & multæ partis orbis eam permittit, modo labium superius radatur.

Trigesimo quarto, peccat clericus non seruans infra scripta decreta; sed non mortiferè, nisi iuxta resolutionem subiectam in sine huiusmodi peccandi. nẽpe qui non seruat capitul. nullus, vetans ingressum tabernæ, & capitul. conuiuia, vetans conuiuia sine certis legibus, & capi. quando. vetans pluries quãter bibere, & c. non liceat. 44. dist. iubens benedicere mensam a principio, & in fine gratias agere, & cap. clerici. 2. de vit. & honest. cleric. sic habens. Clerici officia vel commercia secularia non exercent, maxime inhonestã; Mimis, Iocularibus, & Histronibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti; ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint; coronam & tonsuram habeant congruentem; & se in officijs ecclesiasticis, & alijs bonis studiis exercent diligenter: clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate, vel longitudine non notãda; Pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis, aut sotularibus consutitiis, frænis, sellis

sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio, & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omninò non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed neque annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico, & in ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos oportet, ferre habitum monachalem, Palliis diffibulatis, non vtantur in publico, sed vel post collum vel ante pectus hinc inde connexis.

Clericus verò tabernarius, & lanio, siue macellarius, vltra peccatum incurrit pœnam Clem. 1. de vit. & honest. cler. et qui virgata aut partita veste, vel epithogio seu tabardo, vel caligis scacatis viridibus, vel rubeis vtitur, aliam grauem pœnã cle. 2. eo. tit. quam innouando concil. Trid. sess. 14. cap. 6. de Refor. addidit, vt beneficiarius etiam exemptus ab episcopo suo monitus habitũ clericalem non gestans ab ordinibus et beneficijs suspendatur, et si id nõ suffecerit, ijs priuetur. Et sess. 22. cap. 1. de Refor. sit statuit. *Observentur quæ de clericorum vita, honestate, cultu, luxu, commestationibus, choreis, lusibus, nec non secularibus negotijs fugiendis sancita sunt, sub penis statutis vel maioribus, arbitrio episcopi imponendis: & si qua in desuetudinem abierint, episcopi ea in usum reuocari iubeant.* Ex quo & c. 1. Ne cler. vel monach. & c. Clerici 2. de vit. & hon. cler. supradictis collige omnia sæcularia officia esse prohibita clericis, limitando per supradictam limitationem Panor. ad beneficiarios, & ordine sacro insignitos, & à fortiori monachos, & consequenter artem chirurgicam, & medicam, & ita licet nullo iure speciatim prohibeatur eis exercitium harum duarum artium, nisi quum sit cum adustione vel incisione, iuxta c. Sententiam, Ne cler. vel Mona. quia tamen sunt sæcularia officia, non possunt iuste exerceri a prædictis, nisi causa pietatis erga miserabiles, & cognatas personas, arg. c. 1. & 2. de Postul. quibus fit eis facultas postulandi pro eiusmodi personis. Posset etiam causa necessitatis, vel recreationis animi operari aliqua honesta; puta, vt ait Hier. relatus in c. Nunquam de conse. dist. 5. scribere libros, fisciellam iunco texere, holera & plantas in areolis serere, & inserere, &c. & illa vendere. Non autem exercere mercaturam, & vilius emere, vt carius vendant, licet id quod sibi superest, de eo, quod vtilius ad suam, & suorum sustentationem emunt, vendere possint pretio iusto tunc currenti, licet sit carius. Possunt etiã negotiari aliquo modo honesto, ad suam & suorum necessariã sustentationem præsertim per alium, vt sentit glo. in cap. Peruenit, 86. dist. & cap. Negotiatorem 88. dist. & Pan. in c. 1. Ne. cle. vel mona. & Anton. 3. par. tit. 1. cap. 2. §. 2. Adde tamen quod Caiet. in summa verb. Clerici peccata, ait: quòd clerici non peccant mortaliter, transgrediendo leges humanas, neque has, neque alias, nisi consequatur graue scandalum, aut aliquod peccatum, quod iure diuino sit mortale, vel magna occasio eius: vel nisi irregularitas, vel excommunicatio maior incurratur; Imò subdit, neque propter illa, quenquam excommunicandum esse ante iustam monitionem iudicis, licet transgres-

siones huiusmodi multa peccata venialia etiam grauiam contineant: quæ tamen doctrina nimis laxa videtur, Tum per resolutionem supra positam capit. 13. num. 5. scilicet canones, & constitutiones ecclesiæ vtentes verbo, Præcipio, vel etæquipollenti, ad mortale obligare, etiam sine contemptu, & scandalo transgredientes. Quod ipsum Caietan. ipse fatetur. secunda secundæ quæstion. 189. articulo 9. Videtur tamen posse procedere, quo ad eas transgressiones earum legum, quæ non vtuntur, verbo præceptiuo, & quæ communiter nec a Prælati, nec a subditis inter magna peccata numerantur, qualis videtur, ommissio benedictionis mensæ, & aliæ huiusmodi: siue quòd consuetudo, leges illas à principio obligantes ad mortale, temperauerit, ne obligent plusquam ad veniale: siue, quòd iam inde a principio ita receptæ sunt; argum. cap. primo, & ibi late adductorum per Felin. de treug. & pac. & Domini. §. leges. 4. distinct.

Trigesimoquinto, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat valorem eius cui, & vt debet, vt dictum est supra eod. nume. 92. Pro cuius probatione, & multorum nunc hic quæstionum solutione dico primum, quod missa est actio qua ex instructione **C H R I S T I** in memoriam eius passionis, panis, & vinum in eiusdem corpus, & sanguinem consecrantur, & illa sub eorundem specie Deo Patri offeruntur. Nec dictio (missa) est nouè, vt nonnulli aiunt, ficta, sed deducta olim à patribus ex Hebræo, & Chaldæo Missach. Deut. 16. quod oblationem spontaneam significat, vt piè, ac eruditè tradit eruditissimus Demochares c. 1. de sacrif. missæ. Quare non improprie dixit Felix. in ca. sufficit. de conse. dist. 1. & Gregor. in ca. Salonitanæ. 63. distinct. & Concil. Toleran. cap. Nihil. 7. quæst. 1. facere missam, pro dicere, vel legere missam, nam, & eius pars præcipua, etiam in ordinario missæ, actio appellatur, & etiam apud Innoc. lib. 3. cap. 4. ministerium missæ, pro quo faciunt etiam ea, quæ subtiliter Caietan. tradit de illo **C H R I S T I**. Hoc facite, & in tract. de sacrificio missæ, licet ipse Innoc. lib. 6. cap. 12. immemor prædicti loci Deuth. 16. originem verbi (missa) a mittendo deducat. ob quæ omnia, nos quoque interdum gratia breuitatis vrimur verbo missare, pro missam facere, vel dicere, Secundò, quòd in illo articulo non minus obscuro, quam quotidiano valoris missæ, & eius applicationis post multa diu cogitata, in hæc infra scripta digero: Primum, missam qua parte est bonus actus ex opere operantis habere vim merendi, et satisfaciendi sicut omnes alios actus bonos, non solum quatenus est actus missantis, sed etiam quatenus est actus ecclesiæ, per illum eius nomine factus, et qua parte continet orationem habere vim impetrandi, sicut alias omnes orationes bonas, tam quatenus sub nomine Ecclesiæ, per eius ministrum, quam quatenus fit à missante. Qua parte vero continet sacramentum, operari ex opere operato gratiam soli sacrificio communicanti, et aliis circumstantibus communicantibus. Qua parte vero est oblatio, et sacrificium incruentum, corporis et sanguinis Domini, non solum representans illud cruentum eorundem factum in Cruce, sed existens omnino idem, prodest ex opere operato quo ad remissionem pœ-

næ offerenti, & facientibus offerri, & his pro quibus offertur: quod satisfecit Tho. in 4. distinct. 45. quæstio. 2. quatenus ait missam etiam sacerdotis mali, esse satisfactoriam pœnæ eius pro quo fit, quod etiam exerte affirmat Scot. libro nono. de iustit. & iur. quæstio secunda. articulo secundo. & implicite Scot. quodlib. 20. & eius. conterraneus Mai. distinctio. 45. quæstio. secunda. & Vuendel. ibidem ad 4. Gab. & consequenter, quod vt gradus gratiæ qui per sacramentum confertur est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus; ita & gradus remissionis pœnæ, quem operatur missa quatenus est sacrificium, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus, qui distribuitur offerenti, & facienti offerri, & pro quibus offertur, Nec mirum, quia licet id quod offertur, scilicet **C H R I S T V S** totus, sit illimitatus, & infinitus; & passio, & virtus eius illimitata, & infinita; limitato tamen & finito modo applicatur, & ita limitatum & finitum effectum operatur, sicut & in aliis sacramentis eadem virtus infinita, quia limitate & finite applicatur, per ea finitum & limitatum effectum gratiæ operatur, vt pulchre Thom. quo ad hoc ab omnibus recep. dixit in tertia par. quæstio. septuagesimanona, articulo quinto. Quanta vero pars eius tribuatur offerenti, & facientibus offerri, & quanta circumstantibus offerentem, & quantas ijs pro quibus offertur, soli Deo est notum.

Arbitror autè, quòd non præstituitur a Domino Deo quantitas diuidenda æqualiter inter omnes qui participant de hoc fructu satisfactionis missæ, sed quòd pro sua infinita benignitate cuilibet orthodoxo, eo solo nomine, quod est orthodoxus, deputat certam particulam, quæ nec crescit eo quod sint pauciores orthodoxi, nec decrescit eo quod sint plures. Et præter hanc, deputat aliam cuilibet circumstanti, quæ nec crescit, nec decrescit ob maiorem, vel minorem numerum circumstantium: & aliam toti ecclesiæ, & speciatim iussis nominari ab ea, scilicet Papæ, Antistiti, & Regi, quæ etiam est stabilis: aliam facienti missam, & nominatis ab eo priuatim, quæ crescit, aut decrescit pro numero maiore, vel minore a se voluntate nominatorum: aliam porrigenti pichantiam vel facienti eam fieri, & ei, vel eis pro quo, vel quibus fit, quæ etiam crescit, vel decrescit pro numero facientium eam fieri vel eorum pro quibus fieri faciunt. Ratio autem diuersitatis inter tres priores, & duos posteriores fit, quod in illis datur pluribus, vt singulis, in his autem pluribus vt vniuersis. Cuius rationis ratio desumitur ex quadam vnitatem, quam habent missans, & voluntariè nominati ab eo, & ex alia quadam vnitatem, quam habent facientes eam fieri cum his pro quibus eam faciunt fieri. Ex quibus infertur, posse quem quadruplicem partem quærere, vnam, quia orthodoxus, alteram, quia circumstantis, tertiam quia nominatus ab ecclesia, quartam, quia facit eam fieri: Missantem autem semper duas, vnam, quia orthodoxus, alteram quia oblator, & interdum tres, quum scilicet absque nulla obligatione missat, quia tunc gerit personam facientis eam fieri:

alios vero semper vnam, & interdum duas, vel tres; vt combinanti patet. Quæ omnia confirmantur ea ratione, quod vinculum multiplex plus operatur, quam simplex. capit. 1. de Treug. & pace. Credimus autem partes facienti fieri & missanti designatas, esse maiores quàm alias tres, quia plus impèdūt in eam faciendo, secundum quid tamen minores, quatenus possunt per communicationem cum aliis decrefcere, vt prædictum est.

Secundò, quòd sacrificus tenetur ad applicandum valorem missæ satisfactorium ijs, & eo modo, quo dictum est, & ad hæc reducendum est, quod dicunt Scot. Mai. & Vuend. vbi sup. quatenus loquuntur de applicatione valoris missæ generali, speciali, & medio modo, & quòd partem sibi obuenientem totam, vel partem eius potest applicare cui vel quibus voluerit secundum Mai. & Vuend. vbi sup. quòd ipse frequenter soleo facere, licet Scot. aliter sine iusta ratione sentiat contra rationem legis, Quod fauore. C. de leg. c. Quod ob gratiam, de Reg. iu. lib. 6. Ex quo subinfertur, eo sibi minus de sua parte obuentū iri, quo plures ad communionem illius nominauerit.

Tertiò, eum qui obligatur ad celebrandam vnam missam pro aliquo, lege, statuto, promissione, vel pro poculento siue pithantia, (quod verbum videtur deductū per maiores nostros à verbo græco πῖθι, quod latinis significat bibe, iuxta illud vulgatum, πῖθι ἢ ἀπιθι, id est, aut bibe, aut abi) nequaquam satisfacere, dicendo illam pro illo, & alio, sine illius consensu. Tum quia iniuste partem satisfactionis vni debitam, alteri applicat contra c. Ea te, de iur. iuran. Tum quia, vt dictum est, missa non solū prodest ex opere operato, sed etiam ex opere operantis, & secundum omnes satisfactio, quæ fit ex opere operantis, tanto minus prodest vni, quanto pro pluribus fit, vt patet de ieiunio, & elemosina facta pro multis.

111 Quod paupertas dicentis non sufficit, vt pro vna missa duæ pithantia capiantur, quamuis Scot. libro nono. quæstio. 3. artic. primo. de iust. & iur. contra minus bene teneat, per fundamenta supra eodem capit. nume. nonagesimo secundo. formata.

Tertiò, principaliter dico, quod sacrificus tenetur orare nominatim pro Papa, & Antistite suo, vt Missale nouum Pij V. ex edicto Trid. editum iubet, & etiam pro Rege suo. Tum quòd Paul. 1. ad Timoth. 2. quem in hoc al legat Innoc. Tertius vbi supra, id satis iubet. Tum quòd in omnibus fere Missalibus ante hoc nouum id iubetur. Tum quia licet in hoc non iubeatur expressè de Rege, iubetur tamen tacitè, quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis est Rex.

Quartò, sacrificum Romanum satisfacere nominando Papam, nullo alio episcopo, vel Rege nominato, quia ipse solus est Papa, Rex, & Antistes, modo extra eius imperium temporale, & episcopatum Romanum particularem, non habeat domicilium, vel beneficium saltem residentiam personalem requirens, Qui verò subditur diuersis ratione domicilij, originis, vel beneficij iuxta capit. Cum nullus. de Temp. ordin. lib. 6. videtur teneri orare pro episcopo, & Rege domicilij, quia secundum gloss. magnam receptam

receptam. in c. statutum. S. cum vero de Rescrip. lib. 6. subiectio ratione illius, maior est quam originis, & beneficij. Quod non satis aduertit, qui natus in vno regno, & habens domicilium in alio, Regem originis nominat. Quamuis scholasticus peregrinus, & alius non habens constitutum domicilium contra facere debeat, nisi beneficium requirat residentiam personalem, quod satis confert domicilium, iuxta doctrinam Barth. in l. 1. ff. ad Munic. a nu. 13. Origo. n. præstat simplici habitationi, arg. l. Ciuē. de C. Incol. li. 1. 1. Quintò, posse quidem eum iuste, sed non teneri orare nominatim pro alio a prædictis, & illo, vel illis pro quibus missam specialiter facit, vel qui eam fieri faciunt, nam nec canon missæ, nec cap. Visum, & sequen. de cons. distinct. 1. nec alia id præcipiunt, sed facultatem tantum faciunt nominandi alios, vt supra insinuaui, quo ad partem suam, quæ ex opere operato ei obuenire debet. Sextò, quòd securus, & breuis modus applicandi missam alijs a prædictis ex mente Scot. in d. quodlibet 20. est hic. Memento Domine mei, & eorum viuorum quibus possum sine præiudicio prædictorum valorem huius missæ applicare, & humillime supplico tibi omnia scienti, vt ita eum mihi, & illis, & eo ordine feras applicatū, quo possem ego tuo consilio quam optimè applicare. Septimò, quòd sacrifico volenti meminisse illorum quos in 2. parte canonis, siue primo memeto, vbi licet ei nominare viuos, & Vndecima parte qui est locus nominandi mortuos, expedit vti pro locis imaginum sex casibus grammaticalibus, vt post, & ante alios consuluit pius, & eruditus Gabr. in Can. missæ, cuius consilio iam inde a prima missa quam feci, vti cœpi, qui tamen nec alius quem legerim satis aperit an expediat speciatim nominare multos: nam a parte negatiua stat quod id mentem vagam facit, & partem satisfactoriam sibi debitam communicando multis, minuit, & nescit cui quem præponere debeat. Pro parte vero affirmatiua stat, quod multi, pij, & eruditi, id rogant, & rogantur, & quod ecclesia iubet, prima parte canonis nominari Papam, Episcopum, & Regem. Equidè mihi iam pridè persuasi non esse concipienda nimia propria nomina, siue imagines indiuiduas, ne mētem quæ tota deberet esse in actione illa diuina, nimium distrahant: Vtile tamen esse concipere aliqua quæ affectum magis excitent: nec nocebit concipere quamplurimos generatim, & breuiter, quia id auget reuerentiam erga Deum, & amorem erga proximum. Quare, vt arbitror, non esse vtendum prolis memoris compositis à pio, & erudito. P. Ioan. iusto lanspergio Carthusiano, & ab alijs postea auctis, ita credo vti posse vna mediocri qua frequentissime vtor, collocando in Nominatiuo me, & eos qui sunt causa meæ missæ. In Genitiuo genitores, & genitos, In Datiuo, datores, In Accusatiuo, accusatos siue offensos, In vocatiuo, vocatos siue inferuentes. In Ablatiuo, eos quibus obtuli preces meas, vel qui suas mihi obtulerunt. Interdum concipiendo propriam imaginem vnus, vel alterius, per singulos casus, Interdum per aliquos tantum, interdum per nullos, subiecta clausula iustificatiua in hanc quæ sequitur sententiam. Memento Domine horum famulorum famularumque tuarum in primis mei miserimi peccatoris. & N. qui est vel qui sunt causa impulsua principalis huius missæ, &

Capitulum Vigessimumquintum

eorum qui me genuerunt, spiritualiter sacramento, vel doctrina, & in his N. & N. Et eorum qui mihi benefecerunt, & in his. N. aut N. & eorum quos offendi, & in his. N. aut N. eorum qui mihi inferuiunt, & in his N. aut N. & eorum quibus preces meas obtuli, & qui suas mihi obrulerunt, & in his N. aut N. Quibus tamen hanc missam eo modo, & ordine volo applicatam esse, quo quam optimo te Domine (qui omnia nosti) consulente, applicare deberem. Qui autem missat sine obligatione extranea, tollat illa verba (& N. qui & c.) & loco illorum ponat hæc (etiam quatenus sunt causa impulsiva missandi) Qui autem habet parentes corporales viuos, addat in secundo casu verbum, (corporaliter) verbo (genuerunt) ibi posito. In secundo vero Memento, tollat in primo casu verbum (mei) quia in eo solum mortui nominantur, vel concipiuntur, prosequendo reliqua vt in primo.

De peccatis Clericorum quo ad beneficia.

BENEFICIARIUS clericus, vt mortaliter peccat per simoniam in beneficio propriam, numero 112. simoniacus an sit qui constituit certum salarium alicui donec conferat ei aliquod beneficium. nu. 113. Ut peccat beneficiarius per simoniam in beneficio alienam nu. 113. beneficium sine iusto titulo habens, vexationem, vel pensionem male redimens, numero 114. per simoniam acceptum non restituens, non relinquens incompatible, nume. 115. capiens beneficium curatum, aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentum, aut sine proposito sumendi presbyterium, & quid de dubitante, & accipiente non curatum, nu. 116. & 118. vxore ducta beneficium retinens, sponsalia contrahens. nu. 120. damnificans bona beneficij. nu. 124. locans illa ultra triennium. nu. 130.

Illegitimus capiens beneficium sine dispensatione, vel pensionem. & nu. 117.

Pœna ipso iure incurta quando soluenda in foro conscientie. nu. 118.

Episcopus intra quot menses sub dupliçi pœna consecrandus. nu. 118.

Pensio à Papa ob paupertatem concessa laico licita, & quare. nu. 119.

Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent. nu. 121.

Residentia episcopo & curato iuris diuini, & quæ excusant ab ea. nu. 121.

Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet, & per extrauagan. Pij. V. a numero 122.

Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, nisi quum est excommunicatus, vel non recitat, & tunc cui restituet, & an sibi pauperi retinere possit. nu. 123.

Beneficium unicum sufficiens habendum, & qua ex causa plura. nu. 125. & 4. seq.

Beneficium ad retinendum, tam prodest consuetudo quam dispensatio. n. 128.

Parochus non ministrans sacramenta subdito ad ea non obligato remissive. n. 132.

Sepeliens excommunicatum, vel notorie malum, vel ad sepulturam adigens. & c. numero 132.

Beneficiarius vt peccat, nesciens necessaria, & quæ sunt illa, non inuans peste infectum,

De statu Cleric. quo ad beneficia.

356

fectum, capiens beneficium in excommunicatione, & irregularitate, & mortali. nu. 132. non missans quotidie, ubi, & quomodo tenetur. nu. 134.

Beneficij habendi ætas, curatus prædicet, & profiteatur fidem, quod requirit gradum, & ordinem sacrum. nu. 135. & 136.

Pensio quanta poni possit super episcopatu, & parochiali. nu. 137.

Missas constitutas episcopus, Generalis, & Abbas, minuere possunt. nu. 138.

Beneficium ad nullum detur accessus, regressus, mandatum, coadiutoria, & parochialis ecclesia, etiam reseruata per concursum, conferatur. nu. 139.

Religiosus vt peccat, contra votum paupertatis remissive. nu. 140.



RIMÒ peccat mortaliter clericus quo ad beneficia, qui vult quærere illa per simoniam, siue mentalem, siue conuentionalem, siue realem; sine tamen excommunicatione, & obligatione restituendi si nõ quærit, & etiam si quærat, nisi simonia sit realis. Quid autem sit simonia, & quod duplex, & quæ excommunicat, dictum est late sup. c. 23. nu. 110. Quibus addo non admittere simoniã episcopũ qui accipit aliquẽ in familiarẽ suũ constituta certa mercede annua, donec ei aliquod beneficiũ conferat, secundum Host. in c. Cum essent. de symo. receptum per Io. And. & Communem; modo nullum pactum post illud collatum, de gratis seruiẽdo intercedat, & ita Mai. in 4. distinct. 23. quæst. 3. consentit Host. existimans se contradicere illi.

Secundò, qui per symoniam ab alio commissam in fauorem eius ipso ignorate, & nõ contradicente, quærit beneficium, in quo vel ad quod nullum ius prius habebat, & rescies id consentit vel illico non renunciat illud. 1. quæst. 5. per totam. & c. Nobis de sym. Dixi, In fauorem eius, & eo non contradicente, quia secus si ad nocẽdum ei, vel ad commodadum, sed eo cõtradicẽte committeretur. d. c. Nobis, & c. sicut eod. tit. Dixi, In quo vel ad quod nullum ius habebat, alias enim secus, si ipse in eam non consentit, d. c. sicut, 2. eod. tit. & etiam si illa symonia aliena, non fuit causa quæredẽ illud, siue quia commissã fuit cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars ea non interueniẽte illum elegisset, præsentasset aut ei contulisset, siue quia is, cum quo admissã fuit, non fuit ob eam principaliter motus, quãuis ob id data fuisset, vt resoluimus in d. c. Nobis, sequuti primam opinionẽ gloss. in verb. interueniẽte, per §. fin. 1. q. 6. quæ quamuis limitetur ab Hostiensi. & etiam à Panor. licet minus quã ab ipso, & recte quidẽ quo ad forũ exterius, per rationẽ Io. And. tamẽ quo ad forũ cõscientie, quod sola veritate nititur. c. Tua. de spons. non nocet coram Deo symonia, quæ vere non fuit causa quærendi beneficium, quod sine illa, eque, atque cum illa quæretetur.

Tertiò, qui sine titulo canonico sciẽter accipit, vel tenet beneficium cum obligatione relinquẽdi, & fructus perceptos restituendi. Et qui a principio putat titulum esse canonicum, sed rescies non esse talem retinet illud. capi. 1. de regu. iur. lib. 6. & c. cum qui de præb. & cap. 1. de eo qui mitt. in poss. causa rei seruan. eod. lib. c. Dilectus. 2. cum ei adnot. de Præb.

Y y 4

Quartò

Quartò, qui vexationem, vel pensionem redimit, aliter quam debet, iuxta dicta supra cap. 23. nu. 102. Et qui precibus suis vel alienis malè quærit beneficium, quod quando fiat, dictum est sup. eod. c. 23. nu. 101. Et qui permutat ius ad rem, cum iure in re, vt ibidem. nu. 104.

115 Quintò, qui quæsitum per simoniam commissam in beneficio, non restituit ecclesiæ cuius est illud. c. De hoc. de sym. debet tamen ita illi restitui, ne quicquam cedat delinquenti; quod si sic fieri non potest, restituat cum auctoritate superioris alteri ecclesiæ, vel pauperibus. argu. c. de hoc. de symon. vbi omnes, & S. Thom. 2. sec. q. 100. ar. 6. ad 4. eam tamen auctoritatem, non arbitror in foro conscientie necessariam.

Sextò, qui post obtentum secundum beneficium curatum, dignitatem aut personatum, & post habitam eius possessionem vel postquam per eum stat, quo minus eam habeat, non renunciat prius, vt debet, quia ipso iure perdit illud. c. de multa. de Præb. imò, & posteriò, si pergat retinere vtrunq; & sit incapax ad quodlibet aliud, & et ad ordines p extrauag. execrabilis. §. qui vero. eo. tit.

116 Et qui beneficium curatum capit sine dispensatione Papæ ante 25. annum cæptum, & collatio est nulla. c. cum in cunctis. §. Inferiora. de elect. & tenetur relinquere illud cum fructibus, nisi remedium a Papa quærat. Idem de eo, qui accipit dignitatem aut personatum non curatum: excepto, quod hos cum dispensatione episcopi post viginti annos completos obtinere potest. capitu. 1. de ætat. & qualita. lib. 6. quos tamen Concil. Triden. ad 22. produxit, sess. 24. c. 12. de Refor.

Ad nouum quæsitum respondetur, quod in episcopatu Palentino, in quo per concursum datur beneficia, potest esse competitor ad presbyterale etiam post Concil. Trid. licet nòdum compleuerit. 25. annos; & stet constitutio synodalis, iubens, vt obtinès beneficium presbyterale intra annum fiat presbyter. Tum quia iure antiquo sufficit attingere. 25. annum, ad obtinendum illud, & quodlibet curatum. c. Cum in cunctis. §. Inferiora. de elect. & ei nulla parte derogat Concil. Trid. Nam qua parte habet, neminè ante 25. annum, ordinandum presbyterio, intelligendum est, de anno cæpto, quia licet regulariter tempus positum in accusatio, intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Bal. Alex. & Iaf. sequuntur, in l. si cui. ff. de legat. 1. tamè contra tenet ibi Bartho. cuius opinio sequenda est secundum eosdem, quādo concurrat aliqua alia cōiectura intelligendi de cæpto, puta fauoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod ius antiquum solum requirebat cæptum. clem. generalem, de ætat. & qualit. cui conciliandum est nouum, quum id fieri possit. cap. Cum expediat. de elect. lib. 6. & alia vtraq; fortior, quod idem concil. sess. 24. c. 12. de Refor. habet posse conferri beneficium curatum, ei qui attigit 25. annum, & eadem ætas ad illud & ad presbyterium sufficit secundum omnes. Tum quia mens concilij non fuit mutare annum cæptum in completum sed numerum, ita quod vt antea sufficiebat, & requirebatur ad subdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum. 20. & ad presbyterium 25. nunc requiratur ad subdiaconatum. 22. ad Diaconatum 23. & ad presbyterium sicut olim, 25. & ita pòt hodie

hodie quis fieri subdiaconus in 22. cæpto, & Diaconus in 23. cæpto, & presbyter in 25. cæpto. Tum quia non obstat dicta constitutio synodalis, quia etiam hodie potest quis intra annum a susceptis minoribus, fieri presbyter, si episcopo videatur id conuenire. sess. 13. c. 11. de Reform. Videri autem debet, vt is qui per concursum obtinuit presbyterale, ordinetur intra annum, quod si episcopus noluerit assentiri, excusatur a pœna qui obtinuit illud; quia iusto impedimento sine sua culpa impeditur, argu. c. licet canon, & cap. Commissa. de elect. lib. 6. iuncta glo. memorab. verb. iusto.

Septimò, qui illegitimus absq; dispensatione Papæ beneficiū curatum accipit, aut simplex sine dispensatione Papæ, aut Episcopi. c. 1. & 2. de fil. presbytero 117 rù lib. 6. & acceptio est nulla, & tenetur relinquere, nisi dispensatione obtineat.

Addo, quòd concil. Trid. sess. 25. c. 15. statuit ne filij illegitimi clericorū habeant pœnes super beneficijs, quæ parentes eorū obtinēt, vel aliàs obtinuerunt, neq; etiam vlla beneficia in ecclesijs vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerūt, quodq; reciproce resignationes, quæ posthac à parentibus clericis, in fauorem filiorum, aut aliàs, fraudulèter fient, ipsis nequaquā suffragentur. Quin & omnis qui accipit beneficium aliquod, carens qualitatib; quas illud per foundationis suæ statuta, vel alia requirit, sess. 21. c. 5. de Refor.

Octauò, qui post obtentam ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem, nò promouetur ad presbyterium intra annum, & eo lapsa illam retinet, & nò relinquit illam, vel fructus post annum perceptos non restituit, quia eam ipso facto perdit, c. licet cano. de elect. lib. 6. Nec obstat, quòd continèter soleam tenere, & tenui in Cómēt. c. fraternitas, 12. q. 2 & in rubr. de pœnis, & aliàs sæpè, Quod pœna temporalis etiam ipso iure incurfa, nò debetur in foro cōscientie, quia id nò procedit cum contrarium constat de mente legislatoris, vel cum non imponitur propriè vt pœna, sed vt quedam conditio, vel modus rei traditæ, vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, aliàs perdat legatum, iuxta Panor. communiter recept. super glo. verb. Adijciens. in c. Raynaldus, de testam. & in proposito cōstat ex stilo, mentem Pontificum statuentium, vt illo vel illo casu vacet beneficium ipso iure, esse, vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit, & fructus non restituerit. Et quòd beneficia conferantur quodam modo sub illo modo vel conditione tacitè vel expressè, vt tetigi. in capitulo, Non liceat. duodecima quæstio. secunda. Et latius trado in capitu. fraternitas. duodecima quæstio. secunda. Potest autem episcopus ratione studij dispensare ne intra septem annos, ad presbyterium suscipiendum teneatur; modo intra annum, quo presbyter fieri debebat, subdiaconus fiat. c. Cum ex eo. de elect. lib. 6. quæ tamen dispensatio nil prodest ei, qui ad studendum non proficiscitur, Syl. verb. Beneficium 3. quæstio. 2. iuxta mentem textus, verb. insistentes, & quæ in eo dicunt Arch. & Ioan. And. Adde quòd concilium Triden. sess. 23. capitulo 2. de refor. iussit. vt promotus in episcopum, intra tres menses teneatur consecrari sub pœna perdendi fructus ipso iure, & intra alios tres, sub pœna ipso iure perdendi episcopatum.

Nonò

Nonò, peccat, qui ecclesiam parochialem accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, ut eius fructus intra annum percipiat, & post eum illam dimittat, cum obligatione restituendi fructus, nisi voluntate illa mutata presbyterium eo durante suscipiat, c. Commissa. §. Cæterum de elect. lib. 6. quod habet, nil minus peccare, qui eam illi scienter confert, tenerique ad seruandam indemnem ecclesiam. Idemque dicendum esse de illo, qui sine animo ascendendi ad presbyterium, quoduis aliud beneficium accipit, sensu glos. in c. Relatum, de cler. non resid. & clarius ibi Panor. Quod & si prima facie æquum videri potest, contrarium tamen iure verius est, quum d. c. Commissa, pœnale, extra suum casum non debeat extendi, præsertim sine rationis (ut ita dicam) identitate, vel maioritate, qualis hic non est, l. Præses. ff. de pœn. & c. Pœnæ, de pœn. dist. 1. & quamuis alias, idem visum sit de eo, qui a principio quidem voluntatem habuit, suscipiendi presbyterium, sed postea, ea mutata beneficium retinuit, contra tamen videtur de rigore iuris dicendum, quum longè magis peccet, qui ab initio eiusmodi contrariam intentionem habens accipit, quam qui bona, accipiens, postea cum mala commutauit, ut patet ex se, & textus solum agit de accipiente malo animo. Quod ipsum maiore ratione videtur, de eo, qui non mutauit, sed de mutanda ea dubitare cœpit: & etiam de eo, qui aliquod beneficium accipit, animo illud relinquendi, si aliud pinguius sibi conferatur, modo suæ functioni satisfaciat, quandiu primum obtinuerit, quicquid dicant Pano, in d. c. Relatum, Syl. verb. beneficium 3. q. 2. Gab. in 4. dist. 1. §. q. 8. art. 3. sine textu, & ratione iusta obligantes homines ad insolita, & nullo iure præcepta, contra c. consulisti. 2. q. 4. Imò, & de illo, qui accipit beneficium, cui non est annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem eius oneribus, sed non ascendendi ad presbyterium, nec alium ordinem sacrum, quia id nullo iure prohibetur. Quin etiam puto, quod & consului, posse quem iuste accipere beneficium, animo, ut dictum est, satisfaciendi, & cum proposito quod si frater eius primogenitus obierit mortem sine liberis, aut ad componendam pacem, aut extinguendas lites, aut alia similia, aut ad augendum decus suum, vel suæ familiæ, vel patriæ, expediret ducere uxorem, id faceret. Videtur autem rectum quod ait Sotus, lib. 10. q. 5. ar. 6. de iust. & iur. peccare mortaliter, beneficiarios etiam simplicium beneficiorum, qui absque animo se initiandi sacris; incedunt sine habitu clericali non quidem eo quod non habeant eiusmodi animum, sed quia non deferunt habitum clericalem, Quos tamen puto non obligari ad restituendos fructus per prædicta. Nec tamen probo quod ait, peccare coniugatos, accipiendo auctoritate Apostolica pensiones super beneficiis, modo eas accipiant in sustentationem suo statui necessariam, Tum quia id non est contra ius diuinum, Tum quia Papa potest applicare fructus beneficij, de consensu beneficiarij, illis pijs operibus quibus potest ipse beneficiarius, & constat eum posse applicare illos coniugatis egentibus, quod tamen Papa raro, & nunquam sine magna causa videtur facere debere, ob scandalum, quod inde oriretur, arg. c. Nihil. de præscrip. Cui est consequens, posse quem iuste gaudere pensione a Papa sibi constituta non seruendo ecclesiæ, licet contra tenuerit Sot. vbi sup.

Decimò,

Decimò, qui beneficiarius minorum ordinum tantum, post matrimonium contractum per verba de præsentem, retinet beneficium, iuxta mentem gloss. & Communis, in c. 1. de Cler. coning. Quia ipso iure illud amittit, adeo ut non recuperet illud, quamuis vxor ante consummatum matrimonium religionem ingrediatum secundum omnes: quod est verum etiam si matrimonium ob aliquem defectum extrinsecum, veluti consanguinitatis aut affinitatis non valeat, modo consensus interueniat, ut declarat Panor. d. c. 3. col. 3. Non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro, secundum omnes: Nec constituto in sacris contrahente matrimonium etiam per verba de præsentem, quia is non perdit beneficium ipso facto, quamuis eo priuari possit, ut glo. in d. c. 1. communiter recepta contra Panor. determinat.

Vndecimò, qui in suo beneficio non residet, nulla ipsum ab eo causa excusante; quia omne beneficium, quamlibet tenue, iure communi requirit residentiam c. Conquerente, de cler. non resid. & ibi communis sententia. Multiplex tamen causa excusat, prima, auditio Theologiæ ad quinquennium, prælectio eiusdem donec durauerit, etiam sine licentia Prælati, quia eam ius concedit, c. fin. de Magist. & idem est de auditione & prælectione iuris Pontificij iuxta Archid. in c. 2. de Priuil. lib. 6. & Pan. in d. c. si. Quod per nouas rationes defendimus, in c. licet, de Præb. Ad alias scientias licentia episcopi requiritur, nisi vbi contraria consuetudo viget, per notata in c. Tuæ de Cler. non resid. Secunda causa est, obsequium episcopi quo ad duos canonicos, ac etiam alios, si occupentur ab eo in vtilitatem ecclesiæ suæ vel cathedralis, non autem si solum occupentur in seruitio suo personali, nisi ex urgente causa, & ecclesia non indigente seruitio, ca. Ad audientiam, de cler. non resid. adiunctis quæ scribit ibi Pan. nu. 8. ad quod reducenda sunt, c. De cætero, & c. Cum dilectus eod. titu. Tertia, eadem vel maiori ratione, est obsequium Papæ, per eadem iura, modo id fiat principaliter ad inseruiendum, & non ad procurandum beneficia, secundum Ang. verb. Clericus. 7. §. 2. Dixi, *Principaliter*, quia minus principalis intentio non nocet: per dicta supra cap. 23. nu. 100. Quarta, licentia legitima, gloss. recepta. ca. inter quatuor, de cler. non resid. Voco legitimam, eam; quam dat is ad quem ea res pertinet, & ex causa boni viri arbitrio probabili & in scriptis quando id ius requirit, de quo infra. Quinta, consuetudo honesta, iuxta Inno. in c. ex tuæ, de cle. non residen. recepta Pan. in d. c. inter quatuor, & alios communiter, quamuis consuetudo absentandi se sine causa, nihil valeat, iuxta eundem ibidem, & omnes; neque cum ea fraudando ecclesiam obsequio debito. In omni tamen casu obseruandum, ut beneficium debito non fraudetur obsequio, & subditi bene gubernentur, & quamuis qui abest sine causa probabili cum licentia, aut sine illa peccet, non tamen videtur teneri ad restituendos fructus quoad condemnetur, iuxta mentem Pan. in c. 1. de Celeb. miss. quamuis Ang. teneat contra verb. clericus 7. §. 5. nisi quando iure exprimitur. Quæ omnia, & aliquot alia clarius quam vnquam explicuit concil. Trid. primo in sess. 6. cap. 1. de Refor. præmittendo quales debeant in episcopum promoueri, monendo pro motos, ut suum officium impleant, Innouando omnes antiquos canones

canones de Resid. episcoporum, & noue statuendo, vt quicumque episcopus, vel eo superior sex menses a suo episcopatu sine legitima causa abfuerit, perdat quartam partē omnium suorum reddituum, & si per alios sex alteram quartam, & si vltra, denunciatur Sedi Apostolicæ per eos qui hoc facere ibi præcipiuntur, quo grauius puniatur, & mox in ca. secundo iubet, vt omnes habentes inferiora beneficia, requirentia residentiam personalem, cogantur facere illam, & quod priuilegium perpetuum de fructibus in absentia percipiendis, nulli profit, nec temporale, nisi ex causa rationabili per ordinarium approbata, fuerit concessum, quo casu episcopi tamquam delegati Sed. Apost. prouideant, vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exemptione quacunque suffragante. Secundò prædictum concilium, sess. 23. c. 1. de refor. adiicit, omnium prædictorum & aliorum rationem, in hæc verba. *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera omnia pastoralia incumbere, quæ omnia ab ijs nequaquam præstari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, &c.* ex quo obiter notandum, non solum episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residendum in suis parochijs, & ad prædicandum populo: quæ alibi non videntur ita expressa. Declarat item male colligere aliquos ex dicto capitulo 1. sess. 6. licere episcopis abesse per quinque menses, & exprimit, quod quilibet episcopus, qualiscunque, & quantuscunque etiam si sit Cardinalis, obligatur ad prædictam residentiam personalem, subijciens tamen quòd licet abesse, quum Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euident ecclesiæ, vel Reipub. vtilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis a Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo absente suffraganeo episcopi antiquiori residente, qui idem Metropolitano absentiam probare debet, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium, episcopatibus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit. Poterit item abesse duos vel tres menses in anno, ex causa cuius iustitia soli ipsius conscientiæ relinquatur. Addit autem contra facienti nouam pœnam vltra peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos, Et d. sess. 6. vt pro rata temporis absentiæ nõ faciat fructus suos, & eos perceptos non possit tuta conscientia tenere, imo teneatur ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo non prodest compositio. Addit item hæc verba, Eadem omnino etiam quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscunque qui beneficium aliquod ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit, ita tamen, vt quodcumque eos, causa prius per episcopum cognita, & probata abesse

esse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquat. Discedendi autem licentiam, in scriptis gratisq; concedendam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineat, & quamuis hæc litera in vtrâq; partem flecti possit, arbitror parochum posse abesse duos menses absque licentia scripta cum causa, quæ videatur ei iusta: Tum quia ante concilium id licebat, & a iure antiquo non est recedendum, siue iure nouo expresso. l. Præcipimus. C. de appell. etiam per argu. a contrario sensu. capit. A nobis. 2. de sent. excommu. Tum quia episcopo, qui magis tenetur residere permittitur: Tum quia verba concilii habet eadem omninò seruanda quo ad hoc in curatis inferioribus, quæ in episcopis. Tum quia est pars benignior. Ad primum nouè quæsitum, Resp. Capellanos Regum perinde posse capere fructus in absentia, ac capellanos Papæ, si vtriusq; eiusdem generis priuilegia sunt concessa, imò & magis, si fortè plus sit eis fauore Regum concessum. arg. c. Indultum. de Reg. iur. lib. 6. Ad secundum autem, quòd Caietanus non dissentit ab his, quæ ante concil. Tridè. quod post eum habitum est, seruanda fuisse supra diximus.

Duodecimò, qui beneficiarius horas canonicas nõ recitat, & fructus perceptos non restituit, iuxta concil. Lat. habitum sub Leone X. sess. 6. §. statuimus, Cuius tenor est, *Statuimus, vt nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consequutione, sine legitimo impedimento, officium diuinum recitare omiserit, pro tempore, quo non recitauit, fructus suos faciat, imò eos impendere tanquam rem iniuste captam, in fabricam beneficij aut eleemosinas pauperum teneatur*, Cui addo, quod foe. rec. Pius V. cui nostra de hac re opinio, quam hic tenueramus, placuit, declarauit hunc §. per extrauag. seq.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, *Ad perpetuam rei memoriam. Ex primo Lateranensis concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium ecclesiasticum cum cura & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officij & temporis suos non faciat, sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosinas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione teneantur, cuiusmodi rata prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentius atq; expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes canonicas, vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat, tametsi aliquis choro additus, non recitans omnibus horis canonicis cum alijs præsens adsit, fructusque & distributiones fortè aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinè, fundationem, vel aliàs sibi lucrifecisse pñdat; Is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem; Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum, ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat, admisisse, Declarantes præstimoniam, præstimoniales portiones, & qualiacunque alia*

alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia: obtinentes cum prædictis pariter contineri: At quicumque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

Ex quibus noto primò reprobari opinionem Soti & nonnullorum dicentium non obligare prædictum §. statuimus. Secundò, Verum esse, quod dixi declarando prædictum §. in d. cap. Quando, posito in Enchirid. de Orat. not. siue cap. 7. nu. 3. videlicet quòd prædicta restitutio, non est necessariò faciendà fabricis ecclesiarum, vbi sunt beneficia, sed satis est largiri eos pauperibus. Tertio, id, quod hinc ibi intulimus, & quo nõ semel consolati sumus aliquos scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus suorum beneficiorum amiserant scilicet, Quòd satisfaceret eiusmodi obligatus, capiendò, saltem de consilio confessarij, eos sibi tanquam vni de pauperibus; Tũ quia qui ad dandũ aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere, tanquam vnus ex eis, si verè talis est, saltem de consilio confessarij, & quo ad forum conscientia, per tradita à Bald. in l. Id quod pauperibus. quæst. 22. C. de episcop. & cleric. Cald. consil. 39. de Testam. Anch. in cõsi. 84. Domina Apollonia, per ea, quæ latius scribimus. in d. dist. Enchir. siue Repet. c. Quando. c. Siue. not. 7. nu. 25.

Quartò, quòd non sufficit restitutione prædictam facere fabricæ, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrifacta per distributiones quotidianas, quæ debentur iis, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, interfuerunt, quibus accrescunt; per cap. 1. de cler. non resid. lib. 6. cum ei adnot. & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri. arg. c. ea te, de Iureiur. nisi, quando ignoratur quis sit. c. Cum tu. de vsur. vbi glo. cum communi.

Quintò, quòd idem eadem ratione dicendum videtur, de fructibus ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus malè percepti restituantur certis operibus piis, quia illis deberet fieri prædicta restitutio. Quod ipsum videtur de parte quam corpus seu grossam canonicatum vocant, quam canonici ita lucrantur ratione suorum canonicatum, vt pars non lucrifacta ab vno, accrescat alijs, & obueniens tempore vacationis, non reseruatur successori, qualem regulariter non habet canonicus; secundum gloss. sing. in capit. Quod sicut de elect. verbi consentire, sed diuiditur inter superstites, iuxta notata. in capit. Relatum. in 2. de test. Idem eadem ratione videtur de eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem, suspensionem, aut aliam quamcunque causam, sicut per hanc non recitandi, quia de similibus idem est iudicium. c. dudum. 2. de electio. Non tamen tenetur ad restituendum fructus beneficii, eo quod in peccato mortali occulto, aut notorio fuerit, Tum quia id nullo iure cauetur, Tum quia licet Ang. teneat quòd sic, verb. Clericus. 8. §. 5. Rosel. tamen, & Syl. verb. clericus. 4. q. 24. idem quod nos tenent, Tum per prædictum §. statui mus, quo id probatur irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiarium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus a consequutione beneficii accepit, & manifestum est, illum in peccato mor-

to mortali notorio fuisse, si notoriè omisit, & si occultè in occulto.

Decimotertio, qui beneficij sui ædes, vineas, prædia, & alia bona dolo vel negligentia destruit, vel damnificat, cum obligatione reficiendi & restituendi Host. in sum. de Pœn. & remis. §. Quibus. ver. 1.

Decimoquarto, qui suspensus à beneficio, aut excommunicatus per cano- nem aut per hominem, recipit fructus, & impendit eos, perinde ac si non ita esset ligatus, quia suspensus à beneficio, non potest de fructibus beneficii dispendere, nisi ad se, & suos modestè sustentandos, & hoc si bona non habet, vn de viuat. secundum glossas. capitul. Cum Vintoniensis, verb. Admiserant. de elect. clem. vt hi qui, de ætat. & qualit. capit. Pastoralis. §. fin. de appellat. receptas per Panor. & communem in locis ordinariis. & in capitul. Apostolicæ. de except. sed excommunicatus nihil potest accipere, iuxta gloss. receptam. in dicto capi. Pastoralis. in fine. At quia hoc intelligendum est, de excommunicato per quem stat, quominus absoluator, & illud de suspenso in pœnam, qui non potest facere vt absoluator, videtur nihil differre in hoc excommunicationem à suspensione ob contumaciam, quæ tam facilè ac excommunicatio tollitur, vt rectè sensit Dec. in d. §. fin. Qualiter autem peccetur per dispensatione fructuum beneficiorum inter viuos, vel per vltimas voluntates, dictum est supra cap. 17. n. 94. Quibus addo Concil. Trid. quod sess. 25. capi. 1. de Reform. omnino interdicit, nedum episcopis, sed & cæteris beneficiariis etiam Cardinalibus, ne consanguineos familiaresve suos, redbibus ecclesiasticis augeat, aut illos, iis, nisi pauperes sint, distribuant, eosq; monet, vt omnem humanũ erga consanguineos, & propinquos affectum, ceu malorum seminarium, penitus exuant. De decubante autem, & recitante horas, principaliter propter pecuniam (quod simonia est) dictum est sup. c. 23. nu. 101.

Decimoquinto, qui habet multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnũ suo statui decenti sufficit, vel sine dispensatione, vel consuetudine iusta, iuxta gl. sing. in c. Dudũ 2. de elect. recepta a Pan. & coi ibidẽ & ab alijs quos cito in repe. c. ad hæc. de Præb. & probatur per c. Conquerente. de cle. non resid. & sentit Tho. quodlib. 8. ar. 13. & quolib. 9. art. 15. Dixi, diuisa, quia secus si legitime vnita, aut annexa. c. Vnio. 10. q. 3. capit. Cum venissent. de restit. spol. capit. Eam te, de ætat. & qualit. & c. extirpandæ. §. Qui vero. de Præb. Dixi, in titulum, quia licet habere vnum in titulũ, & aliud ad tempus commendatũ, ad sex menses tantũ si est ecclesia parochialis. c. Nemo de elect. lib. 6. Dico, ad tempus, nã de commendato in perpetuũ, idẽ dicẽdũ est, quod de dato in titulũ, iux. Card. Alex. in cap. Cum autem 44. distinct. Gomes. in reg. de infirmis. resig. q. 13. & citatos per eum. Maio. in 4. distinct. 24. quæst. 13. quod probauimus. in cap. De multa, de Præb. excepto quod vacans per mortem Commendatarij, censetur vacare eo modo quo vacabat tempore quo fuit ei commendata, quod stilus Roman. cur. hodiernus palam seruat. Dixi, quorũ vnũ sufficit, alioqui secus, nam quamuis concilium Tridentinum sess. 24. capitul. 17. de Reform. quod approbat tacitè prædictam glossam, statuerit vt vnum tantum conferatur vni, qualis & quatuuscunque sit ille, adiicit tamen, quod si illud ei non suffecerit,

suffecerit, liceat ei aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat, habere. Ex quo duo collige, posse quem iuste tenere duo beneficia simplicia non requirentia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat absque vlla dispensatione: quæ ante hoc concilium fuit communis opinio in cap. Cum iam dudum &c. Extirpandæ, §. Qui vero de Præb. Et quod concilium non prohibet retentionem plurium, etiam requirentium residentiam personalem, per iustam dispensationem. Dixi, *Absque dispensatione*, quia non sufficit habere iustam causam eam obtinendi: attento solo iure naturæ, & diuino, sine dispensatione iuris positiui id prohibentis, iuxta S. Thom. in dict. Quolib. 9. ar. 15. Dixi, *Aut consuetudine iusta*, quia tantum, licet non plus, valeret illa, quantum dispensatio, iuxta eundem ibidem; quia vtraque potest iuri humano derogare, & neutra naturali, uel diuino. cap. fin. cum ibi late notatis de consuetud. Porro, iusta causa tenendi plura attento iure naturali, & consequenter dispensandi, & consuetudinem circa id inducendi, est secundum eundem circumstantia eiusmodi, quæ sufficiat ad tollendam deformitatem, quam multitudo beneficiorum præ se fert: plura siquidem beneficia tenere, vt ille ait, nec adeo suapte natura est malum, ut per nullam circumstantiam iustificari possit, vt fornicatio, & alia id genus vitia, neque adeo indifferens, vt sine aliqua circumstantia iustificante liceat, ut habere duo prædia, vel domus, vt supra capi. 23. num. 1. diximus, Talis est circumstantia eius, cui attenda suæ personæ qualitate non sufficit vnum beneficium ad honeste decenterque viuendum. Talis item tanta prudentia, sagacitas & industria alicuius, vt speretur plus eis, quibus præest profuturus, etiam absens, quam communiter alius præfens, & potius accipit propter utilitatem beneficiorum, aut subditorum, quam propriam, iuxta Innocent. cap. Cum iam dudum. n. 4. de præben. recept. Talis est etiam defectus aliorum idoneorum, iuxta Host. ca. Graue. colum. 2. eodem tit. Talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, & sciëntia, d. cap. De multa. Quamuis hæc causa videatur includi in prima, quoniam ideo cum nobili & graduato dispensari posse videtur, per d. c. de multa, quia eius honesta sustentatio, pluribus quam alterius indiget, vt ibi diximus. Talis etiam visa fuit Cardin. in Clement. Gratia. de Rescript. intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorum, victum, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi: sed ad largius erogandum in pauperes & opera pia, retento sibi tantum ad vitam decentem necessario; & vera huius intentionis executione.

129 Quare confessarius non debet absoluere habentem plura beneficia, nisi saltem concurrat aliqua prædictarum vel alia similis circumstantia, Maior vbi supra, arg. 6. Dico, *Saltem*, Tum quia non sufficit quælibet illarum, sine dispensatione iuris humani. Tum quia vltima Cardinalis licet ante prædictum concilium sustentari poterat, post illud tamen non potest, quum illud absolute prohibeat habere plura beneficia etiam compatiblea, vltra id vel ea quæ sufficiunt honestæ atque decenti sustentationi, iuxta prædictam gloss. sing. dicto cap. Dudum in 2. de elect. Quoniam tamen concilium non prohibet tenere beneficia illa quæ ante fuerunt collata, sed ne de cætero conferantur plura vni, consului

mus

mus eum, qui ante illud plura obtinuit, posse nunc retinere, limitando se iuxta d. opinionem Card. quam, licet sit contra Pan. & communem, semper putauimus veram ante illud. Quo fit, vt iure quis miretur, etiam post prædictum Concil. à Pontificibus Max. conferri multa quorum vnum sufficit, vni, & multos sibi collata retinere, quæ profecto iure retinere nequeunt etiam cum dispensatione, nisi iustificetur per intentionem a Cardinale requisitam. Adde quod idem concilium sess. 24. capitulo 17. statuit, vt plures parochiales ecclesias, aut vnam parochialem, & vnam cathedralem obtinentes, cogantur alteram infra sex menses dimittere. In quo pondera verbum, cogantur, &c. per quod respōdimus neutram ipso iure vacasse. Pondera item id habere locum, etiam in his, qui per iustam dispensationem tenebant plures parochiales, quumuis audiam aliquos contradicere, argu. ca. ordinarij. §. Cæterum, de offic. ord. lib. 6. quod aiunt esse innoatum per idem concilium, sess. 6. ca. 1. de refor. Quorum opinio licet disputando forte defendi possit, consuli tamen non debet, Tum quia est contra mentem concilij, vt ex eius contextu patet, Tum quia sic interpretatur Curia cogens ad dimittendam alteram omnes, qui ante etiam cum legitima dispensatione tenebant duas. Tum quia licet principium d. c. Ordinarij. innouetur vsque ad §. Cæterum, ille tamen tacetur, Hoc tamen ius nouum non extenditur ad alia incompatiblea legitime obtenta: & ita qui habet alia beneficia incompatiblea, puta plures personatus, vel vnam parochialem, & aliam dignitatem, vel personatum, quæ non sunt ecclesiæ parochiales, non est cogendus relinquere vllum.

Decimosexto, qui fructus sui beneficij in plures quam tres annos locat, aut in emphyteosim dat. clemen. 1. de reb. eccl. non alienan. & est excommunicatus in terris vbi est recepta extrauagan. Pauli II. de qua infra capitulo vigesimo septimo. n. 147

Decimoseptimo. Qui parochiano petenti sacramenta non ministrat, vel non dat licentiam alteri confitendi, vel interest matrimonio clandestino. vt supra cap. 22. nu. 68. aut benedicit secundas nuptias n. 83. aut primas tempore indubitato, ibidem.

Decimooctauo, qui inducit aliquem ad promittendum, aut iurandum, se accepturum sepulturam in sua ecclesia, aut quam iam accepisset, non mutaturum, cap. 1. de sepult. lib. 6. & est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, Clementin. Cupientes §. Sane, de Pœn. de quibus infra ca. 27. & qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum in loco sacro sepelit. ca. Quib. 13. quæst. 2.

Decimonono, qui non discit ea quæ necessario scire tenetur ratione beneficij, vel officij, neque vult illud renunciare. ca. Non est putanda 1. quæst. 1. & l. Idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aquil. Porro sacerdos quatenus est solum sacrificus, est obligatus scire legere, cantare, & constituere gloss. clemen. 1. de concess. præben. verb. Reputamus, quam Cardinal. Panorm. & Imol. probant ibidem, & faciunt multa, quæ adduximus in prælect. capit. Si quando, excepti. 11. & 12. de Rescrip. & quatenus sacramenti minister scire debet, cuiuscunq;

Man. Nau.

Z z

sacramenti

sacramenti formam, materiam, & modum debitum administrandi, & quatenus confessarius & iudex fori conscientiae scire debet, quod supra ca. 4. dictum est. Quo fit primò, vt religiosus, & quibus non est onus curae animarum, neque audiendi confessiones, satis est scire, quae sunt necessaria sacrificio, iuxta mentem Innoc. recep. in c. Cum in cunctis, de elect. Secundò, quòd qui habet praedictum onus ignorans ad id necessaria, tenetur discere illa, aut relinquere onus, vt dictum est, & ita, qui licet sit idoneus ad aliquod beneficium, si tamen non est, ad id quod obtinet, ratione loci, aut personarum subditarum, & non vult discere, quo fiat idoneus, non debet absolui, arg. d. c. Cum in cunctis, & eorum, quae ibi Inno. recep. ait, & Panor. in c. Venerabilis, de Præb.

Vigesimò, qui negligit, aut ob timorem omittit communicare parochianum iam morientem, vel eius confessionem audire, quamuis pestilentia laboret, iuxta dicta cap. 24. numero, 11. & latius tradimus nuper in Miscellan. de Orat.

Vigesimoprimum, qui beneficium ecclesiasticum accipit sciens, aut scire debens se irregularem, suspensum, excommunicatum, aut interdictum esse, & titulus eius est nullus c. Cum inter de elect. c. Postulastis, & c. Si celebrat de cle. excom. minist. & qui in solo peccato mortali id facit iuxta Panor. & d. c. Si celebrat, quod non est verum, vt probauimus ibidem post feli. in ca. Dilecto, de exception. colum. 3. Maior. in 2. distinct. 44. quæst. fina. colum. 3. & in 4. distinct. 18. quæst. 4. colum. 1.

134 Vigesimo secundò, Qui non dicit tot, & tales missas, quot & quales, & quo in loco tenetur, absque iusto impedimento, aut quas omisit, vt debet non cõplet, arg. c. 1. de pact. & Proam. Greg. & c. significatum, de Præb. Quot autem teneatur dicere parochus in quantum parochus, non videtur iure determinatum, nec sufficienti ratione probari, quia nulla concludit omnibus diebus eum missam dicere debere, neque omnibus, quibus commode potest, quamuis sic omnibus festis de præcepto colendis, quia in eis populus eam tenetur audire, c. Missas de Consec. dist. 1. Quare primò institutio vel cõstitutio particularis seruanda est. Secùdò, consuetudo quæ pro lege habetur, quãdo lex deest, c. Consuetudo 1. dist. & ita vbi est consuetudo dicendæ missæ omnibus diebus per se, aut per alium, non satisfacit dicendo, diebus, quibus commode potest, quia tenetur per se vel per alium quolibet die dicere; & vbi est consuetudo, vt solis dominicis & festis, vel certis hebdomadæ diebus, tenetur dicere per se vel alium in illis, quamuis Sot. de Iust. & iur. lib. 9. q. 3. artic. 1. non satis caute iudicet parochum teneri, & satisfacere, celebrando quoties decenter potest, sacellani autem siue capellani, tenentur dicere: quas, vbi, & quomodo, institutio sacellorum, vel eorum promissio habet, arg. dicti c. Cum dilectus, de consuetud. c. 1. & c. Qualiter de pact. Adde, quod onus annexum beneficio, vt illud obtinens quotidie celebret de sancta Maria, non obligat ad missandum omnibus diebus, neque ad missam dicendam de illa omnibus, quibus missare tenetur, sed solum illis quibus frequentius salua honestate, & deuotione debita potest, dicto c. significatũ, de Præb. onus autem dicendi

dicendi per se, vel per alium omnibus diebus, de omnibus diebus intelligendum est, vt ibidem diximus.

Vigemotertiò, qui contrauerit alicui sequentium præceptorum Concilij Tridenti. quod sess. 25. capit. 1. de Refor. præcipit, sic: *Habens beneficium cum onere legendi, legat per se, si est idoneus, sin minus, per alium; & in posterum non valenti legere per se, non conferatur eiusmodi beneficium, decernens collationem ei factam esse nullam.* Cui consequens est, acceptantem peccare, arg. cap. eum qui, de Præb. lib. 6. Et in sess. 5. ca. 2. Quòd habens beneficium curatum, prædicet verbum Dei suo populo, vt minimum dominicis & festis solennioribus, & doceat ad salutem necessaria, quod est tanquam nouum & singulare notandum, Et sess. 23. ca. 6. Quòd nullus obtineat beneficium ante 14. annum, & quòd in minoribus constitutus, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut in seminario vel aliqua schola, quasi via ad maiores suscipiendos uersetur, non gaudeat priuilegio fori. Quæ res nouissima est. Et sess. 24. c. 12. Quòd archidiaconi sint magistri aut licentiatii in Theologia, aut canonibus. Nota non sufficere quo ad hoc doctoratum, vel licentiam iuris ciuilibus, Medicinæ vel Artium, quod curia seruat: per quod soluitur quæstio missa mihi ex Hispaniis; & quòd per Archidiaconum intelligitur solum is de quo loquitur Rubrica, de offic. Archid. qualem in Hispania neminem scio, quia prædicta Rubrica solum videtur loqui de illo qui est caput capituli, & primus post Pontificem; & tales Hispania in sæcularibus ecclesiis uocat Decanos, & in Regularibus priores, & in Gallia, vt plurimum, Præpositos, cui alludit c. Quamuis, de verb. sign. Reliquæ verò dignitates non conferantur, nisi constitutis in anno 22. Per hoc corrigitur c. 1. de ætat. & qualit. lib. 6. quod præscripsit in hoc annum 20. Et prouisi de beneficiis curatis teneantur infra duos menses a die possessionis coram Episcopo, aut eius Vicario profiteri fidem Catholicam spondentes se in Romanæ Ecclesiæ obedientia permanenturos. Quod ipsum de canonicatibus, & dignitatibus prouisi faciant, non solum coram episcopo, sed etiam in capitulo; alioqui non faciant fructus suos, nec illis suffragetur possessio, Quod etiam valde nouum est, quatenus multum addit capitulo, Ego N. & capitulo, Nullus, de iureiur. respectiue. Nemo etiam obtineat dignitatem, canonicatum, aut portionem, qui non sit ordine sacro, quem illa requirunt, initiatus, aut in ea ætate constitutus, vt infra tempus statutum, initiari valeat. In omnibus vero ecclesijs cathedralibus omnes canonicatus habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, uel subdiaconatus. Horratur etiam concilium vt saltem dimidia pars canonicatum conferatur tantum Magistris vel doctoribus, aut etiam licentiatii in Theologia vel iure Canonico. Põdera, quòd hoc postremum non est præceptum, sed tantum exhortatio, quæ non obligat. S. fi. 4. distinct. Quòdque nullius statuti, aut consuetudinis vigore liceat, ab ecclesijs ultra tres menses quolibet anno abesse. Hic videtur permitti maior absentia dignitates, & canonicatus obtinentibus, quàm parochis per capitulũ 1. sess. 23 de Reformatio. & capitulum. 13. quod super fructibus episcopatus, non excedentibus summam ducatorum mille, aut fructibus parochialium, non

excedentibus centum ducatorum, pensiones, aut fructuum reservationes non assignentur. Hoc videtur tangere Papam, qui licet ligari non possit, capitulo Proposuit, de concess. præbend. servat tamen hætenus inviolabiliter, & ubi parochiales non sunt diuisæ, diuidantur, & ubi non sunt, erigantur, non obstantibus &c. Item sess. 25. capitulo 4. de Refor. Quod episcopi in Synodis, & Abbates, & generales ordinum in Capitulis suis generalibus pro sua conscientia disponant de missis, si earum fuerit exorbitans numerus, vel eleemosynæ ijs dicendis impares: Hoc videtur ius nouum quo ad Abbates, & Generales, sed non quo ad episcopos. Qui argument. capitul. cum accessis. sent. & cap. ex parte, de constit. & eis adnot. possunt hoc facere, etiam sine synodo, iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad augendum, argum. c. fi. de verb. signifi. Item capitulo. 13. Quod quarta funeralium solita iam ante annos 40. persolui ecclesiæ parochiali, soluat, etiam si postea concessa fuit alicui monasterio, non obstantibus &c. Et sess. 25. c. 7. de Refor. statuit, quod in posterum accessus, regressus, aut coadiutoria cum futura successione non concedantur, nisi quo ad episcopatum, & Abbatiam, certis ad id causis concurrentibus. Et sess. 24. capitulo. 19. de Reforma. Quod nec mandata de prouidendo, gratiæ expectatiuæ, etiam sub nomine indulti, nec aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura, aut indulta, ad alias ecclesias cuiquam concedantur, & hætenus concessa, abrogata censeantur, Et ca. 8. Quod nulla Ecclesia parochialis etiam si reseruata fuerit, & vacet in Curia, nisi per concursum, & oppositionem præuio examine, de quo ibi, conferatur.

140 Qualiter autem religiosus peccet contra votum paupertatis altius quam hætenus trado in c. Nondicatis 22. q. 1.

De peccatis prædicatorum siue concionatorum.

Prædicans vt peccat, si id facit sine facultate quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, vel mentiens n. 141. miscens ridicula, detrahens prælati, detrimere dissuadens, n. 142. si religiosus sine consensu episcopi, n. 143. Prædicandū quid, quoties, quibus, & a quibus n. 143

141 **P**ECCAT primo Concionator, qui publice concionatur absq; facultate legitima, c. excommunicamus. §. Quia vero, de Hæret. qualem habet episcopus per totum orbem, & parochus in sua parochia, qui potest dare illam alteri noto, & aliàs probato, quoad suam parochiam, sicut episcopus quo ad suam dioccesim, & Papa quo ad omnes, vt colligitur ex Pan. & communi in c. inter cætera de offi. ordin. & c. excommunicatus §. Quia vero, de Hæret. & ex Cardinali, in clem. Dudum de sepult. quia sunt ordinarij, & ordinarius potest omnia, quæ sunt iurisdictionis, delegare, iure canonico, iuxta glo. recep. capit. Peruenit 95. distin.

Secundò, peccat qui aduertens se esse in peccato mortali, ante iustā cōtritionē cōcionatur, secundū Caie. in 3. par. q. 64. art. 6. & 2. se. qu. 187. art. 1. qui retractauit, quod dixerat in summa verbo, prædicatorū peccata, in prin. & To. 3. de vsu.

de vsu spiri. quæstio. 1. ubi oppositum tenuit: quia actus prædicandi saltē per legem humanam est actus peculiaris ordini euangelij. Et qui aduertens mentitur concionando circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiarū sanctorū, miraculorū, aut prophetiarum, ad cohortandū, inducendum, aut mouendum auditores iuxta Caiet. in sum. verb. prædicatorum peccata. Dixi, Circa doctrinam fidei &c. quia mentiri circa alia non est peccatum mortale, nisi notabiliter scandalizaret, vt de mentiente in iudicio, & confessione dictum est, supra cap. 18. nume. 3. Et vt peccat qui principaliter vel minus principaliter ob laudem, honorem, vel pecuniam prædicat, & quāto plus mereatur qui pure ob Dei gloriam id facit, colligas ex cap. 2. num. 6. & latius ex Commen. c. cum minister. 23. q. 5.

Qui vero concioni fabulam, & facetias, aut aliquid ridiculum miscet, peccat quidem iuxta S. Anton. par. 3. tit. 18. cap. 4. & Caiet. 2. secund. q. 164. art. 2. sed communiter non plusquam venialiter, iuxta eundem, in dict. verb. Prædicatorum peccata.

Tertiò, qui religiosus concionando prælati ecclesiæ, & sacerdotibus detrahit, præsertim quo laicis placeat, clem. 1. §. Quibus. de priuileg. Quod intelligendum est, iuxta glo. ibidem. verb. Detrahendo, de detractione nominatim, expresse, vel æquipollenter facta: licet enim generaliter prælatorum vitia reprehendere, modo id prudenter, & absque scandalo fiat. Et quamuis d. clem. solum loquatur de religiosis, quia sapius in eo peccant, idem tamen de secularibus dicendum est, quo ad peccatum, quamuis non quo ad pœnas ibi constitutas, argument. gloss. Clement. 1. de rescrip. verb. Præsidentes, adiuncto textu in leg. interpretatione, ff. de pœnis. Quæ confirmantur per concil. Lateranense, quod sub Leone X. sess. 1. vetuit concionatoribus populo prædicare miracula falsa, incerta, aut prophetias, per sacram scripturam non approbatas, & Prælati ecclesiæ detrahere, addens aliis pœnis excommunicationem latæ sententiæ reseruatae Papæ, quod non latuit Caietanum, in summa verb. excommunicatione. ca. 18. sub fin. Et qui religiosus concionando dissuadet populo de cimarū solutione, & est excommunicatus, clem. cupientes. de Pe. de quo inf. c. 27.

Quartò, qui contrauenit præceptis concilij Trident. quod sess. 5. cap. 2. præcipit sic: Nullus regularis prædicet in ecclesiis sui ordinis, nisi prius examinatus & approbatus à suo superiore, de vita, moribus, & scientia, obtenta ab eo licentia, quam Episcopo presentet benedictionem ab eo petendo. In ecclesiis vero, quæ sui ordinis non sunt, etiam licentia episcopalis necessaria erit. Episcopi etiā neminem regularem extra claustra viuentem, nec secularem sacerdotem prædicare sinant, nisi eis noti sint, & moribus, & doctrina probati, etiam cuiuscunque priuilegij prætextu, Et sess. 24. cap. 4. de reform. sic: Nullus secularis vel regularis etiā in ecclesiis sui ordinis prædicet, contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis dominicis, & festis sollemnibus, diuinam legem per se in suis ecclesiis annuncient, vel si legitime impediri sint, per deputatos ab eis, in alijs vero ecclesiis per parochos, vel alios, tempore vero aduentus, & quadragesimæ quotidie, vel saltem tribus diebus in hebdomada, legem diuinam, & sacram scripturam annuncient.

Capitulum Vigessimusextum

cient, & festis diebus pueros doceant doctrinam Christianam, & obedientiam erga Deum & parentes. Et capit. septim. sic. Ministrantes sacramenta etiam si sint Episcopi, ijs qui ea suscipiunt, illorum vim & usum explicent, & intermissarum solennia, vel alia diuina officia vernacula lingua, festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus questionibus quae non edificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes proponi non permittant, & curent predicari doctrinam veram de purgatorio. Et sess. 22. cap. 8. sic. Omnes curam animarum gerentes, per se vel per alios aliquid ex his, quae in missa leguntur dominicis & festis exponant, & misterium sanctissimi huius sacramenti declarent.

De peccatis coniugatorum.

Sponsalia clandestina post Concil. Trident. complens, & utens matrimonio praesumpto & c. ut peccat. nu. 144.
Matrimonium praesumptum cessat, & coram quo parochus contrahendum, sine cuius praesentia contractum nullum. nu. 144.

144. **P**ECCAT primo coniux. modis supra cap. 22. a nume. 30. positus, & non complens sponsalia clandestina contracta etiam post Concil. Trid. quia illud solum matrimonium & non illa annullat. Et qui utitur matrimonio praesumpto per copulam carnalem habitam post praedictum Concil. quia post illud cessant matrimonia praesumpta per cap. Is qui, de spons. Et qui discedit a matrimonio contracto coram parochus habitationis foeminae, etiam si parochus habitationis viri non assistat. Et qui utitur contracto publice, etiam coram toto populo, sine praesentia praefati parochi, vel alterius presbyteri, cum licentia illius, vel ordinarii: quia congregatio concilij Trid. sub Pio V. interpretata fuit, sufficere, parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in Parochia mulieris, sicut eadem sub Gregor. XIII. censuit, sufficere Parochum viri, quando in eius Parochia contrahitur, ut dictum est sup. capit. 22. n. 27.

Capitulum Vigessimusextum. Ut se geret Confessarius erga Confessum.

CONFESSARIUS doceat confessum hoc & hoc, alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nihil dicat, num. 1. hoc praestari faciat quinque casibus nu. 2. facile non iudicet esse mortale, quod est controuersum, quid tunc faciet. Non absoluat nolentem facere necessaria. n. 3. Quid faciet quando penitens contrariam suae opinionem habet nu. 4. quid quando uterque dubitat. Quid dicet ei, qui restituere debet. Quid ei qui alia vice restitutum se promisit, & non praestitit. n. 5. quid faciet in absolutione peccatorum reseruatorum cum breui resolutione. nu. 6.

Peccatum

Ut se geret confessarius erga confessum.

364

Peccatum reseruatorum cui, & quomodo confitendum, & soluendum. nu. 6.

Absolutio excommunicationis praecedat peccatorum absolutionem, ante illam faciat hoc, & hoc. nu. 7. 8. & 9.

Absoluitur penitens ab omni excommunicatione, maiore, & minore sic. nu. 10.

Absolutio peccatorum detur in hac forma, quamuis ad substantiam eius minus sufficit. num. 11.

Absolutio conditionalis non detur. n. 12. & data a peccatis, celsuris & irregularitatibus, ab eo qui penitentem poterat absolvere, ab omnibus quas incurrisset, etiam oblita includit. & c. nu. 13. & cum datur ab eo qui non poterat, quid fiet, & an absenti dari possit. num. 14.



REACTA confessione, confessarius ut diximus in principio. c. 1. de penit. dist. 6. nu. 50. doceat ea in quibus errare animaduertit, putando peccatum esse, quod non est, aut contra, aut esse mortale quod est veniale, aut contra, saltem in his quae scire tenentur, idemque faciet de celsuris, quas falso credit esse, vel non esse per principium. c. 1. de penit. distinct. 6. & quae ibi tradimus, & argum. c. omnis. §. Sacerdos. de penit. & remis. Deinde pro varietate penitentium, alium arguat, alium soletur, alium de diligentia, & ordine memorandi, & accusandi modestè laudet, & ad gratias ob id agendum incitet, aliis alias virtutes magis commendet, aliis alia vitia acrius increpet. Porro, penitenti docto, diligenti, & sepe confitenti, & celebranti, aut nil dicat, aut solum, ut faciat, quae nouit facienda, & cum sit lux, & sal aliorum caueat, ne sit eis offendiculo, ut copiosius dixi. in d. c. 1. a. n. 52. Tertio, praemissis ante vel post praedicta interrogationibus opportunis, faciat concludi confessionem dicendo, se commisisse illa omnia peccata, & alia multa, quae non satis meminit, cogitatione, verbo, opere, & omissione, & persua deat proponere, nunquam amplius Deo iuuante, ea nec alia saltem mortalia, ob eius amorem peccaturum, iuxta dicta supra capitulo 1. nume. 12. sed non obliget eum ad id voto, iuramento, vel alia promissione, quae nouum vinculum adiciat, nisi quum ius id praecipit, ut in excommunicato notorio absoluetur. c. Pessimam. 23. q. 8. & in mutilatore. c. si quis membrum; ead. cau. & q. & manifesto raptore, aut ecclesiae violatore, capit. super eo de Rapto. & usurario publico. c. Quanquam verb. Nullus de usur, lib. 6. & in publice iniuriante personis ecclesiasticis. c. Quisquis inuentus fuerit. 17. q. 4. Quarto, Caueat facile negare absolutionem penitenti dicendo esse mortale id de quo sunt contrariae opiniones, ne eum in futurum propter conscientiam illaqueet; sed potius consulat libros, vel doctos, vel certè persuadeat ei propositum faciendi, quod iure facere debet, consilio N. vel N. quibus confidit, vel aliorum quorum iudicio fidendum est, tale enim penitentis propositum, sufficit, ut absoluetur, Ang. verb. Confessio 4. §. 3. & Syl. verb. Confessio. §. 20. adiunctis, quae diximus sup. cap. 23. 21. Quinto, quod nullatenus absoluat penitentem, nolentem abstinere ab eo, quod certum est esse mortale, per dicta sup. capit. 10.

Z z 4 nu.

- 4 nu. 4. Sextò, q̄ si sint cōtrariæ doctōū opin quarū alterā cōfessarius, & alterā pēnitēs sequit̄, & cōfessarius credit euidēti se textu, vel ratione niti, pēnitentē autem dubia, non debet eum absoluere. At si confessarius non adeo forti ratione nititur, vel pēnitens utitur pari, vel fere pari, & habet aliquem pro se doctorem clarum, poterit eum absoluere, vt post Adri. in 4. de confess. quæst. 5. dub. 7. colum. 5. tenuimus. in c. si quis autem, de pēnit. dist. 7. num. 66. non distinguentes inter proprium parochum ad audiendum confessiones obligatū, & alium qui potest audire, & non tenetur, vt nec Adri. distinxit, quicquid Gofred. relatus per S. Ant. 3. par. tit. 17. c. 20. §. 2. dicat. Adde, Quod, vt cum dubitatur an aliquid sit mortale, nec ne, securiorem partem confessarius & pēnitens eligere debent, ita quum dubitatur, an penitens hoc facere, dare, aut pati debeat, benigniorem opinionem confessarius eligere debet, Ang. & Syl. vbi supra. Dixi, *Quum dubitatur*, nam confessarius vel pēnitens credens suā sententiā esse veram, non dubitat, vt diximus in d. c. si quis autem, a nu. 9. Septimò, quòd pēnitentem, ad aliquam restitutionē aliquorum obligatū, inducere debet ad propositū eā faciendi, quā cito cōmodè poterit, iuxta d. in c. 17. nu. 54. admonendo eum si nimis differat in peccatum mortale recasurum, & gratiam quam per confessionem & absolutionem adeptus est, amissurum, Quin & eum, qui confessione præterita, restitutionem promisit, nec restituit, nō debet absoluere quoad restituat, nisi rarò, vt in d. c. 17. num. 59. insinuatum est.
- 6 Octauò, quòd pēnitentem habentem peccatum reseruatū, non debet absoluere ab eo sine priuilegio, bulla, vel alia licentia eius, qui illa potest dare, sed vt dixi in cap. Consideret. §. Cautus, num. 10. de pēnit. dist. 5. debet absoluere a quibus potest, & pro absolutione reseruati, mittere ad eum cui reseruatū est, cui solum reseruati confiteatur, vt ab illo absoluatur, aut absoluendus ad priorē cōfessariū remittatur. Quare vt cuidā Doctissimo respōdi, nō dēt dicere absolutē, absoluo te ab omnibus peccatis mihi confessis; sed cū limitatione exceptis tali & tali: posset item pēnitens per se, vel per alium ante vel post suam confessionem, impetrare facultatem secretam, verbo aut scripto, ab eo, cui reseruatū est absoluendi a proprio confessario, aut quia is modus periculosus est, eo quod peccatum extra confessionem detegitur, tutius esset, vt confessarius per se vel alium impetraret sibi facultatem absoluendi ab illo vel illo peccato ei reseruato. Superior autē cui est reseruatū peccatū, nō potest absoluere ab illo, antequā ipsi vel alteri omnia fuerit cōfessus. Nonò quòd pēnitentem excommunicatū prius debet absoluere ab excommunicatione quā a peccatis, aliās mortale sacrilegium committeret, vt diximus in d. c. Consideret. §. Cautus. num. 24. post Palud. in 4. distinct. 17. quæstio. 11. colum. 4. argumen. capit. si celebrat. de cler. excommun. minist. cap. sacris, de his que vi, contra Angel. verb. confessio. quinto §. decimo. sequentem Monald. pro se incautē citantem Richar. qui contrarium tenet, licet absolutio peccatorum si concederetur, valeret, modo, quo supradictum est. capitulo nono, numero quinto. Quod si facultatem absoluendi ab excommunicatione non habet, nullatenus a peccatis absoluat, quousque absolutus ab ea, redeat, aut

aut adferat mandatum ad absoluendum eum. Porro in absoluendo ab excommunicatione, seruare debet formam iuris, quæ vt diximus in ca. 1. in prin. dist. 6. n. 54. habet primum, vt iuret parere super eo mandatis ecclesiæ, c. ex tenore c. De cætero, de sent. excom. Secundò, quod parti satisfaciat, si offensa, aut debitum est notorium. c. Ex parte de ver. sign. &c. Solet, de sent. excom. lib. 6. aut impensas, si contumacia est notoria, c. Venerabilibus. §. porro, eod. tit. & lib. & hoc si potest, sin minus, præstet sufficientem cautionem, id est dando pignora, vel fideiussores: & si neque hanc potest, det iuratoriam. Noue autem addimus, quòd quamuis distinctio debiti, offensæ, aut contumaciæ notoriæ & dubiæ locum habeat in foro exteriori, in interiori tamen non habet, sed solum si scit, aut nescit, se debere, aut offendiisse, aut quantum, aut quomodo aut cui soluere debeat. Quia in hoc foro cessant præsumptiones, & confessum a pēnitente pro certo, notorium habetur, iuxta omnes, argu. cap. tua c. Is qui de sponsal. quod est vsu frequens, & theoria rarum. Tertiò, quòd humeros nudatum cū psalmo Miserere mei Deus, aut alio pēnitentiali, virga, fune, aut flagello cadat, & post gloria patri &c. Kyrie eleison &c. Pater noster, &c. cum versiculis saluum fac &c. Dominus vobiscum &c. Oremus, Deus cui proprium est misereri, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum D. N. Amen. c. A nobis 2. de sent. excom. & traditæ Anto. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. quem sequuntur alij, & post absoluat in hæc verba. Auctoritate qua fungor, absoluo te a vinculo excommunicationis quod incurristi ob hanc vel illam causam, & restituo te sacramentis ecclesiæ & communioni fidelium, In nomine patris &c. Amen. Et si est excommunicatus ob multas causas, exprimat eas in absolutione, alioqui a solis expressis esset absolutus, iuxta omnes. Quamuis mea sententia satis est habere intentionem eum ab omnibus absoluendi, & comprehendendi omnes suis verbis. Si vero, ob vnam tantum causam sepe incurrit, sufficit dicere, toties, quoties eam incurristi. Et quia statim dicemus expedire, vt generaliter absoluat quemlibet pēnitentem ab omni excommunicatione, sub conditione, si & quatenus est opus & potest, quamuis non videat eum aliqua teneri, a fortiori expediet, vt eum sic absoluat quādo eum absoluit ab aliqua particulari qua videt eum teneri. Quamquam autem modus prædictus, regulariter seruandus est, quando commode potest in absoluendo excommunicato, absolutio tamen aliter facta valet etiam solum dicendo. Ego te absoluo ab excommunicatione, vel rebenedico te, aut aliud æquipollens, cum intentione absoluendi; Sylu. verb. Absolutio. 5. §. 2. vt diximus in dist. ca. 1. vbi addimus. nu. 55. ne faciat sceminam nudare humeros, quia nullo iure id cauetur, & a. n. 60. quod quatuor prædicta, non sunt seruanda, quando excommunicatio non est certa, & ad cautelam absoluitur. Et Leonem PP. X. fratribus ordinis Minorum concessisse, ne quando excommunicatos in foro conscientiæ absoluunt, teneantur eos flagellare dicendo psalmus Miserere mei. compen. priuileg. verb. Absolutio. 1. quo ad seculares. numero 14.

10 Decimò, confessarius imponat pœnitentiam, ante absolutionem gloss. fin. in Clem. Dudum. §. statuimus. verb. Audire, de sepult. quod tamen non est necesse; quia tantum valet, & tam sacramentalis est quæ post, quam quæ ante imponitur, vt dixi in princip. dict. c. 1. nu. 3. post Gerson. in tract. de excomm. 2. par. arg. l. Lecta, ff. de reb. cred.

Decimoprimum, absoluat eum ad cautelam ab excommunicatione maiore vel minore, suspensione, vel interdicto, in hanc sententiã. Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, suspensionis vel interdicti, a quibus te possum absoluerè, absoluo te, si & quatenus possum, & expedit: sed non est necesse adiungere, restituo te sacramentis ecclesiæ & communioni fidelium, iuxta Gerson. vbi sup. & omnium mētē; quia eo ipso quod absoluitur, eis restituitur.

Decimosecundò, a peccatis absoluat, præmittendo Misereatur tui &c. Dominus noster IESVS CHRIS TVS te absoluat & ego autoritate ipsius qua fungor te absoluo ab omnibus peccatis tuis In nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Passio D. N. IESV CHRISTI & merita Beatæ Mariæ semper Virginis & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali patieris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Non sunt tamen hæc omnia necessaria: Essentialia enim & necessaria sunt illa sola, Absoluo te, vt diximus in d. princip. nu. 9. & colligitur ex vtroq; Tho. 3. par. qu. 74. ar. 3. & ex concil. Florent. in decreto euge. §. 4. quia quæ absolutionem præcedunt, sunt preces, & quæ sequuntur, sunt iniunctio pœnitentiæ generalis, vt diximus in cap. 3. nu. 4. & in d. cap. 1. nu. 3. 6. & 52. post Tho. quol. 3. Alia multa verba multi adiungunt, quæ non solum sunt superflua, sed etiã periculosa, è quibus sunt illa, (De quibus contritus &c.) Tum quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita, sed etiam quæ apparent contrita, ad effectum, nè iterum ea pœnitens confiteri teneatur, quin etiam attrita certæ speciei comprehendit quo ad effectum remittendi, vt supra dictum est, cap. 1. nu. 40. Tum quia scrupulos gignere posset, vt dixi in d. cap. in princip. nu. 31.

Vbi nu. 27. etiam dixi, qualiter intelligenda sit determinatio quædam Io. Gerson. quo verba sit. Admonemus etiam id quod vbi supra, nu. 62. quod non debet absoluerè ab excommunicatione de futuro, & minus à peccatis, dicendo, Ego te absoluo ab excommunicatione, aut à tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisfeceris. Tum quia absolutio non debet esse in suspenso, arg. c. Ad hæc quoniam, de Appell. Tum quia licet sortiretur effectum post adimpletam conditionem, peccaret tamen, qui eam sic faceret, vt dixi ibidem, nume. 65. Quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ actum non suspendit. l. Cum ad præsens. ff. si cert. petat. veluti dicendo, si fecisti, aut præstitisti talem rem, ego te absoluo, vt dicitur, quum de baptismo dubitatur, si tu non es baptizatus, ego te baptizo cap. 2. de baptif. Quod si superior absens inferiori facultatem dederit, vt à casibus sibi referuatis absoluat sub eo modo vt iterum illi confiteatur, quando præsens fuerit, confessarius tenetur illum modum pœnitenti declarare, & si eum non acceptauerit non debet audire, si ante confessionem id sciuerit, nec a referuatis absoluerè, si post confessionem

13 confessionem sciuit: si tamen confenserit absolutioni, adeo valet absolutio, quod quamuis postea pœnitens superiori non confiteatur, valere illa non desinat; peccatum tamen mortale nouum committet. Est autem valde notandum, quod qui confitetur alicui habenti facultatem absoluendi ab aliqua excommunicatione, vel peccato referuato, quibus ipse tenetur, & obliuiscatur illa, & absoluat ab omni excommunicatione & peccato si & quatenus potuit cōfessarius, vt supra est dictum, absoluitur etiam ab eis, ita quod quamuis postea factus memor eorum confiteatur illa vt tenetur alteri, qui talem facultatem non habet, ab illis possit absolui ab eo, quia desierunt esse referuata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quæ per priorem absolutionem sublata fuerunt, & peccata remanserunt solubilia, a quouis proprio sacerdote vt dixi in ca. 1. §. Cautus de pœnit. distinct. 5. & in cap. 1. in princip. num. 70. de pœnit. distinct. 5. allegando locum specialem vbi id dixit Palud. in 4. distinct. 18. quæst. 5. colum. pen. quem nemo allegat, quamuis generaliter allegando eum sequantur. S. Anton. Ang. Syl. Gab. & Adr. in locis, quos in d. §. Cautus citamus. Et ideo qui confitetur habenti auctoritatem absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris, per viam confessionalis, bullæ, Iubilei vel aliam, prudenter facit, curando, vt modo suprascripto generaliter ab omnibus excommunicationibus, & peccatis absoluat: imò, & vt secum in irregularitatibus dispensetur, si etiam ad eas se extendit facultas. Quia si postea in mentem venerint, satisfaciunt confitendo peccata, nulla obtenta absolutione a censuris, nec dispensatione ab irregularitate, quod religiosi notare debent qui in visitationibus, nam esto tunc non meminerint illa, sublata censentur, nec tenentur aliam absolutionem querere ab eis, sed satisfaciunt confitendo simpliciter peccata, ob quæ illas incurrerunt. Ang. verb. Confessio. 1. §. 12. Ros. verb. Confessio 2. §. 9. Sylu. verb. Confessio. 1. quæstio. 4.

14 Decimotertio, quod si absoluit aliquem ab excommunicatione, aut a casu referuato, a quibus ipse non poterat, debet procurare facultatem absoluendi eum ab illis, & post habitam eam absoluet eum præsentem, si præsentia eius habere potest, sin minus, absentem ab excommunicatione; quando voluerit, & a peccato referuato, quando ille in gratia esse videbitur, secundum Ant. qui ait multos insignes theologos congregatos super hoc in concil. Basil. conclusisse, huiusmodi pœnitentem posse absolui in absentia, etiam si præsentia eius haberi posset; sed scandalum immineret, dicendo ei, quod nequaquam est absolutus, & propterea oportet ipsum iterum confiteri: Quod equidem ego refellere minimè audeo, licet nonnullis contra videatur, & si prædictam facultatem, habere nequit, admonere debet eum si potest, vt se absoluerè faciat a tali casu, aut peccato, a quibus ille non potuit, vt dixi in c. 1. in principio de pœnit. d. S. n. 60. Non enim satis placet illud Directorij. lib. 1. tit. 15. §. 143. scilicet, vt obtenta absoluendi facultate, iterum pœnitentem accersat & caute fingat, se eum de aliquo peccato iam confesso interrogare velle quo melius eum erudiat de nonnullis alijs, si postea commisit, & ab omnibus absoluerè,

soluere, Tum quia raro id sine scandalo fiet, Tum quia non potest illum, ab illo peccato, & aliis absolueri, nisi omnia peccata integrè ex proposito absque tali fictione confiteatur, cap. Omnis. de pœnit. & remiss.

Pœnitentia iusta est imponenda, alia omnis cur falsa dicta, omnibus leuis necessaria, & que alia voluntaria grauis indiscretè ponitur, n. 15.

Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit. num. 16. & septennis unicuique peccato mortali non debetur in foro interiori contra communem cum S. Tho. n. 17. & arbitrio confessarij relinquatur, non ad hunc effectum sed ad istu, & in imponenda consideret hæc; sitq; conueniens, quales non sunt hæ. nu. 18.

Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc, & quanta esset iniungenda. num. 19.

Pœnitentia satisfactoria alia a necessaria culpa delenda, & que earum acceptanda. num. 20.

Pœnitentia ex causa diminui & mutari potest. num. 21. & 22. & per opera aliàs debita fieri. num. 23.

Pœnitens quod officium relinquet. nu. 24.

Confessarius pœnitenti absoluto hæc consulat. nu. 25.

15



DE C I M O Q V A R T O, quòd frequenter rogati super quantitate pœnitentiæ imponendæ, tandem conclusimus octo, Primum, quòd confessarius debet conari imponere pœnitentiam iustam pœnitenti. Tum quia ea minorem Greg. falsam appellat. in cap. Falsas. de pœnit. dist. 5. Non eo quod nil profit, vel absolutionem irritam faciat, sed quia pœnitentem fallere potest, præbendo occasionem credendi, se per illam plenè satisfacere. Tum quia Abulens. super 18. Math. q. 49. circa finem, dixit confessarium imponentem pœnitentiam pro suo libito, sine alia circumspectione, peccare, quamuis non declaret, an mortaliter, an venialiter, nisi quando nullam scienter iniungit, cui satis concordat Concil. Colon. de satisfact. §. ex prædictis, multa de hac re tangens, & Adri. in 4. de Clauib. quæst. 2. colum. 6. sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudètia, & pœnitètia, arg. c. si is qui prælatus. 23. q. 4. & Maio. in 4. distinc. 20. colum. 3. non esse veri amici imponere paruam pœnitentiam, neq; prudentiæ, eius paruitate lætari. Tum quia Conciliū Trid. sess. 14. cap. 5. post hæc scripta declarauit, conueniètes pœnitentias esse a cōfessariis imponendas, & non leues pro grauib; iniungendas, ne participes eorū fiāt. Quo fit, vt cōstāter affirmemus, non rectè fungi officio suo confessarios, qui omnibus vnam & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt. Secundò, illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior neq; minor merita, quæque exæquat, & non superat pœnam peccatis confessis in purgatorio luendam. argum. l. iustitia. ff. de iust. & iur. & proœm. Greg. Tertio, Hanc soli Deo esse cognitam, solus enim ille nouit, quanta pœna debeat in purgatorio peccato mortali per contritionem & confessionem condonato, quia

quia solus ipse nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem quam absolutio sacramentalis tollit, meritum item operis satisfactorij tum sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine vel paruitate gratiæ & deuotionis magis vel minus, saltem ex opere operantis satisfacit. Quarto, vulgatū 17 esse, unicuique peccato mortali iuxta canones pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, in quod allegatur Gratian. in capitu. Hoc ipsum. §. 1. 33. quæstione 2. Pro quo nunquam nos textum reperire potuimus, vt dixi in d. capitu. Falsas. nume. 14. quamuis sic multas glosas receptas in d. capitu. Hoc ipsum, & in capitu. Admonere. 33. quæstione 2. & in capitu. Prædicandum. 22. quæstio. 1. & capitu. sunt plures de pœnit. distinc. 3. quæ id dicunt. Et communis cum Host. in summa de pœnit. & remiss. §. Quæ pœna, & Palud. in 4. distinc. 10. quæstione 2. Anton. 3. par. titul. 17. capitu. 10. cui consonare videretur stilus concedendi indulgentias. 40. vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum. Quare contrarium putamus. Tum quod id tenet Tho. in 4. distinc. 20. quæstio. 2. ante quem idem sensit Hier. in capitu. Mensuram; de pœnit. distinc. 1. Tum quia nec Gratianus dicit ecclesiam septennem pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed tantum pro grauissimis peccatis iniungi solitam fuisse in d. capitu. Hoc ipsum. §. 1. Tum quia dici potest, illam pœnitentiam non fuisse taxatam pro foro interiori sed exteriori, vt probamus dict. capitu. falsas. numero 14. Tum quia ibi ostendimus illos 46. canones pœnitentiales quos Hostien. in d. §. Quæ pœna, colligit, ad forum exterius pertinere. Tum quia inepte imponeretur pœnitentia septennis pro vnoquoque peccato ei qui mille confiteretur. Quintò, quantitatem, & qualitatem iustæ pœnitentiæ nunc & semper relinqui, relictamque fuisse prudentis confessarij arbitrio. dict. capitu. Mensuram. capit. Deus, de pœnitent. & remiss. & capi. Tempora. 16. quæst. 7. non quidem vt sensit glos. dict. cap. Mensuram. & Panormi. in dict. capitu. Deus qui, numero 4. & Anton. Burgen. in capitu. 2. de emptio. ad effectum vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta magna vel parua, ab omni pœna purgatorij liberetur, quia hoc falsum est, iuxta Mag. & communem, in 4. distinc. 20. & probamus in dict. capitu. Mensuram, & capi. Deus qui, & in Reper. §. in leuitico de pœnitent. distinc. 1. Nec etiam ad effectum, vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundum aliquos, vt dicemus infra. nume. 20. Sed ad effectum, vt animæ negotia, quo ad hunc mundum, & quo ad alterum mediocriter gerantur. Sextò, confessarium circumspicere debere in æstimanda pœnitentia, magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ pœnitentis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, assuefactus pœnitere, an non. An item videatur magnam reculaturus, aut quamuis acceptet, eam non impleturus, an sit pauper, an diues, magnopereque curare debere, ne pœnitentiam ineptam imponat, qualis est eleemosyna pauperi, ieiunium perpetuò laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito, qualis quæ imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti

18

culti, iuxta mentem Sanctum Antoninum tertia parte titulo decimosextimo capit. 10. §. 10. qualis peregrinatio mulieribus, iuxta. Host. in cap. Mulier. de senten. excommun. maximè sine suis maritis, vel cum illis in longinquum, cum domi manentes sanctos inuisere spiritu possint. Maio. in 4. dist. 17. quæst. 2. qualis panis & aquæ, & solitudinis, melancholico, & scrupuloso. qualis multa recitatio prælectori, & ad longas preces obligato, vt dicimus, in dicto cap. Consideret. §. ponat. num. 4. & 8. de Pœnit. distinct. 5. & aliæ similes. Septimò,

19 Confessarium pœnitenti dicere debere, iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deum Optimum Maximum scire, & timentes Deum, & cupientes vitare penas alterius vitæ, antiquitus septem annorum pœnitentiam pro vnoquoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam pœnam tam magnæ offensæ purgandæ adhiberi oportere, sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere. Et si responderit se vel le, & iudicat illum impositam impleturum, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur. Nam, vt habet Concil. Colon. vbi sup. iam quod sperandum non sit, vt communiter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarentur: in quod mouere potest etiam formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum & dierum in pœnitentiam iniunctorum, de quarum modo intelligendi pauca, quæ hoc in loco scripsimus, remittimus ad repet. §. in leuitico. de pœnit. distinct. 1. not. 1. a. num. 12. quem in multis reformatum edemus, ope diuina, ante annum iubilei proximè futurum, qui erit. 1575. Octauò, quod pœnitenti nolenti acceptare tam magnam pœnitentiam satisfactoriam, diminuat, quantum ei placuerit, declarando ei pœnam alterius mundi, iuxta Maio. in 4. dist. 20. q. 1. col. 3. Dixi, *Satisfactoriam*, quia restitutoria; vel ad exeundum à peccato necessaria, qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, & dimissio concubinæ, & officij, quod sine peccato exerceri nequit, & conuersationis qua se credit in mortale peccatum lapsurum, necessariò imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absolueudus, vt dixi in c. satisfactio. de pœnit. dist. 3. & d. §. ponat se, & latius in hoc latino. capi. 3. a. num. 5. & c. 14. a. num. 31. Rectè autè faciet concedendo, vt quod non recitauerit, aut non ieiunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel elemosina redimere. Decimoquintò, quod ex his potest satis inferri decisio quæstionis sup. c. 3. a. num. 2. tactæ, & huc remissa, an pœnitens de præcepto teneatur acceptare pœnitentiam iustam a confessario præscriptam, in qua placet sententia subtilis Doctoris Scoti in 4. dist. 17. quam sequitur Gab. dist. 16. q. 2. & Med. in Cod. de confess. fol. 75. disertè tractans eam, s. Quod sufficit pœnitenti habere propositum satisfaciendi Deo, hic vel in purgatorio, quibus consonat Host. in summa. de pœnit. §. Et an sit, vers. Quid de operibus, & Pan. in c. significauit. num. 2. eod. rit. nisi quatenus tenet, teneri ad acceptandam aliquantulum & saltem vnum Pater noster, quibus nullus Canonistæ, quod sciam contradixit, sed de veritate huius limitationis inutile prorsus duco disputare, Cum nemo sit tam saxeus pœnitens, qui bona fide

fide confiteatur, & nolit vel tantillam pœnitentiam acceptare. Pro qua Scoti sententia, & contra eam multa hoc in loco in Hispano adduxi, quæ consulto omitto, eo quod videam in Vrbe, & in Orbe receptum, ne cuiquam denegetur absolutio, eo solo quod nolit acceptare pœnitentiam sibi iniunctam, modo habeat propositum verum plane satisfaciendi Deo, viuens per bona opera, & indulgentias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo, quamuis cõtra teneat Palud. in 4. distinct. 17. quæstio. 2. ar. 1. cum aliquot aliis. Pro quibus vrget. cap. Omnis. de pœnit. & remis. habens, pœnitentiam a confessario iniunctam à pœnitente acceptari debere, & Conci. Flor. agens de sacramento pœnitentiæ habet, confessarium, pœnitentiam arbitrari debere, & quod omnes catholici confitentur, confessarium sicut potestatem habet ad absoluendum, ita ad obligandum habere, cuius oppositum esse hereticum declarauit Cõcil. Trid. sess. 14. c. 8. & can. 25. & Concil. Later. quod sub Leone X. sess. 9. §. Ad abolendum, præcepit confessarijs, ne blasphemos Dei & suæ matris, absque magna pœnitentia, ad arbitrium seueri confessarii absoluât sed his responderi potest, solum per ea probari, quod confessarius sine iusta causa non debet imponere minorem ea quam arbitratur iustam, sed cum illa sic. argum. 1. Quid ergo. §. Pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. & adductorum per Dec. in c. At si §. de adulterijs. de iudic. etiam nullam imponendo, vt cum iam iam spirantem, nec pœnitentiã facere potentem, sine vllius pœnitentiæ impositione expressa absoluit. Multæ autem sunt iustæ causæ minuendæ pœnitentiæ, puta impotentia eam implendi, vt proximè dictum est, magnitudo contritionis, quæ sola interdum totam pœnam remittit, iuxta gl. solenn. d. cap. Mensuram. Senectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod iustam non implebit, argum. c. sicut dignum, de Homicid. & c. Aut facta. de pœnit. dist. 1. tempus iubilei, vel aliarum indulgentiarum. arg. c. Cum ex eo. de pœnit. & remis. & extrau. 1. & 2. eodem titu. iniunctio, & acceptatio, & directio omnium bonorum operum totius vitæ in satisfactionem pœnæ peccatis suis debita argum. c. 1. & 2. 26. q. 7. Porto, cum valde diminuit iustam, moneat pœnitentem eius rei ignarum, quæ grãdis esset imponenda, quãto plus prodest exigua presentis vitæ, quã magna futura, collimet, & dirigat omnes curas & labores in præsentem perferendos, & mortem ipsam etiam necessario subeudam, in satisfactionem pœnitentialem, quæ omnia ratione hac suscepta, leuius feret. Adde, quod etiam iniuncta, & acceptata mutari potest, & diminui iusta de causa, puta quia bona fide putat pœnitens, se eam implere non posse, aut non sine difficultate, vel periculo salutis, animæ, vel corporis, quia tunc, non solum confessarius qui eam imposuit sed etiam alius si ipse facile adiri non possit, etiam eo inferior mutare potest, s. episcopus impositam à Papa, & parochus impositam ab episcopo, iuxta gloss. ling. & recept. c. Tempora pœnitudinis. 26. quæst. 7. vt latius post Dec. dicimus, in d. c. At si §. 1. etiam non iterata confessione eorundem peccatorum, ob quæ imposita fuit, modo imposita fuisset ob peccata eiusmodi, à quibus, qui eam mutat, absoluere potuisset, iuxta Monal. in sum. de pœnit. §. An possit imponi a non proprio sacerdote. Sylu. verb. confessio. §. 22. Rosel. verb.

verb. confessio sacramentalis. §. 1. 1. quamvis stricto iuri consonantius ageret, qui eius implementum differet; quousque possit eum, qui illam imposuit adire, si spes breui adeundi foret. Pro predictis facit quod (gratia Deo misericordiosissimo) possumus ei satisfacere operibus bonis, etiam alia ratione debitis, & de necessitate etiam naturæ subeundis, ut post Caiet. de satisfact. quæst. 1. probamus, in c. 1. de pœnit. dist. 6. nu. 40. post quæ declaravit Concil. Trident. sess. 14. cap. 9. quod pœnis & flagellis à Deo inflictis, & patienter toleratis, satisfacere possumus, & consequenter tolerandis infirmitatibus, & ipsa morte naturali, aut violenta ineuitabili. Quo fit vtilissimam esse illam clausulam, quicquid boni feceris &c. quam (supra eod. c. nu. 10. & in princ. d. c. 1. de pœnit. dist. 6. nu. 36.) diximus formæ absolutionis vtiliter addi, declarato præsertim supradicto modo eius valore. Confessarius tamen pœnitentiam ieiunij aliquorum dierum, aut precum imponens, in dubio censetur imponere eorum, ad quæ pœnitens non tenetur, & consequenter is cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non satisfaceret dies quatuor temporum, aut vigiliis, ad quas tenetur, ieiunando, secundum omnes. Ad noue quæsitum, scilicet. An cessatio a peccato & emendatio vitæ possit in pœnitentiam imponi? Resp. affirmatiue, Tum quia licet pura cessatio à peccato non sit opus, velle tamen cessare ab eo verum opus est, & ita non obstat, quod aduersarij dicunt, sola opera esse in pœnitentiam imponenda, iuxta ca. 3. Lucæ; Tum quia promittens non facere dicitur promittere factum, gloss. recep. in l. 2. ff. de verborum per §. si vxor. institut. de emp. tum quia licet verius esse putamus, opera aliàs debita posse in pœnitentiam imponi, contra Scot. Palud. & Maio, magis vrgentem, in 4. distinct. 15. cum S. Anton. 3. par. tit. 4. c. 20. referente Ægid. & Richa. id tenuisse, quod & Tho. sentit, in ead. dist. 15. q. 2. ar. 3. & latius distinct. 19. q. 2. ar. 1. & Gabrie. q. 2. pro quo vrget Concil. Trid. cap. 9. sess. 14. determinando posse nos satisfacere Deo pro peccatis per pœnas ab ipsomet inflictas, vel alias, naturales, vel violentas, etiam necessariò patiendas, subeundo eas patienter in remissionem eorum: quod antea tenuit vbi supra Thom. Tum quia non sequitur ex hoc quòd videretur stultè facere, ut Maior. obiicit, qui clericis non iniungit in pœnitentiam omnes horas canonicas dicendas, nec alijs alia eis præcepta, quia prudenter cauet ab eo faciendo, ne confessi ea postea omittentes, bis peccent, contra præceptum ecclesiæ, & confessarij. Tum quia omnis virtutis actus, licet vno respectu sit delectabilis, est tamen alio pœnalis, ut post alios declarat rectè Sot. in 4. dist. 19. q. 2. ar. 1. & ita qua parte est pœnalis, est ad pœnitentiam aptus: tum quia omne opus bonum, etiam purè mentale est satisfactorium pœnæ peccati remissi secundum Scot. in d. dist. 15. q. 1. ar. 3. communiter receptum, Tum quia sicut dirigens vnum eundem actum in multorum præceptorum implementum, omnia illa implet, ita pœnitens dirigens vnum, & idem opus, in implementum præcepti ecclesiæ, & confessarij, vtrunque implet, per quæ facilè respondeas argumentis Maioris vbi supra. Nolumus tamè dicere, quòd sacerdos prudenter faciat iniungendo in pœnitentiam cessationem ab omnibus peccatis & emendationem vitæ sub pœna noui peccati, quia id esset

id esset dare occasionem bis peccandi, ut prædictum est, sed quod aliquando, potest præcipere cessationem ab aliquibus peccatis alicui, quem merito credit eam seruaturum, & semper potest eam consultiuè imponere, sicut & alia omnia bona opera, quæ facturum est, potest iniungere sine noua obligatione ad illa quam implendo, tanquam pœnitentiam consultiuè iniunctam, plus satisfacet, quam sine vlla iniunctione satisfaceret.

Decimosextò, quòd confessarius non debet consulere pœnitenti, ut deserat officium alioqui licitum, in quo multum peccat, quando est periculum incidendi in alium statum in quo plus peccet: quod contingeret, si mercatori multum in decipiendo peccanti, consuleret relinquere mercaturam, quod futurum sit ei magna occasio adulterandi, furandi, vel peiora faciendi; sufficit enim ut firmiter proponat nunquam amplius se quemquam decepturum, & redditurum quod illicitè acquisiuit, ut diximus in ca. Qualitas. de pœnit. dist. 5. post Adr. in 4. de sacra. confes. q. 4. col. 23. Dixi, *Alioqui licitum*, quia secus est de illicito, quod exerceri sine mortali non potest, quia præcipiendum ei est, ut relinquat, quamvis ex eo occasio magis peccandi præbeat, neque absolueris est, nisi se id relicturnum proponat, ut diximus in c. Negotium, de pœnit. dist. 5. Decimosextimò, post absolutionem admoneat eum, ut fugiat occasiones peccandi non solum eas, quas de præcepto tenetur fugere, sed etiam alias, de quibus vtrisque latè dictum est supra; de acceptis quidem cap. 3. a. nu. 5. B. & de datis. cap. 1. 4. a. num. 3. 1. A. Consulat item, ut pluries, quàm semel in anno, confiteatur; ut audiat conciones, bonorum precibus se commendet, & eorum conuersationem habeat, etiam si credat, pœnitentem sua consilia non exequuturum; ut contra tentationè vitij, quo maximè tenet, diuinam opè imploret, per preces alicuius sancti, qui virtute contraria plurimum enituit; ut meditetur pœnas inferni adeo magnas, & perpetuas, ut obuiet inimico suggerenti, semper pœnitentiæ locum esse, memoria repetèdo, quot passim mille modis subito absque pœnitendi & confitendi facultate moriantur, & aliquo vitio maximo illaqueato persuadeat, ut firmiter proponat, & interdum voueat, se illam vel illam pœnitentiam subiturum, si recidat in illud, non autem ut iuret, vel voueat, se id non admissurum, arg. c. Clericos, de Cohab. cler. & muli. nec se, si reciderit, religionem ingressurum, Quæ res frequens est, frequenterque sacram pœnitentiariam variè torquet.

Absoluere ab omnibus etiam reseruat in articulo mortis quilibet presbyter potest. nu. 26. sine pœnitentia exteriori consulendo hoc, n. 33. ad petenda alia sacramenta inducendo. nu. 34

Absolui vel communicari, an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus. nu. 28. & 29.

Restitutio pauperibus debita, an ecclesiis fieri possit. n. 29

Bulle indulgentiarum, per incuriam quibusdam in morte non profunt. n. 30

Bulla, quæ primo usu expirat. n. 31. Articulus mortis quis dicitur. n. 31

Absolutio per bullam, quæ formam requirat, & an extra confessionè detur. nu. 31

Man. Nau.

A a a

Absolutio

Absolutio a censuris quid prosit mortuo. num. 32

Moriens qui non sepeliendus. n. 32. quid admonebitur, ad quid inducetur. nu. 33. 34. & 35.

26

Decimo octavo, Quod quilibet presbyter Catholicus, non precisus ab ecclesia, absolueret potest quemlibet in articulo mortis, à quolibet peccato etiam reseruat, & à qualibet excommunicatione, cum admonitione infra scripta si copia superioris desit, vt copiose diximus in cap. 1. in princip. de pœnit. distinct. 6. à nume. 72. per illum tex. & cap. Quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. c. Quod super iis. de senten. excom. cap. si quis suadente 17. quæst. 4. & alia multa. Dixi, Presbyter, alius enim etiam deficiente presbytero, non potest a peccatis absolueret, iuxta glo. sing. recep. in cap. Pastoralis. §. Præterea, de offic. ordin. neque ab excommunicatione, vt probamus, & defendimus, ibidem a num. 83. cum prædicta glo. recepta ibi ab omnibus, & ab Imol. in l. 1. colum. 3. ff. de Public. iudic. contra glo. probatam ibi a Panor. & Fel. in cap. A nobis, 2. de sent. excomm. & contra. S. Anton. 3. par. tit. 17. cap. 4. cas. 7. Dixi, Catholicus, & non precisus, quia hæreticus, schismaticus, & excommunicatus excommunicatione maiori, & interdictus, suspensus, notorius, aut denunciatus non potest, quamuis alius non reperiatur, vt ibidem probamus. num. 87. post gloss. in cap. præterea. §. Per manus. 32. distinct. communiter ibi approbatam & a Pan. & Præpos. in c. Non est, de spons. cum eius glo. Dixi, Cum admonitione, quia debet admonere, ut si a morte liberetur, non tenetur se præsentare superiori pro peccato reseruat non habente annexam excommunicationem, pro habente vero, sic, adeo quod si sublata infirmitate, quã cito commode potest, non se repræsentet, recidet in eandem excommunicationem, cap. eos de sent. excom. quia si ille adiri potest, sine moræ periculo, nõ debet absolueret a reseruat, Innoc. in cap. 1. de sent. excom. neque ab aliis, si est excommunicatus, donec absolueret: sed neque ab aliquo casu Bullæ cænæ Domini, nisi cum moderatione de qua in ea posita infra cap. 27. num. 74. neque relaxare ei aliquod uotum debet, nisi aliam habeat facultatem, vt sup. c. 12. dictum est num. 79.

27

Decimonono, Quod sacramentum eucharistiæ ministrari potest infirmo a iudicio mentis per phrenesim vel aliàs alienato, qui antea signa contritionis ostendit, tollendo manus, tundendo pectus, dicendo Miserere mei Deus, Deus propitius esto mihi peccatori, aut id genus alia, etiam si non petijset sacramenta, & obstinatus multo tẽpore in peccato mortali mansisset, nec per multos annos confessus fuisset, quia censendus est cõtritus, & in sacramenta deuotus. c. is qui. 26. quæst. 6. & a fortiori sacramentum extremæ vnctionis & absolutio a quibuslibet censuris, si & quatenus eas incurrerit. cap. A nobis. 2. de sent. excom. Indulgentia item iuxta gratias quas habuerit, vt post alios dixi in tract. de indulgentiis composito super §. in leuitico de pœnit. distinct. 1. not. 30. nu. 31. Sed nulla tenus absolutio sacramentalis à peccatis, quia illorum confessio est pars quedã essentialis sacramenti pœnitentiæ, sine qua illud nec constare, nec

nec esse potest, vt supra dictum est cap. 2. & in glo. sum. de Pœnit. distinct. 5. nu. 14. per definitionem sacramenti pœnitentiæ, quam post Maio. in 4. distinct. 14. tradimus in cap. Pœnitentia, de pœnit. distinct. 3. & singulariter determinauit Abul. cap. 16. super Math. quæst. 49. colum. 8. quamuis prædictum c. is qui, in verb. pœnitentia, contrarium insinuet, sed non probat; quia non debet intelligi de absolutione sacramentali, sed de absolutione excommunicationis, de qua illud intelligi sentit glo. quatenus allegat d. c. A nobis. Loquela vero priuatus, qui per signa confiteretur, absolui posset, vt alius mutus, qui etiam matrimonium per signa contrahit. cap. Cum apud de spons. Quare vt res in articulo mortis formulis absoluendi Manualium vulgarij, caueant, ne intendant absolueret sacramentaliter eos, qui sibi nec verbo, nec nutu, vel signo peccata sunt confessi. Publicus autem vsurarius factus amens (Sicut non debuisset ad confessionem, & sepulturam admitti, antequam ipse, vel hæres eius præstaret ea quæ iuberi in cap. 1. sub finem de vsur. lib. 6. diximus supra c. 17. num. 79.) Ita videtur, quod neque ad communionem, antequam hæres præstet ea, quæ ante confessionem eius ipse debebat præstare, si cõfiteri potuisset, quamuis signa contritionis præ se ferat, arg. à maiori c. cū in cūctis, de ele.

Vigesimo, quod infirmum, qui nec sermonem, nec iudicium amisit, inducere debet ad concipiendam remissionis suorum peccatorum spem, per iustam de illis contritionem, & propositum ea confitendi exemplo Davidis 2. Reg. 12. Magdalene Luc. 7. Latronis Luc. 13. & aliorum: & monere diligenter, vt quicquid meminerit alicui debere ex delicto, aut quasi delicto, ex contractu, aut quasi contractu, vel ex testamento, statim si cõmodè potest, restituat, sin minus declaret, se id debere, & quam optimo iure potest, prouideat, vt quam citissime post mortem eius restituatur, arg. c. Peccatum, de reg. iur. lib. 6. & c. si res 14. q. 6. Caueatque ne aliena hæredibus, aut ecclesiis etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat; quin potius reddat debita certa creditoribus certis, & incerta pauperibus, qui sunt eorum hæredes. cap. cum tu, de vsur. iuxta S. Anton. 3. par. tit. 10. c. 1. §. 2. Quamuis incerta restituenda pauperibus, possunt restitui mea sententia etiam ecclesiis, aut monasterijs pauperibus, saltem quatenus talia sunt, per citata a nobis in Apolog. lib. de Redi. eccles. quæst. 1. Monit. 28. Quod si noluerit facere, non est absoluendus.

Vigesimo primo, Admonemus id quod pridem admonuimus in d. §. In leuitico not. 30. num. 16. habere multos confessionalia aut alias gratias, per quas Papa non concedit directe indulgentiam, sed eam concedendi potestatem confessorio largitur; & sæpe, quia hoc non aduertitur, contingit, vt quis confiteatur, aut moriatur bullis plenus, & vacuus indulgentijs, Ideoque confessorius curet scire, an confessus siue sanus siue infirmus, habeat talia, & habenti illa, postquam eum a peccatis absoluerit: dicat hæc verba, vel alia eiusdem sententiæ Authoritate qua fungor, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possum virtute cuiuscunque tuæ gratiæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, iuxta mentem S. Anton. 2. par. tit. 10. ca. 3. §. 5. colum. 3. Quod autem vulgo dicitur, & nos copiose diximus in d.

tractatu de Indulg. sex. §. in leuitico. no. 16. necessarium esse seruare formam Bullarum, ad veniam vel indulgentias consequendas, intelligitur quo ad eleemosynas, ieiunia, & alia propter quæ cõceduntur; sed non quo ad verba absoluedi exemplis impressis inserta. Tum per ea quæ in d. §. in leuitico. not. 30. a nu. 6. tradimus, tum quia in originali ea non ponitur, & solum inferitur in dictis exemplis ad docendum indoctiores, quid facere debeant, vtendo illis, vel aliis verbis iuxta mentem omnium.

Vigesimosecundò, quòd videtur dicere tutius, quòd nemo virtute Bullarum communiter extra confessionem absolui potest. Tum quia communiter Bullæ concedunt facultatem eligendi confessarium, qui absoluere possit &c. & ita videtur requiri, vt confessio concurrat, cum absolutione, arg. l. In delictis, §. si detracta, ff. de Noxal. Tum quia hæc facultas absoluedi a censuris videtur tribui, vt quoddam præludium necessarium ad absolutionem peccatorum, quæ constat non posse dari nisi confesso, vt prædictum est.

Vigesimotertiò, quòd quia in hac materia per articulum mortis non intelligitur solus ille in quo quis moritur, sed etiam omnis ille in quo mori probabiliter timetur, vt dictum est supra cap. 2. num. 8. idcirco qui infirmus iam in aliqua simili infirmitate, vsus est bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis, non poterit vti ea in alia, quia illa per primum vsu expirauit, arg. l. Boues. §. Hoc sermone ff. de verb. signi. nisi addatur in ea, quod si non moriatur illa infirmitate, in qua infirmus ea vtatur, referuetur ad aliam, qua moriretur, vel contineat, vt possit ea vti quotiescunq; articulus mortis ei occurrerit, quod vidimus insertum aliquibus, iuxta mentem omnium.

32 Vigesimoquartò, quòd infirmus, qui cum signis contritionis moritur absque absolutione ab excommunicatione, post mortem potest & debet absolui, sed tantum ab eo, qui eum sanum in vita absoluere poterat, & non a quouis sacerdote, qui in articulo mortis absoluere eum potuisset, & si iam est in loco sacro sepultus, non est extrahendus, vt flagellando absoluetur, quia sufficit flagellare sepulchrum, secus vero si fuerit sepultus in loco non sacro, iuxta dicta supra eodem de viuis absoluedis, & notata in cap. A nobis. 2. de sent. excom. & valet illa absolutio, ad eum in loco sacro sepeliendum, aut ad illum ab eo non extrahendum, & vt pro eo publicè oretur. Rosel. verb. absolutio. l. §. 31.

33 Vigesimoquintò, quòd non sepeliat mortuum in loco sacro, non confessum totum vnum annum a confessione postrema, neq; notorium peccatorem, subito absque signis contritionis morientem, c. Quibus. 13. q. 2. & ca. Omnis de pœnit. & Remis. Nec confitentibus in articulo mortis imponat magnam pœnitentiam exteriorem, saltem mox agendam: sed moneat ad interiorem contritionem quam maximã potest, non tã proponendo pœnas inferni, quã spẽ misericordiæ CHRISTI pro eo crucifixi, & brachia ad eum benignè suscipiendũ tendentis, & repræsentando gaudia paradisi, late descripta supra præl. 4. Quia in eo articulo vt ait. S. Gregorius, desperatione magis quam præsumptione quis oppugnatur. Moueat aut ad volendum satisfacere diuinæ iustitiæ, quatenus poterit in hoc seculo, si conualuerit, & ad offerendũ ipsam mortẽ instantem

stantem in peccatorum suorum satisfactionem, & ad iubendum, vt de bonis suis sibi fiant missæ, & Eleemosynæ rationabiles. Consulat simul vt roget amicos si quos habet præsto, vt precibus, ieiunijs, & disciplinis eum iuuent ad pœnitentiam, quæ peccatis eius debetur agendam, mittendo eis xenia, & eleemosynas pro conditione rogatorum, quo libentius id agant, ex mente. Host. in sum. §. Quando, de pœnit. & remiss. & Palud. in 4. dist. 20. q. 3. ar. 2. Quia certum est alium pro alio pœnitentiam agere posse, qua satisfaciat, pro eius pœna in purgatorio soluenda, vt dixi in d. §. In leuitico, not. 13. nu. 2. & 7.

Vigesimosexto, post hoc moneat eum ad Eucharistiam, & extremam vni- 34
ctiõnem magna cum deuotione petendam & suscipiendam, simul vt permaneat constans in fide catholica (contra quam acrius quàm vnquam in illo trãfitu oppugnabitur) & tentatus à Dæmone, vel à se quid credat, respondeat id quod Sancta mater Ecclesia credit, & retentatus, quid illa credat, quod ego credo, nec ad vltiorem disputationem descendat. Tentatus item, quomodo est possibilis talis, & talis articulus? respondeat id ad Gubernatores ecclesiæ spectat, non ad me, hoc saltẽ tempore, quo satis superque mihi est credere simpliciter, atque bona fide, quod tot Apostoli, tot millia martyrum, confessorũ, & virginum crediderunt, et vitas pro illo profuderunt, quique nunc me in cœlo (si in eadem fide, amore CHRISTI et eorum ornata, constanter discessero) porrectis vniis præstolantur. Tentatus verò quo ausu tantus peccator, quãtus ipse est, speret adire locum, quem tam iusti inhabitant, respondeat diffusus mihi, et meritis meis, quatenus mea sunt, confusus autem meritis D. N. IESU CHRISTI infinitis, et magnis suæ gloriosissimæ matris, et omnium prædictorum qui ea mihi rectè ipsis confidenti, multis modis communicant, et vsque in finem sua bona gratia communicabunt.

Vigesimosextimò, curet confessarius, et qui ægrotum circumstant, vt quam 35
minimum fieri potest, de cognatis, et amicis, et rebus tẽporalibus, puta de vxore, filijs, et opibus &c. cogitet, & ne nimia salutis corporalis spes ei fiat, quia sæpè ob paruam, & fallacem consolationem, & incertam illius spem, in certam damnationem corruiat ægrotus: Ideoq; opportunum est sæpè colloqui cum eo de morte, etiam si id turbationem et tristitiam quandam pariat, quia præstat, vt salutari tristitia compunctus saluetur, quàm vana lætitia laxatus damnetur. Et quidem improbandæ consuetudinis est, polliceri certam salutem, mortis periculo probabili laboranti, contra exemplum Isai. 38. qui salutari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit dicendo. Dispone domui tuæ, quia morieris, et non viues: optimi enim amici est, admonere tunc eum, mortis periculum imminere, esseque tempus opportunum statuendi nunquam se amplius saltem mortaliter peccaturum, et dolendũ super omnia quod Deum ita offenderit, et sua culpa inimicus effectus fuerit, eius qui se condidit, redemit, sustentauit, qui sibi vitam, salutem, honorẽ et bona conseruauit, & qui se iudicaturus est, & per suam sanctissimam misericordiam Regna cœlestia daturus, vbi cum sua sacratissima matre, omnibus Angelis & sanctis, ipsum videamus, ipso perfruamur, ipsum glorificemus, in æternum. Amen.

Admonitio pro volente testari.

TESTAMENTUM cur a sano; vel initio morbi, & statu gratiæ faciendum. n. 36.
 Testari impediens ut peccat, & quibus cognatis pauperibus testabitur. n. 36
 Pater cur non tenetur præligere filium digniorem, ut Gubernator publicus. n. 37
 Lege Nauarrorum & Aragonum cur pater filium siue causa exheredare queat.
 numero 38
 Pater minuere non potest legitimam vere donando, sed remunerando & faciendo
 pia sic. num. 39.
 Donna Maria a Mendoza Laudata. n. 39.

36 **T**ESTARI Volens, sanus vel in principio morbi id faciat, ne postea
 successuri ab intestato de more variis modis, & in his notarios &
 testes auertendo, ab eo faciendo impediant, quominus aliis ali-
 quid relinquat; qui tamen grauissime peccant, cum obligatione
 restituendi, & pœna perdendi hæreditatem l. i. C. si quis aliq. testa. prohib. & S.
 Anton. 3. par. tit. 10. cap. 1. §. 2. Quod intelligendum est, iuxta dicta supra cap.
 17. nu. 72. Precari tamen per se, aut per alios, vt sibi potius quàm aliis relin-
 quat, sine magna importunitate, non est peccatum, iuxta Salic. in l. 3. C. eod.
 Debet item testator operam dare, vt in statu gratiæ testamentum faciat, quia
 id faciens in statu peccati mortalis, nullam gratiam nec gloriam meretur iu-
 bendo suffragia, & alia pro sua anima fieri, quamuis postea in statu gratiæ
 redeat, & in eo moriatur, sicut nec ad illum effectum alia opera in peccato
 mortali facta profunt, cap. Nihil. de consec. dist. 5 glo. cap. Quod quidam. de
 pœnit. & remiss. & diximus in cap. 1. in princ. nu. 45. de pœnit. distinct. 6. & in
 d. tractatu de Indulg. super §. in leuitico, not. 19. n. 9. Imò nec ad satisfactionem
 pœnarum, quas in purgatorio debet, vt significant magni authores, in id cita-
 ti a Magistro. in 4. dist. 15. & affirmant S. Thom. Bonau. Richar. & communis
 distinct. 16. licet contra teneat Scot. in dict. dist. 15. qu. 1. approbatus per Gabr.
 & Maio. quos sequuti fuimus. in cap. 1. in princip. num. 46. de pœnit. dist. 6. ad
 effectum magnificandi misericordiam Dei, dicentes tamen vtilius esse, vt opi-
 nione Thom. ad animarum nostrarum requiem. Quare consulendum est te-
 statori, vt quum probabilius existimat, se in statu gratiæ (qui vt plurimum vi-
 detur esse post confessionem, & communionem) testamentum antea factum,
 cum omnibus in eo contentis ratificet, & offerat Deo ad gratiam eius per re-
 missionem peccatorum promerendam, iuxta mentem omnium. Quod vero
 aliqui dicunt, testatorem, qui nec parentes, nec liberos, qui sunt necessarij hæ-
 redes, habet, teneri ad relinquenda bona cognatis pauperibus, nisi mali, & indi-
 gni sint, limitandum est, vt intelligatur de cognatis extremè egētibus, quibus
 nullus alius proximior cognatus est, qui eos alere possit, & velit, quia nulla lex
 naturalis, diuina, vel humana ad plus de præcepto obligat, arg. l. 1. C. de sacro.
 eccles. & dictorum supra c. 24

Ad

Ad primum nouè quæsitum, an Pater relinquens in Castella filio minus di-
 gno tertiam partem bonorum, quam relinquere potest vni, vel plurib⁹ filijs, 37
 quem vel quos elegerit, peccet? Resp. negatiuè, quia nullam per hoc legem
 violat. Nec obstat, quòd Ioã. Lup. contrarium tenuerit. in cap. Per vestras. §.
 26. de Donat. inter vir. & vxor. Tum quia fundamēta eius tatum comprehē-
 dunt eos, qui potestate publica debēt eligere ad honores, & munera publica
 ecclesiastica, vel secularia iuxta leges iustitiæ distributiæ, quæ dictant, vt
 optimi quique ad ea deligantur. capitu. licet. 8. q. 1. cap. Vnum. §. Nunc. 25. di-
 stinct. Nos autem agimus de homine priuato, qui priuata potestate ad sua
 priuata bona delegit, quem nulla lex obligat ad eligendum optimum filiorū,
 sed tatum eum, quem voluerit. Tum quia prædictus Io. falso imaginatus fuit
 patrem distribuentem bona inter filios, teneri legibus iustitiæ distributiæ,
 quæ solum ligant eos, qui publica potestate, publica, & communia bona di-
 stribuunt particularibus; aliquando secundum merita eorum, vt quum di-
 stribuunt munera, & officia, aliquando secundū fortunas eorum, vt quum di-
 stribuunt pecunias, iuxta Arist. 2. & 4. Eth. & Thom. recep. 2. sec. q. 123. ar. 3. 38

Ad secundum, quòd leges Regnorum Nauarræ & Aragoniæ, quibus per-
 mittitur patribus exheredare filios, relictis singulis eorum quinque solidis, &
 singulis prædiolis, ea ratione iustificatur, quòd per illam facultatem filii cō-
 tinentur in officio & obedientia paterna, ne dicant, quod in Castella frequē-
 ter audiuius, filius vnicus sum, parentibus meis, velint, nolint, succedam in
 omnibus eorum bonis, excepta quinta parte, vel, & si habeam fratres, meam
 tamen legitimam mihi tollere nequeunt &c. Nec obstat illud a multis asser-
 tum, legitimam partem bonorum parentum deberi filiis naturali iure, quod
 humano illorum Regnorum tolli nequit. cap. Quæ contra. 8. dist. Nō in quā,
 id obstat, quia solum est verum, quo ad filios pauperes, debiles, infirmos & in-
 habiles se sua arte & labore honestè sustentare nō valētes, & ad id legitima par-
 te, vel maiore indigentes, non autem quo ad alios, vt probamus. in c. ius natu-
 rale. 1. dist. efficaci rōne, & per l. si quis à liberis. §. idē in liberis. ff. de lib. agnos.
 Ad tertium, quòd licet parētes nō possint iuxta consciētiam minuere filijs par-
 tes bonorum suorum eis iure debitas per veras donationes nec cōtractus si-
 mulatos, s. forma onerosos, & regratuitos, possunt tamen per cōtractus vere
 onerosos, & donationes remuneratorias, per fundamēta Iasonis in l. ex hoc iu-
 re. ff. de iust. & iur. & Io. Lupi vbi supra. §. 59. quibus & omnibus citatis per
 eos addo posse, etiam donādo aliquid amplius vltra merita donatarij, quia
 perfecta gratitudo nō solum exigit, vt tatum quātum accipitur retribuatur,
 sed aliquid amplius secundum Arist. 5. Eth. & Thom. 2. sec. q. 106. ar. 6. quod
 applicauimus in Apolog. prædicta. quæstio. 1. nume. 91. ad donationes re-
 muneratorias beneficiorum.

Ad quartum, quòd pater potest dum viuit largiri de suis bonis in veras
 elemosinas, & opera pia, ad cultum Dei, salutem animæ suæ, & redemptio-
 nem pœnæ peccatorum pertinentia; tum quia dare elemosinam, non est do-
 nare secundum Alberic. in diction. verbo donatio; tum quia hoc non est

A a a 4 vera

vera donatio, sed donatio ob causam, & tantam, quæ omnes fortunas hominis superat. Per quam considerationem bis defendimus a murmure quorundam eruditorum Illustrissimam eandemque pientissimam Donnā Mariam a Mendoza, quæ iuuandis piis operibus, & elargiendis multis & magnis elemosynis cuiusque ordinis pauperibus tam religiosis quam secularibus, superare mihi videtur omnes, quotquot à quinque seculis viderim, audierim, & legerim, etiam Reges, & Reginas, optimo cum exemplo seculariū magnatum, & non parua reprehensione ecclesiasticorum, in ea re plus satis dormitantium. Quam vtinam videant omnes sic seruientem CHRISTO, vsque in finem in terris, & ipse ego olim regnantem sine fine cum eo in cælis. Amen.

Capitulum Vigessimūseptimū. De censuris ecclesiæ, scilicet excommunicatione, suspensione, & interdicto, & de irregularitate, & de quibusdam præceptis Confessariorum, & primum de excommunicatione.

Censura quid, & est triplex, num. 1

Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem & c. & minorem, quæ sunt illæ, & quod in dubio significatur maior. Diuiditur etiam in generalem, & specialem, & generalis in latam a iure & latam ab homine, nu. 1. quo differant. Diuiditur etiam in iustam, & in iniustam, & iusta quid, & quid efficit. n. 2

Excommunicatio iniusta, quæ diuiditur in iniustam validam, & in iniustam nullam, iniusta valida in duas, quæ differunt sic, iniusta nulla quid operatur. n. 3
Excommunicatio iniusta, est nulla in his quinque casibus. n. 4

Remitto primò, verbum Censura, significare dignitatem censoris, & etiam correctionem alicuius, in qua posteriore significatione hic sumitur, & non pro qualibet correctione, sed pro ecclesiastica, quæ diuiditur in tres, scilicet, excommunicationem, suspensionem, & interdictum, cap. Quærenti, de verbor. signifi. Excommunicatio autem diffinitur esse censura, quæ priuat communionem sacramentorum tantum, aut sacramentorum, & hominum. Et est duplex, minor, & maior, minor est priuans participatione passiuam omnium sacramentorum cap. si celebrat, de Cler. excommunic. minist. Maior vero est, censura priuans participatione tam actiua, quam passiuam sacramentorum & hominum secundum sententiam Panor. & communem nostrorum in Rubr. de senten. excom. & Theologorum. in 4. distinct. 18. Et quamuis dispositiones pœnales in dubio intelligantur de minori pœna cap. In pœnis, de Reg. iur. lib. 6. Tamen cum Iudex excommunicat aliquem simpliciter sine expressione maioris, vel minoris excommunicationis, intelligitur de maiori. c. pen. de sent. excommunic.

Duplex est iterum excommunicatio, scilicet generalis, & specialis capitul. A. nobis

A nobis 1. de sent. excommun. cap. statuimus, & cap. Constitutionem. eod. tit. lib. 6. Generalis autem rursus est duplex, scilicet lata a iure, & lata ab homine, lata a iure est, qua generaliter canon, constitutio, aut statutum excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit, ca. 2. de constit. lib. 6. Clem. 1. §. Verum de Hæret. Lata vero ab homine est quam iudex generaliter fert in eum, qui illud, aut illud fecerit, vel non fecerit: inter quas duas, vt infra nu. 40. & 41. dicitur, est magnum discrimen. Nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio eo qui eam tulit, iuxta gloss. solen. in d. cap. A nobis. 1. quam Host. Panor. Felin. & communis sequuntur, idemque tradit Anton. 3. par. titu. 24. ca. 74. pro quibus text. in l. fi. ff. de pœn. Moritur inquam quo ad eos qui eam non incurrunt, antequam ille moreretur, aut priuaretur, secundum Pan. & communem ibidem. At lata a iure minimè. cap. fin. de offic. leg. secundum eosdem in prædictis locis. Ex quo colligi potest, quid dicendum sit de excommunicationibus, & aliis censuris latis in mandatis visitationum, quæ non sunt statuta, sed mandata generalia, aut specialia hominum. Diuiditur etiam excommunicatio in iustam, & in iniustam iuxta glo. in sum. 11. quæstio. 3. Excommunicatio iusta est, quam fert is qui potest, propter quod, & quomodo debet. Quæ nihil operatur quo ad ecclesiam triumphantem, & quo ad Deum iuxta sing. gloss. capit. Quodcunque 24. quæst. 1. quam plus satis laudant Panor. & Felin. in d. Rub. de senten. excommuni. vt dixi in ca. Ira quorundam, in glo. fi. nu. 8. de Iudæis, & declarauimus in cap. penul. de sent. excommunic. Plus (inquam) satis, quia quamuis non auferat communionem omnino interiorem, sed solum præsupponat ablatam propter peccatum mortale, ratione cuius fit: aufert tamen, vt nu. 18. dicitur, auxilium suffragiorum generalium ecclesiæ, & communionem sacramentorum, quibus iter paratur ad ecclesiam triumphantem.

Iniusta vero est, quam fert is qui non potest, aut aliter, & ob aliud quam 3 debet. Et diuiditur in iniustam validam, & in iniustam inuvalidam. Nam sicut aliæ sententiæ (licet iniustæ sint) valent regulariter, quantum ad forum exterius, & earum virtute in eo tanta fit executio, quanta iustarum. cap. Cum inter, de re iud. & l. Res iudicata, ff. de regu. iur. & aliquæ sunt nullæ, & irritæ l. Prolatam. C. de sent. sic etiam sententia excommunicationis quamuis iniusta valet regulariter, & ob id Greg. in cap. 1. 11. quæstio. 3. dixit timendam esse, siue iusta sit siue iniusta, & aliqua nulla est. Iniusta valida diuiditur in eam, quæ est iniusta ob defectum rectitudinis animi iudicis, aut formæ, quæ non est essentialis, & in iniustam ex defectu iustæ causæ ad excommunicandum, quæ multum differunt, quamuis enim vtraque valeat, prima tamen tantum ligat, quantum iusta in foro interiori, & exteriori, secunda verò parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, quia non adimit communionem quæ omnino est interior; neque suffragia generalia, quæ ecclesiæ, & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales, adeo quod Caiet. in Tracta. 10. quæstio. 2. de effectu excommunicationis dixerit, eiusmodi excommunicationem iniustam, non esse proprie excommunicationem, sicut nec homo mortuus, est homo. Quod tamen ita non esse pro-

se probauimus multis rationibus. in d. cap. penul. de sentent. excommunicat. Quarum a nonnullis desideratarū vna est, quod tota definitio excommunicationis ei conuenit, cum ea separet a communione sacramentorum & hominum, quantum ad forum exterius, & etiam quo ad interius, vbi sciunt illum esse excommunicatum, & ignoratur eius iniustitia, quantum ad effectum peccandi, nisi eum eurent; & valet hæc consequentia: separat quantum ad forū exterius, ergo separat; separat quantum ad hoc, ergo separat, arguendo a toto in modo, ad suam partem, vt est homo albus, ergo est homo, iuxta doctrinā Aristo. in Topic. Bald. recep. in l. Conuentulam C. de Episcopis, & Cleric. Altera est, quod non definit quis esse homo ex eo quod non videt, non audit, non loquitur, neque ideo, quod non facit omnia opera quæ alij faciunt, modo aliqua vitalia faciat, ita quamuis hæc excommunicatio non efficiat omnia quæ iusta, facit tamen aliqua, propter quæ potest appellari vere excommunicatio, quia operatur id quod est dictum. Et quamuis opinio Caietan. defendi possit, quia effectum non differt a communi, relinquenda tamen videtur, quia differt a communi more loquendi canonum, qui, vt capit. 1. 1. 1. quæst. 3. habet sententiam Pastoris etiam iniustam timendam esse, vbi glo. & vbiq; Doctores aperte dicunt, valere ac ligare excommunicationem iniustam, & differre ab ea quæ est nulla, Iniusta vero inualida seu nulla, nihil aliud operatur in foro interiori, neque exteriori, quàm quod obligat excommunicatum ad seruandum eam, quoad populus sibi persuadeat, aut debeat persuadere causas nullitatis ad euitandum scandalum, vt diximus. in ca. Cum contingat, de Rescrip. pag. 164. & in d. c. penult. de sent. excom.

4 Porro, excommunicatio iniusta est nulla in multis casibus, quos ponit glof. celebr. ca. Præsenti, de sent. excommu. lib. 6. qui omnes ad quinque redigi possunt. Primus, quando qui excommunicat, non est iudex saltem excommunicati. capit. Nullus de Paroch. aut non toleratus, qualis est excommunicatus suspensus a iurisdictione, aut interdictus, & denunciatus talis. Secundus casus, quando fertur contra tenorem priuilegiorum c. Quanto de Priuileg. & cap. 1. de Conces. præben. lib. 6. §. Ex parte. Tertius, quando post legitimam appellationem fertur. capit. Per tuas de sent. excommu. capit. Ad præsentiam de Appella. Quartus, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem, quem habet illa, quæ datur contra aliquem eo quod recte aliquid fecit, puta qui a dedit elemosynam pauperi, aut quia non fecit aliquid illicitum, aut impossibile. capit. Venerabilibus, §. fina. de senten. excommu. lib. 6. & capit. Qui præst. 1. 1. quæst. 3. Quintus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participant cum excommunicato a se, non nominando eos expresse præuia trina monitione, cum interuallo aliquot dierum. capi. Præsenti, & ca. Constitutionem, de sentent. excommunicat. libr. 6. Dixi, *Cum excommunicato a se*, quia secus in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab alio, vt dixit Perus. in capitul. Peruenit, primo de Appellation. reputans esse in id singulare dictum capitul. Præsenti in verb. A se.

Non

Non obstat, quod videtur derogatum consuetudine prædictis cap. quum de more non dentur literæ contra participantes nominatim. Tum quia in Lusitania passim fit. Tum quia in terris in quibus id non faciunt iudices, subditi etiam non seruant eorum præcepta, & vt illi sunt in possessione ferendi literas contra participantes sine solennitate illorum iurium, ita isti sunt in possessione non parendi illis, & non habendi se pro excommunicatis maiori excommunicatione ad effectum se abstinendi a diuinis, & obtinendi absolutio nem. Et ita videtur non esse derogatum illis cap. arg. eorum quæ notantur in c. fin. de consuet. Nec obstat, quod consequeretur illas literas esse superuacaneas, quia potest dici, quod profunt ad effectum perueniendi ad interdictum & brachium seculare iuxta cap. 1. cum ei annot. de offic. ordin. Non obstat etiã quod in aliquot Regionibus est consuetudo dandi denunciatoriam contra eos, qui non sunt confessi ante Pascha, excommunicando vicinos, participantes cum eis. Et quod illa excommunicatio censetur valida, & ligare vicinos eis participantes; Quia illa non datur contra participantes cum excommunicatis ab ipso denunciante, sed cum excommunicatis a constitutione synodali: Denuncians enim non excommunicat, sed tantum declarat l. hæres palam. §. sed si notam. ff. de testam.

Quis potest excommunicare.

Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem ecclesiasticã, ordinariam, vel delegatam in foro exteriori. n. 5
 Excommunicare nequit episcopus extra suum episcopatum, nec laici, nec mulieres neque quis se ipsum. nu. 6
 Excommunicare an possit consuetudo, aut excommunicatus, suspensus, aut interdictus. num. 7
 Excommunicans sine facultate, causa, ordine, scriptura, vel monitione peccat, n. 8



SE C V N D ò, Præmitto, quod causa efficiens excommunicationis potest esse Papa, & omnes alij Prælati, etiam si sint minores Episcopis, quales sunt Abbates, Præpositi, & Priores ecclesiarū collegiatarum regularium, & secularium, etiam si non sint consecrati neque benedicti, modo sint confirmati, vel prouisi, quia hi omnes possunt excommunicare iure communi suos subditos c. Transmissam, ca. suffraganeis, de elect. & c. Cum ab ecclesiarum, de offic. Ord. & etiam reliqui omnes, qui consuetudine præscripta sibi compararunt iurisdictionem c. Duo simul, de offic. Ord. & c. Cum contingat, de for. comp. & non alij. Dixi supra, *Collegiatarum*, quia alij qui vocant Abbates, & Priores in multis regionibus eo quod sunt Rectores ecclesiarū, habentiū multos beneficiarios non viuētes collegialiter, non possunt excommunicare iure communi, quia nullam eo habent iurisdictionem fori exterioris, iuxta notata. in capitul. licet canon. & glof. capitul. statutum. verb. Collegiatis, de elect. lib. 6. & Panorm. in cap. Nobis

Nobis de iur. patr. Quo fit, vt Capitulum sede vacante possit excommunicare, capit. Cum olim, cum ei annot. de Maior. & Archiepiscopus, & episcopus, & delegatus summi Pontifi. capit. De ijs 12. distinct. & etiam Delegati prædictorum eos in quos habent iurisdictionem delegatam capit. P. & G. de offic. deleg. Fit item, e contrario, quòd Abbates, Rectores, aut Parochi ecclesiarum simplicium parochialium non possunt excommunicare suos parochianos iure communi, neque specialiter, neque generaliter, quia facultas excommunicandi non oritur ab ordine, imò est pars iurisdictionis fori exterioris iuxta gloss. recep. in d. cap. Transmissam, quam ipsi non habent, eam tamè possent habere ex consuetudine præscripta, argum. d. cap. Duo simul & d. cap. Cum contingat, Tunc autem tantam habebunt, quantam consuetudo dederit. Fit item, quòd nec episcopus extra suum episcopatum potest excommunicare etiam suos subditos. capit. episcopum 11. quæstio. 3. etiam si esset ui pulsus, nisi in loco viciniore episcopatu iuxta Clemen. 1. de for. compet. aut nisi de cõsensu episcopi vbi manent, & habent domicilium. Rot. 13. de consue. in anti. qu. aut in re adeo manifesta quæ non requirat cognitionem causæ, argum. capit. Cum sit. §. fin. de Appell. Videtur tamen, quod qui extra suum episcopatum non residentiam consummauerint, ligantur excommunicatione lata ab eo contra non residentes in beneficiis suis, eo quod non residentiam incaperunt in episcopatu, uel quia res est sita intra illum, argument. eius, quod ait Feder. conf. 182, & Fel. in cap. Postulasti, colum. fin. de for. compet. Fit item, quòd non possunt excommunicare mulieres, argum. capit. Noua, de pœnit. & remiss. Neque laici sine priuilegio apostolico cap. Præter, adiuncta gl. verb. Ducibus; 32. distinct. Nec quisquam se ipsum l. Qui iurisdictioni ff. de iur. omn. iud. & ob id episcopus qui excommunicat generaliter quemcunque qui furatus est, aut furabitur, iurat, aut ludet, licet ipse id faciat, aut fecerit, non erit excommunicatus secundum Host. in sum. de sentent. excomm. §. Quis valeat, & S. Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 2. ad 2. & Ioan. Andr. in reg. cui licet lib. 6. communiter receptos, vt probat Henr. lib. de synodo 2. par. articu. 2. nume. 26. sed si episcopus solùm esset denunciator excommunicationis summi Pont. aut excommunicationis alterius episcopi, aut eius Vicarij, aut alius qui excommunicat, maneret excommunicatus secundum Bernar. de Busto par. 2. ferm. 37. pag. 3. & mentem omnium. Nec cõsuetudo sola absque sententia, aut constitutione aliquem excommunicat secundum Rosel. uerbor. excommunicatio. 7. §. 10. nisi legitimè præscripta sit, aut approbata a summo Pontifi. aut alio Prælato quantum ad suos subditos, quia tunc vim haberet statuti secundum Ang. verb. excommunicatio 1. §. 6. Neque excommunicatus quamuis sit occultus secundum gloss. in sum. & cap. Audiuimus 24. quæstio. 1. Cuius tamen oppositum est verius, scilicet, quòd si non est denunciatus, potest excommunicare, & valet excommunicatio lata ab eo, secundum Panor. in capit. ab excommunicato. nume. 5. de Retcrip. capit. cum dilecti, de Dol. & contrum. sub fin. & Fel. in capit. Ad probandum. colum. 3. de Re iud. Quamuis eã ferat in fauorem eius qui scit eum excommunicatum, vt dixi in cap. Dilectus 2. de Præb.

de Præb. in responsione ad contraria per extrauag. Ad euitanda. de qua infra nu. 35. Quibus consequens est, peccare mortaliter qui sciens, aut qui scire debens se nõ posse excommunicare, excommunicat, quia usurpat iurisdictionem alienam, aut eius usum, quod est peccatum mortale, iuxta S. Thom. 2. sec. q. 60. art. 6. & qui excommunicat aliquem iniuste; quamuis id non faciat odio, inuidia, aut mala voluntate, sed per ignorantiam crassam aut supinam secundum Rich. in 4. d. 18. art. 4. quæst. 4. Et etiam qui excommunicat sine canonica monitione capit. sacro. de sent. excommu. vel solo verbo, sine scriptura publica, aut priuata, nisi iuxta de causa id omittat, quamuis excommunicatio liget, & excommunicans maneat suspensus per vnum mensem ab ingressu ecclesiæ & a diuinis officijs. capit. sacro, de sentent. excomm. & capit. 1. eod. titu. lib. 6. intra quem si celebrauerit aliquod officium diuinum, alicui ordini peculiariter ad dictum, erit irregularis, cum quo solus Papa dispensat cap. 1. de sentent. & re iud. lib. 6. Quæ tamen pœna non afficit episcopos, quia non fit eorum particularis mentio, quod est necesse vt ipsi incurrant suspensionem, cap. Quia periculosum, eod. titu. & lib. Nec prælatos religiosorum, quando est periculum in mora, vel constitutiones ordinis præscribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris secundum Gabr. in 4. dist. 18. q. 2. colum. 9. can. 7. qui non satis vigilanter loquitur, quia quando periculum est in mora, etiam alij omittere possunt solennitatem prædictam per c. constitutionem, sub fin. de sent. excomm. lib. 6. & constitutiones nisi essent confirmatæ a summo Pont. non possent derogare iuri communi c. quod super iis de maiori. & obed. & ignorantia nisi esset iuxta, eos non excusaret. c. ignorantia de Reg. iur. lib. 6. præsertim quod Prælati religiosorum cautius excommunicare debent, quam secularium, propter maiorem charitatem qua debent esse erga fratres, argu. notatorum per Pan. in c. Causam quæ de iudic.

De causa & forma excommunicandi.

Excommunicatio maior non feratur, nisi propter contumaciam mortalem, aut peccatum futurum & c. n. 9
 Excommunicatio quæ sine monitione, sententia, & clausula iustificatiua est nulla. num. 10. & 11.
 Excommunicatio de rebus perditis a solo episcopo danda, & alia non nisi in subsidium. nu. 10
 Excommunicatio annalis suspectum hereseos facit. n. 10.
 Excommunicatio quibus verbis fit. nu. 12. & conditionalis vel sine intentione ligandi, an liget. nu. 11

TERTIO, Præmitto circa hæc primum, quòd nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi ob contumaciam mortalem, qua persistit in peccato mortali præterito, aut in futura inobedientia non comparendi, aut non parendi iusto præcepto facto, præcedente mora, culpa aut

aut offensa, iuxta métē. c. null^o. c. Nemo. u. q. 3. c. 1. de iud. c. A nobis. 1. c. sacro, de sent. excomm. & c. Romana. §. Caueant. eo. tit. lib. 6. Et consequenter nemo incurrit excommunicationem impositam a canone generali, vel particulari, nisi peccando mortaliter: Quæ est regula consolationis plenissima, quam tradidit Palud. in 4. dist. 18. quæst. 1. ar. 2. quamque nos applicuimus multis, & in his parua furantibus in c. Inter verba. 1. q. 3. num. 480. Et idem eadem ratione dicendum quo ad hoc de excommunicatione generali lata ab homine.

10. Secundò, quòd quæ excommunicatio ferrur a canone, aut statuto ita, vt qui fecerit illud, aut illud, ipso facto sit excommunicatus, aut quod illud, aut illud non fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, non requirit præcedentem canonicam monitionem, per ea quæ diximus in prælect. cap. cum contingat. 5. causa nullit. pag. 2. post Innoc. in princ. c. Sacro. de sent. excom. Imo qui contra facit statim excommunicatur. cap. si quis suadete. 17. quæstio. 4. cap. A nobis. 1. de sent. excommunic. & cap. 2. de Const. lib. 6. Tertio, quòd Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de Reform. huic rei multa adiecit in hæc verba. *Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis; vt aiunt, aut pro perditis, seu subtractis rebus ferri solent à nemine prorsus, præterquàm ab episcopo decernantur, & tunc non aliàs, quam ex re non vulgari, causaque diligenter ac magna maturitate per episcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis secularis etiam magistratus auctoritate adducatur. Sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore, eis decernendas esse iudicauerit. In causis vero iudicialibus, mandatur omnibus iudicibus ecclesiasticis cuiuscunque dignitatis existant, vt quancumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quàm definiendo a censuris ecclesiasticis, seu interdicitò, sed liceat eis si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodo dolibet pertinentibus, cõtra quoscunque etiam laicos per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exacte fuerint assignentur, seu per captionem pignoriũ, personarumq; restrictionem, per suos proprios aut alienos executores faciendã, siue etiam per priuationem beneficiorũ, aliãq; iuris remedia procedere, & causas definire; quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitq; erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis, vt supra fieri poterit, erit a censuris abstinendum. Sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit iudici hoc spiritali gladio in delinquentes vri, si tamen delicti qualitas, præcedente saltem bina monitione, etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit seculari cuiilibet magistratui, prohibere ecclesiastico iudici, ne quæ excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub pretextu quod contenta in presenti decreto non sint obseruata, cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque si post legitimas monitiones, non respuerit, non solum ad sacramenta & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus, in illis*

in illis per annum insorderit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum, procedi possit, hæc ibi: In quibus tria præcipuæ notanda videntur, primum, quòd solus episcopus potest ferre huiusmodi excommunicationes generales. Alterũ, quòd in causis civilibus nullus Iudex debet vti excommunicatione nisi in subsidium aliorum iuris remediorum, neque in criminalibus, nisi quum executio personalis, vel realis fuerit valde difficilis. Tertium, quòd insordescens in ea per annum, habetur de hæresi suspectus. Quartum, quòd ob culpam præteritam non debet ferri nisi canonica monitione præcedente, quæ est trina, d. cap. sacro, cum interuallo saltem duorum dierum, inter vnã, & aliam monitionem, aut vnã pro tribus concedendo sex dies pro illis quando non est periculum in mora. capit. Constitutionem, de senten. excommunica. lib. 6. adiuncto d. cap. sacro. & quando tale periculum interuenerit, diminuendum est tẽpus, quomodo, & quantum opportuerit, & non plus, nec minus. Quod adeo est verum, quòd excommunicatio esset omnino nulla, si ferret eã prælatus vel iudex in executionem sententiæ vel præcepti siue præuia cognitione & sine clausula iustificatiua latæ circa præterita id est, dato termino ad allegandas causas si quas habuerit contra huiusmodi mandatum, iuxta Innoc. in cap. Proposuit, de concess. præb. colum. 2. & in cap. 1. eod. titu. lib. 6. Old. confi. 81. nume. 2. & alios quos citauit in prælect. d. cap. cum contingat. caus. & nullit. quod est maximi ponderis. Quintum, quòd, qui excommunicat sine hac monitione, & sine scripto in quo declaratur causa, peccat mortaliter, licet valeat, vt tactum est supra. nu. 8. Sextum, quòd excommunicatio lata sub conditione, ante implementum eius, non ligat. capit. Præterea 2. de Appell. Septimũ, quòd excommunicatio non ligat, si qui eam fert, non habet intentionem ligandi, neque etiã si is qui eam petit, non habet voluntatem, vt ligetur. Quia omne suum robur accipit excommunicatio a voluntate excommunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, non vult magis excommunicare, quam ipsa pars velit. Quare illi quos excommunicans aut petens excommunicari eos, qui illud, aut illud fecerint, aut non denunciarint, intendit eximere ab illa, vere eam nõ incurrunt, licet se putent incurrere.

Octauum, quòd nulla certa verba sunt præscripta pro forma substantiali excommunicationis. Quapropter, vt dixit bene Host. in summa. de sent. excomm. §. Qualiter colum. 1. nihil refert. an iudex dicat excommunico te, aut separo te a communione, aut similia, quibus declaret voluntatem iudicis excommunicandi de præsentis, illa tamen quæ ipse putat ad id sufficere, scilicet cognosco, aut habeo te pro excommunicato, dicta à iudice, non videntur nobis sufficere, post Goffr. quem ille refert, quicquid ipse dicat, nisi quando ponuntur in excommunicatione canonis, aut decreti, aut in excommunicatione condicionali, quales sunt omnes quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura argu. cap. 2. de Testib. cog. & d. cap. Præterea de Appell. Quo hæc duæ opiniones inter se conciliari possunt. Nonum, quod non parès canoni, aut iudici iubenti aliquid sub pœna excommunicationis, non statim erit excommunicatus, quia verba illa non significant voluntatem excommunicandi

nicandi ipso facto, sed comminationem excommunicandi eum si non paruerit, iuxta glo. celeb. in ca. 1. de Sagitt. cui similis in capit. 2. de Matrim. contract. Neque etiam hæc, excommunicetur, sed hæc sic, sit excommunicatus, iuxta Feli. in ca. Rodolphus colum. 19. de refcri. & quos ipse citat, nisi quando alia iura declarant oppositum, quo casu, intelligenda est gl. c. si quis ex clericis, de Vit. & honest. Cler. & cap. 2. de for. comp.

Quis possit excommunicari, & quis in excommunicatione non includatur.

S V M M A R I V M.

Excommunicari solum potest homo, baptizatus, & mortalis, habens superiorem, proinde nec Diabolus, nec Papa, nec infidelis, nec locusta, licet possit adiurari. nume. 13.

Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, neque eum qui scit &c. Nec etiam specialis termino prorogato, nec tunc &c. nu. 14. & 15.

Excommunicatio non ligat ignorantem eam, etiam super re illicita. nu. 16.

13 **Q**UARTO, præmitto circa hæc primò, quòd nemo excommunicari potest, nisi homo baptizatus mortalis, habens superiorem, capi. Romana. §. In vniuersitatem, de senten. excommuni. lib. 6. vbi Dominus id notat, & nos dilatamus in cap. Ita quorundam, de Iudæ. notab. 8. num. 7. & glo. vlt. nu. 2. Proinde non possunt excommunicari Diabolus, anima separata a corpore, collegium, aut vniuersitas, quæ non sunt homines. cap. In quadam de celeb. missar. neque iudæus, vel Ethnicus, qui non sunt baptizati, etiam si sint cathecumeni, hoc est conuersi nondum baptizati, per dicta in repe. d. §. in leuitico, notab. 31. & arg. c. Veniens de presb. non baptiz. quamuis indulgentias lucrari possint, vt ibi dixi, neque resuscitatus denuo moriturus arg. finis symb. Athan. & c. firmiter de sum. Trinit. Nec Papa, qui nulli homini, vel legi humanæ, qua sola fertur excommunicatio, quo ad pœnam subijcitur. cap. Proposuit de concess. præb. c. Cuncta per mundum. 9. q. 3. Nam neque propter hæresim incidit in excommunicationem humanam de qua loquimur, sed in diuinam secundum rationes Caiet. de Author. Papæ, & Concil. c. 10. 19. & 20. quicquid dicat S. Anto. 3. par. titu. 24. c. 74. §. 1. Nemo item a se ipso, nec a suis statutis excommunicari potest, arg. l. pen. ff. de recep. arb. nec ab inferiori argum. c. cum inferior. de maio. & obed. & c. inferior 21. dist. Quare superstitionis est credere, quod possunt excommunicari locusta, bruchus, aut aliud genus vermium, & animalium irrationalium, quanquam religiosè vt possumus contra ea aqua benedicta, precibus, & adiurationibus sanctis fundatis in diuina bonitate, & misericordia, & suis Sanctissimis verbis, & institutione ecclesiæ Catholicæ. Quibus solis vtinam vterentur qui audacter

dafter promittunt se eiekturos ea ab illa, aut illa regione, si illud, vel illud sibi detur, quandoquidem nihil quod superat vires naturales, & effectum sacramentorum, & institutionis ecclesiæ, & reuelationem particularem, potest promitti tam certo atque ipsi promittunt, nec pretium peti sine specie cuiusdam simoniæ. Secundò, quòd in excommunicatione generali non includitur is qui non potest parere, aut iusta de causa ad id non tenetur, vt qui non potest restituere, vel denunciare furtum, aut iusta causa ab eo excusat, modo adhibeatur remediũ quod comodè adhiberi pòt, vt cessante necessitate, aut causa satisfiat ijs quorũ remediũ dedimus in c. inter verba 11. q. 3. Tertio, quòd excõicatus sub conditione, si non soluat ad præscriptum terminum, non erit excõicatus eo prorogante illum antequam incurrat excõicatio, iuxta communẽ Pan. & citatorum a Dec. in d. c. præterea 2. sed si non soluat in termino prædicto, erit excõicatus, iuxta Inn. & communem ibidem. Quod intelligendum est, quãdo prorogatum fuit consensu iudicis, aliàs secus, vt rectè ait, (mea sententia) Sylu. verb. excommunicatio 2. notab. 1. cas. 13. Nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequam incurrat de consensu eiusdem, non tamen suspendi, neque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurrat, quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere l. Priuato- rum. C. de iurisd. omni. iudi. Adde illas singulãres decisiones citatas supra cap. 23. nu. 104. quod non soluens pensionem in termino, non est excommunicatus, donec pensionarius id declarat. Quarto, qui scit id, quod iudex iubet reuelare, sed habet causam iustam non reuelandi iuxta dicta supra cap. 25. nu. 46. Quintò, quòd ignorantia facti probabilis excusat ab excommunicatione secundum omnes, & etiam illius iuris quo fertur excommunicatio propter ali- quod opus de se licitum, quod ipse ignorabat, neque tenebatur scire esse prohibitum. Idem de ignorantia eius, qui facit opus de se illicitum, cui adiuncta est excommunicatio per statutum inferioris Papa, quod ignorat, nisi crasse, aut supine, id faciat, secundum eundem, & omnes per capit. 2. §. vltim. de Const. lib. 6. secus tamen secundum eum, & omnes citatos ab eo, si adnexa esset lege Papæ, ut est percussio Clerici, argumen. d. cap. 2. per locum ab speciali. Nobis tamen videtur verius contrarium cum Sylu. verb. excommunicatio 2. notab. 3. & excomm. vlti. quæstio. 3. Tum quia eadem ratio inuenitur in vtraque. Vtraque enim est ignorantia iuris humani, nullumque aliud est in hoc discrimen, quàm quòd ignorantia pœnarum legum Papæ non præsumitur, nec tam facillè potest probari quo ad forum exterius, quam pœnæ statutorum ordinariorum. Tum quia per dicta superius. cap. 23. nume. 4. ignorans pœnam legis quo ad alia sibi notæ, non incurrit eam in foro conscientie. Tum per alia quæ ponimus in cap. fraternitas. 12. quæstio. 2. vbi respondemus ad argumenta Adriani.

Quid operatur excommunicatio maior.

Excommunicatio, vt tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam.

Man. Nau.

Bbb

nume.

Capitulum Vigesimo septimum

nu. 17. & priuet a sacramentis, & suffragijs. nu. 18. diuinis officijs. nu. 19. & omni contento hoc versiculo, os, orare, & c. numero 20. facit & alia undecim. nume. 20. & 3. seq.

Excommunicatus est iumentum Diaboli, præter illum, & illum. nu. 18. & 19.
Excommunicatus ut infamis. nu. 21. & ut perdat debita seruitia. num. 22. & 23.

17



VINTO, Præmitto primum, quòd vt dixi post D. Tho. in expo-
sit. symboli in illa parte, Sanctorum communionem, triplex est
communio. Prima omnino interior charitatis, & gratiæ, qua
efficimur membra eiusdem corporis mystici Christi a qua so-
lum peccatum mortale non separat c. Resuscitatus de penit.
dist. 1. cū duobus sequē. Secunda omnino exterior, qua inter nos alij alijs cō-
municamus comedēdo, bibēdo, colloquendo. Tertia media, seu mixta, scili-
cet sacramentorū, & suffragiorum generalium, quæ facit, aut præcipit fieri Ec-
clesia Catholica. Et quòd excommunicatio non tollit primam communionē,
sed supponit sublatam esse, & ita operatur primum, non quidem, vt nonnulli
dicunt exclusionem a gratia Dei, sed declarationem exclusionis factæ per pec-
catum mortale. Secunda excludit a sacramentis ecclesiæ actiue, & passiuē, ita
quòd nec possit accipere, nec dare. c. Engeltrudam. 3. q. 4. Tertia priuat suf-
fragijs generalibus ecclesiæ, adeo, vt nulla in re intendat ei subuenire per illa,
quòd maximū dānum est. Ob quòd dici solet excōmunicatū possideri a Diabo-
lo in c. Audi, & c. Omnis. 1. 1. q. 3. & vti eo sicut mulio suo iumento glo. in d.
c. Audi. Quòd tamen non intelligitur de excommunicato verè contrito pro-
curante pro viribus absolutionem, arg. c. Dixi, & c. Magna. de pen. dist. 1. Is. n.
coram Deo est in statu gratiæ, & fruitur communionem prima, & tertia, non
autem secunda. Idem de excommunicato absque iusta causa. Et de illo qui nō
potuit soluere ad præstitutū tempus, intra quòd iussus fuit sub excommuni-
cationis latæ sententiæ pœna. Hi enim quo ad Deum non sunt excommuni-
cati, quia non peccarunt mortaliter, quāuis sint quo ad homines, vt dixi vbi
sup. post Caie. in trac. 1. 9. tom. 1. Idem est de excommunicato ob contumaciā
præsumptam, sed non veram coram Deo fm Mai. in 4. dist. 18. q. 2. colum. 8.
18 **Q**uartò, excludit a diuinis officijs, & alijs precibus cum alijs simul faciendis,
vel audiendis, c. Quòd in te, de penit. & remiss. quanquam benè potest solus
precarī etiam in ecclesia, licet alij presentur seiuncti ab eo, iuxta Innoc. recē. in
c. Nuper, de senten. excommu. Quintò, priuat omnibus contentis illo versicu-
lo glo. c. statuimus de senten. excommu. lib. 6. Os, orare, vale, communio, mensa ne-
getur. Quem Host. in summ. de sent. excommu. §. exquisita pœna, & omnes
Theologi. in 4. dist. 18. & Canonistæ mille in locis attigerunt. per, Os, intelli-
gitur participatio, colloquendo, osculando, amplexando, recipiendo, mittēdo
vel dando literas c. Cum excommunicato, & seq. 11. q. 3. Per, Orare, aut dicta
participatio sacramentorū, & diuinorū officiorū, & quarūlibet aliarū precum
in ecclesia, vel extra eam cum alijs dicendorū, iuxta Inno. in d. c. Nuper, & di-
cēda in fra nu. 3. 6. Per, Vale, vero includūtur mutuæ salutationes, q̄ fiunt p col-
locutionem,

Quid operatur excommunicatio maior. 378

locutionem, aut literas, aut etiam affurgendo, aperiendo caput, mouendo la-
bia, & alia similia, quæ significant salutationem sine locutione, iuxta mentem
Card. Imol. & communem in clem. fin. de sent. excommu. quicquid dicat Mai.
in 4. dist. 18. quæst. 2. & Ang. verb. excommunicatio. 8. §. 4. quorum opinio te-
neri posset quo ad forū cōscientiæ, quando eiusmodi signa fierent sine inten-
tione salutandi, aut resalutādi, intra animū dicendo, De^o te cōuertat, vel aliud
simile, arg. l. non omnis. ff. si cer. per. l. in agris. ff. de Acquir. rer. domi. Per, Com-
munio, participatio, quæ habetur in operando, exercendo, aut faciēdo aliquid
simul cum eo, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiusdem parte,
aut agendo, aut conuersando cum eo aliis modis Per, mensa, intelligitur come-
dendo in eadem mensa, dormiendo in eodem lecto, quamuis domus sit alie-
na, secuudum S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 2. iuxta quem, & Innoc. in d. c. Nuper.
non potest quis etiam in conuiuio alicuius tertij comedere cum excommuni-
cato, imo debet surgere ex mensa, si excommunicatus accumberet; non tene-
tur tamen exire domo, imo potest comedere in alia domus parte, si vterque
non erat inuitatus ad idem conuiuium: Nam si erāt ambo inuitati, licet dua-
bus mēsis diuersis comederēt, videbunt cōmunicare in eodē conuiuio, & si-
mul edere quantum ad hunc effectum iuxta mentem illorum. Sextò, facit ir-
regularem vtentem aliquo actu ordini suo peculiari, vt dictum est sup. Septi-
mò, facit infamē, si excommunicatio est manifesta per c. infames, 6. q. 1. quod 21
Ludu. Rom. dixit ad hoc singulare in singul. 682. limitauit tamen sing. 289. vt
solum procedat in excommunicato ob causam afferentem infamiam iuris,
aut ob contumaciam in causa infamiam inurente. Octauò, facit collationem
beneficii ecclesiastici adeo nullam, vt non conualescat per absolutionem, nisi
reuocetur. c. Bonæ. de ætat. & qualit. & c. Postulasti cum gloss. & ei annot. de
Cler. excomm. minist. & consequenter tenetur relinquere illud, & restituere
fructus ad id vsque tempus perceptos. Nonò, priuat facultate eligendi actiua
& passiuā. c. Constitutus. 1. de Appell. Decimò, supēdit ab officio, & beneficio.
c. Pastoralis. §. Verū eo. tit. Quanquam si habet officiū publicū, valebit quod
per illud faciet ratione eius, quouiq; toleratur. c. Ad probandum. de re iud.
Undecimò, eximit subditos ab onere seruiendi ratione fidelitatis, aut subie- 22
ctionis iurisdictionalis, quandiu fuerit excommunicatus. c. pen. & vlt. 15. q. 6.
Duodecimò, priuat facultate ducēdi vxorē sine peccato mortali per supradicta
de sacramentis, quanquam hic secundo continetur. Decimotertio, annullat re-
scripta obtenta a sum. Pont. præterquam super articulo eiusdem excommuni-
cationis. c. 1. de rescrip. lib. 6. nisi, quod de more fit, detur absolutio, ad effectū
illorū consequendū, & non inorduerit per annū, vt diximus in repet. cap. Ita
quorundam, de iudæ. vbi in gl. vlt. n. 16. posuimus tenorē regulæ Cancellariæ de
inordescētib. Decimoquarto, priuat alios facultate pro eo orandi publicē, & 23
solēniter, quamuis possint priuate, ut dixim⁹ in Enchir. siue Manuali de Orat.
& hor. Canon. seu repe. c. Qñ. de conf. dist. 1. c. siue notab. 19. n. 67. Decimo-
quintò, repellit à iudicio, vt non possit esse actor neq; pcurator actoris, neq;
rei, pōt tñ esse reus ad se defendēdū. c. Intelleximus. de iud. vt habet cōis ibidē,
Bbb 2 & etiam

Capitulum Vigessimumseptimum

& etiam constitui procuratori, vt absolutus procurare possit, vt diximus. in cap. Post cessionem de prob. post Deci. contra communem. Decimosexto, facit vt perueherans in excommunicatione per vnum annum in causa criminali videatur confiteri crimen c. Rurlus, & c. Quicumque. i. i. q. 3. per que male intellecta. glo. fin. in c. 1. de Iud. cum aliis multis, tenuit, quod debet etiam priuari suis beneficiis, quod non est verum, vt copiose scripsimus super illam. Decimosextimo, priuat sepultura loci sacri c. sacris. de sepult. Decimo octauo, obligat manentem in ea per aliquod tempus ad soluendam, antequam absoluat, pœnam constitutam in aliquibus episcopatibus. Ang. verb. excommunicatione vlt. §. 13. & constitutam etiam per leges seculares Castellæ. l. 1. tit. 5. lib. 8. ordi. & per leges Lusitanie aliam, posteaquam captus fuerit. §. Item ha de auer. tit. 55. lib. 1. Ordin. & tit. 46. lib. 5. ordi. Decimonono, quod operat, & alia multa quæ scribit Rebuf. in gl. Concor. tit. de excō. non vitand. quædam tñ incaute.

De excommunicatione minore & participatione cum excommunicato.

Excommunicatio minor solam participationem passiuam sacramentorum tollit, non missæ auditionem, & c. n. 24. & 25. sic incurritur, non æquatur mortali, tollitur a quouis presbytero. n. 26. non incurritur in his casibus. n. 26. & 27. Excommunicatus communicat cum uxore filijs, & famulis, non est vitandus donec denunciatur, nu. 27. Excommunicato participare, veniale. n. 28. & 29. nisi sex casibus. n. 30. 31. & 32. Communio Christianorum triplex, quam nam tollit principaliter excommunicatio. nume. 18. Excommunicato specialiter non denunciato præsentem quæ missa continuada. n. 33. & 2. seq. Extraneantis, Ad euitanda tenor. nu. 35. Excommunicato ob iustum timorem participari potest sic, & non sic. nu. 36. Excommunicato pro denunciato orari potest oratione priuata, nō publica, & c. n. 36. Excommunicatio lata a iudice in participantes excommunicato a se, sine ista monitione nulla. nu. 36.

24 **S**exto, Præmitto circa hoc primum, quod excommunicatio minor, vt dictum est supra. eod. nu. 1. solum separat a participatione passiuam sacramentorum, & ideo potest eligere, & vti omni iurisdictione, quanquam non potest eligi, ca. si celebrat de Cler. excō. mi. potest & ministrare sacramenta, si dando non recipiat, nam missans ad communicandum alios, & Episcopus missans ad dandum ordines, non peccant, qua parte dant, sed quia sumunt, qui est verus intellectus rationis illius celebris. c. si celebrat, quem pridem dedimus ibi. sequuti mentē Host. ibidē relicto Panor. quicquid dicant Mai. in 4. dist. 18. q. 2. & Adr. in 4. de Clauib. q. 3. contra illum textum eius ratione nō satis intellecta. II. q. prædicta minor excommunicatio non facit, vt peccet audiendo missam, nec sumendo pacē quæ

De excomm. minore, & partic. cum excom. 379

quæ in ea offertur secundum Dom. & Per. contra Archid. in c. is cui, de sent. excommu. lib. 6. nec absoluendo ab excommunicatione maiore, vel minore, argu. c. Duobus, de sent. excommu. & d. c. si celebrat, & Mai. in 4. dist. 18. q. 2. colum. 2. Adria. in 4. de Clauib. quæstio. 3. colum. 2. Nec absoluendo a peccatis, quia id est dare, & non recipere sacramentum, neque eadem ratione dando sacramentum infirmo sine missæ celebratione, quicquid dicant prædicti. Tertio, quod hæc excommunicatio quanquam ferri potest per sententiam Iudicis, tamen communiter non fertur nisi per ius in octo casibus, quos ponit Innoc. in c. 1. de sent. excommu. Quorum, quia solum vnum videmus in vfu, & quia dici solet in alijs non esse veram excommunicationem minorem, ideo eos taceo. Casus autem vsitatus est, participatio cum excommunicato maiore excommunicatione, in casibus prohibitis. Dixi, Maiore, quia non incurritur ea ob participationem cum excommunicato minori. Nam non transit in tertiam personam excommunicatio iuxta, gloss. recep. in c. Excellentissimus. i. i. quæstio. 3. Quarto, quod post eam incursum nullum sacramentum potest recipere antea quam absoluat ab ea, non quia æquetur peccato mortali, vt dixerunt Panor. & alij in d. c. si celebrat. siquidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo, vt ibidem docemus. Quinto, quod quilibet sacerdos simplex etiam si non sit parochus, sicut potest absoluere a peccatis venialibus non habentem mortalia secundum Caiet. id constanter affirmantem, ita potest eundem absoluere ab excommunicatione minori, vt efficaciter contra eundem probamus in c. Placuit de pœnit. dist. 6. num. 25. Sexto, quod regulariter participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem c. Nuper c. Cum voluntate in prin. et §. 1. de sent. excom. Fallit tamen in multis contentis illo versu. gl. c. Cum desideras. de sent. excom.

Hæc anathema quidem solunt, ne possit obesse, Vitale, lex, humile, res ignorata, neesse.

Per, Vitale, excluditur qui participat cum excommunicato ad vtilitatem eius animæ, prædicando, vel admonendo quæ animæ conuenit, quamuis interponat nonnulla alia verba, vt comodius persuadeat. c. Responso, et c. Cum voluntate de senten. excommu. vel ad vtilitatem propriam temporalem præsertim sibi debitam, vt petendo ab eo debitum in iudicio, aut extra illud. cap. Intelleximus. de iudic. aut consilium spirituale pro se aut pro alijs, & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis a quo petatur, Per, lex, vxor excommunicati, quam lex coniugij ad communicandum ei obligat. per, Humile, filij quos secum habet, serui, famuli vrbani, et rustici, qui ante excommunicationem erant subiecti illi, et ideo tenentur inferuire. c. Quoniam multos. i. i. quæstio. 3. nisi eorum consilio, fauore, et auxilio perseveret in sua contumacia d. c. Quoniam, c. inter alia, et c. si verè, de sent. excommunicatio. Dixi, Ante, qui a qui post excommunicationem scientes cœperunt viuere cum eo, non excusantur. Et quanquam iuxta gloss. dict. capitul. Quoniam, communiter recept. maritus, pater, Dominus, et herus non possunt

communicare vxori, filijs, mancipijs, & famulis excommunicatis, nobis tamē verius videtur oppositum, quod sentit Adr. in 4. de Clauib. quæst. 3. colum. 5. quos rectius ait excludi per verbum, *Utile*, quam per verbum, *Lex*, per illud enim excluditur creditor, qui potest suum debitum petere à debitore excommunicato; & omnes istæ personæ subiectæ sunt debitoribus mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut stipendiū. Per verbum, *Res ignorata*, excipitur ignorans, d. c. Quoniam, quando ignorantia est facti secundum omnes, & etiam quando est iuris dubij per notata in c. ignorantia. de Regul. iur. lib. 6. & §. Notandum. 1. quæst. 4. Nunc autem dicitur iusta ignorantia eius qui ignorat excommunicatum esse denūciatum per extrauag. Ad euitanda, relata infra num. 35. Verum est tamen, quod qui a se de dignis audiuit illum, vel illum denūciatum, debet euitare. argum. c. Illud de Cler. excommu. mi. sed qui dubitat, non tenetur vitare, præsertim in præsentia aliorum, quia inferret illi iniuriam. Mai. in 4. dist. 18. q. 2. col. 8. Per, *Necessesse*, excipitur qui participat propter magnam necessitatem propriam, vel excommunicati, vt quia, alter alterius eleemosina indiget, quam ab alijs com mode habere non potest, d. c. Quoniam.

- 28 Septimò, quod participatio cum excommunicato maiori excommunicatione, non est communiter plusquam venialis, etiam habita a non exceptis superius secundum opinionem Host. in summ. de sent. excommu. §. fin. & communem Ioan. Andr. & aliorum in c. sacris. de His quæ vi, & Thom. & aliorum in 4. dist. 18. quamuis dubitet Panor. in d. c. sacris, & aliqui teneant oppositum. Dixi, *Communiter*, quia fallit in sex participationibus. Prima est participatio in sacramentis vel diuinis officijs. Secunda, nimis frequens. Tertia, in contemptum clauium. Quarta, contra speciale præceptum iudicis. Quinta, cum excommunicato a Papa cum participibus. Sexta, in peccato mortali, quarum ratio specialitatis est, quod quælibet illarum est principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali. Prima enim est mortalis, quia communio sacramentorum, & diuinorum officiorum, est illi principaliter verita. Secunda vero est mortalis, quia intelligitur de frequentia quæ habet coniunctam malitiam mortalem animandi ad delinquendum, contra l. Conuenire. ff. de pact. dota. & c. Ex parte de Consuet. Tertia, quia habet coniunctam malitiam mortalem inobedienciæ contra. c. 13. ad Rom. & c. solitæ de Maior. Quis autem dicatur contemnere, dictum est supra c. 23. num. 40. Quarta, quia est duplex inobedienciæ iuris, & iudicis. c. 2. de Maio. quod limitatur infra num. 36. Quinta ea ratione qua quarta, qualem tamen excommunicationem solus Papa potest ferre, per dicenda in d. nume. 36. Sexta, quia miscetur ei malitia mortalis ipsius peccati.

- Octauò, quod quicquid dicant Rotel. verb. excommunicatio. 1. Caf. 43. §. fin. & Syl. eod. verb. dubio 1. & 3. & excommunicatio 2. Caf. 41. & prius Anchar. in c. Nuper. num. 7. & Panor. de sent. excommu. ibidem nume. 8. & Ioan. Tabien. verb. excommunicatio 5. Caf. 1. §. 37. & 38. multū refert, an quis participet cum excommunicato in delicto habente annexam excommunicationem,

nem, antequam eam incurrat, vel postea eam incursum. Nam qui communicat ante incursum, vel cum incurritur, non incurrit eam: communicas vero postea sic, modo concurrant ea de quibus infra num. 112. per c. Nuper, & cap. si concubinæ. de sent. excom. quorum verus intellectus est hic. Non obstat, quod sæpe consulēs, mādans, iubēs, & iuuās ad faciendum aliquid, cui est annexa excommunicatio, excommunicantur, quia non excommunicantur ratione prædictæ participationis; sed quia lex non solum excommunicat facientes, sed etiam excommunicat cōsulentem, mandantem & c. qualis est lex excommunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excommunicans simpliciter facientem, regulariter non comprehendat consulentem, nec mandantem, probatur infra num. 51.

Nonò, quod excommunicato ingrediente Ecclesiam ad orandum debent exire qui sunt intra eam, aut rogatu, vel vi eum cogere egredi, alioqui cessare ab officijs diuinis, etiam missæ cœptæ, si nondum incaptus est canon, id est, Te igitur & c. Nam si esset cœptus, perficienda est ad finem vsque cum vno tamen ministro, sumēdo etiam sacramentum. Host. in summ. de sent. excommu. §. & quæ sit pœna. vers. Sed nūquid, iuxta clem. Grauis. adiuncta glos. recep. de sent. excommu. & Innoc. in d. c. Nuper, Thom. & comm. in quarto. dist. 18. Non tamē exire tenentur, eo quod transeat excommunicatus per Ecclesiam, aut non orādo manet in ea propter alia negotia, per dicta eod. c. nu. 20. neque etiam eo quod flectat genua, & dicat aliquam orationem priuatim.

Decimò, quod textus, qui declarant, quando excommunicatus occultus debeat euitari occulte, & quando non procedūt secundum tempus antiquum, & non secundum hoc in quo seruari debet extrauagans. Ad euitanda, relata male a Fel. in c. Rodolphus. de Rescrip. & a S. Anto. 3. p. titu. 24. cap. 3. & bene a nobis in capit. 1. §. labore. de pœnit. dist. 6. lata per Martinum V. & relata in statutis Ecclesiæ Gallicanæ. in tit. de excom. non vitand. & iterum renouata a Concil. Latera. habito sub Leone X. sess. 11. & in Concordatis inter eum & Franciscum I. cuius tenor est hic.

Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis, constituimus, vt nemo posthac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa ratione alicuius sententiæ, aut censurae ecclesiasticæ, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut a iure generaliter, promulgatæ, Neque seruare interdictum ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura, non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expresse a iudice, contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam, neque manifestò constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari. Quia à communionem huius, vult quod se separent iuxta canonicas constitutiones, per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.

Nota primò, quod hæc extrauagans in verbo generaliter, significat eam nihil

prodesse quo ad excommunicatum specialiter, sed contra tenet glo. in d. prag. quam sequimur. Tum ob autoritatem eius. Tum ob verbum, *Specialiter*, in secunda parte positum. Tum per adducta in d. §. Laboret. Tum quia vsus Vr bis, & Orbis habet non vitare excommunicatos specialiter ob contumaciam non comparandi, vel non parendi, antequam declarentur, & denunciarentur.

Not. secundò, quòd hæc extrauagans nihil prodest excōmunicato, & sic perinde tenetur nunc ac antea ad euitandum alios quamuis sit occultus.

Not. Tertio, quòd hæc extrauagans nihil prodest quo ad excommunicatos manifestos, qui nullo modo possunt occultari, quod consequi videtur peccare omnes catholicos Galliar, & Germaniar, qui Lutheranis manifestis, imò, & palam consentibus se tales, communicant: Tum quia sunt manifesti excommunicati propter hæresim notariam per bullam Cænæ, de qua infra: Tū quia non videtur prodesse dicere, quod finis restringendus est ad excommunicatū ob percussione Clerici notorie iniustam, vt habet tenor relatus à Feli. Antoni, & à nonnullis aliis; quia, vel illa restrictio non fuit posita, vel postea fuit sublata. in d. Conc. Later. & in dictis concordatis: sed quia durum est damnare gentem, in qua sunt tot viri eruditiss. pientiss. & Academia Celeberrimæ præfertim Parisien. Tolosana, & Louanien. probabiliter dici potest prædictam extrauagantem esse vsu receptam cum sola illa limitatione de excommunicatione manifesta percussione clerici iuxta tenorem antiquæ, vel quòd multitudo hæreticorum, & necessitas communicandi, & negotiandi facit licitum, quod aliàs non esset, iuxta regulam, quod non est licitum, de reg. iur.

36 Vndecimò, quòd qui semel est excommunicatus, & denunciatus, semper vitari debet quousque constet de absolutione, per gloss. Celeb. ca. Proposuit de Cler. excom. ni. nisi persona sit eiusmodi cui affirmanti se absolutam esse, probabiliter debeat credi, Ang. verb. excommunicatio. 8. §. 16. & quòd qui timore mortis alloquitur excommunicatum, non peccat, neque incurrit aliquam excommunicationem secundum Innoc. in c. si vere. de sent. excommu. & Mai. in 4. dist. 18. q. 4. col. 2. etiam si colloqueretur, & participaret in diuinis officiis. Sylu. verb. excommunicatio. 5. q. 4. modo non participet in peccato mortali, neque cum negatione saltem tacita fidei catholica, quæ resultaret ex communicatione in contemptum & vilipendium excommunicationis, quia oportet potius mori, quàm sic communicare, cum magis teneatur defendere articulum fidei de autoritate, & potestate ecclesiar ferendi excommunicationem, & illius valorem, quàm vitam corporalem c. Presbyteros. 30. dist. & ca. Ita ne 3. 2. q. 5. & hoc modo limitandum est d. c. facris. de his quæ vi, vt dixi in c. sicut. de conf. dist. 1. & senserunt Mai. & Syl. vbi supra.

Duodecimò, ad primum dubium hic propositum resp. quòd illud Tho. quodlib. 1. art. 9. scilicet esse peccatum mortale orare pro excommunicato, est intelligendum primo de oratione publica, quæ nomine ecclesie fit, & non de priuata, quia ipsemet in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. qu. 1. tenet licitum esse orare pro excommunicato, & pro quouis infideli oratione priuata. Secundò, quòd vt dixi in d. c. Quando, notab. 19. nu. 67. & seq. non procedit in excommunicato

cato nulliter, seu inualide; neque in excommunicato valide, sed ex iniusta causa; neque in excommunicato iuste, quem credimus vere pœnitere, modo non fiat expresse publice pro illo, iuxta mentem Host. in c. Cum voluntate, de sent. excom. Imò ibidem omnibus qui ante nos scripserunt addimus, posse quem dicere missam orando in ea, & applicando eius valorem quibus ecclesia mandat applicari, eo fine, vt illud suum opus orandi, & applicandi ad quem, & pro quo debet, accipiat Deus pro oratione priuata, vt aliquis infidelis, vel excommunicatus conuertatur. Quoniã aliud est applicare preces missæ, & eius valorem alicui, aliud applicare illud opus orandi, & applicandi, vt ibidem, nu. 70. copiosius declaratur.

Ad secundū, quòd pro excommunicato non denunciato, nec notorio potest orari publice per prædictā extrauag. quæ post S. Thom. lata fuit, per quam nūc non negatur sepultura iis, qui excommunicati moriuntur, nisi sint denunciati.

Ad tertium, quòd incurrit minorem excommunicationem, qui, vt minister ecclesie, aut nomine eius orat pro excommunicato denunciato, quia ex dictis Thom. art. 9. & in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. q. 1. colligitur, quòd non solum est veritum orare cum excommunicato vt prædictum est, sed etiam orare pro eo oratione publica ecclesie nomine facta.

Ad quartū, de participantibus cum excommunicato contra præceptum iuris, & iudicis, dico, quòd non solum peccant mortaliter, vt dictum est supra nu. 3. sed etiam incurrit excommunicationem maiorem, nisi quum excommunicans dat literas contra participantes cum excōmunicatis a se, sine monitione de qua supra. n. 4. quia excommunicatio sic lata est nulla, vt ibi dictū est.

Ad quintò, quòd illud vulgatum superius positum, scilicet peccare mortaliter qui communicat cum excommunicato in oratione, intelligendum est de oratione publica, quæ fit nomine ecclesie; quales sunt missæ, horæ canonicæ, quas cantant, vel dicunt sui ministri nomine ipsius; qualis est consecratio ecclesie, altaris, & Virginum, benedictio solennis episcopi, & aquæ benedictæ, & officia defuكتورum, & sepulturarum; non autem de oratione priuata, qualis est Salutatio Angelica matutina, meridiana, & vespertina, qualis est benedictio simplex mensæ, & aliæ similes, quæ non sunt prohibitæ tempore interdicti, vt dicitur infra. n. 177. imò videtur quòd neque venialiter peccatur in aliis quibus earum. Tum quia Tho. in d. art. 9. ait orantem pro excommunicato, participare cum illo oratione priuata, vel priuatim dicta. Tum quia Antoni. & omnes fatentur, quòd licet dicere excommunicato cū me salutatur, aut mitto ad eum literas, Deus te conuertat, quæ est magna oratio, & maior illa, Deus nos conuertat, quòd tamen ei dicere possumus. Tum quia possumus alloqui excommunicatum super eis, quæ ad eius animam pertinent; c. cum voluntate. de sen. excō. Tum quia licet legere cū excōmunicato aliquam partem Euangelij aut alicuius psalmi, siquidem illud eius animæ conuenit, & consequenter dicere, miserere nobis, & leuauit oculos meos, quæ sunt veræ orationes. Tum quia possumus audire cum eo concionem, cap. Responso, de sentent. excommunicat. in cuius initio omnes frontem Cruce consignamus, dicentes per signum

signum Crucis &c. quæ est egregia oratio, & salutamus Virginem Matrem per Aue Maria &c. quæ est oratio præcellens, in cuius fine omnes facimus p. culas a concionatore iussas, dum absoluit, siue precatur dicēs, misereatur vest.

Ad sextum, quòd actus excommunicati etiam denunciati, & in illo agendo peccantis etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excommunicati. Tum quia excommunicatione non desinit esse verus homo, imo nec liber, nec perdit potestatem naturalem, & ita potest regulariter contrahere, vt quilibet alius, & facere omnia, quæ iuri naturali, Gentium & ciuili nituntur, arg. c. Ius naturale, & c. Ius gentium 1. distin. & l. 1. §. Ius naturale, & l. Ex hoc iure ff. de iust. & iur. & consequenter testari secundum communem, quam sequitur Fran. in Rub. de Testam. contra glo. in cap. Decernimus, de sent. excom. lib. 6. quod præsertim procedit in actibus, quos lex humana non potest annullare, quales sunt sacramentales. Nam baptisma, confirmatio, & ordo, collata excō municato, vel ab excommunicato, valent, secundum omnes, imo & matrimonium cap. significauit. de eo qui dux. in matr. fallit autē regulariter in actibus pertinentibus ad potestatem & iurisdictionem ecclesiasticam humanam, per quam illi annullari possunt, quales sunt, ad beneficia presentatio, electio, postulatio, confirmatio, institutio, collatio, prouisio, & nominatio. cap. si celebrat, & c. postulasti, de cler. excom. u. min.

De absolutione excommunicationis, & a quo ferri potest.

Excommunicatio, & absolutio conueniunt in his. n. 37. & differunt in his. n. 38
Excommunicatio sine causa parum nocet, absolutio multum prodest, an falsa utranque annihilat. nu. 38

Excommunicatione a minore, & maiore lata iure, vel ab homine hic absoluit. n. 39
& 40. etiam sola tonsura initiatus, licet non soleat fieri cum magno interdum in commodo. nu. 41. & 2. seq.

Absolutio excommunicationis a quo delegatur. n. 44. & 45. vide alia verbo excommunicatio.

Absolutus ob impedimentum, vel a Papa cum onere presentandi se, faciat hoc. nume. 46.

Excommunicationis absolutionem huiusmodi satisfactio præcedat. n. 47. & 48.

37 **S**ẽptimò, Prẽmitto circa hoc primò, quòd absolutio & excommunicatio conueniunt in multis. Tum quia neutra requirit certa verba pro forma substantiali, vt supra dictum est. n. 9. & 11. Tum, quia neutra valet quicquam non seruata forma alia quam iuris, cum qua data est potestas excommunicandi, vel absoluendi ei qui antea non habebat. c. Pifanis, de Rest. spol. & ea quæ ibi Anto. not. 7. & Deci. post alios. in l. Transact. no. 1. C. de Transact. trad. quare licet absolutio facta ab habente potestatem iure ordinario non seruata forma iuris valeat, etiam ante satisfactionem, nihil tñ valet facta a delegato nõ seruata forma absoluendi sibi data in delegatione, argu. glo.

gl. subtilis, & sing. cle. 1. de iur. patr. verb. inhihemus, & eorum quæ ad eius de clarificationem refert Fely. in cap. Ex parte, colum. 4. de Const. Et ita absolutio facta extra mortis articulum, ab eo qui per bullas, vel alia priuilegia habet facultatem absoluendi in eo, non ualet, neque facta ante satisfactionem ab eo qui haberet facultatem absoluendi post eam. Dixi, *Alia quam iuris*, quia, ut prius respondimus, absolutio data uirtute mandati Papæ ad absoluendum secundum formam iuris ualet, quamuis ea non seruetur, vt ualere facta sine illa ab ordinario. autoritate ordinaria. Quia non fuit intentio Papæ inducere nouam formam, per illa uerba, sed admonere commissarium id quod secundum ius debet facere, quod in simili dixit Innoc. in cap. fin. de præsumpt. quæ sequitur glo. sing. & receptissima quæ magna est clement. 1. de offic. delegat. Tum quia ut excommunicatio ualet regulariter, quamuis sit iniusta, ita absolutio cap. Venerabilibus. §. vbi de sent. excommun. libr. 6. qui est in hoc singularis.

Secundò, Quod differunt in multis, quia excommunicatio iniusta ex causa nihil nocet quo ad forum conscientie, vt supra numer. 3. dictum est. Absolutio uero iniusta prodest. Nã cõfessarius posset absoluere a suis peccatis absolutum iniuste ab excommunicatione, & absoluto iniuste profunt suffragia generalia Ecclesie, quæ non prodesse nullatenus absoluto, quæ noua, & firma de claratio est. Tum quia excommunicatio lata metu iusto ualet etiam quo ad forum conscientie, subsistente iusta causa ad excommunicandum, glo. sing. in c. 1. de his quæ ui, secundum Panor. in cap. Abbas. eodem tit. colum. 4. & Rauen. ibidem & alios, Absolutio uero minimè, per textum sing. in d. cap. 1. Tum quia excommunicatio lata ex falsa causa ualet, & non absolutio iuxta glo. capit. Ex parte, de offic. ord. & in capit. Quod super iis, de fid. inst. quamuis Cardin. in cap. Ab excommunicato. de Rescrip. in d. cap. Ex parte, & d. c. Quod super iis, quem satis sequutus est Pan. in d. c. Ex parte, & Feli. in d. c. Quod super iis, colum. 5. exæquat eas, dicens neutram valere, si neutram esset daturus iudex, si sciret causam esse falsam, utranque uero valere, si iudex haberet animum dandi utranque, etiam si sciret utriusque causam esse falsam: & quamquam illi magis dubitant de valore absolutionis quam excommunicationis, ego uero contra puto non esse dubium de valore absolutionis, etiam quantum ad forum conscientie, quia illa non excedit facultatem humanam, neque continet errorem intolerabilem; siquidem non pertinet nisi ad iustitiam partium, in eo, quod potest male, aut bene; & adeo dubito de ualore excommunicationis datæ ex falsa causa, vt putè nõ ualere illam, quia uidetur continere errorem intolerabilem, & excessum facultatis humanæ, eo quod uult excommunicare aliquem, siue peccauerit mortaliter, siue non, ex dictis supra eod. cap. num. 4. per illud Pan. & Feli. in c. 2. de test. cog. scilicet quòd excommunicatio data per iudicem contra citatum non comparentem ex iusto impedimento nihil ualet, quia non intendit, vt debuit excommunicare, si iustum haberet impedimentum, & si intendit excommunicare, siue esset iuste impeditus, siue non, implicaret errorem intolerabilem, qui annullat excommunicationem, cap. Per

Per tuas. de sent. excommu. cap. Venerabilibus. §. fin. eod. titu. lib. 6.

39 Tertio, quod excommunicatum minore excommunicatione potest absolue-
re quilibet sacerdos, qui potest absolue-
re a peccatis c. Nuper de sent. excom.
quamuis non sit eius parochus, si non habet nisi venialia, vt supra diximus, in
c. 4. nu. 1. & c. Placuit de penit. dist. 6. nu. 25. & seq.

Quarto, quod excommunicatum maiori excommunicatione a iure non re-
seruata alteri, potest absolue-
re proprius Prælati d. ca. Nuper. Per proprium
prælatum intelligo Papam, Episcopum, & Capitulum, sede vacante, & alium
quemuis prælatum exemptum ecclesiæ regularis, aut secularis, qui dicuntur
habere iurisdictionem quasi episcopalem, secundum gloss. recep. Clemen. 1. de
reb. eccle. non alien. & etiam quiuis alius non exemptus habens iurisdictionem
in foro exteriori, & etiam parochus, aut sacerdos simplex, qui potest absolue-
re a peccatis mortalibus, secundum Inno. & Host. d. ca. Nuper, quæ est com-
munis opinio S. Thom. & Bonauen. & aliorum Theologorum in 4. distinct.
18. & etiam Summistarum, quos late citat Sylu. verb. excommu. 1. not. 2. quam-
uis oppositum teneat Panor. in d. ca. Nuper per glo. sing. c. si Episcopus, de penit.
& remiss. lib. 6. quæ non dicit, quod ille: iuxta quam communem pridem
consulimus, limitando illam noue, vt procedat solum quantum ad forum
conscientiæ, & altera quantum ad forum exterius: limitando item illam cum
S. Tho. ita quod prædictus sacerdos simplex non potest hoc facere sua autori-
tate, sed vt commissarius deputatus a Papa d. c. Nuper sub fin. qui pro hoc est
quasi expressus, & quod Prælati proprii potest absolue-
re ab excommuni-
catione incurta iure, extra suum Episcopatum, & Parochiam, secundum Fed.
conf. 16. & Panor. in c. Graue col. 3. de præb. communiter recep. Dixi, *Non restr-*
nata, quia is cui reseruat debet eam dare secundum omnes.

40 Quinto, quod excommunicatum ab homine, ipse solus potest absolue-
re, aut eius successor, superior, aut delegatus c. Pastoralis. §. Præterea de offic. de-
leg. nisi quod delegatus Papæ, qui potest excommunicare intra vnum annum,
post sententiam diffinitiuam, eo transacto non potest absolue-
re. c. Quærenti, de offic. deleg. quod est sing. secundum Pan. ibidem, qui cum communi idem
dicit de quolibet alio delegato habente facultatem exequendi suam sententiã.
Et nisi incendiarius excommunicatus ab Episcopo, qui non potest absolui ab
eo post denunciationem. c. Tua de sent. excom. quod est singul. secundum Car.
ibidem, & nisi excommunicans, qui post excommunicatur excommuni-
catione maiori, & denunciatur, c. Audiuimus. 24. quæst. 1. quanquam potest si so-
lum est excommunicatus minore. ca. Duobus. de senten. excom. & nisi excom-
municatio sit pronunciata ab inferiori, & confirmata a Papa ex certa scientia.
Nam ab ea non potest absolue-
re, qui eam tulit, secundum Ioan. Andr. recep.
in c. Ex frequentibus, de inst.

41 Sexto, quod si qui excommunicauit non est sacerdos, non potest absolue-
re in foro conscientiæ, quanquam potest in exteriori, secundum aliquos, quos
Sylu. sequutus est verb. absolutio. 1. not. 4. quod restringendum est ad absolu-
tionem coniunctam cum peccatorum absolutione. Nam ab excommuni-
catione

tionem sola potest absolue-
re etiam quo ad conscientiæ forum, etiam sola prima
tonfura initiatus, vt affirmat. S. Thom. in 4. distinct. 18. receptus. a S. Anton.
3. parte. tit. 24. capit. 77. & Ioan. Tabien. verb. absolutio ab excommunicatione:
& quamuis nemo illud affirmet, affirmandum tamen erat ob multa quæ
in id adduci possent; commodius tamen videtur comittere presbytero secun-
dum Mai. recep. contra quem facit, quod multi omittunt quærere absolutio-
nem à suis parochis putantes illas commissiones iudicum esse absolutiones,
& quod pauci sunt, qui possunt probare suam absolutionem factam per hanc
commissionem a Parocho, quia ille absoluit secreto sine notario & testibus. 42
Per quæ putamus vtilius fore, vt iudex si ei vacaret, absolueret, & daret literas
absolutorias, & cum de more committit, excommunicatus debet dare ope-
ram, vt coram notario, & testibus absoluetur à Parocho, quo cum oportuerit
possit probare absolutionem. Quia semel excommunicatus, semper præsumit-
tur talis, iuxta gl. solen. cap. proposuisti de Cler. excomm. minist. Quanquam 43
aliquando ausi fuimus affirmare, quod qui ostenderet commissionem, vt ab-
solueretur, & diceret se absolutum a suo Parocho, præsumeretur absolutus
cum solo testimonio Parochi, & etiam sine eo, saltem si esset vir timens Deum,
& ingrediebatur, & admittebatur ad diuina officia, habita ratione consuetudi-
nis receptæ absoluendi absque notario & testibus, quod etiam verum videtur.
Quod facit ad intelligentiam clausulæ cuiusdam nouæ magni momenti addi-
tæ à S. D. N. Gregor. XIII. in Bulla Lobelæi dati anno 1572. sub finem
ibi, *Declaramus*.

Septimo, quod executor mandati papæ quo iubetur excommunicare cer- 44
tum hominem sine cognitione causæ, non potest absolue-
re, postquam
excommunicauit. Et quod qui potest absolue-
re ab excommunicatione la-
ta a iure, potest absolue-
re ab excommunicatione generaliter lata ab homine,
iuxta decisionem singularem Ioannis de Imola in capitulo. Graue. de
præbendis, columnã quartã, relatam per Felinũ in capitulo Pastoralis. §. Præ-
terea, de offic. ordina. dicentem nunquam se in alio legisse, quanquam idem
ante Ioan. Imol. dixerunt Ioan. Andr. & Card. in d. capitulo. Graue, & resum-
pserunt in capit. Ex frequentibus. de inst. per illum textum, quod defendimus
nos in fin. d. c. Graue.

Octauo, Quod qui possunt absolue-
re ab excommunicatione virtute iu- 45
risdictionis delegatæ à Principe, aut concessæ in priuilegium perpetuum
ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariæ potestatis,
possunt comittere alijs, iuxta gloss. receptam in capitulo final. de offic. ordi-
na. quæ conciliat illud cum capitulo final. §. fin. de offic. delegat. dicens illud
procedere in illis, quibus solum simplex ministerium absolutionis, sine
alia iurisdictione conceditur. Et omnibus addimus, quod simplex mini-
sterium absoluendi potest delegari etiam à delegato ordinarij, & a subdele-
gato delegati papæ, quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, ratio-
ne quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictiona-
lem; per capitu. super quæstionum. §. Quem vero, & sequent. & ea quæ notat
ibi

- ibi Felin. nu. 4. & 19. de offic. deleg. quod quotidianum est.
- 46 Nondò, quòd excommunicati a iure vel homine, qui ob grauem morbum, aut ob aliud iustum impedimentum faciunt se absoluerè ab eo, qui sine illo non poterat, debent se præsentare cessante impedimento, quam cito commode possunt, ei qui se iure poterat absolvere, alioquin recidunt in eandem excommunicationem, cap. eos de sent. excom. lib. 6. Idem de iis, quos absoluunt legati Sed. Apostolicæ cum onere præsentandi se suis ordinariis, aut aliis quibuslibet ad suscipiendam pœnitentiam, aut satisfaciendum ei, quem iniuria affecerunt: Sed non tenentur regulariter se presentare personaliter, sed satis est mittere procuratores ad id idoneos secundum Caietanum in summa verb. excommu. ca. 69. qui ait absolutum esse iudicem quo ad forum conscientia ad determinandum tempus intra quod commode potuit se præsentare.
- 47 Decimò, quòd omnia iura quæ iubent satisfacere ante absolutionem in articulo mortis, intelligenda sunt, si excommunicatus potest satisfacere, & si nõ potest, satis est, quòd det cautionem iuxta gl. quæ est penul. clem. 1. §. verum de hæret. & Card. ibidem q. 4. & Felin. ca. Pastoralis. §. Præterea. col. 3. de offi. Ordi. & in c. cum contingit. de offi. deleg. colum. 1. quamuis Imol. teneat oppositum super d. gloss. Nostro vero iudicio cautio debet esse sufficiens, id est cum pignore vel fideiussore si eam potest dare, sin minus det eam quam potest saltem iuratoriã, per easdem rationes Card. in d. Clem. & Feli. in §. Præ. siquidem ad impossibile nemo tenetur. l. Impossibile. ff. de reg. iur. Quin & putamus eum qui potest satisfacere ante mortem, sed non commode, id est non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, nõ teneri ad aliud quam ad dandam cautionem sufficientem, quòd satisfaciet primo quoque tempore, per dicta. c. 17. n. 56. & 57.

De excommunicationibus a iure latis, & primum de reseruatiss
Papæ per Bullam Cænæ, & alia iura.

Excommunicationes iuris antiqui pauca, noui multæ, nouissimi quam plurima nu. 49. & 50
Excommunicatio ut interpretanda, & lata in facientem, non includit regulariter consentientem. nu. 51
Consilium quis dicitur dare, & quod nocet danti. nu. 51
Bullæ Cænæ domini quæ nu. 5. & iterata non multiplicat censuras. n. 55
Michael Thomasius Doctor laudatus. nu. 53
Gregorius XIII. feliciter cepit, feliciter prosequitur, felicissime perfecturus. n. 54
Excommunicatio primo, bullæ Cænæ in hæreticos. n. 56. secundo, in schismaticos. n. 57. tertio, in appellantes ad futurum Concil. nu. 58. quarto, in Pyratas. n. 59.
Quinto, in accipientes naufragorum bona. nu. 60. Sexto, in Imponentes noua pedagagia. n. 61. Septimò, in falsarios. n. 62. Octauò, in deferentes arma turcis. n. 63
Nondò, in Impedientes necessaria Romam adducentes. num. 64. Decimo, in male tractantes

tractantes venientes, & recedentes a Curia. n. 65. Undecimo, in male tractantes Romipetas. nu. 66. Duodecimò, in Iniurios Cardinalibus. nu. 67. Decimotertio, in impediens cursum causarum Curia. n. 68. Decimoquarto, in usurpater fructus & c. num. 69. Decimoquintò in laicos cognoscentes de criminibus clericorum. num. 70. Decimosextò. in occupantes bona Sed. Apostolicæ. num. 71. Decimosseptimò, in male absoluentes a cœsuris bullæ, quæ tamẽ nõ est reseruata. n. 74. Hæreticis credentes, fautores, & receptores, qui. n. 56.
Schisma quid, quo differt ab hæresi, & excommunicatur in bulla Cænæ. num. 57.
Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cænæ. n. 58.
Pyratæ qui, excommunicati in bulla Cænæ. nu. 59.
Naufragorum bona accipientes excommunicati. nu. 60. etiam ante monitionem restituenti. num. 117.
Augmentum & Auctum exæquantur. nu. 61.
Pedagia noua quis potest imponere, vel augere. n. 61.
Literæ Apostolicæ An dicatur signatura, & aliud falsare, aliud falsis uti. num. 62.
Arma bellica quæ, & sunt offensiuæ & defensiuæ. nu. 63.
Roma, & Sedes Apostolica, vel eius Curia diuersa. n. 65.
Iudex secularis eiciens Episcopum a suo Episcopatu, & c. excommunicatus. n. 67.
Impediens cursum causarum Curie, ut excommunicatus. n. 68.
Ecclesiæ Rom. iura & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi. n. 72.
Absolutio censuræ bullæ Papæ reseruata, non cõtinetur etiam in sua generali. n. 72.
Priuilegium remuneratorium, & per contractum iusta de causa tollitur. n. 73.
Absolutio male absoluentis a censura bullæ, cur non reseruata. nu. 74.



PRAEMITTO Primò, quod gloss. magistra clem. 1. de sent. excom. 49 colligit 50. excommunicationes latas ipso facto per solas clementinas, & alia prius in cap. eos, de sen. excom. lib. 6. triginta duas latas per solos textus Sexti, & prius cõgessit Host. in sum. de sententia, excomm. §. 3. in princ. triginta tres, quas solas induxerunt omnia iura decreti, & decretalium ad eius usque tempora. cum vna c. 1. de Homic. libr. 6. Ex quo facile intelligas, quam parci fuerint antiqui patres in excommunicando, & quam largi recentiores, quum ad annum usque. 1398. quo promulgatus est sextus, vix inuenirentur triginta tres casus, qui in pauciores quam in 50 redigi possunt. Et per solum Sextum inducti fuerunt. 32. & per solas clement. 50. Postea, per bullas Cænæ, per extrauagantes impressas, & nõ impressas, per constitutiones synodales: & Prouinciales, per uisitaciones, & reseruaciones secularium, & religiosorũ, pene innumeræ. Super qua multitudine minuenda: quiddam in Hispano desideratum, nunc tanquam superuacaneũ omitto. Secũdo Præmitto, quod quia alij alium ordinem seruauerunt in casibus recensendis, nos sequemur eum quem Ang. a Clauas seruauit verb. excom. 5. 6. 7. cui ex bona parte consonat Sylu. qui primò ponit reseruatas Papæ, secundò, reseruatas Episcopo. tertio, nulli: & vt facilius quis quam velit inueniat, Inprimis ponentur antiquiores, præterquam quod inter reseruatas Papæ per

51 per bullam Cœnæ erunt primæ, quia magis referuatæ. Tertio quod ad iudicandum an quis fit excôicatus necne a iure vel ab homine, debent perpendi diligenter verba quibus ius, vel iudex vititur, & personæ contra quas, & opera ob quæ excommunicat: non.n. vltra illa extenditur. Vnde lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter consentientem, etiam mandando, consulendo, fauendo vel auxiliâdo, antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse aut tacite colligatur, quod firmiter asseuerat Caiet. in sum. verb. excommunicatio pag. 2. & c. 47. notab. 3. & Sylu. sibi contrarius, in verb. excommunicatio. 10. dubio. 4. & Ioan. Tabi. verbo. excom. 5. cal. 49. Bonif. cum communi in clem. 1. de consang. Quod & nos hic in Hispaniâ tenuimus, & nunc tenemus. Tum quia secundum omnes excommunicatio non debet extendi de vno casu ad alium, secundum glo. receptas in clem. 1. de sepul. & in clem. 1. de consang. eo quod pœnæ sunt restringendæ. l. pen. ff. de pœn. & c. pœnæ. de pœnit. dist. 1. & prædicti non sunt proprie, & verè facientes; nam mandatum, & consilium præcedunt factum, & nihil præcedere potest id quod vere ipsum est, & frequenter hæc præcedunt, mense & anno factû. Imo & plerumque post vitam dantis ea fiunt, & interdum est impossibile quod per factum accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui ante, & forte martyres in cœlo iam sunt beati: Tum quia participans cum excommunicato ante commissum crimen habes annexam excommunicationem, vel quæ committitur, non incurrit eam, per resolutionem supra, nu. 3. 2. positam, & constat omnes prædictos communicare in crimine, ante crimen commissum, Tû quia c. Quod in dubijs, de sent. excom. habet participans cum excommunicato esse excommunicandum, & non excommunicatum; quod Ioan. relatus à gl. intellexit etiam de participante in crimine, qui licet meritò carpatur ibi à Pan. & communi quo ad participans in crimine commissum, non tamen quo ad participans ante illud commissum, qualiter participat ij de quib. loquimur. Tum quia c. scilicet, de pœn. lib. 6. & clem. si quis suadente, de pœn. & multa capit. bullæ Cœnæ: & l. si quis id quod, ff. de iur. om. iudic. & alia multa, exprimunt consulentes, mandantes, &c. quum intendunt eos includere. Tû quia c. Quicumque, de sent. excommu. lib. 6. probat excommunicationem latâ contra dantem licentiam malefaciendi, non extendi ad vtentem illa, nisi expresse id exprimat; & clem. 1. de consang. excommunicans contrahentes, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes; neque lata per clem. 1. de sepul. in sepelientes excommunicatum, comprehendit consulentes, & iuantes, & prosequentes funus ad sepulturam; qui suis manibus non inferunt eum illi, secundum glo. ab omnibus ibi receptam. Tum quia Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vlucapi. a. num. 3. 6. & melius in l. sed si vnus. §. 1. ff. de iniur. cõmuniter receptus secundum Iason in d. l. si is qui. colum. 74. ex professo tenet, eum qui per alium facit, non verè sed fidei videri id facere, nisi quando illud aliud est instrumentum motum ab eo necessariò faciēs, quale est baculus vel gladius, inferens ex eo mandantē non verè sed fidei facere id quod mandatarius facit; præsertim quum mandatarius non obligetur ad id etiam post

post susceptum mandatum, vt contingit in materia delictorum de qua loquimur. Tum quia c. Mulieres. de sent. excommu. non habet id quod Panor. & alij quot alij imponunt ei, scilicet, quod mandans percuti clericum, verè percutit illum, sed quod vere committit, cui supplendum est, in legem, id est vere delinquit, quia mandare illud est verum delictum, vt respondit Bart. in d. §. 1. quem sequuntur vbi supra Rom. & Iason. & ita nulla ratione defendi potest, quod vere & proprie sint idem mandare, vt aliquid fiat, & factum virtute mandati, quamuis frequentissime fidei reputentur idem, sicut hæres, & defunctus, pater & filius, Episcopus & Vicarius, &c. Nec consequenter. Ias. vbi supra iuste recedit a Bar. cui dixit communē ad stipulari. Dixi. *Nisi ex eius tenore expresse &c.*, ob d. l. si quis id quod, & prædicta. cc. scilicet; & si quis suadente, & multa bullæ Cœnæ, & alia quæ pœnâ impositam facienti, expresse extendunt ad mandantem, significando tacite alioqui non extensum iri, non quidem quod mandare sit facere, sed quia legislatori placuit vtrumque ad pœnam ibi positâ exequare. Dixi, *Vel ex tenore aliarum*, vt ex aliis iuribus & consuetudine ecclesiæ c. si quis suadente. 17. q. 4. loquens de iniiciendo manus in clericum, extendit ad mandantem, consulentem, & iuuantē, d. c. Mulieres, & c. Quantæ, de sent. excom. & c. sicut dignum de Homici. Dixi, *Tacite*, propter c. significauit, de Iudæ. quod habet mittentem arma Saracenis, ita esse excommunicatum ac deferentem, per canonem latum contra facientem, nō quidem quod idē sit deferre per se & mittere per alium, sed quia lex pœnalis extenditur de vno casu ad aliū quā alioqui esset frustratoria vel quasi c. si ciuitas, de sent. excom. quod habet interdictionem ciuitatis extendi ad suburbia ne fiat frustratorium: & glo. ca. 1. de vsur. lib. 6. quæ cap. illud loquens de testamento, extendit ad codicillum, ne sit frustratorium. Quibus addendum, quod canon se extendens ad consulentē, non comprehendit ita simpliciter consulentem consilio adeo simplici, quod sine illo tam certo & iniquo animo fuisset admissum delictum, ac cum illo, per cap. scilicet. §. illud de pœn. lib. 6. iuncta gl. celebri verb. simplici, cui similis glo. magna d. clem. si quis suadente. Idem eadem ratione est dicendum de mandato, iussu & fauore, sine quibus perinde omnino peccatum admissum fuisset ac cum illo, per d. supra c. 17. a. n. 17

Adde, quod refert, an disponens loquatur principaliter de faciente, & secundo de mandante, consulente, aut principaliter de omnibus, Quia priori casu, non incurrit excommunicationem consulens aut mandans, antequam fiat opus, vnde mandans cuiquam etiam centies percutere clericum, non excommunicatur, donec percussio sequatur, & nunquam si ea nunquam sequatur, arg. notatorum. in d. c. Mulieres, de sent. exco. In posteriore vero sic, nam qui mandat interficere aliquem per assassinos, statim quamuis non sequatur mors, est excôicatus, c. 1. de Homicid. lib. 6. quia æquè principaliter excôicat mandantem, ac occidentem, & religiosus qui concionatur animo retrahēdi auditores a solutione decimarū est excôicatus, quamuis auditores non retrahant. clem. cupientes. §. 1. de pœn. Consulere autem dicitur, quicumque monet, persuadet, aut precatur, vt illud faciat, secundum Bart. in l. Non solum. §. si mandato. ff.

de iniur. Imo & qui instruit, aut proponit vtilitatem inde sequuturam, secundum Innoc. recep. in c. Ad audientiam. de Homic. Quartò, notandū quod bulla quæ nostra ætate appellatur Cænæ domini, est bulla continens processum Papæ, quo die Iouis Sancta excommunicat varium genus peccantium, dicta sic, eo quod illa dies appellatur Cænæ domini propter Cænam illam ter maximam Domini nostri, quam vltimam fecit Hierosolimis cum discipulis suis, de cuius antiquissima origine, & vario tenore, quem variis temporibus sub
 53 variis Pontificibus Maximis vsq; ad S. D. N. Greg. XIII. habuit, tradit vir omnigena literarum eruditione probatissimis moribus ornata clarus, sacræque Pœnitentiariæ Corrector oculatissimus, & vtriusq; Iuris Doctor doctissimus Michael Thomasius in Commentariis propediem in eam edendis. Qua de re nos solum subiicimus, id quod antea, scilicet, quod glo. solen. clem. 1. de iud. verb. solenniter, & eius author Ioan. Andr. in ca. Quod olim, de Iudæ. dicunt ter in anno solere Papam facere processus generales contra certos delinquentes, scilicet die Iouis Sancta, Ascensionis, & dedicationis S. Petri & Pauli. Car. tamen. in d. c. Quod olim, quem Ioan. de Anan. ibi & nos sequimur. in ca. Ita quorundam not. 6. nu. 7. dixit, quod suo tempore solum faciebat prædicta die Iouis Sancta, quam S. Ant. 3. par. tit. 2. c. 7. 2. exposuit secundum tenorem bullæ Martini. V. cui multa addiderunt, & detraxerunt posteriores Papæ, vsq; ad Iulium 3. secundum cuius bullæ tenorem nos in Hispano declarauimus. At quia
 54 successores eius & etiam S. D. N. Greg. XIII. nonnulla mutarunt, eam secundū tenorem bullæ ipsius me audiente promulgatæ exponam, clausularū eius ordinem sequutus, precatusq; antea Deum Optimum Maximū, vt sanctitatē suā summū & vnicū Ecclesiæ suæ Vicariū donet sūmo illo perseuerantiæ dono, quo oīa heroica summaque sua autoritate, scientia, ac recondita eruditione dignissima, q̄ fœliciter cœpit, & fœlicius p̄sequit, fœlicissime perficiat. Amen. Quītò. quod annua bullæ iteratio, nō multiplicat censuras per eā latas, vt diximus. in d. c. Ita quorundam. no. 2. a. n. 3. 7. & quod excōicationes per alia iura latæ, & in prædicta bulla repetitæ, sunt eadem, & q̄ bulla nihil amplius facit quam addere reservationem absolutionis sed. Apost. Prima excommunicatio bullæ Cænæ fertur per primam clausulam eius in hæc verba.

Excommunicamus quoscunq; Husitas, VViclenitas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes & singulos alios hæreticos, quocunq; nomine nuncupentur, & cuiuscunque secte existant, credentes, receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorum libros sine autoritate nostra & sedis Apost. scienter quomodolibet legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publice vel occulte, quouis ingenio vel colore.

55 Declar. primò, quod quid sit hæresis & quid hæreticus definitur supra ca. 11. n. 17. Et quod excōicatio in hæreticos videtur omnium antiquissima, arg. c. Achatius, & c. Audiuimus. 24. q. 1. sed non erat reservata ante bullam, vt diximus. in d. c. Ita quorundam not. 11. n. 41. Secundò, q̄ hæc excōicatio non cōprehēdit magos q̄ aliàs non sunt hæretici, arg. eorū q̄ habent 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

& 7. & Tho. 2. 2. q. 95. art. 1. & 2. quos tamen comprehendebat bulla Pij V. quod est valde notandum. Tertio, quod verbum, *Credentes*, omissum in bulla Pij V. fuit expressum in hac potius ob declarationem, quā ob necessitatē, nā ēt eo nō expresso fuissent inclusi, quippe qui vere sunt hæretici, eo quod quamuis non credant explicite hærefes, credunt tamen implicite, credendo pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit, nescientes quid credat in specie, iuxta Palud. in 4. dist. 13. q. 3. conclus. 2. Quartò, quod fautores, receptatores, & defensores solum dicuntur ad effectum incurrendi hanc censurā, qui hæc faciunt eis eo respectu quo sunt hæretici, vt recte notauit Caiet. in d. c. 1. Tum argu. 1. In delictis. §. si detracta. ff. de Noxa. Tum quia tenet quis hæretico extreme egēti subuenire, arg. c. Pasce. 86. dist. Tum quia potest quis, licet non teneat, eidem ēt non extreme egenti subuenire, quatenus est homo, argu. cap. Duo ista nomina. 23. quæst. 4. ibi (*quia peccator est, corripe, quia homo miserere, & ibi, Nulli homini claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est*, Tū quia alioqui omnes fere catholici etiam religiosi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum, inciderent in has censuras, quippe qui habent cōmercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod sine aliquo fauore, vel auxilio eis præstando haberi nequit. Tum quia nullo canone contrarium probatur, licet multis probari possit eum præsumi fauere hæretico, qui sciens eum esse talem, fauet ei sine aliqua circumstantia quæ excusare possit eum etiā in foro exteriori a tali præsumptione, quales multæ occurrere possunt fundatæ in timore, necessitate, cognatione, vel vtilitate, in pace, militia, & bellis, in quibus videmus, & legitimus Carolum V. & Philippum. II. omnium Regum quos sua ætate terra coluit, & colit Catholicissimos fauisse donis, ducibus, & militibus Lutheranis Maieft. suæ militantibus. Quò ad forum aut interius in quo sola veritas inspicit. c. Tua, de spons. facile est discernere fauorē darū alicui eo respectu quo malus, & hæreticus est, a dato eidem eo quod proximus, & a CHRISTO redemptus est, d. c. Duo ista. Quītò, q̄ Caiet. in prædicto. c. oblitus fuit ponere id quod. 2. 2. q. 2. art. 3. & 4. & in sum. verb. hæresis, tenuit, & alij aliis locis, quod adducimus. in c. Cogitationis pœnam nemo meretur, de pœnit. distinct. 1. scilicet hæreticos mentales tantum non incurrerē hanc censurā, neque aliam a iure humano latam, quales tamen non sunt ij qui hæresim p̄pferunt verbo, scripto, vel nutu, & signo verbis æquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiente p̄pferint, quia sufficit sua natura esse probabile, licet contingat probari non posse ad hoc vt includatur sub potestate & iurisdictione humana & pœnis eius, quod multis confirmari in d. c. Cogitationis. Sextò, quod in foro interiori non sufficit hæresis exterior sine mentali, ob quod superior contra eum & alios diximus in c. 2. nu. 24. & 25. Septimò, quod qui habet vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiā defumpta ad verbū ex libris eorū, non incurrit hanc excōicationē, q̄ nō sunt libri hæreticorum, etiam si principaliter legeret illos ad sciendum dicta, & rationes eorum, sicut non incideret audiendo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum,

reticorum, licet iste incidere posset in censuram indicis librorum Pij. IIII. Secunda excommunicatio fertur contra schismaticos in hæc verba.

Nec nõ schismaticos, & eos qui in animarũ suarũ periculũ se a nostra & Ro. Pon. prope existentis obedientia p̄naciter subtrahere seu quodolibet recedere p̄sumunt.

57 Declar. Primò, quòd hic significatur hæresim differre a schismate, & hæreticum a schismatico, & recte quidem, vt colligitur ex c. schisma. 24. q. 1. & Th. sec. 2. q. 39. art. 1. ad 3. loquentem in hæc verba. *Hæresis, & schisma distinguuntur secundum ea, quibus vtrumque per se & directè opponitur.* Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur vnitati ecclesiasticæ charitatis. Et ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicunq; caret fide, careat charitate; ita etiam schisma & hæresis sunt diuersa vitia, quãuis quicunq; est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur, & hoc est, quòd Hier. dicit in Epist. ad Galat. inter schisma, & hæresim hoc interesse arbitror, quòd hæresis peruersum dogma habet, schisma ab ecclesia separat, hæc ille: ex quibus colligas quòd schisma generatim sumptum est peccatum quo quis se ab vnitae debira separat, specialiter vero sumptũ est peccatũ quo quis se separat ab vnitae ecclesiæ, nolendo subesse ei, vel membris eius, quatenus sunt eius, licet credat non esse nisi vnam ecclesiam & vnum Vicarium supremum. Tertia fertur in hæc verba.

58 *Anathematizamus omnes & singulas personas cuiuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula, quocunq; nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententiis seu mandatis nostris ac Rom. Põtifi. pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes, vel ad id consilium, auxilium vel fauorem dantes.*

Declar. primò, Hæc excõmunicatõ nunc primum factã esse bullæ Cænæ, antea. n. licet lata, & reseruata fuisset per Pium II. & Iulium II. vt tradit Syl. verbo excommunicatio sub fin. non tamen fuit hætenus inserta bullis Cænæ. Secundo, quòd hic excommunicationi adiungitur interdictũ propter vniuersitates in quas non fertur excommunicatio, vt infra. dicitur. Tertiò, quòd cõsulens, & auxilians prædicti nõ incurrunt donec appellatio subsequatur. Quarta fertur in hæc verba.

59 *Anathematizamus omnes pyratas, latrunculos marinos, & illos præcipue qui in mari nostro, a monte Argentario vsque ad Tarracynam discurrere, nauigantes in illo de prædari, mutilare, interficere, ac rebus, & bonis suis spoliare præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.*

Declar. primò, quòd excõmunicatio ista nostra sententia comprehendit omnes, & solos eos qui principaliter versantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus, quia hi sunt Pyratæ, & latrones marini quicquid dicant Ang. verb. excommunicatio. 5. caf. 18. Syl. verb. excommunicatio caf. 28. & Caiet. ver. excommunicatio caf. 18. cuius temporis bulla speciatim includebat consulentem, quem licet hæc speciatim non includat, generatim tamen includere videtur, quia includit auxiliantes, & fauentes; & negari non potest, eum qui consulit, auxiliari, vel fauere, argumen. 1. Quod fauore C. de

de leg. tradit Barth. in l. si vnus. S. 1. ff. de iniur. Secũdò, quòd qui gerunt sua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iusta, vel iniusta cum inimicis, & de prædantur aliquando incidenter, non includuntur hic iuxta omnium sententiam. Tertiò, quòd non includit eos qui in solis fluminibus faciunt hoc, quicquid sentiat Angel. Quarto, sufficit facere hoc illis, aut illis, & non est necesse facere omnibus nationibus vel ferè omnibus, quia quum in id incumbentes principaliter Piratæ aut latrones maris dicantur, rectè in eis verificantur verba huius clausulæ, quicquid dicat. Syl. vbi sup. Quinta fertur in hæc verba.

Anathematizamus omnes & singulos, qui Christianorum quoruncunque nauibus tempestate in rransuersum (vt dici solet) iactatis, aut etiam submersis, & naufragium passis siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari vel litore inuenta, cuiuscunque generis bona tam in nostri Tyrreni, & Adriatici, quam in quibuscunque alijs cuiuscunque maris regionibus, & litoribus raperint, aut scièter sibiipsis acceperint, aut ab alijs rapta seu accepta similiter scièter receperint, nec ob quacunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem seu alium quemcunque prætextum excusari possint.

Declar. Primò, quòd hæc excommunicatio nunc primum facta est bullæ Cænæ, nam licet antea fuisset lata, non tamen erat reseruata, vt videre est in c. excommunicatio, de rapt. de quo infra. nu. 117. vbi dicitur an sufficiat acceptatio, vel requirantur uoluntas (vt sic dicam) mora & monitio, & quam iniqua sit lex contraria. Sexta fertur per illa verba.

Excommunicamus omnes qui in terris suis noua pedagia seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel prohibita exigunt.

Declar. Primò, quòd per noua intelliguntur etiam incrementa veterum, argum. l. si ex toto, in princip. de leg. 1. & in l. peculium. ff. de leg. 2. tradit Angel. verb. pedagium, & Syl. verb. excommunicatio. 7. capitul. 19. Secundo, quòd per pedagia, & gabellas intelligi possunt etiam portoria, de quibus in bulla Pij. V. & alia vectigalia, ob identitatem mentis legislatoris, & rationis legis, & latitudinem vulgarem significationis eorum. Qua de re latius in com. capitulo fraternitas. 1. 2. quæstione 2. tractamus. Tertiò, quòd per illa verba (*Ad id potestatem non habentes*) includitur solus, & omnis qui recognoscit superiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari potest, nullus enim talis huiusmodi potestatem habet, & quilibet alius sic, per capitulũ 1. Quæ sunt regaliæ in vrb. feud. & notat. in capitulo super quibusdam, de verb. sign. Quarto, quòd per, *Exigit*, intelligitur hæres illa imponentis, publicanus, conductor siue arrendator illorum lurium, & recipiens etiam famulus a non spontè soluentibus, iux. rubri. de exact. trib. lib. 11. quia exigere est extorquere a nolente soluere, glossa. iuncto text. in l. soluendo. ff. de negotiat. gest. gloss. & Card. clem. fin. de censib. Dicitur autem inuitus & nolens soluere, etiam qui soluit rogatus soluere tanquam debitum. Caiet. vbi supra capitulo 39. excusare tamen posset ab hac censura probabilis ignorantia iuris aut facti, argum. capitu. 2. de constit. Quintò, quòd per prohibita, debent intelligi simpliciter prohibita, id est, quæ a nullis, neque a laicis neque a clericis iustè

possunt exigi, & prohibita exigi a clericis, & non a laicis, non sunt simpliciter sed secundum quid prohibita, & ideo petens ea a clericis, incurrit quidem excommunicationem. cap. Quamquam de censibus. lib. 6. quæ non est reserua-
 62 ta, non tamen hanc. Septima fertur in hæc verba. 1

Excommunicamus omnes falsarios bullarum seu literarum Apostolicarum, & supplicationū gratiā uel iniustitiā cōcernentiū per Rom. Pont. uel S. R. E. Vicecancellarium seu gerentes uices eorum, de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij aut gerentium uices predictorum signantes supplicationes easdem, extendentes cap. Ad falsariorum, cum omnibus penis in eo contentis ad falsificantes seu mutantes supplicationes per nos seu de mandato signatas, & datas sine nostra, aut datarij nostri licentia.

Declar. primò, quòd per hanc clausulam iuncto cap. Ad falsariorum, de crim. fals. probatur appellatione literarum Apostolicarum in materia odiola non includi supplicationes a Papa signatas, quas signaturas vocamus, alioquin superflue extenderetur per hanc illud. c. puniens falsantes literas Apostolicas ad falsantes signaturas. Secundò, quòd hæc excommunicatio non est reseruata Papæ, nisi quo ad ea quæ includuntur hac clausula, quia quatenus continetur in illo c. non est reseruata, ut patet ex eo & notatis a Caiet. ubi supra capit. vigesimo septimo. Tertiò, quòd uidetur bene pridem respondisse, quòd neq; in hanc excommunicationem, neq; in illam. d. cap. Ad falsariorū, incidit falsarius literarum Episcopi vel nuntij, quia hæc propriè non sunt literæ Apostolicæ, nec eadem ratione falsarios literarum pœnitentiariæ, quia non sunt literæ Papæ, sed eius commissarii constituti uiuè uocis oraculo. Secus tamen de falsario breuium Papæ, iuxta Gomes. lib. de Breuib. pagin. 3. Quarta, non includit eos qui surreptitiè, vel obreptitiè impetrant literas Apostolicas, vel utuntur illis, ut diximus in capitu. Ad audientiam. 1. de rescript. quia non sunt literæ falsæ. Neque eos qui utuntur literis falsis, quia solum loquitur de falsantibus, & aliud est falsare, & aliud uti falsis, ut colligitur ex d. capit. Ad falsariorum, quo excommunicantur omnes falsarii, & non omnes falsis utentes, nisi solum laici. Quintò, quòd ille dicitur habere literas falsas, vel uti eis, qui sciēs, vel debens scire esse tales, utitur eis iuxta Caiet. ubi supra argum. l. in delictis. §. si detracta. de nox. Sextò, quòd non satis est corrigere aliquam literam aut punctum, quòd non mutat substantiam aliquam, ut faciat incidere in hanc excommunicationem ut dictum est cap. 17. nume. 178. post Ioan. Gerson. 2. par. Alpha. 3 2. capi. Quidam fol. 118. contra Host. in sum. de crim. fals. §. Porro. uerf. sed hodie, & Caiet. in sum. verb. excommunicatio cap. 26. saltem quo ad forum conscientie, quum id facere bona mente sine dolo, & ullo alterius damno, non videatur mortale, nec consequenter excommunicare. iuxta d. sup. eod. nu. Octaua fertur in hæc verba.

63 *Excommunicamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybē, oīaq; alia metallorū genera atq; bellica instrumēta, lignamina, canapē, fūnes, tam ex ipso canape, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, aliaq; prohibita deferunt Saracenis Turcis, & aliis CHRISTI nominis inimicis, quibus*

bus Christianos impugnant. Necnon illos qui per se vel alium seu alios de rebus Christianæ Reip. statum concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt, illisque consiliū, auxilium vel fauorem quomolibet præstant, Ac qui fœderis, nec non eius sacri belli contra ipsos Turcas initi persequutionem directe vel indirecte secreta vel publice impedire vel perturbare præsumunt, Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, quibuscunque principibus siue priuatis concessis.

Declar. Primò, quòd hanc excommunicationē præcessit posita. in c. ita quorundam, & c. quòd olim. c. significauit, & c. ad liberandā de Iudæ. & extraua. 1. Ioan. 2 2. eo. ti. & extraua. 1. eo. ti. inter comunes. Hæc autem uidetur omnibus illis amplior, quia licet in d. c. Quòd olim, excommunicentur exercentes mercimonium cum Saracenis tempore belli & in c. significauit. treugnam magis bello quam paci æquet, & licet in dd. extrauag. victualia, siue commearus ad eos deferri prohibeat, quòd est intelligendum etiam per nuncios iuxta d. ca. significauit, tamen hæc non solum excommunicat speciatim deferentes multa sed etiam prohibita, & ita uidetur excommunicare omnes illos quos singula eorū excōdicarēt, et si hæc non faceret. Secundò, quòd ad respondendū dubijs quæ olim passim interrogabamur in Lusitania, et ex Africa super hac materia a confessarijs illustri Societatis Iesu, ante hoc Manuale quandā repetitionem composuimus. in d. ca. Ita quorundam, dicatam insigni collegio eiusdem Societatis Conymbricen. ex ubi dictis apte posset hæc clausula illustrari. Tertiò, quòd per equos intelligendi sunt etiam equi debiles, claudi vel morbofi traditi a præfatis inimicis, & opera & arte Christianorum in eorum terris curati, & feroces effecti, quia est uerbum generale eadem ratione includens eos ac alios apud nos genitos. Quartò, quòd per arma, ut ibi accurate diximus, intelliguntur tantum bellica, id est, quæ sunt vna species armorū generatim sumptorum. in l. Armorum. ff. de verb. sig. principaliter ad pugnam facta, vel destinatione animi ad eam designata, quorum posterius dico propter ligna, trabes, ferrum, & alia metalla, quæ non sua forma artificiali, sed praua deferentis intentione destinantur ad pugnam, conficiendo ex eis naues, vel alia instrumenta pugne accommodata: & consequenter in hac clausula continentur non solum offensiuua ut lanceæ, enses, pugiones, bombardulæ, seu sclopi, cultri, & etiam cultelli, quia suapte natura sunt ad pugnam apti, quamuis ob paruitatem aliquando pro subiecta materia non dicantur arma, sicut nec lapides nec alia defensiuua, ut post alios dixit eruditissimus Andr. Alciatus. in d. c. Armorum, cuius titulum commentarijs ob reconditissimam eruditionē pro miraculo habendis, illustrauit. Non, inquam, solum offensiuua, sed etiam defensiuua, ut cassides, lorice, scuta, peltæ, clipei, & id genus alia, arg. l. 2. C. quæ res asport. non deb. Arma uero bellica qualia sunt lapides, fustes & baculi, non includunt plusquam aliæ merces, nisi cum intentione deferentis destinantur mediate vel immediate ad pugnam. Quintò, Quòd per ferrum intelligendum uidetur factum, & infectum, arg. d. l. 2. C. quæ res asport. non deb. non tamen uena ferri, vel auri, ut dixi. in dict. repet. contra Sylu. verb.

excommunicatio. 7. ca. 21. quamuis etiam illa includeretur, si deferretur intentione vt ex ea fieret ferrum, & ex ferro arma pugnae accommoda, per praedicta. Sexto, quod per aurum, argentum, & alia metalla, etiam intelliguntur facta, & infecta. l. Cum aurum. & l. Quintus Mutius. §. 1. ff. de aur. & arg. legat. quamuis, vt ibidem dicitur, in legatis, eorum appellatione non continentur nummi & pecunia signata, non tamen video iustam rationem, quare magis metalla ad pugnandum inepta veteri deferri, quam pecunia signata, quoniam haec aptior sit ad arma comparanda quam illa, & cum si ratione mercimonij permitteretur, eadem qua illa deberet permitri. Per bellica instrumenta videntur intelligi, timpana, fistulae, litui, cornua, & tubae. Per lignamina intelliguntur traves & alia ligna nauibus & triremibus & aliis instrumentis bellicis fabricandis opportuna, quamuis. in d. ca. Ita quorundam, restrictius lignamina galearum prohibeantur, vt ibi dixi. Per funes videntur intelligi non solum linei, & canapei, sed etiam lanei & spartei, quia dictum generaliter, generaliter est intelligendum. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. & cap. solitae de maior. Quod autem naues & triemes contineantur probat. ca. Ad liberandam de Iudae. & illud. Arist. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, Autho. Multo magis. C. de Sacro sanct. Eccles. & lignamina prohibentur ne indenaues fiant: ligna vero ad ignem fouendum, non vetantur magis quam aliae merces, vt vbi supra dixi. Per, *Turcis, &c.* non videntur includi haeretici, neque Iudaei, neque gentiles; quibus cum non est bellum Christianis; quia nec mens, neque ratio, neque verba clausulae videntur eis conuenire, nec Turcae, & Saraceni qui nos contra alios Turcas, vel Saracenos iuuarent, vt videtur contigisse quando Carolus V. Regem Tuneti ab ea eiectum restituit, & contingere potest quoties populus aliquis Christianus in suam iustam & necessariam defensionem sociaret sibi aliquot infideles iuxta Old. consil. 71. probatum a Ioan. Andr. in Rubr. de Iudae. An autem excusetur Princeps, dux, vel praefectus vrbis vel Castris donans vnum vel alterum equum, ens, hastam vel scloppum in gratiam cuiuspiam beneficii accepti, vel spe accipiendi, dubitari potest, quia verba eum includunt, sed credi potest excusari ex defectu non quidem verborum sed mentis, arg. l. Adigere §. Quamuis. ff. de iur. patr. Per, *quibus Christianos impugnant*, videtur intelligendum quod sit necessum ad violandam clausulam, vt deferentes hoc malo animo deferant, quia haec verba potius ponuntur ad demonstrandum factum solitum quam ad significandum necessitatem prauis animi, nemo enim excusaret mercatorem deferentem multas hastas fraxineas, multas cassides ferreas, & scloppos Turcis, solo animo lucrandi, de siderando imo paciscendo, ne vnquam eis contra Christianos vterentur. Secundo, quod Christiani metu mortis aut verborum remigantes in triremibus Maurorum, etiam contra Christianos, non videntur excommunicati, vt vbi supra notab. ij. probo, quamuis a mortali peccato nescio vllatenus excusare, quod aegerimo animo fero, quum hoc consequatur non posse eos vnquam absolui neque iuste communicare, antequam firmiter proponant se nunquam ita remigaturos, etiam si ob id oporteat oppetere mortem, per d. supra. cap. 1. n. 21.

Remigan-

Remigantes autem etiam sponte, vel regentes eorum naues contra alios infideles, nec excommunicantur, nec peccant, quia d. c. Ad deliberandam, de regentibus eorum naues, contra Christianos intelligendum videtur, arg. a cessatione rationis & mentis legislatoris. l. Adigere. §. Quamuis. ff. de iur. patr. Non fertur in haec fere verba.

Excommunicamus omnes impediētes victualia seu alia ad usum Romanae Curiae necessaria adducentes ad Roma. Cur. vel qui talia fieri faciunt, vel defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis. 64

Declarat. Primo, quod includit omnes Christianos, qui faciunt aliquod sex in ea contentorum. Secundo, quod non comprehendit eos qui ob vtilitatem suae Reip. iuste prohibent victui necessaria, aut peste grassante in Curia suis ad eam proficisci cum com meatu, & similibus, quia non intendunt impedire, licet ex eo per accidens id consequatur, vt dixit recte Caie. supra ca. 19. facit. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & c. Non dubium. de sent. excommu. Decima fertur in haec verba.

Excommunicamus omnes qui ad sed. Apost. venientes, & recedentes ab eadem, nec non illos qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam non habentes, in eadem curia morantes temeritate propria capiunt, spoliant, detinent, aut ex proposito delibato verberare mutilare, vel interficere praesumunt, vel qui talia fieri mandant. 65

Decl. Primo, quod haec clausula non loquitur de Roma, sed de sede, & Curia Apost. & ideo quum illa est extra Romam, non est locus illi Romae, neque in venientibus ad eam, vel recedentibus ab ea, arg. notar. in ca. Ego. n. de iur. iur. verb. limina, iuxta declarationem. Ioan. And. Pan. & Fel. Secundo, quod non habet locum in iis qui vadunt, degunt, aut redeunt a loco vbi est Curia, si non proficiscantur, versentur aut reuertantur ratione Curiae. Caie. vbi supra, c. 14. Tertio, quod ad hanc incurrendam duo requirere ille videtur scilicet quod id facies, non habeat iurisdictionem, & tanquam Iudex faciat; quod est verum solum quo ad capientes, spoliantes & detinentes eos qui morantur in Curia. Quarto, quod propositum percutiendi vel interficiendi quod sufficit ad peccatum mortale, non sufficit ad incurrendum in hanc censuram ob percussione vel interfectione. Imo est necesse quod concipiatur tempore animi pacati, vel tranquilli, iuxta Caie. vbi supra: quanquam, nostra sententia, satis est vt concipiatur etiam tempore turbati & irati, modo concipiatur ante rixam, & tempus percussione vel mortis, quia per hoc seruatur proprietas seu specialitas qua haec clausula significat in hoc ca. Undecima fertur in haec verba.

Excommunicamus omnes mutilantes vulnerantes, & interficientes, capientes, detinentes, seu depradantes Romipetas seu peregrinos ad urbem causa deuotionis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium vel fauorem. 66

Declar. primo, quod haec includit omnes facientes aliquid ex sex principaliter vel tribus accessorie in ea contentis. Secundo, oportere quod ij, contra quos haec fiunt, sint peregrini euntes causa deuotionis Romam, vel manentes in ea, vel recedentes ab ea. Quare qui ferit aliquem ante professionem,

aut

aut post reditum aut peregrinantem ad alium locum, quamuis sit in eo curia aut sedes Apost. aut residentem Romæ, etiam causa deuotionis, non incidunt in hanc censuram, vt indicauit Caietan. vbi supra. capitu. 13. Tertiodecima fertur in hæc verba.

67 *Excommunicamus omnes mutilantes, verberantes, vulnerantes, interficientes, capientes, &c. S. R. E. Cardinales, extendentes cap. fœlicis, cum omnibus in eo contentis ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolica legatos vel Nuncios; aut prædictos legatos, & Nuncios ex suis terris seu dominijs, aut Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos a suis diœcesibus eicientes, eaque mandantes, seu consilium vel auxilium præstantes.*

Declar. Primò, quòd ob singula horum septem admissa contra Cardinales incurritur hæc excommunicatio. Secundò, quòd quo ad cap. fœlicis, & pœnas in eo contentas exquantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati, seu Nuntij sedis Apost. Tertiò, quòd licet hic expressè nõ dicatur quòd facientes prædicta cõtra Patriarchas, Archiepiscopos & c. incurrant censuram bullæ, cum censura prædicti. c. fœlicis non sit de se censura bullæ, de mente tamen S. D. N. videtur fuisse, vt censeretur censura Bullæ. Tum quia intendit in hoc equare illos Cardinalibus, Tum quia Pius V. in sua bulla expressè excommunicauit iniuriantes eis, sicut iniuriantes Cardinalibus. Quartò, quòd hæc censura includit etiam eiicientes a terris suis legatos, & Nuntios sed. Apost. Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos a suis diœcesibus, eaque mandantes, consulentes, & ad id auxiliantes. Ita quod latius prouidetur ijs quo ad hoc, quam Cardinalibus, quatenus sunt Cardinales, & non legati, vel Episcopi. Quintò, quod hic videtur prouisum contra illos iudices seculares, qui cum Episcopos non parentes suis iussis non possunt capere, neque punire, iubent eis, vt e Regno exeant, ob quod non solùm iubentes sed & lictores iussa exequentes, & opem ad id ferentes, imò & consulentes ligantur: iubentes autẽ exire Curiam regis, vel alium locum qui non esset eorum diœcesum, esto male facerent, non tamen hac censura ligarentur, quia neque eius verba, nec eadem ratio eis aprantur. Sextò, quòd excusatur ab hac censura qui defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. i. C. Vnde vi, & qui probabiliter ignorans faceret aliquid in prædictos noctu, vel etiam interdium habitu alieno repertos arg. c. 2. de const. Septimò, quòd per hanc clausulam cessat quo ad principalia vitia id quod in Hispano innueram. s. quod clem. si quis suadente. de pœn. largius prouidebat Episcopis quam bullæ præcedentium Pontificum, eo quod illa prouidet contra bannientes, quod prædictæ bullæ non faciebant, cessat inquam, quia hæc prouidet etiam contra eiicientes, quod est generalius quam bannientes. Imò etiam videtur cessare quo ad accessorias, quia tria illa verba. s. mandantes, seu consilium vel auxilium præstantes, includere videntur omnia, quæ plura verba illius clem. continent. Nam per mandantes comprehenduntur raturum habentes. c. Rati habitationem de reg. iur. lib. 6. & per consilium, & auxilium cetera: nam & defendere & socium esse comprehenduntur sub auxilium

auxilium præstare. Octauò, quòd Episcopus dicitur qui est consecratus, & non qui solùm electus, præsentatus, confirmatus, institutus, aut prouisus etiam si iam adeptus sit possess. per gloss. solem. in clement. Dignum de celebr. missa. & alia multa citata per Felin. in capit. eam te de rescript. Tertiodecima fertur in hæc verba.

Excom. omnes qui per se vel alium seu alios, quascunque personas ecclesiast. vel 68 seculares ad dictam curiam super eorum negotijs recurrentes, illasque in eadem Curia prouocantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores ipsorum, seu etiã adiutores, vel iudices super dictis causis, & negotijs deputatos occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliunt, vel qui per alium seu alios directè vel indirectè prædicta exequi vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint. Ac illos qui aliquas literas Apostolicas, & in forma breuis tam gratiam quam iustitiam concernentes, ac etiam citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria vel res iudicatas, decreta, processus, & executoriales, aliaque decreta quacunque a nobis, Sed. Apost. legatis, Nuncijs, presidentibus Cam. Apost. Auditoribus, & Commissarijs alijsque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanata, aut pro tempore emanatura simpliciter, vel sine eorum beneplacito, consensu vel examine, & forsitan certo pretio soluto executioni demandare inhibent vel impediunt, quiue impediri vel inhiberi procurant, ac Notarios, executores, vel subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & omnium prædictorum capiunt, incarcerant & detinent & capi, incarcerari, & detineri faciunt. Neque tabelliones, & notarij super huiusmodi literarum, & processuum executione instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest tradere debeant, quin etiam sub quibusuis pœnis quibuscunque personis in genere vel in specie ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas vel literas a dicta sede impetrent, seu impetrare faciant directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mādare, vel eas apud se aut aliam quamcunque personam etiam notarium vel tabellionem retinere præsumunt.

Declarat. Primò, quod hæc clausula includit primò impediētes cursum causarum ad Curiam, vel in Curia. Secundò, impediētes executionem literarum Curie sed. Apost. Tertiò, tractantes malè personas illas agentes, & impediētes dari instrumenta super his petita. Quartò, impediētes impetrationes literarum gratiæ vel iustitiæ a sede Apost. Secundò, quod non est necesse ad incidendum in censuras huius clausulæ, vt prædicta impedimenta fiant auctoritate iudiciaria laica, sed sufficit vt fiant priuata, vel Ecclesiastica. Tum quia id patet quo ad primam, & secundam partem, & quo ad eos qui procurant vt superiores ponant impedimenta prædicta: Tum quia non est cur excusetur Ecclesiasticus, qui auctoritate Ecclesiastica intimantẽ, citantem, & alia iussa sed. Apost. implentem, capit, conijcit in carcerem, vel vetat ne instrumenta super executis a se præster; Tum quia nulla verba eius id indicant, neque vlla ratio concludit, & ita vt est generalis, generaliter intelligi debet. c. si Romanorum. 19. distin. l. de pretio. ff. de publ. in rem act; Tum quia id quod contra sentit Caieta.

69 iet. potest intelligi in contentis. §. sequ. Decimatertia fertur in hæc verba.

69 *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & consilia-
rios quoruncunque Regum, & principum, ac præfidentes Cancellariarum, consilio-
rum, & parlamentorum, nec non procuratores generales eorundem vel aliorum Prin-
cipum secularium, etiam si Imperiali præfulgeant dignitate, aliosque iudices tam
ordinarios quam delegatos, necnon Archiepiscopos, &c. qui per se vel alium seu
alios quaruncunque exemptionum vel aliarum gratiarum & literarum Aposto-
licarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac aliàs spirituales, & spiritualibus an-
nexas cās ab auditoribus, & cōmissarijs nostris alijsq; iudicibus Ecclesiasticis auocāt,
illarumue cursum, audiētiam ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas
exequi volentes autoritate laicali impediunt ac se de illarum cognitione tāquam
iudices intromittere, ac partes actrices quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad
reuocandum, & reuocari faciendum, citationes vel inhibitiones, aut alias literas
in eis decretas, & ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, a
censuris & pœnis in illis contentis absolui ordinant, & compellunt, vel alias exe-
quutionem literarum Apostolicarum, vel executorialium processuum, & decre-
torum prædictorum etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quoad nos in-
formandos vt ipsi aiunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi ipsi supplica-
tiones huiusmodi coram nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur, quomo-
dolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstāt. Quiue
personas Ecclesiasticas, capitula &c. coram se ad eorum tribunal trahunt, vel tra-
hi faciunt, directè, vel indirectè quouis quæsito colore. Nec non qui statuta &c. &
quouis quæsito colore, etiam sub prætextu literarum Apostolicarum in usu non re-
ceptarum, vel cuiusuis consuetudinis &c. facient vel factis vtentur, quo libertas
Ecclesiastica læditur, seu nostris & dictæ sedis iuribus quomodolibet tacitè, vel ex
pressè præiudicatur. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores
vel inferiores prælatos, quomodolibet impediunt, quominus sua iuris dictione Ecce-
siastica contra quoscuque vtantur, secundum quod Canones &c. præsertim Tridē-
tini statuunt. Quiue iuris dictiones, seu fructus ad sedem Apostolicam, & quascun-
que Ecclesiasticas personas &c. pertinentes usurpant, seu quauis occasione vel
causa sine Rom. Pont. expressa licentia sequestrant, aut collectas, decimas, tales
&c. absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia imponunt, & exigunt,
aut a sponte etiam dantibus, & concedentibus, recipiunt, nec non qui per se vel
alium directè vel indirectè prædicta procurare, aut in eisdem, consilium, auxilium,
uel fauorem, aut uotum seu suffragium palam uel occultè prestare non uerentur,
cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis &c. aut quauis etiam Pontificali digni-
tate præfulgeant. Innotamusq; decreta super his tam per sacros canones & Conci-
lia generalia, quam etiam in Lateranen. Concilio nouissimè celebrato edita, etiam
cum interdico Ecclesiastico & alijs censuris, & pœnis in eo contentis.*

Declar. primò, quòd in hanc censuram non incidunt nisi qui authorita-
te iudiciali & laica hic uerita faciunt, vt sub finem primæ partis huius clausu-
læ exprimitur. Secundò, quòd per, *prætextu violentiæ*, includit impediētes
executionem literarum Apostolicarum iustitię vel gratię, specie tollendę vio-
lentiæ,

lentiæ, quales an sint semper vel quando impediētes eam post appellationē,
vel supplicationem in tempore, & forma interpositam, quæstionis est, vt quo-
tidianæ, ita maximæ, dignissimæque quam summa Ecclesiæ potestas, summa
seculari audita determinet: Quanquam satis uidetur hic determinari quo ad
eos qui propter illas nullatenus ad tribunal eius ad quem supplicatur, vel
appellatur adductas, vel adducendas impediunt. Quod etiam uideo pro re in-
dubitata haberi in Hispanijs & Gallijs posse regulariter Reges defendere pos-
sidentes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne absque iusta causę cogniti-
one deturbentur vel spoliētur uirtute illarum literarum etiam Apo. Quod vt
vbique fere in illis Regnis feruatur, ita multi iure munire conantur, licet nō
sit facilè probare iuri esse consonam consuetudinem illam recentiorē, qua iu-
dices Regij non solum protegunt appellantes ne quicquam contra eos post
appellationes innouetur, sed etiam cogunt iudices Ecclesiasticos mittere ad se
processus originales, quo si uidebitur rectè appellarum, iubeant appellationi-
bus deferre & a censuris absolūere, iustificando frequenter eas ex actis postea
faciendis, quo factò, appellationum prosequutio perinde fere semper negligi-
tur, ac si a iudicibus ad quos, tertia sententia lata esset, quamquā prosequutio-
nē appellationis nil innouato, minimè impediāt. Tertiò, quòd per uerba illa,
præter iuris canonici &c. nouè addita, excluduntur ab hac censura iudices secu-
lares, q. in casibus a iure permissis uocāt ad sua tribunalia Ecclesiasticos. Quar-
tò, q. per illa uerba, 3. partis, *Nostris iuribus præiudicatur*, nō includunt oēs qui
quoquomodo præiudicāt bonis sed. Ap. sed qui p. statuta & decreta id faciūt, q.
satis ex litera colligas. Quintò, q. quarta pars huius clausulę v. nouè inserta i fa-
uorē iudicū ordinariorū, & merito, quū ordinaria iurisdictio sit fouēda & fa-
uorabilis iux. gl. solē. & rec. cle. 2. de offi. ord. Per quā v. reduci ad bullā exco-
municatio c. Qm̄, de Imm. eccl. lib. 6. vt sup. ea infra dī. Sextò, quòd p. eadē partē
innouat Conci. Trid. sess. 25. c. 20. quòd grauitè hortat Imperatores, Reges,
& quoscuq; alios Regulos & dominos, vt Maiores suos imitati, Ecclesiam
sanctā & cultū Dei, ministrosq; illius quo a Deo prospera recipiant obseruēt.
Septimò, q. p. illa uerba quintæ partis, *Quiue iuris dictiones &c.* puidet indē-
nitati fructuū ecclesiasticorū, cui vt sit locus, debent cōcurrere quinq; Primū,
quòd sint redditus ecclesiastici & non p. fani, etiā si ad Ecclesiasticum pertineāt,
iux. Cai. ubi supra c. 27. quod est intelligendū de bonis nō pertinentibus ad eū
quatenus est Ecclesiasticus, neque rōne beneficij arg. c. Nouerint. 1. q. 1. & c.
Cum dilectus de iure pat. Secundò, quòd capiātur tāquā redditus Ecclesiastici.
Tertiò, quòd pertineāt ad aliquē. Quartò, q. capiuntur absque licentia Papæ.
Quintò, quòd capiantur autoritate & potestate usurpata, iux. Cai. ubi sup. Qua-
re latrones & milites q. rapiūt eos vt qlibet alia bona, nō incurrūt hanc cēsūrā,
neq; qui minuta portoria siue pedagia exigūt a clericis sicut & ab alijs laicis,
nulla habita rōne fructuū aut bonorū ecclesiasticorum, Neq; qui capiunt eos
a tēpore vacationis s. m. Caie. cui nō assentior. Tum quia nemo dixerit quod
capiētes fructus sed. Ap. vacantis non cōtineantur, ob contenta in 16. ex-
communicatione, neque eadem ratione capiētes bona conuētuum Monast.
neque

neque communia conuentui & prælato, quæ tamen ad nullam personam pertinent. Tum quia fructus vacationis tempore obuientes pertinent ad successorem, & durante vacatione ad commendatarium vel œconomum, vt late dixi in comment. cap. Non liceat 12. q. 2. Tum denique quia potest dici, quod verbo, *Personas*, hic posito significantur etiam fidei ob paritatem æquitatis & rationis, arg. glo. solen. in capit. si postquam. de elect. lib. 6.

70 Decimaquinta fertur in hæc verba.

Excommunicamus omnes magistratus &c. ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, scribas ac quoscunque executores se intromittentes in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas illas capiēdo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum a sede Apostolica concessorum quibuscunque Regibus &c. concessis non obstantibus, reuocantes ex nunc quatenus opus sit prædicta priuilegia per quoscunque Roman. Pont. decernentes &c.

Declar. primò, quòd hæc excommunicatio fertur ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam in causis criminalibus, sicut superior ad tuendam in ciuilibus. Secùdò tollit priuilegia data etiam regibus, per quod dubitari posset de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu siue delatione armorū, & aliis casibus quos vocant priuilegiatos: equidem arbitrator difficile eos ab illis abstenturos, siue quod præsupponant priuilegia illa esse remuneratoria obsequiorum a se magnis impensis sanguinis & fortunarum præstitorum, siue quod sint immemorialia, & super criminibus leuibus concessa, argum. eorum quæ not. Inno. in c. Nouit. de iud. cum late additis ibi a Pan. Fely. & Dec. siue alia, quod iudicio. S. D. N. relinquo. Decimasexta fertur in hæc verba.

71 *Excommunicamus omnes illos qui per se vel alium, directè, vel indirectè, de facto occupant vel hostiliter inuadunt in totum vel in partem almam Urbem, & ceteras terras mediata vel immediata sedi Apostolicæ subiectas (quarum propria nomina causa breuitatis hic non transcribunt) & raptores suppellectilium librorum & scripturarum, & aliorum bonorum Camere & Palatii Apostolici ex eodem palatio ablatorum infirmitate Rom. Pont. & sedis Apost. vacationis tempore, & illorum detentores, ac quoscunque alios ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo scienter peruenerint.*

Declar. primò, quòd includit factionem quæ existens extra aliquas Ciuitates Papæ, & vi armata irrumpit in aliquam earum inuisita altera factione intra eam existente, per rationes Caiet. d. c. 17. Porro, in §. declarantes, declaratur quod absolutio prædictarum excommunicationum sub nulla absolute generali quamlibet solenniter facta comprehenditur, nisi vt ibi dicitur prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint, ac quo ad eos qui contra libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & archiuis seu capitularibus locis aut libris in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, & in eod. §. fit declaratio, & protestatio ad iura sed. Apostolica

stolica conferuanda maximi ponderis in hæc verba.

Declarantes in præmissis omnibus, & singulis & alijs quibuscunque iuribus sed. 72 Apost. S. R. E. vndeunque & quomodocunque quæsitis vel quærendis, per quoscunque actus contrarios, vel quomodolibet præiudicantes tacitos vel expressos a nobis vel sed. Apost. quomodolibet facta, aut quemcunque temporis cursum, seu patientiam, vel tolerantiam nostram nullatenus præiudicari debere, aut quomodolibet posse. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs concessis aliquibus cuiuscunque dignitatis fuerint, etiam si Pontificalis &c. etiam sub prætextu quod per viam contractus aut remunerationis, & cum quibuscunque clausulis etiam derogatorijs derogatorijs, etiam quod excommunicari vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam &c. Nec non consuetudinibus etiam immemorialibus, aut præscriptionibus quantuncunque longissimis & alijs quibuslibet &c. & quæ quo ad hoc eorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo &c. presentibus pro expressis habentes, & omnino reuocamus.

Post hæc autem absolutio prædictarum excommunicationum referuatur in hæc verba.

A quibus sententijs nullus per alium quam per Rom. Pont. nisi in mortis articulo constitutus absolui possit, nec etiam tunc, nisi de stando S. R. E. mandato, vel satisfaciendo sufficienti cautione præstita, etiam prætextu confessionum seu quarumuis facultatum quibusuis personis cuiuscunque præminentie, & quibuslibet Collegijs, & ordinibus etiam militariū, concessarum a nobis vel a prædicta sede seu a cuiuscunque Concilij generalis Canonibus &c.

Declar. Primò, quòd hæc censuræ includunt omnes etiam Imperatores & Reges, & vniuersitates quibus illæ sunt aptæ, & quòd nulla consuetudo etiã immemorialis, nec præscriptio quælibet longissima, nec priuilegium etiam per viam contractus, vel remunerationis concessum contra eas prodest. Secùdò declaratur, quod satisfactio sufficiens de qua loquitur, est intelligenda cum limitatione de qua supra eod. cap. nume. 43. & quod priuilegium in remunerationem vel contractum concessum, ex causa reuocari potest, quæ communis opinio est in c. Noluit de iud. & in capitu. 1. de prob. Decimasexta fertur in hæc verba.

74 *Illos autem qui contra tenorem presentium talibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis sententia inmodamus, eisq; prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdiciamus, denunciante eisdem nos grauius contra eos spiritualiter processuros, & quicquid egerint, nullius sit roboris vel momenti.*

Declar. Primò, quòd non comprehenditur hac censura confessarius qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit, quia fertur contra præsumptam absoluere, de quorum numero non est qui sic absoluit, per ea quæ diximus in repet. c. Accepta. opposit. 8. nu. 3. post Card. in clem. 1. de priuile. q. 38. & per dicta Caiet. in sum. verb. excommunicatio. c. 58. & 81. Secùdò, quòd absolutio huius excoicationis non est referuata Papæ, vt ex litera patet, sicut & ex bulla Martini V. quam ponit Anton. 3. part. tit. 24. c. 70. quamuis in bullis

Capitulum Vigesimoseptimum.

in bullis temporis Fel. & Caiet. fuisset referuata, vt significat Fel. in c. Pastoralis. §. Præterea colum. 3. de offi. ordin. & Caiet. vbi sup. cap. 77. Tertio, quod ab ea potest absolueri ordinarius siue illa & aliæ latæ in bulla putentur latæ a iure siue ab homine, quia sunt generales per dicta supra eod. num. 43. Equidẽ latas in bulla Iulii 3. quam in Hispano exposui, iudicauit esse latas ab homine, quia bulla illa non habebat vim legis quæ perpetuat. cap. fin. de offi. deleg. sed præcepti, quod cum præcipiente finitur, vt in d. num. 43. dictum est. At has latas per S. D. N. potius putarem dicendas latas a iure, quia voluit eas non fini ri sua morte, quæ vtinam ante dies Petri non contingat, Amen. Quæ autem potuerunt mouere S. D. N. ne hanc referuaret, traditurus est vt mihi candide, ac amicissime significauit prædictus eruditissimus iuxta ac piensissimus Doctor Michael Thomasius, qui multa, quæ ego gratia breuitatis prætermittito, pleno copiæ cornu antiquitatibus relatis, pro sua in Remp. charitate mox prælo subijciat.

De excommunicationibus Reseruatis Papæ, non contentis in bulla Cænæ.

Excommunicatio prima reseruata Papæ extra bullam Cænæ, in canonibus transgressores. nu. 75. Secunda, in percussorem clericum. nu. 76.

Clerici percussio quæ excommunicat. num. 77. & quæ non, a n. 80. & quis clericus quo ad hoc. num. 79.

Absolui qui possunt ab Episcopo a canone. si quis suadente. 17. quæst. 4. ob enormem percussorem, & qui ob mediocrem, & quod omnes possunt, ob leuem, a num. 87. vsque ad nu. 94.

Percussio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur. nu. 91. & 92

75 **P**rima in c. Nulli fas. 19. dist. in transgressores Canonum, sed quia restringitur ad eos qui transgrediuntur negando Papæ potestatem ad cõdendos eos, hæc redicitur ad primam bullam Cænæ.

Secunda in cap. si quis suadente. 17. q. 4. per hæc fere verba, Si quis suadente Diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachum subiaceat excommunicationi, & a nullo præterquam à Papa nisi in articulo mortis, absoluat & conspectui Apostolico representetur.

76 **D**E C L A R. primò, quod illa particula, *Si quis*, comprehendit viros & fœminas iuxta gloss. eius approbatam, Iuuenes, & senes, cuiuscunque ætatis habentes iudicium ad peccandum mortaliter. cap. I. cap. Mulieres. & cap. Pueris. de sent. excommu. iuncta gl. Clericos, laicos, religiosos. c. de monialibus, & c. Cum illorum eo. tit. Secundo, quod per illa verba, *Suadente Diabolo*, colligitur quod iniectio manus debet adeo esse illicita, vt sit peccatum mortale. Quia nemo incurrit in excommunicationem

de excom. reser. Papæ non contẽ. in bulla cænæ 393

municationem maiorem per excommunicationem generalem iuris vel hominis nisi peccet mortaliter, iuxta dicta supra eod. c. num. 9. per cap. Nemo, & c. Nullus. 11. quæst. 3. & quicquid dicat Cardin. ibi in art. 1. nostro iudicio raro contingit casus in quo iniectio sit lethale peccatum, & non sit satis animi mali ad inferendum iniuriam, quo incurratur hæc censura, nisi quando percussor ignorat percussum esse clericum. Tertio, quod non requiritur quod iniuria sit immerita, sed sufficit, quod immeritò, vel iniusto modo, vel per quem non debet, irrogetur. c. vniuersitatis. de sent. excom. Quarto, quod per, *manus*, intelliguntur etiã pugni, brachia, pedes, genua, & alia quælibet pars corporis, quia non exprimentur manus, vt excludantur reliqua membra, sed quia est instrumentum 77 aptius ad percutiendum, & ita comprehenduntur omnes partes corporis. arg. gloss. sing. clem. 1. de Rescriptis. verb. præidentes. Quinto, quod dicitur manus violentas iniicere clerico qui immediatè aut mediantè instrumẽto iniicit ei, aut rei eum tangenti, & per consequens qui eum percutit, ense, baculo, aut aspergit puluere vel aqua, saliuua, aut alia re simili, iuxta gloss. sing. in d. cap. si quis, & etiam qui eripit e manibus, aut corpote aliquid vi, & qui capit, in carcerem conijcit, aut includit aliquo loco, vnde egredi nisi cum pudore non potest, aut ad frænos equi manus admouet, aut abscindit cingulum ephippij, aut eum adeo furiosè persequitur, vt cogat se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen ad liberandum, iuxta mentem text. & Inno. & communis, in c. Nuper. de sent. excommu. glo. & aliorum in d. c. si quis. Palud. in d. dist. 18. & omnium aliorum ibid. & S. Anto. 3. par. titu. 24. sed non si aliàs fugiens cadit, & vulneretur, iux. sanct. Anto. in d. c. 1. §. 1. colum. fin. quem sequitur Syl. verb. excommunicatio. 6. no. §. cal. 7. quamquam Ang. verb. excommunicatio. 5. cal. 1. §. 10. contra tenet. Sexto, quod sufficit mandare hanc iniectorem, si eã 78 consequatur, per d. c. mulieres. de sent. excommu. vel consilium, auxilium, vel fauorem ad id præbere, arg. c. Quantæ. de sen. excom. per locum a fortiori, aut ratificare eam, si eius nomine facta fuit, aliàs non. c. Quum quis. de sent. excõ. lib. 6. cum ei annot. quamuis. n. prædictus canon de solo iniiciente loquatur, extenditur tamen ad prædictos ratione tacta supra eo. c. num. 51. Idem si non iussit sed dixit suis se vindictam eius expetere, credens vel credere debens quod ex hoc illi mouerentur ad percutiendum; quia licet non dicat eo animo, prouidere tamen debebat eos eo animo dictum putaturos, argumen. c. pen. de Homoc. lib. 6. Item qui ex officio possunt, & tenentur propulsare percussorem, & non propulsant. d. c. Quantæ, & communis ibid. Caiet. verb. excom. c. 10. Imo quo ad forum exterius quilibet alius, qui videt facinorose esse manifestum, & se posse commode obuiare, & non obuiat, per d. c. Quantæ nouè declaratum per nos in c. Non in inferenda. 23. q. 3. & supra eo. c. 24. num. 17. Et etiam ministri iustitiæ laicæ, qui in quantum tales percutiunt eos, nam etiam si leuiter percusserint, ad Papam sunt remittendi, iuxta Pan. in c. si vero. 1. de sent. excõ. munic. & Steph. in repet. clem. 1. de offic. ord. reg. 3. fal. 3. Imo & ipsemet clericus qui se iratus percutit, argum. capitu. si non licet. 23. quæstio. 5. cum limitatione posita supra c. 15. nu. 11. sed consentiens vt ab alio percutiatur non

est excōicatus, quanquam potest excōmunicari per c. Contingit. 1. de sen. exc. q̄ probat consentientes se percuti excommunicandos esse. Septimò, quòd per,
 79 Clericum, intelligitur non solum qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est præditus. c. Clericos. 21. dist. c. Perlectis. 25. dist. & c. Cum contingat, de r̄tat. & qualit. quamvis sit coniugatus, modo cum vnica & Virgine, & gesserit habitum & tonsuram clericalem. cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. & quamvis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, & etiam depositus verbo, nisi sit degradatus realiter, iuxta Pan. & Commun. c. Ex parte. de cler. coniug. vel incorrigibilis. capi. Cum non ab homine. de iudic. Octauò, quòd per, *Monachum*, intelligitur quilibet religiosus professus religionis approbatæ, cap. Cum illorum. de sent. excomm. & quælibet religiosa. cap. De monialibus. eot. ti. quilibet item conuersus, aut nouitius alicuius religionis approbatæ. capitu. Non dubium. de sent. excom. c. Religiosus eod. tit. lib. 6. & etiam ij quos appellant Beguinos, & fratres tertii ordinis S. Dominici, vel S. Francisci, qui viuunt gregatim & gestant habitum religionis, vt sentit. Ror. decif. 332. in antiq. & dixit Fely. in cap. 2. de for. compe. & in lib. quando literæ Apostolicæ, & c. limit. 4. quanquam aliud dicat Caiet. in d. capit. 10. quod verum esse posset iuxta ius commune, sed non iuxta priuilegia & consuetudinem, & stilum Ecclesiæ Romanæ, & etiam Eremita iuxta gloss. cap. Qui vere 16. q. 1. quæ vera est, si subiectus sit alicui superiori qui gaudet hoc priuilegio. Sylu. verb. Ecclesia. q. 5. & verb. Eremita. q. 1. Nonò, quòd in articulo mortis non solum Episcopus vt hic text. habet, sed etiam quilibet alius sacerdos simplex, si Episcopus adiri nõ potest, potest absoluere ab hac excommunicatione, & a quauis alia per supra dicta cap. 26. num. 26. & quòd articulus mortis definitur supra cap. 2. num. 8. Sunt autem multæ manuum iniectiones in clericum ab hac censura exemptæ, prima iocosa & ludicra. cap. 1. de sent. excomm. etiam grauis intra tamen fines ludi vel extra, modo non sit dolosa & subita turbati animi, iuxta mentem Richar. in 4. distinct. 18. ar. 12. q. 5. quia id non facit suadente Diabolo, quòd exposcit dictus canon, vt dictum est nu. 76. Secunda, probabili ignorantia clericatus. c. si vero. 2. de sent. excom. aut quia noctu percutit, quamuis rebus illicitis daret operam, quicquid dicat Sylu. verb. excom. 6. no. 4. cal. 2. absque textu, & rariõne ad id idonea. Dixi, *Probabili*, quia aliàs non excusaret, vt si vidit tonsuram & non credidit esse clericum, iux. glo. d. capi. si vero 2. Tertia, percussio eius qui ter monitus habitum clericalem non defert. c. Contingit. 2. de sent. excom. Quarta, & Quinta, eius qui se immiscens militaribus, vel secularibus actis, ter monitus non abstinere, etiam si gesserit habitum, & tonsuram clericalem. c. In audientia, eo. tit. & capit. si. de vit. & honest. Cler. Quæ tamen trina monitio faciendæ est cum interuallo aliquorum dierum, nec sufficeret vna pro tribus iuxta gloss. sing. clemen. 1. eod. titu. & Panor. in cap. fin. eod. titu. & Ludou. Roma. sing. 719. quicquid dicat Bonif. in clem. 1. de imm. eccle. pag. 8. Sexta, eius qui relictis habitu & tonsura, turpibus, & enormibus se miscet, licet non admonitus, iux. commu. quam Steph. Anf. in reper. clem. 1. de offic. ordin. notab. 3. & reg. 1. fal. 19. dixit se bis vidisse visitari Tolosæ,

losæ, etsi Pan. & Card. teneant oppositum in c. Perpendimus. de sent. excommunic. Septima, Bigami. capitu. prim. de bigam. libro sexto. Octaua, coniugati etiam cum vnica & Virgine, sed non gestantis vestem & tonsuram clericales. capitu. prim. de cler. coniug. lib. sexto. Nona, Degradati realiter. Decima, Depositi verbaliter, & incorrigibilis. capit. Cum non ab homine. de Iudic. Vndecima, eius qui priuilegium clericale quoquomodo amisit. Steph. Anf. vbi supra regu. 3. fall. 6. Duodecima, circulatoris siue ioculatoris & scurræ per annum, vel si ter monitus ante non abstinere. capit. prim. de vit. & honest. cler. libro sexto. Decimotertia, exercentis per se tabernam, vel laniam publicè, si ter monitus non desistit. clemen. 1. de vit. & honest. cleric. Decimoquarta, qua percutit principaliter, vt corrigat tanquam magister, pater, herus, propinquus, senex, aut superior, in ecclesia. cap. prim. cap. Cum voluntate. de senten. excommunic. cum gloss. opt. 1. prim. C. de emend. propinquorum modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira, & percussio sit moderata saltem iuxta suum propositum, & modo castigatus non habeat ordinem sacrum iuxta. Panorm. in dicto capitu. Cum voluntate, nisi sit magister iuxta. Ang. verb. excommunicatio. 5. §. 10. vel pater iux. communem in dict. capitu. Cum voluntate, quam sequitur Sylu. verb. excommunicatio. 6. not. 1. par. 18. stricto iure idem posset dici de aliis cum dict. capitu. Cum voluntate, non distinguat, nec vlla ratio ad id cogat. Decimaquinta, inuadentis in suam necessariam defensionem. capitu. si vero. 1. & capitu. Ex tenore. de senten. excommunic. aut sui honoris, quando fuga ei esset ignominiosa. Panor. in capi. Olim. de restit. spol. & Caiet. in sum. verb. excommunicatio. capit. 10. not. 6. Decimasexta, quæ est necessaria ad iuste recuperandum bona, quæ iniuste capta clericus asportat vel vi occupat. dicto capitu. olim. de Restit. spol. & qua detinetur clericus debitor fugiens aut fugam præmeditans ad præsentandum suo prælato iuxta Panormit. & communem in capitu. Cum non ab homine. de Iudic. Decimasexta, quæ magister iustitiæ secularis qui capit clericum in delicto flagrante, vt illum præsentet suo prælato iux. Panor. & communem in dict. capitu. cum non ab homine, vbi latè post Dec. num. 10. diximus, aut inuentum noctu, modo præsumat probabiliter illum aliquod scelus intendere, aliàs secus; vt quia fert lumen, vel socium, vel est persona a tali suspitione omnino aliena, & modo iustum modum in capiendõ non excedat, puta si permittenti se sponte capi, & duci quiete; de industria pugnos impingit, aut calcè, gl. iuncto text. c. si clericus. de sen. exc. lib. 6. aut mittit in carcerem eum qui offert fideiussionem præsentandi se, q̄ non potest facere etiam iudex ecclesiasticus, nisi grauitas delicti, vel alia iusta causa id exigat. d. c. si clericos, & ibi omnes. Decima octaua, qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis vel alio incommodo. c. Ipsa pietas. 23. q. 4. & c. cū beatus. 45. dist. Decimanona, qua in suam necessariam defensionem ei ensẽm aufert, aut qua cogit equo desilire, quo super eo fugiat, iuxta S. Ant. 3. par. tit. 24. c. 1. col. 4. Vigesima, inuenti in honeste cum sua vxore, matre, sorore, aut filia legitima, vel naturali. c. si vero. de sent. exc. etiam si mutilet eum aut occidat, iuxta

cōmunem ibidē, licet Fortuni. cōtradicat in lib. de vlt. fin. illat. i. i. modo id ex continēti, & passione subita faciat. Syl. verb. exc. 6. no. 4. cal. 16. Dixi. Cū vxore; quia secus in coniunctis remotiori gradu, vel cū filia adoptata secundū cōem; sufficit aut quod inueniat amplexantē, osculantē, aut in loco suspecto, quāuis non inueniat in ipso opere carnali, iuxta cōem, modo fraus absit, quæ non abest quū maritus & vxor conueniunt, vt dolo accerferetur ad voluptatē, vt afficeretur iniuria, arg. Auth. si quis. C. de adult. Vigesima prima, qua detinet clericus domi inuētus honestē colloquendo cū vxore post monitionē, vt ab ea re abstineret, modo nihil aliud mali ei faciat quā detinere spatio 20. horarum cōtinuārū ad tradendū suo iudici, iux. gl. d. c. Cū non ab hoīe & l. Capite quinto. ff. ad l. Iulīā. de Adul. Nā si percuteret, esset excōicatus, iux. Ang. verb. excō. 5. §. 19. quod aptius vī textui d. c. si vero, quā eius oppositū quod sensit Sylu. verb. exc. 6. cas. 10. Vigesima secunda, qua mulier percutit clericū de stupro tentantē defendendæ suæ castitatis causa, modo tētatio fiat factō & non solo verbo; quia tunc non liceret ei nisi defensio verbalis, Angel. vbi supra §. 21. & Steph. in d. reg. 3. fal. 6. ob quod pridē respondi, excōicationē incurrisse quādā monachā nobile, quæ impegit a lapā clerico cuidā nobili, quod eā ex amore for mosam appellasset. Vigesima tertia, tā subita vel tā parua quod illata laico nō esset mortalis, iux. snīam oīum, quam optimē explicat Caie. vbi sup. c. 10. Vigesima quarta; qua prælatus capit suū clericū per se vel aliū etiā laicum, aut verberat per se vel aliū clericum in pœnā probabili suo iudicio iustā. Dixi, suum, quia secus si alienū, arg. l. si. ff. de iur. omn. iud. & c. 2. de const. lib. 6. Dixi, aliū clericum, quia licet possit capere per laicū. c. vt famæ. de sent. exc. lib. 6. & c. si clericus. eo. tit. lib. 6. non tamen verberare, nisi per clericū vel monachū, neq; etiā per alios, si ipse per se commode potest facere. d. c. Vniuersitatis. de sen. excom. excepto Episcopo qui non debet verberare suis manibus. cap. Non liceat. 86. dist. nisi quando non adesset alius ad id faciendū, gl. ibid. Vnde sequitur incurere excommunicationem laicos, per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, nisi deessent clerici ad id idonei, iuxta Pan. in cap. Vt famæ, & c. Vniuersitate. & Sylu. verb. excommun. cal. 11. quamquam vt dixi aliās, in d. cap. vt famæ, ecclesiasticus qui consuetudinem sequutus torquet aut cædit clericum per laicum, nō est excōmunicatus, licet peccet, vt dixit Auf. in d. reg. 3. fal. 2. quia consuetudo etsi non excuset a culpa, excusat tamen a pœna, iuxta glo. in c. Cum venerabilis. de consu. pœna, inquam, saltem ordinaria, licet forte non ab extraordinaria, vt post Dec. in d. cap. 1. de const. diximus. Vigesima quinta, qua iuste eijcit ab ecclesia excōmunicatum, aut alium diuina officia turbātem. cap. Veniens. de sen. excom. & clem. grauis, iuncta glo. eo. titu. Vigesima sexta, qua eijcit e sede Apost. eū qui sine canonica electione Cardinalium eā occupat c. si quis pecunia 79. dist. Vigesima septima, qua pro munere sibi inūcto includit & continet Cardinales conclauī ad eligendum Papam. c. vbi periculum. §. Præterea de elect. lib. 6. Vigesima octaua, qua vult & tentat ferire etiam iaculando, & non ferit, quia errat.

Potro multi possunt ab Episcopo ab hac excōe absolui, puta morti propinquus

quus per idem. c. si quis suadente. Mulier cuiuscunque conditionis sit. c. mulieres de sent. excomm. Membra sua captus. s. claudus, Cæcus, & c. iux. Com. ibidem. ægrotus perpetua vel diuturna ægritudine nequiens iter facere. puta tertiana, quartana, vel podagra per no. in d. capit. ea noscitur. Rosel. verb. Absolutio. 2. §. 19. Qui ante pubertatem eam incurrit, licet post eam solutionē petat. capit. 1. & fin. eod. titu. senex ob cap. ea noscitur. & c. Quamuis, cum eis annot. de sent. excommun. qui iudicio Episcopi videtur non posse ad sedem Apost. venire iuxta mentem Inno. in d. capit. Quamuis. Adolescēs cui iter esset discrimini. Ange. verb. excommun. 5. cal. 1. §. 56. quod nullo iure probat, nec Pan. quem citat ait in d. c. Ea noscitur. Pauper arte (qua iter agendo vti nō potest) viuens. cap. Quod de iis, & c. Quamuis de sent. excommun. quia non tenetur mendicare si aliās non est mendicus, alioqui sic. nisi mendicando soleat si bi & coniugi prouidere, & iter faciendo id præstare non possit, iuxta Io. And. & Pan. in d. cap. Ea noscitur. Qui ob inimicitias vel alia iusta impedimenta iudicio boni viri sedem Apost. sine periculo vitæ adire nequit. capi. De cætero. eod. titu. etiam si sua culpa inciderit in ea, argum. no. per Barto. in l. i. ff. de ijs quib. vt indig. & Fel. in cap. cum oporteat de accus. colu. 4. post Pan. ibidem. filius familias, i. qui est in potestate patris non valens ire ad Papam sine præiudicio eius, cap. mulieres. de sent. excommun. & Pan. ibi nisi pater consentiat vel emancipetur: seruus nisi Dominus consentiat eius ad Apost. sed. profectio- ni vel manumittatur. cap. relatum. de sent. excommun. quicquid dicat ibidem Pan. vt probat Syluest. verb. absolutio. 4. in si. dubio 6. Dixi, Seruus, quia secus est in famulo libero percussore: impotens aut tam delicatus, vt non possit offerre iter adeundi Romam, quod arbitrio Episcopi relinquetur iuxta glo. eiusdem. capit. Tales enim non sunt mittendi Romam, sed prius consulendus Papa, & obediendum eius Imperio, quicquid dicat gloss. iux. Pan. & Fel. in eo. 89 c. Mulieres, ni fuerit periculum probabile mortis in mora, quia tunc absolue di sunt vt alii qui fuerint in eodem periculo, ij tamen & quilibet alij (quibus iustum adest impedimentum iudicio probi viri quominus adeant sed. A post. vel nuncium à latere qui etiam potest absoluere. c. Ad eminentiam. de senten. excomm. & c. pe. de offi. dele.) possunt absolui ab Episcopis quamtūuis negent Inno. Ancha. Card. & Pan. in d. c. Quamuis. vt probat Fel. ibidem neruose & Syl. verb. Absolutio. 4. dubio 4. modo pro viribus satisfaciant, & iurent subla- ro impedimēto se præsentaturos apud sed. Apost. iux. c. Quamuis. c. Quod de his. de sen. excom. Qui postea nisi se præsentent quam citius commode poterunt, recidunt in eandem excōmunicationē. c. eos qui, de sent. excomm. lib. 6.

Ad primā vero. 7. qōnū hic quæsiturū Respond. q̄ non solūm excōicatus ob percussorem clericum, sed etiā ob aliā quālibet causam, cuius absolutio est referuata sedi Apost. potest absolui ab Episcopo, si ob iustum impedimentum nequeat eam adire. Quia in omnibus generaliter loquuntur Felin. & Sylu. supra citati, & in omnibus eadem ratio idem ius suadet.

Ad secundam, puta, quanti temporis debeat esse impedimentum, vnius an plurium mensium, vel annorum? Respond. quæstionem nouam, & gra-

uem esse: qua maturè expèta, videtur primò, non esse habendam rationem ap-
 pulsus, sed diceffus, alioqui omnes penè Hispani haberent impedimentū duo-
 rum triumve mensium, secūdò sufficeret impedimentum tanti temporis, quā-
 tum est necessarium a discessu ad appulsum: Tum quia optat Ecclesiā, ne agēs
 id quod in se est, ob impedimentum in excommunicatione moriatur. c. Qua
 fronte, de appel. Tum quia non videtur posse determinari tempus aptius om-
 nibus casibus, & conformius canonibus. Tum quia falso existente impedi-
 mento nulla erit absolutio, & si cessante impedimento non arripuit iter, re-
 cidit in eandem excommunicationem. d. cap. Eos. Per quæ duo, cessat occasio
 fingendi falsa impedimenta, & intentio matris Ecclesiæ seruetur.

Ad tertiam, iustū impedimentum esse, habere curam animarum, & iuste ti-
 mere eas ob suam absentiam notabile damnum accepturas, nisi posset con-
 stitui idoneus Vicarius.

Ad quartam, quòd non potest absolui ab Episcopo, qui licèt ad sed. Apost.
 ire nequeat, potest tñ adire legarum, vel alium eius ad id priuilegio munitū.

Ad quintam, q̄ iustum habet impedimentum is qui ire non p̄t, licèt pro
 absolutione mittere possit: non enim ad id ius eum obligat, sed vult, vt si
 possit, vadat.

Ad sextā, q̄ tale impedimentū hēt, nō valens ire, nisi relinquēdo in necessi-
 tate extrema, vel valde magna, vxorē & filios. arg. c. Ceterū, & c. Pasce. 86. dif.

Ad septimam, quòd eiusmodi impeditus absolui non poterit a simplice sa-
 cerdote, etiam si eum nūtius vel Episcopus absoluerē recusent, non enim ad
 id potestātē habet, nisi in articulo mortis, in quo simplex sacerdos fit quo ad
 hoc summus Pontifex. argum. d. c. Si quis suadente, Et pulchre in Concil. Tri-
 dent. sess. 14. c. 7. dicitur nullum casum esse reseruatum in mortis articulo.

Præterea absolui possunt per Episcopum a percussione mediocri, non tamē
 enormi clerici simul viuentes in collegio. c. Quoniam. de vit. & honest. cler.
 & religiosi. c. Monachi. de sentent. excomm. sed hi possunt absolui a suis præla-
 tis, clerici non nisi a suo Episcopo secundum Pan. recep. in d. capi. Quoniam.
 colum. 2. Ianitor seu exequutor, marinus aut alius minister, qui vt custodiat
 fores, aut cohibeat homines, manus infert clericis absque intentione læden-
 di, & si non sine culpa, & læsio est leuis aut mediocri. c. Si vero. §. officialis.
 de sent. excomm. quanquam si est enormis, Papa absoluit, ab incurfa vero
 ob paruam vel leuem omnes. c. Peruenit. de sent. excomm. vbi tex. singula-
 ris. Non intelligitur in hac materia, per leuem percussorem illa quæ non
 peruenit ad peccatum mortale, siquidem ob eam quæ non est mortifera, non
 incurritur excommunicatio maior, vt supradictum est eodem cap. num. 9. sed
 ea quæ est quidem mortifera, at collatione aliarum magis mortiferarum est
 leuis & non enormis, neque etiam mediocri. Quæ vero sit leuis declaratur
 per extranag. quæ incipit. Perlectis, quæ adscribitur Papæ Ioan. 22. & pepe-
 ram: Quoniam ante eius tempus eam allegauit Hostien. in c. Peruenit. de sen-
 tent. excomm. sub finem, vbi tamen ait respondisse sibi Inn. 4. se non fecisse
 eam, insulsius autem quidam eam tribuunt Pio II. cuius exemplum iam diu

Roma

Roma adducendum curauimus, & cuius præcipua verba sunt hæc, Perle-
 ctis & c. respondemus percussorem leuem esse pugni, palmæ manus, pedis,
 digiti, aut baculi, aut lapidis quæ nullam maculam neque suggillationem
 carni relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine
 auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus
 tamē dicere quòd huiusmodi leuis percussio vt pugni aut vnguis fiat atrox
 ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen quæ læsio sit leuis, me-
 diocri, aut enormis, volumus diligenter perpēdi, non solum factum, sed etiā
 qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi cum omnibus suis circūstā-
 tiis loci, personæ, & aliis: personæ si est magister, iudex, prælatus, pater, patro-
 nus, aut dignitas, percussus iniuste a subdito, aut ab alio se viliore. Qui ex
 hoc interdum censentur graues iniuriæ quæ ex se sunt leues aut mediocres. Et
 quia conditio negotii non patitur integram determinationem huius rei, re-
 relinquimus tuo arbitrio vt declares quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, ad-
 monentes vt potius declares in dubio esse percussorem grauem, & ab ea non
 posse absoluerē, quam declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi
 statum ecclesiasticum, hucusque sunt verba extrauagantis.

Cui addimus primò enormem esse percussorem, qua quis interficitur, ab-
 scinditur membrum, aut inutile vel quasi ad suum munus efficitur: & illam ⁹²
 ob quam factam in alia parte quam in naribus, vel alia vnde sanguis facilè erū-
 pere solet, defluit multum sanguinis. Et illam quæ fit in proprium Episco-
 pum, aut Abbatem, & quæ magno scandalo est populo, vt declarat, & sentit
 Inno. III. in d. cap. Cum illorum. Et quanquam idem dicat gloss. eiusdem ca-
 pit. verb. Mutilationem, de quolibet excessu notorio, & idem asserat Syluest.
 verb. Absolutio. 4. in principio, de ea quæ infertur in foro vel audientia pu-
 blica coram iudice, aut in oculo aut in facie secundum gloss. aut in ecclesia,
 aut in dormitorio, non tamen credimus id esse verum, nisi quando percussio
 est in se notabilis, & gignit aliquod magnum scandalum. Quia Lap. & Card.
 in locis proxime citandis declarant aliquas ex his non esse etiam mediocres,
 sed leues. Secundò addimus quòd iniuria mediocri est, quæ est media inter
 leuem, & enormem, & quia de hoc certa regula tradi non potest, relinquitur
 arbitrio Episcopi, & etiam confessarij qui habet facultatem Episcopi iuxta
 Hostien. recep. ab omnibus in d. c. Peruenit, vt iudicent habita ratione circū-
 stantiarum personarum, locorum, & temporum, cauendo ne iudicent leuem,
 eam quæ enormis est, iuxta Pan. ibidem. Tertio, quòd Lap. in allegat. 76. con-
 cludit esse percussorem leuem a qua posset absoluerē Episcopus, colaphum,
 quem impegit Capellanus quidam perpetuus Aretinæ ecclesiæ cuidam Cano-
 nico in eadem ecclesia absque sanguinis emissionem, & quod Card. in consil.
 42. concludit percussiones duorum clericorum, qui sibi ipsis mutuo pu-
 gnos, & pedes impegerunt in itinere, esse leues à quibus posset absolue-
 re Episcopus.

Excommunicatio Tertia reseruata Papæ extra bullā Cæna est lata a delegato lapsò
 anno. Quarta in falsarios. Quinta lata ab Episcopo in habētes bullas falsas & c.

D d d 4 Sexta

Sexta, in clericos admittentes excommunicatos a Papa nume. 93. Septima in incendiarios post denunciationē &c. Octaua in sacrilegos infringentes ecclesias nu. 94. Nona in male eligentes senatorem Rom. Decima in Clericos soluentes talias, sed reuocata fuit num. 95. Undecima in insequentes Cardinales num. 96. & 97. Duodecima in vexantes excommunicantium cognatos &c. nume. 88. & seq. Decimatertia in inquisitores male procedentes num. 100. Decimaquarta in religiosos absque facultate administrantes certa sacramenta. nume. 101. Decimaquinta continetur in bulla Cænæ. num. 102. Decimasexta in facientes eligere sepulturas num. 103. Decimasseptima in eos qui cogunt celebrare in locis interditiis n. 104. Decima octaua in absoluētes per cōfessionalia Sixti IIII. Decimanona in exenterantes mortuos num. 105. Vigesima in dantes aut accipientes ob ingressum monasterij. Vigesima prima in committentes simoniam in ordine vel beneficio. Vigesima secunda in eos qui ab ordine mendicantium ad alium transeunt. Vigesima tertia in eos qui afferunt hoc de conceptione Virginis matris nu. 107. Vigesima quinta in delegatos qui male auctorant alienationes Ecclesiasticas. Vigesima sexta in septem genera personarum violantium monastica nume. 108. & 109. Vigesima septima in peregrinantes in Ierusalem absque facultate Pape. Vigesima octaua in appellantes a Papa ad futurum Concilium. Vigesima nona in Cardinales qui secreta manifestant. Trigesima in prædicantes miracula falsa. Trigesima prima in Cardinales sede vacante simoniam committētes num. 110. Consuetudo excusat a pœna, licet non excuset a culpa nu. 106. F. Bartholomæus a Carrāza Doctōr doctissimus, Archiepiscopus Toletan⁹ n. 110

93 **T**ertia excommunicatio reseruata Papæ extra bullam Cænæ ponitur in c. *Quarenti*, de offi. deleg. quod habet delegatum Papæ lapsō iam anno ad exequendam suam sententiam diffinitiuam ei concessō, non posse absoluere ab excommunicatione a se lata ob finitam eius iurisdictionem, & ita absoluit eius superior qui est solus Papa. c. *studuisti* de offi. leg. & c. *sane* de offi. deleg.

Quarta est, in c. *Ad falsarios*, de crimine fals. quod excommunicat falsarios de quibus dictum est supra eo. cap. nu. 58. quæ quo ad aliquos casus non continetur in bulla Cænæ.

Quinta est in c. *Dura*, de crim. fals. quod reseruat Papæ excommunicationem latam ab episcopo in habentes literas falsas Papæ, si eas intra viginti dies non destruant vel non resignent.

Sexta in c. *significauit* de sent. excom. quod reseruat Papæ absolutionem excommunicationis quam incurrunt clerici qui scientes, & sponte communicant cum excommunicatis a Papa, admittendo eos ad diuina officia.

Declar. primò, q̄ ad hanc incurrendā requiruntur sex secūdū Caiet. vbi. sup. cas. 38. primum quod sit clericus. Secundū, q̄ cōicatio fiat cum excōicato à Papa. Tertiu, q̄ ad diuina officia admittat. Quartū, q̄ sciēter id faciat. Quintū, q̄ id faciat sine vllo timore etiam iniusto, qui licet non excusaret a peccato mortali, excusaret ab excōne secūdū eundē, contra quē facit, q̄ verbum illud sponte, in quo se fundat, non probat id q̄ ipse ait, arg. c. super hoc, de renuntiat. & c. Ad

c. Ad audientiam de iis quæ vi, quibus probatur satis sponte fieri dici, q̄ sine metu iusto fit, etiam si interueniat aliquis metus leuis, & nō iustus: per quod eius noua opinio tollitur efficaciter quo ad forum exterius, quamuis in interiori seruari posset in tali metu, qui est causa sine qua non fuisset cōicatum, quia talis metus quo ad illud forum exequatur iusto, vt dixi sup. Sextò, q̄ sit excōicatus a Papa iudicialiter, aut nominatim secundum oēs, vltra q̄ hodie requiritur denuntiatio per extrauagan. ad euitanda, relatam sup. eodem capitulo numero 35.

Septima in cap. *Tua* de sentent. excom. quod reseruat excommunicationem latam & denunciata in incendiarios.

Declar. primò, q̄ d. c. tua non excōicat neq; iubet denunciari vt c. *Conquestus* de quo in Octaua, sed solum q̄ denunciati non absoluantur nisi a Papa, & ob hoc non probat esset excōicatus a iure. Secundò q̄ Caiet. vbi sup. c. 22. quem pridem sequuti fuimus in d. c. *Tua*, & nūc etiam sequimur, rectē dixit nullum esse canonem qui excōicet incendiarios etiam ecclesiarum, licet. gl. d. c. *Tua*, & Cōis Pan. & aliorum ibidem. Ant. 3. par. ti. 24. c. 11. Steph. clem. 1. de offi. ord. & de po. eccles. n. 58. contrarium teneat in incendiario ecclesiæ, sed sine textu & ratione sufficienti, quæ defendi non potest, nisi id haberet consuetudo, & teneatur quod illā tolerata, & approbata a prælatis vim habeat legis vel statuti excommunicantis per dicta sup. eo. c. n. 5.

Octauò in c. *Conquestus* de sent. excom. quod habet excommunicatos esse sacrilegos qui effringunt, & spoliant ecclesias.

Declar. primò, quod illud cap. non excommunicat sed præsupponit esse excommunicatos, siquidem iubet denunciari eos vt tales, argum. capit. *Pastoralis*. §. verum, de appel. Secundò, quod duo requiruntur ad incurrendam hanc s. perfringere & rapere siue furari. Pan. in cap. fin. d. furt. Ant. vbi supra capitulo. 12. & Caiet. vbi supra capitulo. 21. & ob id qui effringit crucem, sacrarium, aut perpetrat alia similia nefaria scelera, & non furatur, non incurrit ea. Tertio, quod per ecclesiam intelliguntur monasteria, hospitalia, & reliqua ædificia pia, Panor. in d. capitulo. *Tua*. auctoritate Episcopi ad id sacrata, & non alia secundum eundem in dicto capitulo. *Conquestus*. argum. capit. Ad hæc. de relig. domibus. Quarto, quod is dicitur effringere ecclesiam, qui effringit vel effodit parietem, aut frangit fores, diruit seras, & qui impellendo vel quouis alio modo violento ingressum sibi parat. Sylu. verb. excom. 7. cas. 8. non autem qui referat eas claue, siue eam furripuerit vel extorserit, siue non, iuxta sententiam omnium. Quintò, quod non sufficit denuntiatio generalis iuxta dictam extrauag. Ad euitanda.

Nona, & prima libri sexti in c. *fundamenta* de elect. lib. 6. excommunicat cum reseruatiōe eligentes in Senatorem Rom. aliquem Imperatorem, Regem &c. Comitē, procerem aliquem potentia, aut alium dignitate insignem, aut fratrem, aut filium eius &c. & huiusmodi electos qui sine consensu Papæ se intruserunt in illud, & qui obtemperarint, & qui præbuerint auxilium &c. De quo quia est de raro contingentibus, nil amplius.

96 *Decima, in c. Clericis de immunit. eccle. lib. 6. excommunicat clericos qui pendunt vestigalia, decimas, vel talias secularibus, sed reuocata fuit a clem. 5. clem. 1. de imm. eccle. Undecimo, in c. felicis, de pœn. lib. 6. excommunicat cum reservatione eum qui infectatus fuerit, percusserit, aut ceperit tauquam inimicus aliquē Cardinalem, aut comitatus fuerit eum qui hoc patrauit aut mandauerit, aut id ratum habuerit, aut dederit consilium vel fauorem, aut sciens receperit, aut defenderit, etiā si ob ea non esset antiquiore iure excommunicatus. Principem Item & dominum & gubernatorem quemlibet & suos ministros qui contra predictos non obseruauerint suam constitutionem intra mensem postquam sciuerint.*

97 Declar. primò, q̄ hac extenditur nunc ad Archiepiscopos, & Episcopos per Bullam Cœnæ Domini. Secundò, q̄ infectantes, Dñi, Iudices, & officiales negligentes &c. qui non percutiunt etiam si id maximè velint, non incidunt in d. c. si quis suadente, sed in hoc sic. Tertiò, quod quicquid dicat, Syl. & quos ille refert verb. excommunicatio. 7. ca. 1. 1. Qui iubet alicui vt infectetur Cardinalem tanquam inimicum, non incurrit nisi consequuta infectatione, sequuta vero, sic, quamuis nulla consequatur percussio, licet qui iubet percutere, non incurrat non sequuta percussione. Non quidem per rationes Sylu. sed p̄ dicta supra eo. c. nu. 1. 2. puta quia iussio percussione prohibetur vt accessoriū illi: & ita non sequuta illa, iussio non habet effectum, sed iussio infectationis est accessoria illi, & ita illa insequuta, et si non sequatur percussio, impleta est iussio eius. Quartò, q̄ excusantur principes, Dñi & iudices si incipiant procedere intra mensem postquam sciuerint, quamuis non fiant processus, neque puniant.

98 *Duodecima, in ca. Quicumque, de sent. excomm. lib. 6. excommunicat cum reservatione omnes qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi aut vexandi personas aliquorum aut eorum facultates, aut suorum, eo quod tulerint sententiam excommunicationis suspensionis vel interdicti, contra Reges, &c. aut contra quoscunque alios eorum ministros, aut contra alios quoslibet, aut illos quorum ratione eiusmodi sententiæ promulgatæ fuerunt, aut eos qui obseruant, aut qui nolunt communicare cum sic excommunicatis, nisi antequam dicta facultas executioni mandetur fuerit reuocata ab eis. Aut si eius occasione iam sunt occupata bona, & intra septem dies non restituant aut satisfaciant. Excommunicat etiam eos qui vsi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid ex predictis. Et si duobus mē sibus perseuerauerint in dicta excommunicatione, non possunt absolui nisi a Papa.*

99 Decla. primò, quod ex sola datione facultatis non incurritur in eam, neque etiam ex eius executione, si ante exordium reuocetur, neque etiam si post executionem si ea solum fiat in bonis, & illa intra septem dies restituantur, vt recte adnotauit Caiet. vbi supra ca. 36. Secundò, quod ex Sylu. verb. excommunicatio. 7. ca. 1. 2. colligitur quod suo libro deerant illa verba, *Et quoslibet alios*, quia restringit textum ad excommunicationes latas contra solos predictos dominos, & eorum ministros, contra verum tenorem huius textus. Tertiò, Quod iuste vexando non incurritur ista excommunicatio, arg. l. 1. ff. de Appell. & c. Vt debitus honor eod. titu. iuxta Caiet. quod nostro iudicio locum habet

habet etiam quando ob vindictam & odium vexat, sed non plus & alio modo quam iustitia postulat, arg. c. Cum minister 23. q. 5. & quod omnes filij, famuli, aut cognati excommunicantis dicuntur sui in hoc casu iuxta. Ioan. Andr. & communem. in d. c. Quicumque & etiam, nostra sententia, eius intimi amici, & omnes illi quorum grauamen videtur grauanti esse grauamen excommunicantis, et ea de causa id facit, siquidem negari non potest esse suum grauamē quo ad hanc constitutionem, et eius rationem, quæ eos omnes comprehendit arg. l. Illud. ff. ad l. Aquil. et c. 2. de Transf. prælat.

Decimatertia, in clem. 1. in §. Verum de hæret. cum reservatione excommunicat Inquisitores & alios deputatos officio inquisitionis ab Episcopo qui odio, amore, aut lucri vel commodi temporalis gratia contra iustitiam & suas conscientias omittunt procedere contra aliquem vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut ob easdem causas & eodem modo imponendo hæresim aut impedimentum officij præfati, præsumunt vexare aliquem.

Declar. primò, quod ad incurrendam hanc, est necesse vt sit Inquisitor, aut deputatus ad eius officium ab Episcopo, quia ipse Episcopus solum incurrit suspensionem officij in tres annos per eundem, §. verum, et quod non procedat quando & quomodo debet, aut procedat vt non debet, et quod hoc faciat contra iustitiam et suam conscientiam, illud esse iniustū, et q̄ hoc faciat, odio, amore, fauore, aut lucro, iux. Card. in d. §. Verum, vbi textus et Caiet. vbi supra ca. 3. quia non satis esset facere ignorantia, timore, aut ad euitandum scandalum iux. gl. in d. §. verum.

Decimaquarta, in Clem. 1. de priuileg. Excommunicat cum reservatione religiosi qui sine licentia expressa presbyteri parochialis præsumunt administrare clericis vel laicis sacramentum vnctionis, aut Eucharistiæ, aut benedicere nuptias aut absolueret excommunicatos a canone præterquā in casibus a iure aut priuilegijs Apostolicis sibi concessis, aut a sententijs promulgatis, a statutis prouincialibus aut Synodalibus, aut a peccatis a pœna, & culpa.

Declarat. Primò, quod ad incurrendam hanc, est necesse quod sit religiosus, quamuis non sit exemptus neque professus iuxta Card. in d. clem. 1. q. 3. & 4. & q̄ non sit Rector seu curatus Ecclesiæ parochialis iux. mentem Fely. & eorū quos citat. in c. Cum quidam col. 2. de iureiur. quamuis glo. dubitet in eadem Clem. 1. vt pridem super ea diximus, quicquid dicant ibid. Card. & Imol. Secundo, q̄ satis est vt in licentia exprimatursacramentum cuius causa petitur, et si non exprimentur nomina personarum iux. gl. d. clem. 1. receptam. Tertiò, q̄ est necesse vt faciat aliquid ex quinque hic expressis per præsumptionem. Et nõ sufficit facere id per ignorantiam vel credulitatem q̄ parochus id æquo animo feret, saltem quo ad forū conscientiæ secundum Card. in d. Clem. 1. q. 3. 8. & ea quæ nos diximus supra eo. cap. nu. 7. 4. & latius in repet. c. Accepta, oppos. 8. de rest. spol. nu. 32. Quartò, q̄ non sufficit vt vnus religiosus administret eucharistiam alteri religioso exempto. Tum quia non est subiectus presbytero parochiæ, quam subiectionem videtur præsupponere textus esse ad hoc necessariā iux. Caiet. vbi supra ca. 64. Tum quia ille non est clericus neque laicus de quo textus

textus loquitur, secundum Card. in d. Clem. 1. q. 7. quamuis oppositum, sed non iuste, teneat Sylu. verb. excommunicatio 7. cal. 14. Quinto, q̄ per presbyterum parochialem intelligitur Rector, quamuis non sit initiatus ordine missæ, arg. c. suffraganeis, de elect. aut eius Vicarius & Episcopus, iuxta gloss. eiusdem clem. verb. Parochialibus. & eius Vicarius generalis, arg. ca. 2. de constitut. lib. 6. Sexto, q̄ incurritur etiam ob administrationem factam in articulo mortis, iux. Card. in d. clem. q. 1. etiam si faciat ob defectum parochi, iux. Syl. Vbi supra dub. 3. Septimò, quòd non incurritur ex eo quòd administret parochiano qui ait habere se facultatem cum non habeat, gloss. & Com. in d. clem. verb. non habita, neque eo quòd administret sacramentum pœnitentiæ aut baptisimi, secundum omnes ibidem. Neque eo quòd absoluat ab excommunicatione lata ab homine iux. glo. & Com. ibidem, verb. Canonice.

Decimaquinta, in Clem. si quis suadente de pœn. Nunc facta est bullæ Cœnæ per S. D. N.

103 *Decimasexta, in Clem. cupientes de pœn. §. fin. excommunicat clericos & religiosos qui violant constitutionem, illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam in sua ecclesia, aut quòd non mutabit electam.*

Declar. primò, quòd ad incurrendam hanc, est necesse q̄ sit clericus aut religiosus, & quòd inducat ad iurandum, vouendum aut promittendum de electione sepulturæ, aut non mutandam electam, & quòd per suafus aliquid horum faciat, & quòd sepultura pertineat ad ecclesiam eius qui persuadet iux. Communem, in d. §. fin. & quòd temere faciat non existimando probabiliter id facere posse, iuxta Caiet. vbi supra cal. 49. Secundò, quòd non sufficit precari, aut inducere ad eligendam sepulturam, si non promittit, iurat, aut uouet, iuxta S. Ant. 3. par. tit. 24. c. 51

104 *Decimasextima, in Clem. Graue de sent. exco. excommunicat cum reservatione nobiles & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue compulsio fiat personæ clericorum, siue eorum consanguineis, & qui voce præconis, aut sonitu campanæ, aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ, conuocant populum ad audiendum missam in tali loco, præcipue excommunicatos aut interdictos, & etiã qui prohibent ne excommunicati aut interdicti ab ecclesia eiciantur, quando peraguntur diuina officia, qui admoniti a sacerdote nominatim, nolunt exire.*

Declar. primò, quòd per tria priora ex his quatuor, soli & omnes domini temporales incurrant in hanc, quamuis sint prælati, si habent temporalem iurisdictionem iuxta gl. Card. et Imo. in d. clem. per quartum autem omnes. Secundò, quòd conuocatio debet fieri aliquo modo ex prædictis, et non clam per nuntios. Et quòd excommunicati sint nominatim admoniti. Syl. verb. excommunicatio. 7. cal. 16. §. 7.

105 *Decima octaua, in extrauag. Et si dominici de pœni. & remiss. excommunicat eum reservatione eos qui ex priuilegio Papæ Sixti IIII. absoluunt ab aliquo istorum quinque votorum scilicet peregrinationis in Ierusalem, Romam, Compostellam, Religionis*

nis, castitatis, nisi in dictis confessionalibus fiat mentio illorum de certa scientia, cum derogatione illius extrauagantis.

Declar. primò, hanc extrauag. nunc nihil vel parum prodesse quo ad contentum in ea principaliter, quia iam confessionalia illa desierunt: sed est notanda ad hoc quòd nullus quinque votorum in ea contentorum reseruat Papæ, ad quòd diffusus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur.

Decimanona, In extrauag. 2. de sepult. inter communes excommunicat cum reservatione eos qui exenterant mortuos ad eos conseruandos, aut eos concidunt in frusta, & ea coquunt ut ossa carnibus denudata deferant, & sepeliant in alio loco, & qui hoc fieri iubent.

Declar. Primò, quòd non habet locum in his qui moriuntur in terris infidelium, vbi non est sacer locus ad sepeliendum, neque in eo qui hoc facit viuo neque etiam mortuo alio fine quàm sepeliendi in alio loco, quàm in vindictam, & etiam ad vespensu id faceret, Sylu. vbi supra ca. 41. & colligitur ex textu. Secundò quòd non incurrit qui hoc facit cadaveri ne forteat, aut in anatomiam, aut cadaveri Regio, vt ab eius populis iustus honor habeatur, Caiet. vbi supra cal. 70. quòd in vsu habet Gallia.

Vigesima, In extrauag. 1. de sym. excommunicat cum reservatione eos qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingressum in aliquod monasterium.

Declar. Primò quòd non incurritur per solam acceptionem vel largitionem absque pacto, aut ob consuetudinem vel antiqua iura, aut sine præsumptione bono animo, quia bis repetit illa verba *Eos qui præsumunt*, Neque per acceptionem cum pacto, in victum eius qui ingreditur ob necessitatem, iuxta Caiet. vbi supra cal. 71. Secundò, Quòd Innocentius VIII. declarauit moniales non incurere hanc nisi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ, ob largitionem. Et quòd sanctus Anton. tertia parte, titu. 24. cap. 70. quem referunt Syluest. vbi supra cal. 44. & Felic. in cap. Quoniam de symbol. ait quòd Martinus V. dixit se nolle hac teneri moniales. Tertiò, quòd consuetudo contraria excusaret ab hac censura, quamuis nõ excusaret à prædicto mortali, vt diximus in d. c. Quoniã arg. gloss. sing. in c. Cum venerabilis. de consuet. cap. denique 4. dist. & eorum quæ Aufser. in reper. clem. 1. de offic. ord. in reg. 3. fall. 2. dicit. Quartò, quòd Clemens VII. concessit vt moniales nullam Symoniæ pœnam incurrerent propter pacta & conuentiones quas cõtraherent in dotibus monialium, in commodum earum victum, vt habetur in ompendio priuileg. verb. moniales num. vlt.

Vigesimaprima, In extrauag. Pauli ij. de sym. excommunicat cum reservatione committentes symoniam in ordine vel beneficio, & eius mediatores.

Declar. Primò, quòd non intelligitur nisi de Symonia quæ committitur in ordine & beneficio secundum omnes, quia de ea tantum agit, quicquid dicat Caiet. vbi sup. cal. 73. Secundò, quòd nõ habet locum in symonia mentali, neq; etiã in sola cõuentionali, sed in reali per prædicta c. 23. n. 106. & c. 25. n. 112. & latius in cõment. c. si. de sym. Tertiò quòd mandatum positum in ea. vt denunciât eam sciètes, nõ obligat alios quàm Curiales Rom. secundum Sylu. vbi sup. cal. 43. Neq;

nunc eos, neque alios secundum S. Ant. vbi supra capit. 66. quia non est quod ad hoc recepta. Sylu. vbi supra, & Caiet. post. cas. 81

Vigesima secunda in extrauag. Martin. V. de regul. excommunicat cum reservatione fratres ordinum mendicantium sine speciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum & etiam admittentes eos. Hæc facit ad illud Io. Maior. in 4. dist. 38. q. 11. Carthusia religionum optima.

Vigesima tertia in extrauag. 1. de sent. excommu. quam refert. Io. Andr. in cap. Nemo de sym. excommunicat cum reservatione omnes eos qui largiuntur aut accipiunt aliquid, aut promittunt in Curia Romana ad obtinendam iustitiam aut promerendam gratiam alicuius rei. Sed Paul. in 4. dist. 18. q. 3. colu. pen. & Ang. verb. excommunicatio. 5. cas. 25. & Syl. vbi supra cas. 46. & Caiet. post. cas. 81. asserunt fuisse reuocatam per Clementem V. Fuit autem innouata & maioribus pœnis aucta per S. D. N. Gregorium XIII. per extrauagantem, quæ incipit: Ab ipso. promulgata die 8. Nouemb. an. 1574. quæ statim magno commentario donauimus in honorem Sanctissimarum, earumdemque fortissimarum Virginum & Martyrum Lucie & Catherinæ, intra viginti dies quibus festa earum distant.

207. Vigesima quarta in extrauag. Graue, de reliq. & venera. sanct. excommunicat eum qui dixerit peccare mortaliter eum qui crediderit Virginem Matrem fuisse conceptam in peccato originali, & etiam e contrario eum qui dixerit peccare mortaliter oppositum tenentem.

Declar. primò, quòd qui sincero & solido animo sine alia audacia vel presumptione dixerit, hoc non incurrerit, iux. Caiet. vbi supra cas. 88. Quia ait, *an. su temerario*, & paulo ante, *presumerent*, & ita dolum aut certè latam culpam requirit, per supradicta eod. capi. nu. 74. Quamquam in Concil. Basilien. sess. 36. fuit declaratū fuisse conceptā sine peccato originali, vt etiam asserit Don Bartholomæus à Caranza Illustrissimus nunc Archiepiscopus Toletanus in summ. eiusdem Concilii, renouata est tamen præfata extrauag. Tridenti. sess. 4. sub finem.

208. Vigesima quinta apud Sylu. verb. excommunicatio. 7. cas. 47. excommunicat cū reservatione commissarios & delegatos ad cognoscendum an illa aut illa alienatio bonorum ecclesiasticorum sit in utilitatem euidentem Ecclesie, vel non, qui amore, timore aut pecunia auctorant. Quamquam Caiet. hanc non posuit, siue quòd non haberet pro authentica, siue quòd non esset vsu recepta, quod ipsum de alijs multis significat post cas. 81

209. Vigesima sexta in priuilegijs ordinum relatis apud Anto. 3. par. tit. 24. c. 70. & Caiet. Vbi supra cas. 81. excommunicat cum reservatione ingredientes monasteria monialium, minorum, & predicatorum sine licentia præfati ordinis aut generalis, aut eius qui ab ipsis habet ad id facultatem, & qui presumunt proferre in lucem libellos famosos lingua vulgari vel alia, aut componunt, aut habent, aut in vulgus emittunt versus, aut cantilenas in infamiam & detractionem status ordinis predicatorum vel minorum, & eos qui presumunt predicare, docere, defendere predictos religiosos non esse in statu perfectionis, vel non licere eis viuere ex elemosinis, neque

neque predicare, neque audire confessiones cum licentia summi Pontifici. aut aliorū prelatorum inferiorum sine licentia Rectorum ecclesiarum vel presbyteri Cardinalis. Et eos qui presumunt inferre aliquam quæ incommoda sit violentiam iocis predicatorum, & minorum. Et qui in suis monasteriis vel ecclesijs detinent Apostatas predicatorum, nisi eiecerint postquam a monachis ipsorum ordinis fuerit eis denunciatum ne eos retineant. Et monachos minores qui presumunt recipere ordinis predicatorum professos absque licentia summi Pontificis, quæ faciat expressam mentionem huius indulti, aut nisi prius petant, & impetrent facultatem suorum priorum, & qui palam vel clam conantur expellere ex vniuersitate Parisiorum, predicatorum vel minores.

Declar. primò, quòd septem excommunicationes diuersorum Pontificum in hac continentur quas S. Anton. refert vbi supra. Secundò, quòd primam non incurrit qui ingreditur dicta monasteria ignorantia iusta vel quasi iusta ductus secundum eundem, & Caiet. vbi supra, neque qui ingreditur sciens, sed persuasus iustam esse causam ob quam ingreditur, iuxta eundem. Tertiò, quòd secunda non habet locum contra componentes predictos libellos in ignominiam ipsorum religionum & non eorum status, per dicta supra c. 18. nume. 35. Quartò, quòd in septimo loco pro, *Parisiensis*, est apud Sylu. vbi supra cas. 54. *Perusini*, per errorem. Quintò, quòd mulieres quæ praua intentione ingrediuntur monasteria monialium predicatorum, possunt absolui a confessarijs sui ordinis per priuilegium Sixti III. vt habetur in compendio verb. absolutio 2. num. 8. Sextò, quòd prælati predicatorum ordinum, & eorum qui gaudent priuilegijs Carmelitarum, possunt excommunicare omnes clericos & laicos, qui retinent Apostatas sui ordinis, vt habetur in dicto compendio verb. Apostata n. 7. Septimò, quòd qui faciunt dictam damnosam violentiam, possunt absolui a conseruatore & prælato ordinis in foro conscientie per priuilegiū Leo. X. vt dicitur in d. compendio verb. Absolutio. 2. quo ad seculares §. fi.

Vigesima septima apud Ant. & Syl. vbi supra. excommunicat qui peregrinantur in Ierusalem absque licentia Papæ.

Vigesima octaua in extrauag. Iulij II. relata per Anto. vbi supra c. 10. excommunicat eos qui appellant a Papa ad futurum Concilium &c. Sed hæc hoc anno facta est tertia bullæ Cœnæ, per S. D. N. Gregorium XIII.

Declar. primò, quòd qui consulit vt appellet, non incurrit si non appellet, secus de consulente licitum esse appellare iuxta Caiet. vbi supra. Quia priore casu prohibetur consilium secundario, posteriore vero principaliter.

Vigesima nona in Concil. Later. sub Leone X. sess. 9. excommunicat cum reservatione Cardinales reuelantes aliquid de secreto actis in consistorio Papæ, præceptum speciatim & expressè vt id maneret secretum.

Trigesima in eod. Concil. excommunicat eos qui predicant miracula falsa, vel incerta vel prophetias quæ non continentur sacra scriptura.

Sed Caiet. ait verb. excommuni. in fine, quem sequitur Frater Bartholomæus Carranza Nauarrus, tunc doctissimus & religiosissimus Doctor, nuuc autem Illustris. Archiepiscopus Toletanus, in fine summæ Concilij Lateranensis sub

sub Leone X. censuras huius concilij non fuisse receptas.

Trigesima prima in extrauagante Iulij II. approbata in dicto Concilio Latera. sess. 5. excommunicat Cardinales qui sede Apost. vacante contrauenerint, ordinauerint, disposuerint aut aliquo modo presumpserint facere vel attentare contra ordinata ab eodem Iulio II. ut sine simonia eligatur Papa.

*De excommunicationibus reseruatis Episcopis, vel partim
Papae, partim illis, partim neutris.*

Excommunicationes reseruatae Episcopis sunt tres, & aliae duae aliquando. nume. 3. & 2. seq.

Prima, in c. Peruenit de sent. excom. incurfa ob leuem percussione[m] clerici vel monachi. de que supra eodem c. nu. 94. & seq.

Secunda, quam fert Episcopus per suum statutum reseruando sibi absolutionem. Secundum omnes arg. c. Nuper. de sent. excom.

Tertia est excommunicatio Papalis, cuius absolutio ob aliquod iustum impedimentum conceditur inferiori, quia illam dare debet Episcopus, & non alius inferior.

Secundum Inno. communiter receptum. in c. 1. & cap. Monachi. de senten. excommun. quia quae dispensatio vel absolutio reseruata Papae priuilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi Episcopo & non alii eo inferiori, iux. eundem Innocen. in c. 2. de eo qui fur. ord. suscep. probatum per Pan. ibi & in d. c. Monachi & in aliis locis multis ibi per Feli. citatis, qua eadem ratione excommunicatio prima harum quinque censetur reseruata Episcopo.

Quarta partim episcopalis partim non. In c. Nuper, & c. si Concubina. de sent. excommunicat eum qui scienter participat excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus, cum reseruacione absolutionis ei cui esset reseruata absolutio excommunicationis ob crimen in quo participando eam incurrit alius.

Declar. primò, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem oportet quòd fiat participatio in crimine post illud commissum, & ob id incurfam excommunicationem ab eo cum quo participat, vt dictum est supra eo. nu. 33. Et quòd participet cum eo sciens illum esse excommunicatum. Secundò, q[ui] licet ante extrauagantem praefatam, ad euitanda, relaram n. 35. sufficiebat & requirebatur scientia excommunicationis, ita post eam requiritur & sufficit scientia denunciationis illius, per ibi dicta. Tertiò, declaratio in solutionem propositi dubij, quòd sicut qui percutit plures clericum, ita vt appellentur diuersae percussiones, iuxta dicta supra eod. c. 6. nu. 16. & seq. singulis vicibus incurrit excommunicationem, sic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratae participationes, singulis vicibus incurrit excommunicationem. Quartò, quòd ab hac debet absolueri idem qui ab altera. d. c. Nuper, Idcirco cui reseruata fuit prior, eidem & hac erit, & si illa nemini fuerit, neque hac erit vlli.

Quinta etiam partim Episcopalis, & partim non. In c. cos. de sent. excom. lib. 6. Excom-

Excommunicat eum qui ob periculum mortis, aut aliud iustum impedimentum absolutus ab eo qui aliter non potuisset, recuperata valetudine, vel sublato impedimento, quam cito comode potest non representat se superiori a quo debet absolui quo obediat eius mandatis. Et est qui absolutus a sed. Apost. aut eius nuncijs precipientibus, vt se presentent ordinarijs, aut alijs Iudicibus quo exequatur sua iussa, vel quo satisfaciat laesis, vel ijs ob quos fuerunt excommunicati, non facit quam cito comode pot.

Decla. Primò, quòd prima pars huius excommunicationis habet locum in absolutis a quibuscunque, vt ex litera palam colligitur, & secunda non nisi in absolutis a sede Apost. aut eius Nuncijs, de quibus solum loquitur. Itaq; non habet locum in absoluto ab Episcopo, vel alio delegato, iux. Caiet. vbi supra. caf. 69. Quamuis habeat nostro iudicio in absoluto a summo poenitentiario. Secundò, q[ui] tempus intra quòd qua cito comode pot tenetur presentari, quo ad forum exterius relinquatur arbitrio boni viri, arg. l. j. ff. de iur. delib. c. De causis. de offi. deleg. Quo ad interius autem conscientiae absoluti, arg. gl. c. significasti. 2. de homic. Tertiò, quòd hac est Papalis, vel Episcopalis si prima talis erat, & nemini si prima non erat reseruata, quia textus habet eandem esse.

De excommunicationibus nemini reseruatis.

Excommunicatio Prima nemini reseruata, in seculares non reddentes ius ecclesiasticis: Secunda, in consentientem electioni de se in Papam male facta. Tertia, in eum qui sic suscipit munus administrandi pariem talis episcopatus. Quarta, in scholasticos Bononiae, qui sic conducunt, num. 114. Quinta, in imponentes tributa, & c. ecclesiasticis, nu. 115. Sexta, in certos clericos qui audiunt leges, aut medicinam, nu. 116. Septima, in clericos suscipientes praefecturas seculares. Octaua, in schismaticos. Nona, in capientes bona naufragorum, nu. 117. Decima, in seruantes statuta contra libertatem ecclesiae, nu. 118.

Lex que amissum in mari tribuit, & c. N. iniusta, nu. 117.

Libertas ecclesiastica quae, quis eam violat, nu. 119. & 120.

P*rima, in c. Administratores, 23. q. 5. Excommunicat Gubernatores, & Iudices, 114 qui admoniti ab Episcopis, & alijs ecclesiasticis, omittunt ius illis reddere, ob negligentiam, vel iniquum animum.*

Secunda, In c. licet, de vitanda elect. excommunicat eam qui non electus saltem a duabus partibus Cardinalium in Papam, consentit suae electioni, & in recipientes eum in Papam. Hac non est reseruata Papae, nisi permixtam habeat haeresim credendi duas esse ecclesias, aut schisma absque illa, & tunc reseruatur per bullam Coenae in clausula prima & secunda, supra eo. nu. c. 56. & 57.

Tertia, In c. Quoniam de off. ordi. excommunicat Episcopum qui in Ciuitate diuersarum linguarum suscipit gubernationem eorum qui sunt suae, priusquam suscipiatur a proprio Episcopo in coadiutorem suum.

Hanc Caiet. vbi supra caf. 68. hodie esse parum vtilem significauit, quia Papa communiter cofert omnes Episcopatus in similibus locis. Qui si lustrasset

Episcopatus Castellæ, Nauarræ, & Galliæ, in quibus alij Vasconicè, alij Hispanicè, alij Gallicè, alii Teutonicè loquuntur, id non dixisset.

Quarta, In c. 1. de locat. Excommunicat doctorem & scholasticum vniuersitatis Bononiæ, qui conducit domos alterius doctoris aut scholastici sine eius consensu ante finè termini. Iuxta Inno. & cœm in eod. c. contra Host. Hæc non habet locum extra vniuersitatem Bononiæ, & ideo nihil amplius dicimus de ea.

115 Quinta, In c. Non minus. de Immun. eccle. excommunicat Consules, Reges & Potestates imponentes ecclesiis vel personis ecclesiasticis talias, vel vestigalia, si admoniti non desistunt, & omnes qui præbent consilium, fauorem vel auxilium, & eorum successores.

Declar. primò, quòd per potestatem hic intelligitur secularis, iuxta Io. And. in d. cap. non minus, & quòd satis est vna admonitio, iuxta Hostien. ibidem. Secundò, quòd non incurrit Gubernator qui vt debuit contradixit etiam si non relinquat officium, iuxta Pan. in capit. Aduersus. eod. tit. & melius Anchar. & Syluest. verb. excommunicatio. 9. caf. 5. & Ioan. Tabien. caf. 18. quanquam Ioan. Andr. oppositum teneat ibi, & Innocen. dubitet in capitu. Nouerint. de senten. excommun. siquidem non peccauit si contradixit tantum, quantum & quemadmodum debebat, argum. cap. Ephesii. 43. distinc. sine peccato mortali, non incurritur excommunicatio maior. cap. Nemo, & c. Nullus 11. quæst. 3. vt dictum est supra eo. cap. num. 9. Tertiò, quòd hæc non incurritur propter tributa omnino realia quæ clerici debent ob sua bona, nec ob realia extraordinaria quæ immediate spectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem qui est ante prædium vel domum suam, sed incurritur propter onera mere personalia, & mixta quæ imponuntur personis & bonis, iuxta Pan. recep. in d. cap. Non minus.

Sexta, in c. Non magnopere, & c. Super specula, ne cle. vel monach. & c. 1. eod. titu. lib. 6. excommunicat religiosos qui exeunt a suis monasteriis, vt audiant leges vel medicinam, & audiunt, & non redeunt intra duos menses ad illa. Et clericos qui habent dignitatem vel personatum quamuis non sint presbyteri. Et presbyteros quamuis omnino habeant dignitatem, neque ecclesiam parochialem, qui audiunt dictis duobus mensibus.

Declar. primo, quòd hanc non incurrit religiosus, qui audit intra monasterium aut extra in eadem ciuitate, degens in eadem, aut egreditur ad audiendum aliquod exordium vel aliquam prælectionem, vel honoris vel informationis causa, vel rediit ante prædictos duos menses ad claustrum, iuxta mentem Pan. cui Caiet. vbi sup. caf. 50. & alii recentiores consentiunt. Secundò, quòd clerici seculares quamuis obtineant beneficia, etiam si sint subdiaconi vel diaconi, modo non habeant dignitatem vel personatum non incurritur in eam, quia non loquitur de illis, iuxta glo. sing. c. Cum ex eo, verb. literarum, de elect. lib. 6. Tertiò, quòd presbyteri etiam beneficium non habentes, & qui habent dignitatem vel personatum, quamuis non habeant nisi minores ordines, eam incurritur, si audiunt duos menses, etiam si non egrediantur e suis terris, neque domibus, iuxta Cõmunem in dictis tribus. c. Quartò, quòd nemo istorum incurrit eo quòd doceat eam etiam extra domum

mū suā, iuxta Innoc. & Pan. vbi supra quicquid dicat Syl. verbo excõtio. 9. caf. 6. Septima, in c. Clerici, ne cle. vel monach. excõicat sacerdotē qui est Vicarius Vicecomitis, aut alterius præfetti secularis, si admonitus non relinquat præfecturam.

Declar. primò, quòd non incurrit hanc clericus minorū ordinum, iuxta Pan. in d. c. Clericus, quicquid Syl. dicat vbi sup. caf. 7. Secundò, quòd incurrit in eā prælati qui sunt Gubernatores vel prædentes Cancellariarum, iuxta Caiet. caf. 76. Tertiò, quòd non incurrit prælatus, qui habet eiusmodi procuracionem annexam suæ dignitati, aut suo patrimonio, iuxta omnium sententiam.

Octaua, in c. nulli fas, 19. dist. & c. 1. de schisma. Sed hæc hodie continetur in bulla Cœnæ supra relata.

Nona, in cap. Excommunicationi de raptor. excommunicat eos qui capiunt bona Christianorum naufragio perita, & non restitunt eis.

Declar. primò, quòd hæc facta est bullæ Cœnæ per S. D. N. Greg. XIII. vt patet sup. n. 60. Quæ tamen etiam tantū accipientes scienter excommunicat; quāuis non videatur comprehendere eos qui bono animo, aut saltem non malo accipiunt, donec sint in mora restituendi. Secundò, quòd neutra incurritur ex sola acceptione bonorum, sine mora, & noluntate (vt ita dicam) restituendi siue voluntate non restituendi secundum omnes. Quod est verum attenda Decretali, & etiam attenda Bulla, nisi acceptio fuerit scienter malefacta, quia tūc illa sufficit, licet sic absque monitione secundū Pan. in d. c. excõmunicationi, & Caiet. vbi supra caf. 23. quos sequor ob rationem firmam Caiet. contra Ioann. Andr. in d. capitu. Excommunicationi, licet eum sequatur Syluest. verb. excommunicatio. 7. caf. 20. Tertiò, quòd ex his sequitur quòd lex quæ statuit bona naufragorum esse tribuenda illi vel illi, est iniquissima, quippe quæ afflictio addit afflictionem contra capit. Cum percussio, 7. quæstio. 1. & l. Diuus. ff. de offi. præsid.

Decima, in capitu. Nouerit. de sentent. excommunic. excommunicat eos qui obseruari faciunt statuta facta & consuetudines inductas aduersus libertatem Ecclesiasticam nisi ex libris radant, & eos qui ea faciunt, & scribunt, & potestates, consules, Gubernatores & Consiliarios quorumlibet locorum vbi eiusmodi statuta seruantur, & qui iudicant secundum illa, & qui ea publica in forma scribunt.

Declar. primò, quòd non incurrit hanc omnes qui violant libertatem Ecclesiasticam vt nonnulli censuerunt, sed solum qui eam violant per viam statutorū & consuetudinem contrariam, vt rectè dixit Caiet. vbi sup. caf. 31. Secundò, quòd non satis est facere obseruari si eradit ex libris intra duos menses, neque non eradere, si obseruari non facit, iuxta glo. d. c. Grauem. de sent. excom. & Commu. in d. c. Nouerit, quanquam Sylu. verb. excommunicatio 9. caf. 10. contradicit, & Caiet. dubitet vbi supra. Tertiò, quicquid dicat Caiet. dicto caf. 31. potestates, Consules, Gubernatores & consiliarii incurritur eam, quamuis non obseruet, neque obseruari præcipiant si sciunt, & non impediunt eorum obseruantiam. Quia hæc est aperta scientia textus dicti capitu. Nouerit. Nec obstat eius ratio scilicet quòd ex omiffione non videtur incurri excommunicatio, quia id

falsum est per clemen. 1. §. verum. de hæret. quod & ipsemet contra Sylu. tenet in c. 7. 2. Quartò, quòd qui faciunt obseruari vel scribi eiusmodi statuta synce ro corde, quia credunt esse salutaria non incurrunt, iux. Inno. in d. c. Nouerit in fin. maximè si credunt de consilio viri eruditi, & pro idonea scientia, & cõ scientia p̄dito habiti, arg. notatorum in c. 1. de constit. & glos. sing. c. Capellanus. de feriis. Quintò, quòd libertas Ecclesiastica est quam habet Ecclesia vniuersalis quatenus est talis in spiritualibus & temporalibus concessam à Deo, vel Papa, vel Imperatore, iux. Inno. in d. c. Nouerit. colum. 2. Sextò, quòd qui ordinat contra hanc vel illam Ecclesiam particularem, non incurrit hanc excommunicationem, nisi illa etiam pertineat ad Ecclesiam vniuersalem. Septimò, quòd non sufficit aliquid esse contra societatem humanam vt dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam. vnde in c. fin. de Inmun. eccles. lib. 6. non dicitur quod statuere ne laici coquant, molant, aut vendant clericis panem &c. esse contra libertatem ecclesiæ, sed quod p̄sumitur esse. Quia per se non tãgit ecclesiam quatenus est ecclesia, sed quatenus est congregatio hominum, vt sunt aliæ, quod est singulare dictum Caie. in d. cas. 31. & 37. quod aliàs, dicto cap. vlt. addimus. Octauò, quòd ad hoc vt aliquod statutum dicatur contra libertatem ecclesiasticam, debet esse factum intentione derogandi ei, aut alicui rei eiusmodi quod ex sua natura aduerferetur eidem, quale est statuere, ne ecclesiis vel ecclesiasticis dentur elemosinæ, vel decimæ; vel vt vestigal, gabel lam seu scissam soluant de his quæ emunt sibi, & non ad negotiandum, seu ad causa lucri reuendendum. Nonò, quòd non est huius generis statuere ne in funeralibus, primis missis, vel nuptiis, extra modum offeratur, neque fiant immoderata conuiuia, neque sumptus ceræ, lusus & reliquæ pompæ, iux. Caie. in d. cas. 31. licet Tabien. cas. 20. contradicat, cui per p̄dicta respondeas. Quãuis. n. hoc fiat ecclesiæ, & ecclesiastici minus lucrentur, tamen hoc factum sua pte natura non eo referrur, sed per accidens, quod non consideratur, argum. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. cap. Quia diuersitatem. de concess. p̄b. & latè trad. per Arist. de physico auditu, declaratum per Thom. ibi lect. 9. Decimò, quòd c. vlt. de reb. eccl. quatenus dicit quòd laici non possunt statuere de funeralibus, intelligendũ est de his quæ sua natura diriguntur ad ecclesiam, vel salutem animæ mortui, vel ad cultum diuinum, vt sentit Fel. in c. Ecclesia. col. 38. de constit. & expressit Caie. vbi supra, & nõ de aliis. Vndecimò, quòd hæc excommunicatio hodie est reseruata Papæ, vt patet supra num. 61.

Excommunicationes Lib. Sexti. Decretalium nulli reseruata.

Excommunicatio Vndecima, nulli reseruata, & prima sexti in eos qui secreto mittunt & c. Cardinalibus quando sunt in conclau ad eligendum. Duodecima, in dominos & c. qui in electione Papæ non faciunt obseruari & c. num. 121. Decimatertia, in eos qui molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab eis, nume. 122. Decimaquarta, in noue usurpantes ius custodiendi aliquam ecclesiam sede vacante & c. nu. 123. Decimaquinta, in directorem electionis monialium qui

qui hoc vel illud facit n. 124. Decimasexta. in cum qui procurat suũ cõseruatore & c. Decimasextima. in facientes se metu absolui à censuris. Decimaotaua. in singentem aliquid quo iudex vadat ad mulierẽ n. 125. Decimanona in cõpellentes. submittere bona ecclesiastica n. 126. Vigesima. in inuectores nouarum religionũ. n. 127. Vigesima prima. in exigentes ab ecclesiasticis portoria n. 128. Vigesima secunda. in sic impediens iurisdictionẽ ecclesiasticã n. 129. Vigimatertia. in dominos qui prohibent subditis ne vendant neve emant à clericis, & c. n. 130. Vigesima quarta. in religiosos temere habitum deserentes nu. 131. Vigesima quinta. in religiosos ad studia sine licentia euntes & c. nu. 133. Vigimasexta. in Doctores docentes leges religiosos nu. 133. Vigimasextima. in sepelientes hæreticos nu. 134. Vigimaotaua. in Iudices non auxiliantes contra hereticos & c. nu. 335. Vigimanona. in interficientes per assassinos nu. 136. Trigesima. in permittentes feneratores n. 136. Trigesima prima. in dantes represalias cõtra ecclesiasticos n. 136. Trigesima secũda. in negligẽtes persequi iniurias Cardinalibus n. 136. Tempus decem annorum est longum tempus nu. 126. Monitio extraiudicialis non debet esse necessario trina. n. 126. Mercator quis, qualis non est monasterium asportans terram & c. n. 128. Lex quod nemo vendat pradium nisi tributario valida nu. 130. Religionis habitum quis relinquit, qñ peccet mortaliter & est excõicatus. n. 132. D. Franciscus à Nauarra olim prior Roncuallis, post Archiepiscopus Valentinus laudatus. num. 133. Religiosi Doctor qui excommunicatus. n. 134. Iudex non auxiliatus contra hereticos vt excommunicatus n. 135. Assassinus quid sit proprie & quis improprie nu. 136. Represalias quis concedat contra clericos & c. nu. 136.

Vndecima, c. Vbi periculum, de elect. lib. 5. Nulli. excommunicat omnes qui mittunt literas, vel nuntiu, vel clam loquuntur Cardinalibus inclusis conclau ad eligendum Papam. 121

Declar. Primò quòd non obligat ipsos Cardinales qui sunt intus. Secundò, quòd quanquam Archid. in d. cap. Nulli, quem sequuntur Ioann. Andr. Dominic. & Pèrus. cū aliis, dicat, vnumquodque horum trium secreto faciendum esse ad incurrendum, contextus tamen eius id de solo tertio significat, quod ante nos dicit Caiet.

Duodecima. in d. c. Vbi periculum. §. Præterea, excommunicat Dominos, Gubernatores & quoslibet alios magistratus seu officiales ciuitatis vbi creandus est Papa, qui diligenter obseruari non fecerint omne id quòd eo tempore faciendũ esse statuitur in illo ca. Huius declarationes missas facimus, quia raro & in paucis locis sunt necessariæ.

Tertiadecima. in c. sciant cuncti, de elect. lib. 6. excommunicat omnes, qui per se vel alios p̄sumpserint vexare aliquam personam ecclesiasticam, vel alia loca pia, eo quòd rogati seu aliis inducti eum pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerint, vel consanguineos eorum & c. 122

Man. Nau.

Ecc 3

Declar.

Declar. Primò, quòd ad incurrendam hanc, necesse est vt interueniat graua-
men spoliij vel iniusta persequutio, & quòd id fiat quia noluit eligere eum pro
quo fuit rogatus vel suafus, & quòd persona eligenda sit ecclesiastica, & quòd
grauamen seu molestia fiat rogato, vel eius consanguineo, vel ecclesiæ, mona-
sterio, vel pio loco, Caiet. vbi supra. caf. 34. Secundò, Quòd ex hac infertur nos
bene respondisse cuidam domino, eum nò incurrisse hanc quòd prætermisisset
largiri eleemosynas consuetas cuidam ecclesiæ, quia non fuisset electus in ea is
quem optarat. Tertio, quod per spoliū intelligitur quæcunque acceptatio
quorumlibet bonorum mobiliū vel immobiliū, occulta vel violenta, iuxta
Arch. in d. c. sciant cuncti. Quarto, quòd id ipsum quod dicitur de electione di-
cendum est de præsentatione spectante ad personam Ecclesiasticam, sed non
ad laicam, iuxta gloss. fin. in d. c. sciant, Et idem de confirmatione, institutione &
postulatione, iuxta Domini. recept.

123 *Decimaquarta, In c. Generali de Elect. lib. 6. excommunicat eos qui usurpare co-
nantes noue ius custodiendæ & seruandæ alicuius Ecclesiæ vacantis, præsumunt ca-
pere aliqua bona illius.*

Declar. Primò, quòd duo sunt necessaria ad incurrendam eam, scilicet vt ve-
lint usurpare tale ius, & vt capiant bona, ita vt alterum sine altero non sufficiat.
Caiet. caf. 38. & ante ipsum Dominic. in d. c. Generali, & Pan. in d. ca. Conque-
stus, de for. comp. Secundò, quòd qui hoc facit eo quod ad eum pertinet ex fun-
datione vel antiqua consuetudine, vel præscriptione, non incurrit per finem il-
lius c. Tertio, quòd nouè usurpare dicitur, qui nondum possedit 40. annos, iux-
ta gloss. eiusdem cap. verb. de nouo.

124 *Decimaquinta, In c. Indemnitatibus. §. Postremo, de elect. lib. 6. excommunicat
accerditum in directorem electionis monialium, non temperantem a rebus ex quibus
nasci vel alii potest discordia.*

Declar. Primò, quòd nihil refert an is sit religiosus, aduocatus, prudens vir
vel foemina, iuxta gloss. recept. in dicto. §. Postremo. Secundò, quòd hinc colligi-
tur quantum errent qui existimant moniales. S. Clara, & cuiuscunque alius re-
ligionis, non posse accersire aliquam personam extraneam, scientia, & conscien-
tia, ad id idonea præditam, cui fidant ad faciendam sanctam, & canonicam ele-
ctionem suæ Abbatissæ, cum possint vocare Medicos, Chirurgo, latomos, fa-
bros lignarios, & alios ministros ad res necessarias. Cū canonica electio sit ma-
ximè necessaria monasterio, & rectè factu difficillima, in qua tanta sese offerūt
dubia, vt pauci, quamuis sint consummata canonum peritia, eam sic dirigant,
quin super aliquo errent. Verum est tamen cæteris paribus quòd satius esset
vocari in directorem eiusdem ordinis virum, quàm extraneum. Tertio, quòd
vt rectè Dominic. ibi ait, non incurrit hanc, qui interest electioni non accersitus
in directorem, neq; qui excitat vel alit discordiam facta iam electione, iuxta
Caiet. vbi supra. caf. 80.

125 *Decimasexta, In c. fin. de offi. deleg. lib. 6. excommunicat partem incitantem con-
seruatore ad procedendum in eis quæ non continent apertam violentiam vel iniu-
riam, & quæ requirunt altiore indagine. Hanc non incurrit, qui non est pars in
iudicio.*

*iudicio, neque si est & procurauit, sed iudex non processit per dicta supra eod. c. nu.
51. Neque cum conseruator datur cum clausula, vt possit cognoscere etiã de eo quod
requirit altiore indagine, vt communiter hodie cõceditur. Quæ vero noue de hac
re induxit Conc. Triad. videre licet sess. 14. c. 5. de reform.*

*Decimasextima in c. 1. De his quæ vi lib. 6. excommunicat eos qui vi aut metu cõ-
sequuntur absolutionem vel reuocationem sententiæ excommunicationis, interditti,
vel suspensionis.*

Declar. Primò, q; nò satis est iniicere metum, si absolutio nò fuit impetrata,
Archid. ibidem. Secundò, quòd nil refert an sententia sit iusta vel iniusta gloss.
ibidem, neque quòd sit lata a iure an ab homine, Caieta. vbi supra. caf. 41. ne-
que an ipse excommunicatus faciat hoc an alius, gloss. & Communis ibidem.
Tertio, requiritur vt timor sit iustus, sicut sentit gl. pe. in verbo, vim, eiusdem
cap. Et communis ibidem, quanquam oppositum dicat Cai. in d. caf. 41. quòd
videretur tenendum quo ad forum conscientie, per posita capit. 17. nume. 4. &
29. & melius cap. 28. nu. 51.

*Decima octaua in cap. 2. de Iudic. lib. 6. excommunicat eum qui fingit casum, vel
fraudem aliquam facit, quo iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius
faminiæ. Sed nil refert quod qui fingit sit ipsemet iudex, neque quod iudex sit cle-
ricus aut laicus, modo professio personalis iudicis perficiatur, sed non erit excom-
municatus, si ipse non fingi fecit, iuxta communem in d. capitu. 2. & Caieta. vbi su-
pra. caf. 59.*

*Decimanona in c. 2. de reb. eccl. lib. 6. excommunicat omnes qui compellunt præ- 126
lato & alias personas ecclesiasticas ad submittendum perpetuò vel in longum tem-
pus, ecclesias, bona immobilia, aut iura earum laicis in casibus iure prohibitis, & ac-
cepta referentes illis tanquã superioribus patronis vel defensoribus. Et qui aliquid
horum habentes per aliquem contractum licitè factum usurpant plusquam per illum
illis est permissum, & admoniti ab eo non desistunt.*

Declar. Primò, quòd ad incurrendam hanc, est necesse interuenire omnes
qualitates in ea tactas, & ideo iuxta gloss. illius c. eam non incurrit, qui hoc fa-
cit ad breue tempus, quòd iuxta communem est illud quòd est minus decem
annis l. fin. ff. si Ager, vestiga. vel emph. & gloss. cleme. 1. de reb. eccl. & Deci.
confi. fin. 1. par. quicquid gloss. dicat cap. 2. de reb. eccl. lib. 6. Secundò, quòd
admonitio secundæ excommunicationis debet esse trina, iuxta gl. & Syl. verb.
excommunicatio. 9. caf. 19. Quanquam nostra sententia, vna est satis per glo.
celeb. clemen. 1. §. 1. verb. Requisierit, de hæret. & resolutionem Pan. Deci. in
c. cum causa de offi. deleg. quæ habet monitionem extraiudicialem quam non
facit iudex ad excommunicandum, sufficere vnicam, & etiam eam quæ fit in iu-
dicio alteri quàm partibus litigantibus, & hæc est extraiudicialis quæ non fit
partibus litigantibus, neque ad ferendam excommunicationem, quòd glossam
deceperit, sed ad incurrendum a iure statutam. Tertio, quòd hic modus submis-
sionis appellatur in Castella cõmenda, & quibus fit, commendatarij, vt apparet
ex lege prima, titulo tertio, libro primo ordina. Castellæ, quæ sub alijs pœ-
nis id prohibet.

Vigesima, in cap. 1. de relig. domib. lib. 6. excommunicat eos qui instituunt nouum ordinem religionis, aut accipiunt nouum habitum illius, & mendicantes, exceptis quatuor ordinibus qui absque facultate speciali Papæ recipiunt aliquem ad suum ordinem, & qui acquirunt nouam aliquam domum, vel locum, aut vendunt ex acquisitis.

Declar. primò, quòd non incurritur hæc, eo quod aliquis vel aliqua accipiat aliquem nouum habitum vt per se solitarius degat in sua domo vel in alio loco, iux. glo. sing. in eod. cap. verb. habitum, quam commendat Pan. consil. 5. lib. 1. modo non instituat ordinem viuendi in societate. Secundò, quòd nostra sententia Caiet. c. 5. prætermisit hanc, Quia visum illi fuit eam collectam fuisse a doctoribus a quadam extrauag. relata per eum ibidem, vbi hoc significat quæ non extenditur ad tot.

128 *Vigesima prima, In cap. Quauquam. de cens. lib. 6. excommunicat eos qui per se vel alios suo nomine vel alieno exigunt ab ecclesiis vel eccl. personis portorium, siue pedagium, & ducatum per se vel alios pro suis personis vel suis rebus quas non deferunt causa negotiandi.*

Declar. primò, hanc hodie contineri in bulla Cœnæ, iux. Sylu. verb. excommunicatio 9. cal. 2 r. sed quia, vt rectè declarauit nostro iudicio Caiet. per illa verba, *Portoria prohibita*, ibi nō includuntur portoria quæ licitè exiguntur a laicis, sed quæ illicitè petuntur tuā a laicis quam clericis, dictum Sylu. limitandum est, vt non procedat quo ad ea, quæ licitè exiguntur a laicis, qui nō sunt priuilegiati, quamuis illicitè exigatur a clericis & laicis immūnibus. Neque videtur posse fulciri dictum Sylu. ad intelligendum illud generaliter, vt loquitur sexta clausula posita supra eod. cap. num. 67. dictæ bullæ, quatenus excommunicat eos qui exegerint aliqua onera ab ecclesiasticis etiam sponte concedentibus. Quia nostra sententia illa clausula loquitur de oneribus impositis petitis & rogatis saltem indirectè ratione prouentuum ecclesiasticorū, & non de ijs quæ petuntur vt ab alijs quibuslibet laicis, prout significatur in eadem clausula, & in eius declaratione. Tertio, quòd ex hoc infertur, nos bene concepisse responsionem negatiuam in illo dubio. An portorii, exactores, seu publicani, qui exigunt a clericis portorium seu vectigal, siue gabellam, seu scissam in casibus prohibitis, incurrant excommunicationem Cœnæ, sicuti hanc quia dicendum est minime. Quarto, quòd ille solus dicitur exercere mercaturam, qui emit vt vendat absq; mutatione eius, non autem qui emit in suos vsus, & postea per accidens vendit non mutando, nec qui emit vt vendat mutatam in aliam formam, iux. Archid. & communem in dict. capitu. 1. facit capit. Eiciens. 88. distinct. Quintò, quòd monasterium vel clericus, qui habet venam ferrariam suam, & exportat eam in alias terras vt inde ferrum conficiat, & vendat: non debet vecturam, iux. Feder. consil. 207. quem sequitur Anchar. in dict. capitu. Quauquam, vt nec deberet, suos prouentus ecclesiasticos si deueheret vel sui patrimonii, iux. Cyn. recept. in l. omnes. C. de Episcop. & cleri. per illam legem in S. Priuilegia, quauquam deberet, si emeret solam venam, & aliorum ministrorum manibus conficeret, iux. Anchar. in d. capitu. Quan-

Quauquam num. 5. cōtra Feder. in hoc vltimo. Sextò, quòd locatores & agricolæ partiarrii prædiorum ecclesiasticorum debent soluere pro sua parte, iux. Dominic. & Perus. in d. c. Quauquā. Septimò, quòd qui accipiunt guidagia, seu ducatus, seu mercedem ob id quod ducant, & portoria a clericis & ecclesiasticis persoluentibus sua sponte, non incurritur hanc iux. omnes, sed pauci sunt qui sic soluant, iux. Caie. cal. 39. Qui vero recipiunt fictas tallias, vel vectigalia illis imposita, quamuis sponte soluant, incurritur eam quæ continetur bulla Cœnæ, de qua supra eod. c. nu. 61.

Vigesima secunda, in c. Quoniam, de Immun. eccl. lib. 6. excommunicat impediētes iuris dictionem & iudices ecclesiasticos ample. Sed quia id amplius facit bulla Cœnæ, de qua supra eod. nu. 69. eius rationem omittimus.

130 *Vigesima tertia, in c. fin. de Immu. eccl. lib. 6. excommunicat eos qui habent dominium temporarium, & prohibent subditis, ne vendant vel emant quicquam personis ecclesiasticis, neque molant frumenta, neque coquant panes, neque præstent alia officia.*

Declar. Primò, quòd per Dominium intelligitur temporarium, secundum omnes. Secundò, quòd non est necesse vt de hoc statuto caueant, sed sufficit vt imperent subditis. Dominic. ibidem. Tertio, quòd vt supra dictum est, eod. c. num. 120. hoc ex se non est contra libertatem ecclesiasticam, sed contra societatem vitæ humanæ, præsumitur tamen fieri contra eam, vt dicit textus singulariter. Quia præsumitur quòd intentio est vexare eam, Caiet. vbi supra cal. 31. & 37. Quarto, quòd statuere vt nemo vendat sua prædia ei qui non confert in communia vectigalia, non est ex se contra libertatem ecclesiasticam Dominic. ibidem. Quia intelligendum est, ita vt non comprehendat clericos, quauquam posset esse ob prauam intentionem, & iniustam extensionem.

131 *Vigesima quarta, in c. 2. ne clerici vel monach. lib. 6. excommunicat religiosos qui temere relinquunt habitum sui ordinis.*

Declar. primò, quòd hæc non incurritur ob honestam dimissionem, qualis est quæ fit iusta de causa, gloss. capitu. Si quis ex clericis. de vit. & honestat. cler. Secundò, quòd neque etiam incurritur ob quamlibet dimissionem temerariam, quia quælibet dimissio absque rationabili causa est talis, quia necessario vti debet religiosus suo habitu in omni loco. capitu. Vidua. 20. quæstio. prima. capitu. Sanctimoniales. 23. distinct. saltem de honestate, iuxta S. Anton. 3. par. titu. vigesimo quarto. capitu. 53. & quælibet talis non est peccatum mortale, Cum dimissio ad currendum, vel iaculandum lapidem, non fit talis, iux. Palud. in quarta distinct. 18. quæstio. 3. colum. decim. Tertio, quòd non incurritur etiam ob quamlibet dimissionem temerariam mortiferam, quia non incurritur ob dimissionem vt expeditius fornicationi indulgeat. Sylu. verb. excommunicatio. 9. cal. secundo. not. secund. Credens rectè id quod Palud. vbi supra prima facie huic contrarium dicit intelligi de eo qui relinquit vt dissimulatus ad fornicandum vadat. Quarto, quòd incurritur ob dimissionem quæ fit ad vtendum alio ad scelus aliquod mortiferum, aut in tantum tempus, aut ob talem causam & rationem quod iudicio

iudicio boni viri dicatur dimisisse habitum, ut probat Syl. Quintò, quòd ex hoc sequitur, quòd non incurritur ob dimissionem, si non accipit alium, neque etiam ob acceptionem alterius adeo exiguo spatio, ut vix sit notabile iudicio boni viri ut dicatur reliquisse, siue relinquat illum intra monasterium, siue extra in aliquo hospicio, vel extra, ut qui reliquit hylati aliqua leuitate, vel ob latum festum primæ missæ, vel nuptiarum, vel doctoratus, vel alterius rei similis secundum sententiam Catd. in clem. 2. de vit. & honest. cler. q. 3. Sextò, quòd incurrit etiam qui non dimittit omninò, sed gestat occultum, iuxta glo. sing. in d. clem. 2. verb. extinsecus, & si oppositum teneat Pan. in c. Deus qui. de vit. & honest. cler. Cuius opinio videtur vera, cum nõ adeo occultat, quin familiares cognoscant eum esse religiosum, glossæ vero, quando abscondit, sic, ut non appareat talis familiaribus, ut optimè innuit Caiet. cal. 61. Et est cõsuetudo canonicis simplicibus regularibus in Hispania, qui communiter gestant paruum habitum super sagulis veste talari obrectis. Diximus, *Simplices*, quia ordinum militarium quales sunt Diui Iacobi, & Christi, deferunt alia insignia in vestimentis exterioribus, quibus intèr noscuntur pro religiosi. Septimò, quòd incurrit qui dimittit etiam ad accipiendum alium alterius religionis, iuxta communem, quamuis immediatè sumat illum, iuxta Sylu. verb. excommunicatio. 9. cal. 25. q. 6. & Caiet. vbi supra, licèt Lapus alleg. 24. & Dominic. in dicto c. 2. oppositum teneat, detorquentes textum a suo proprio sensu.

Vigésima sexta, quod Concil. Tri d. sess. 25. c. 19. de Regul. statuit quod nullus regularis pretendens se vi, vel metu ingressum religionem, vel ante etatem debitam professum, aut quid simile, volens que habitum quacunque de causa dimittere, aut etiam cum illo sine licentia superiorum discedere, audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter, nisi causas quas pretenderit, deduxerit coram superiore suo & ordinario. Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & nullo privilegio sue religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiusvis facultatis vigore transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuiquam regulari facultas occultè ferendi habitum sue religionis.

Vigésima quinta in d. c. 2. ne cler. vel monach. lib. 6. excommunicat religiosos qui vadunt ad aliqua studia etiam theologica sine licentia sui prælati, aut cum ea sine consilio maioris partis conuentus.

133 Declar. primò, quòd solenniori licentia indiget religiosus ad adeunda studia quàm alia negotia. Quia ad hæc satis est licentia sui prælati, & ad illam nõ sine sui conuentus. Secundò, quòd non incurrit hanc qui proficiscitur ad aliud locum vbi est conuentus sui ordinis, & est studium literarum ad studendum, eo quod magis dicitur mutare conuentum quàm ire ad studium literarum, iuxta Caiet. vbi supra cal. 61. Quartò, quòd non incurrit qui proficiscitur cum sola licentia superioris prælati a quo pendet licentia habitandi extra monasterium, uti in ordinibus mendicantium. Quartò, quòd neque etiam incurrit abbas vel prior superior ob id quod ad literarum studia proficiscatur sine licentia sui superioris & conuentus, iuxta Anch. quem sequuntur ibi Ioan. Andr. Dominic.

Dominic. & Angel. verb. excommunicatio cal. 27. & communis quamuis Perus. ibidem dubitet, & Sylu. verb. excommunicatio. 9. cal. 25. teneat oppositum quæ opinio Archid. obseruata fuit Tolosæ erga Illustriss. D. Franc. a Nauarra, qui cum hoc Manuale Hispano sermone componebamus, erat Reuerendiss. Episcopus Pacensis, cum antea fuisset prior maior celeberrimi Monasterij simul & Xenodochij seu hospitalis generalis Beatæ Mariæ nostræ Roncæuallis, qui illustribus virtutum eximiarum litterarum, & admirabilis vitæ, & cõsuetudinis ornamentis, & insignibus in illud vsque tempus semper suam Regiam stirpem honestauit atque decorauit, quemque tunc Cæsarea Maiestas Archiepiscopum Valentinum designauit, declarans exterioris dignitatis accessione incrementa interiora heroicarum eius virtutum, quæ diuino munere in dies magis ac magis illustriores fiebant, & ferebantur in cælum, vbi iam a multis annis, ut par est credere, tam foeliciter fruitur CHRISTO, quàm sancte vixit in terra, cui viuenti ut magno tempore suauissimè conuixi, vti nam liceat post fata mea, quæ longè abesse nequeunt, beate cõuiuere eternum. Amè.

Vigésima quinta, In d. c. 2. excommunicat Doctores, qui docent leges aut medicinam religiosos qui reliquerunt suum habitum, aut detinent eos arroganter in suis scholis.

134 Declar. primò, quòd quatuor faciunt hanc incurriere. scilicet quòd Auditor sit religiosus, & audiat leges, vel medicinam, & id fiat relicto habitu & quòd Doctor id sciat, eumque doceat, vel arroganter detineat in scholis, iux. Caiet. in d. cal. 61. Quamuis Archid. in d. c. 2. & Io. And. & Syluest. verb. excommunicatio. 9. cal. 26. teneant non esse necesse ut relinquat habitum, quia licèt auditio non relicto habitu sufficiat ut doctor incurrat aliam excommunicationem latam per cap. nuper. & c. Si concubinæ. de sent. excomm. contra participantes cum excommunicato in crimine ob quod est excommunicatus, ut participat doctor qui prælegit leges vel medicinam religioso postquam ob auditionem incurrit excommunicationem, non tamen sufficit ad incurrendam hanc quæ requirit habitus dimissionem.

Vigésima septima, In c. 2. de hæret. lib. 6. excommunicat eos qui scienter præsumunt sepelire in loco sacro hæreticos, credentes, & eorum receptatores, defensores aut fautores, & prohibet absolutionem quousque suis propriis manibus, e sepultura, extrahant & foras mittant.

Declar. primò, quod qui sint hi credentes, & quod sint implicite & nõ explicitè hæretici, dictum est supra num. 56. Secundò, quòd tam laicus quàm clericus hanc incurrit Ioan. And. in d. c. 2. quem sequitur Perus. cum communi.

135 *Vigésima octaua, in c. Inquisitionis. de hæret. lib. 6. octo excommunicationes complexa, excommunicat omnes habentes iuris dictionem temporariam non obediens Episcopis, & Inquisitoribus, in requirendis, prahendendis, & custodiendis hæreticis. credentibus, defensoribus, & fautoribus, & qui non perduxerint illos ad Curiam & loca ad quæ requiruntur, & qui non prahenderint ilico prædictos, postquàm eorum brachio seculari fuerint traditi, ad puniendum illos sine mora, & eos qui postquam prahenderunt, dimittunt sine licentia Episcopi vel Inquisitoris. Et eos qui*

Cap. Vigessimus septimus de exc. lib. sext.

qui aliquo modo cognoscunt, vel iudicant de crimine heresis, & qui directè, vel indirectè impediunt episcopos, aut inquisitores in illorum processibus; & eos qui ad aliquid predictorum praeberint auxilium, consilium, vel fauorem.

Declar. Primò, quòd hæc non est referuata, sed illi contra quos datur, toties incidunt in eam quæ est bullæ Cœnæ, quoties se faciunt fautores huius pestiferæ gentis, Caiet. vbi supra cas. 2. & probatur per clausulam primâ bullæ positam supra eod. cap. num. 55. & 56. Secundò, quòd si episcopus iuberet vnũ, & Inquisitor contrarium, debet superfedere iudex secularis iuxta Ioan. Andr. in d. cap. vt Inquisitionis.

Vigesima nona. in c. 1. de homicid. lib. 6. excommunicat omnes eos qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum aut iubet interfici, quamuis nõ sequatur mors, aut receperint, defenderint vel celauerint.

Declar. Primò non incurrunt hanc qui faciunt interficere ob pecuniam, quamuis huiusmodi interfectores vulgus Italicum appellet assassinos, quia nõ sunt proprie tales, illi enim sunt soli certi quidam pagani ditionis cuiusdã domini, ita persuasi vt putent præcellens opus esse interficere quẽ suus dominus iubet, quòmodocunq;, & quacunq; de causa iubeat, & nõ esse id omittendum, quamuis ob id ocumbere oporteat, vt gloss. Ioan. Andr. & Archid. sentiunt, in d. c. & Aret. in consil. antep. colum. 16. vbi non fuit ausus tueri contrariã opinionem, quamuis maximè suo proposito conduceret. Et quia iam nõ videmus tales interfectiones, superfedemus pluribus declarationibus.

136 Trigesima. In c. 1. de vsur. lib. 6. excommunicat clericos qui non sunt episcopi, ob vnunquodque ex quatuor, scilicet, quod permittunt versari in suis terris sceneratores publicos alienigenas, vel quod non expellunt eos ex illis, vel quòd locant illis, vel alio prætextu concedunt domos, ad vsuras exercendum.

Declar. Primò, in excommunicationem duorum priorum casuum incurrunt solum clerici, qui sunt domini; in posteriores quilibet, vt annotauit Caiet. vbi supra cas. 52. Secundò quòd per alienigenam intelligitur qui non est natus in illa terra, neque est filius orti in ea, quia dicit alienigena, & alius non oriundus, iuxta communem. Tertio quòd nihil refert an scenerator sit Iudæus vel Christianus quo ad hoc iux. Dominic. & Perus. in d. capit. 1. Quarto quòd nõ fatis est dare domum in habitationem vel in hospitium nisi concedat ad scenerandum actualiter vel virtualiter iux. sententiam communem ibidem.

Trigesima prima. in c. 1. de iniur. lib. 6. excommunicat eos qui concedunt vel extendunt represalias ad ecclesiasticos vel eorum bona, nisi intra mensem à concessione vel extensione reuocauerint.

Declar. Primò, quòd hæc locum habet tam in represaliis quæ iustè conceduntur cõtra gentem vel ciuitatem, vnde est clericus vel ecclesia, quam in his quæ iniustè, quia textus generaliter edicit, & eadem est ratio quo ad hoc. Secundò, quòd concedere pertinet ad superiorem, qui concedit, & extendere ad inferiorem, cui conceduntur. gloss. d. c. 1. verb. extendit. Tertio, quòd qui cõcederet represalias contra bona alicuius clerici propter sibi debita, iudicans hoc conuenire, non incurreret hanc, iuxta Arch. quem Ioan. Andr. Dominic. & Perus. probant

Nulli referuatis.

407

probant quòd validis rationibus confirmat Caiet. vbi supra cas. 31. Quarto quòd propter debita clerici vnus episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdem episcopatus, gloss. eiusdem c. verb. concedi.

Trigesima secunda. In c. Felicitis de pæn. lib. 6. §. Quapropter, excommunicat omnes principes & alios dominos & iudices non obseruantes tenorem illius statuti contra percutientes vel insequentes hostiliter aliquem Cardinalem. Quæ hodie videtur facta bullæ Cœnæ, vt supra eod. cap. nume. 96.

Excommunicationes clementinarum nulli referuata.

Excommunicatio trigesimatertia non referuata, & prima clementinarum in frangentes sequestrum, vel impediens & c. n. 137. Trigesima quarta, in sepelientes in loco interdico n. 137. Trigesima quinta, in religiosos qui sibi appropriant decimas. nu. 138. Trigesima sexta, in religiosos adeuntes Aulas ad nocendum n. 138. Trigesima septima, in monachos habentes arma in monasterio. n. 139. Trigesima octaua, in impediens visitationem monialium n. 140. Trigesima nona, in imitantes statum beguinarum n. 140. Quadragesima, in cõtrahentes matrimonium in sex casibus n. 141. Quadragesima prima, in inquisitores pecuniam accipientes & c. n. 142. Quadragesima secunda, in facientes statuta ad soluendum vsuras n. 143. Quadragesimatertia, in mendicantes accipientes domos nu. 144. Quadragesima quarta, in religiosos dissuadentes decimas n. 145. Quadragesima quinta, in negligentes dissuadere decimas, & c. n. 145. Quadragesima sexta, in religiosos non seruantes interdico n. 146. Quadragesima septima, in impugnantes literas Papæ electi n. 147. Quadragesima octaua, in interpretantem clementinam Exiui n. 147. Quadragesimanona, in bizochos aut beguinos nu. 148. Quinquagesima, in imprimentes libros sine examine, n. 148. Quinquagesima prima, in impediens nuntiorum receptionem, n. 146. Quinquagesima secunda, in alienantes vel locantes bona ecclesiastica. num. 149. Quinquagesimatertia, in mulierum raptores & c. Quinquagesima quarta, in cogentes ad matrimonia minus libera. Quinquagesima quinta, in cogentes virginem & c. ingredi monasterium & c. Quinquagesima sexta, in impediens Virginum sanctam vel accipiendi voluntatem & c. Quinquagesima septima, in concedentes locum ad duellum & c. Quinquagesima octaua, in committentes duellum & c. Quinquagesimanona, in dantes consilium in causa duelli, & illius spectatores. Sexagesima, in non habentes pro authenticis libros sacrorum bibliorum & c. Sexagesima prima, in mulieres ingredientes claustra monasteriorum. Sexagesima secunda, in male tractantes ministros inquisitionis. Sexagesimatertia, in scientes & non reuelantes iniurios Cardinalibus. Sexagesima quarta, in capientes fructus beneficiorum primi anni & c. Sexagesima quinta, in moniales exeuntes monasteria, & c. Sexagesima sexta, in capientes Christianos in seruos. Sexagesima septima, in non parentes Inquisitioni generali. nu. 150.

Sequestra infringens cur hodie excommunicatus. n. 137.

Decimas ob retentas quis religiosus incurrat excommunicationem n. 138.

Religiosus adiens Regiam ad nocendum prelato vel monasterio, n. 138.

Canonicus

- Canonicus regularis arma gestans an excommunicatus. nu. 139.
- Visitationem monialium impediens est excommunicatus. nu. 140
- Matrimonium contrahens religiosus vel cognatus ut excommunicatus. nu. 144.
- Inquisitores ob acceptam pecuniam quomodo excommunicati. nu. 143.
- Religiosus quis loca ad habitandum accipiens excommunicatus. nu. 144.
- Religiosus quis dissuadens vel non suadens decimas est excommunicatus. nu. 145.
- Religiosi non seruantes interdictum ecclesie matricis excommunicatus. nu. 146.
- Papa simul ac electus, est confirmatus a Deo. nu. 147.
- Glossare Clementinam exiui. de verb. sign. an prohibitum. nu. 147.
- Impressio & editio librorum & c.
- Impressio & editio librorum ut prohibita. nu. 148.
- Legati qui impedit receptionem est excommunicatus. nu. 149.
- Locat qui bona ecclesiastica ultra tres annos an excommunicatus. nu. 147.

137 **T**rigesimatertia in Clem. 1. de sequest. possessio. & fruct. excommunicat eos qui capientes fructus beneficii impediunt vel infringunt sequestrum inductum super beneficio ab ordinario ob latam in curia Romana unam sententiam diffinitiuam super possessione vel proprietate eiusdem.

Declar. Primò, quod visum fuit Caiet. vbi supra ca. 43. hunc casum raro contingere: quod aliquando mirum nobis fuit cernentibus quotidie sequestra poni, & infringi, & impedi, quoad animaduertimus sequestra huius temporis non poni ab ordinarijs de quibus loquitur hic textus, sed ab ipsis auditoribus Rotæ auctoritate papæ, & sic hodie non incurritur hæc lata à iure, sed alia quam Iudex fert qui decreuit sententiam.

Trigesimaquarta, in Clem. 1. de sepult. excommunicat sepelientes aliquem in loco sacro interdicto in casibus non permisis, aut interdictos nominatim vel excommunicatos publicos, aut usurarios manifestos.

Declar. Primò, quod incurrunt hanc clerici exempti, & non exempti, layci, fœminæ, glo. 1. d. Clem. etiam si iussu Prælati hoc faciant, Card. q. 3. ibidem. Secundò, quod incurrunt sepelientes in ecclesia, idem q. 7. ibidem, quamuis textus non loquatur nisi de sepelientibus in Cœmeterio, non tamen de sepultis in agris, & locis profanis etiam si sint coniuncta sacris, gloss. 3. ibidem. Tertio, quod omnes & soli illi videntur hodie quo ad hunc effectum publici excommunicati vel nominatim interdicti qui pro talibus sunt denunciati, per extrauag. Ad euitanda, relata supra eodem cap. nu. 35. quanquam gloss. 7. eiusdem Clem. & doctores super illa, & Pan. Fel. & alij in c. exceptionem de exceptio. aliud dicant. Quarto, quod usurarius manifestus dicitur quo ad hoc, qui notorie sine palliatione siue simulatione interesse, vel aliorum contractum fœnerat, secundum mentem communem, quam exprimit Caie. ca. 46. Quintò, quod solum qui sepeliunt & collocant corpus in sepultura incurrunt hanc, & non qui efferunt vel prosequuntur aut diuina officia peragunt, iux. gloss. eiusdem Clem. verb. sepelire, quamuis solus baiulus sepeliret iuxta Caietanum, quod videtur defendi posse per adducta supra, quamuis gloss. sing. cum communi refragetur

fragetur in eadem Clem. eo quod constitutio esset ludibrio contra. cap. commissa, de elect. lib. 6. pro qua facit limitatio quædam ibi tacta & fundata in c. significauit, de Iudæ. At quis audeat dicere mille prosequentes funus excommunicari vno solo baiulo sepulturæ inferrente, quod consequeretur gloss. Sextò, quod neque sepelientes incurrunt nisi scienter & præsumptiuè id faciant, & ita qui crederent eos fuisse absolutos aut dedisse cautionem iustam non incurrerent eam, Caiet. vbi supra. Septimò, quod horum absolutio sine debita satisfactione, est iniusta & nulla, Quia præfata Clem. habet vt sine illa nullatenus absoluantur, quæ dictio nullitatem ipso iure inducit gloss. singul. Clement. 1. de sequest. possess.

Trigesimaquinta in Clem. 1. de Decim. excommunicat religiosos quoscumque, qui noualium aut alias decimas ecclesijs debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut qui exquisitis coloribus & dolis usurpant, & eos qui non permittunt vel prohibent solui decimas ecclesijs animalium suorum familiarium, vel pastorum vel aliorum quæ suis commiscunt, aut animalium quæ in fraudem ecclesiarum in multis locis emunt, & tradunt venditoribus, vel alijs tenenda, aut terrarum quæ colendas alijs tribuunt, si requisiti ab ijs quorum interest, non desistant intra mensem, aut si quod contra prædicta præsumpserint usurpare, non restituerunt competenter intra duos menses ecclesijs legis.

Declar. Primò, quod hæc incurrunt quilibet religiosi, quamuis sint ordinum medicantium, sed non laici neque clerici seculares gl. 1. eiusdem Clem. neque religiosus translatus ad ecclesiam secularem, quia non est simplex religiosus Sylu. verb. excommu. 9. ca. 36. neque etiam, nostro iudicio, incurreret suspensionem quam incurrunt alij religiosi qui habent beneficia regularia, per dicta supra eodem cap. nu. 101. in excommunicatione Clem. 1. de priuileg. per quandam de cisionem Fel. in c. tua. 1. de iureiur. Secundò, quod nemo eam incurrit eo solo quod non soluit nisi appropriet, usurpet, aut prohibeat, vel non permittat. gl. recept. ibidem verbo prohibuerunt. Tertio, quod non incurrunt qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad sua beneficia per priuilegium vel præscriptionem, quia textus habet, præsumpserunt, & ita requiritur dolus per dicta in repet. c. accepta, de rest. spol. oppos. 8. nume. 32. & seq. Quarto, quod sufficit vna requisitiio, gloss. verb. facta, eiusdem Clem.

Trigesimasexta in Clement. Ne in agro. §. quia vero, de stat. monacho. excommunicat religiosos simplices qui petunt aulas Principum animo nocendi suis prælati, aut monasterijs.

Declar. Primò, quod hæc incurritur ab eo qui prædictum facit, quamuis proficiatur in aulam cum facultate, gloss. in verb. ipso facto, recept. communiter in d. §. quia vero.

Trigesimasepima in ead. Clem. & eod. §. excommunicat monachos qui sine facultate abbatis habent arma intra claustra monasteriorum.

Declar. Primò, quod non incurrunt hanc canonici regulares glo. 3. recepta eadem Clem. neque quia habent lapides, & baculos gloss. 3. eiusdem Clem. quicquid dicat Pan. in d. Clem. non quia non sint proprie arma, sed quia non fuit

138

139

140

fuit legis intentio intelligere de illis, & quia per se non sunt bellica, quamuis per intencionem fieri possint alia per ea quæ late diximus in repe. c. ita quorundam not. 11. nu. 13. de Iudæ. & tactum est supra, nu. 63. Incurrunt tamen qui habent cassides, thoraces, & alia arma defensiva quæ ex se sunt talia, secundum Communem. Secundò, quòd claustrum est locus vnde exire non licet sine facultate, Card. ibidè. Tertiò, quòd non incurrit qui per negligentiam, ignorantiam iuris, vel obliuionem, sine praua intentione offendendi habet eiusmodi arma, etiam in cubiculo Caiet. cas. 63. neque qui habet ad resistendum suo ab bati quem probabiliter timet se inuasurum Card. ibidem. Neque qui habet in alio monasterio, neque qui foris venit cum illis in monasterium, nisi in eodem seruarit glo. in verb. tenentes eiusdem Clem.

146 *Trigesimo octaua. In Clem. attendentes. §. si. de sta. mona. excommunicat eos qui presumunt impedire visitatores monialium in eo quod statuitur a Concilio in d. Clem. si a visitatoribus admoniti non cessant.*

Declar. Prima, quòd hæc admonitio fieri debet posito iam impedimento, & non fat est ea quam ante nonnulli visitatores faciunt, quamquam satis est, vt sit generalis, glo. recepta ibidem.

147 *Trigesimanona. In Clem. 1. de relig. domib. excommunicat fœminas quæ sequuntur statum begumarum, vel de nouo instituunt, & religiosos, qui eas iuuant consilio, auxilio, & fauore.*

Declar. Primò, quòd non includuntur hac moniales tertii ordinis S. Domini, neque S. Francisci, neque fœminæ, quæ sine regula aliqua degunt in suis domibus, vel suorum patrum, vel cognatorum, vel aliorum, cœlibes inseruietes Deo, vt ab ipso afflatæ fuerint, iuxta Caiet. vbi supra cas. 6. & communem, in d. Clem.

148 *Quadragesima. In Clem. 1. de consang. excommunicat eos qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosos, moniales, ac clericos, in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.*

Declar. Primò, quòd hæc ligat septem genera hominum quamuis gl. 1. eiusdem Clem. recepta dicat sex, quia omittit clericum qui sciens eiusmodi celebrat contractum. Secundò, quòd interpretatio Caiet. principalis, vbi sup. cas. 47. huius Clem. est obscurior ipsa, & quod non incurritur ob matrimonium contractum cum Iudæa, Saracena, vel Pagana, vel cum affine spiritali, vel legali, vel cum qua intercedit publicæ honestatis impedimentum, vel aliud quodlibet, quamuis sit tale, vt impediatur valorem matrimonii, nisi in solis prædictis septem casibus, nec in istis, nisi quando sine iusta dispensatione contrahitur, iuxta dictam gloss. 1. Tertiò, quòd illud aduerbium, *scienter*, tres priores casus tantum respicit, & in septimo loco eius ponitur, *sciens*, quia in aliis non est communiter locus ignorantie, vbi tamen esset, idem iuris foret, vt sentit glo. verb. contrahentes eiusdem Clementi. recept. sub fin. Quartò, quòd a pœna istius Clementi. sola ignorantia facti probabilis excusat secundum gloss. verb. *scienter*,

Scienter, quam dixit singularem Præpositus, in c. ex parte 1. col. pen. de Appel. contra quam tenui prælegendo illam Salmantica, & nuper consulendo in sacro Pœnitentiariæ prætorio, cum Ioann. Imol. & Bonifac. super eadem, Tum quia dicta Clem. non loquitur simpliciter de contrahente, sed de contrahente, *Scienter*, & lex puniens facientem aliquid scienter, requirit dolum, l. sed si lege, §. scire, ff. de pet. hæred. a quo quælibet ignorantia etiam crassa excusat. l. igitur, ff. de lib. cau. & l. Plagij, C. ad leg. Flau. de Plag. vbi gloss. hoc dicit, citans in id alias leges in verbo, iusta, Tum quia alioqui nil referret, an lex diceret simpliciter qui contrahit, vel qui scienter contrahit, quod est contra mentem omnium, Tum quia certum est, quòd quacunque ignorantia quis aliquid faciat, verè non facit scienter, & ita verè non continetur lege lata contra facientem scienter, quamuis quo ad forum exterius aliud interdum præsumi posset, sed hic de foro conscientie agimus. Tum quia quæcunque ignorantia, quæ non est tantum comes, sed etiam causa sine qua non fieret actus, dimiuit de culpa illius, secundum Thom. recept. 1. 2. quæstio. 74. articu. 1. Quintò, quòd non incurritur contrahendo sponsalia, siue matrimonium per verba de futuro, neque ob id quod rem habeant ante illa, gloss. singu. d. Clem. verb. contrahere, neque postea, si eam habuerunt sine voluntate maritali, secus si cum hac habuerunt, incurritur, in quo casu intelligenda est, d. gloss. quæ est vera secundum antiqua iura, sed non post Concil. Trident. in locis vbi legitime publicatum est, secundum quod hodie nulla sponsalia possunt transire in matrimonium per copulam, quia nullum est validum nisi id fiat, saltem coram parochio, & duobus, vel tribus testibus, vt dictum est, supra capitu. 25. nume. vlt. per præfatum Concil. explicatum, in cap. 22. nume. 28. cui hoc addendum erat. Sicut & huic loco addendum est quod habetur, in c. 22. nu. 43. Sextò, quòd ad incurrendam hanc non sufficit, quòd scientia supradictorum impedimentorum superveniat post contractum, licet sufficiat ad peccatum si non separentur secundum gloss. communiter recept. in dicto verb. *Scienter*. Septimò, quòd qui præbent consilium, auxilium, vel fauorem ad id, vel mandant, non incurritur hanc, quæ contra solos contrahentes matrimonium, & clericum celebrantem datur, vt patet ex verbis, quamquam per constitutiones synodales solet extendi etiam ad testes. Octauò, quòd qui contrahit matrimonium ob timorem, qui in alijs contractibus foret iustus, non incurreret, per supra d. c. 22. nu. 50. licet peccaret mortifere, etiam ducendo consanguineam, in tertio vel quarto gradu, quia talem transgressionem iustus timor non excusat a mortali, iuxta Caiet. 1. 2. q. 96. art. 4.

Quadragesima prima, In Clem. 2. de hæret. excommunicat omnes inquisitores, & commissarios suos, aut Episcopi, vel capituli, sede vacante, qui pretextu sui officij illicite sumunt pecuniam aliquam, & qui scientes confiscant bona ecclesiastica.

Declar. Primò, quòd per commissarium potest intelligi Vicarius episcopi Caiet. in sum. verb. excôicatio, cas. 4. & per pecuniam quælibet res quæ illa æli mari potest, c. Totum, 1. q. 3. & gl. in d. Clem. 2. Secundò, quòd est casus episcopalis, sed præcedere debet satisfactio, & aliàs non valeret, quia adimit potestatem

tem dicendo, quod non poffint abfolui fine ea, quod eft verum quando poteft fatisfacere fecundum gl. in verb. fatisfecerit, in d. Clem. 2. nifi in articulo mortis. Tertiò, quod non eft foluenda pēna vltra id quod fuit acceptum, vt valeat abfolutio, iux. glo. ibid. verb. officij, quæ probat quandam conclufionem fingularem, fupra pofitam, c. 23. nu. 65.

Quadragefima fecunda, In Clem. 1. de vfur. excommunicat omnes officiales ciuitatum, vtcunque appellentur, qui faciunt, fcribunt, vel dictant ftatuta vt foluantur vfuræ, vel quod foluta non poffunt repeti, & eos qui iudicant vfuræ effe foluēdas, aut non effe repetendas folutas, & qui ad id poteftatem habentes non eradunt elibris talia ftatuta, vel confuetudinem vim eorum habentem.

Decla. Primò, quod duo requiruntur ad incurrendum hanc, fcilicet quod fint officiales ciuitatum, & quod faciant aliquid ex fex prædictis in ea prohibitis. Caiet. vbi fupra caf. 51. & ideo qui fententiam fcribit, eam non incurrit, glo. recept. in d. Clem. verbo Iudex, quamuis in cafu, c. nouerit, de fent. excom. de qua fupra eo. c. nu. 119. in princ. incurrat. Secūdò, quod non incurritur ftatuendo, vt nemo accipiat pro vſura nifi tantum quid pro viginti in menſem, iux. gl. ſing. in d. Clem. 1. verb. facere, per quam iam pridem defendimus quandam legem Luſitaniæ.

Quadrageſima tertia, In Clem. cupientes, de pæn. excommunicat omnes religioſos mendicantes qui accipiunt nouas domos, vel noua loca in habitationem, aut commutant, vel alienant acquiſita ante concilium Lugdunen. aliquo titulo.

Declara. Primò, quod non incurrit hanc, nifi qui eft mendicans, & præſumit facere aliquam rem ex his tribus per prædictam Clem. coniunctam prædicto, c. 1. & ob id non incurrit qui relinquunt, vel mutant accepta poſt Concilium de quo, d. c. 1. quia illud relinquere, & mutare ad hos ſolum refertur, iuxta Anch. & Dominic. ibidem. Secūdò, quod neque etiam incurrit qui ad finem, vt fit eremita, accipit, vel conſtruit ſibi aliquam domum remotam a populis, vt probatur ibidem ſub finem, vel ob aliam cauſam quam ad habitationem antiquam, iux. Dominic. & commu. in d. cap. 1. Tertiò, quod Papa Iulius II. de quo in ſupplemento, fol. 8. conſeſſ. 27. conſeſſit Minimis, vt nõ obſtante hac prohibitione, poſſint recipere quaſlibet domos, & ædificare baſilicas, ſiue Eremitoria, & loca in ſuam habitationem, ſine alia facultate Apoſtolica, & per conſequentes omnes qui eiſdem priuilegijs gaudebunt, vt gaudent fratres minores obſeruantia per participationem. Quartò, quod etiam poſſunt miniſtri prouinciales obſeruantia per priuilegium Leonis X. in d. ſupplemento, fol. 92. conſeſſi. 277. occurrente neceſſaria cauſa transferre, vel mutare eccleſias, tam fratrum, quam monialium ab vno loco in alium, & conuertere priora loca ad vſus humanos, vt melius videbitur conducere eiufmodi locis, & monaſterijs, ſic ut materia ædificiorum adhibeatur ad alteram eccleſiam.

Quadrageſima quarta, In d. Clemen. cupientes, excommunicat religioſos qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad aduertendos audientes a ſoluendis decimis debitis eccleſijs.

Declara.

Declara. Primò, quod tria requiruntur ad incurrendam hanc, Caietan. vbi ſupra caf. 65. ſcilicet, quod ſit religioſus, quod habeat intentionem auerrendi, & quod decimæ debeantur eccleſiæ. Addimus quartam, vt audientes ſint qui eas debent, vt palam colligitur ex eodem textu. Secūdò, quod nullus religioſus excluditur ab hac, ſiue ſit, ſiue non ſit mendicans, gloſſ. verb. Religioſi recept. in dicta Clementi. & quod nulla religioſa, & nullus laicus, neque clericus ſecularis compræhenditur Guiliel. receptus communiter ibi, & gloſſ. præd.

Quadrageſima quinta, in d. Clem. cupientes, excommunicat religioſos qui de induſtria nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſſionibus pænitentibus de ſolutione decimarum, & poſtea non expiata hac negligentia, cum commodè poſſent, præſumpſerunt concionari.

Declara. Primò, quod quinq; requiruntur ad incurſionem huius. Primū quod ſit religioſus. Secūdū, quod fuerit negligens in onerando ſcrupulo conſcientiam pænitentis in confeſſione vt ſolueret decimas. Tertiū, facere hoc ſcienter & non purgare illam negligentiam cum commodè poſſet. Quartū, concionari abſque purgatione illius. Quintū, quod non ſit religioſus monaſterij, quod accipit decimas. Secūdò, quod ad hanc non eſt neceſſe præcedere requiſitionem, quia id non colligitur ex litera & notat Caiet. caf. 66. quanquam Sylu. ſentiat oppoſitum verb. excommunicatio 9. caf. 46.

Quadrageſima ſexta, in Clem. 1. de ſent. excomm. excommunicat religioſos qui nõ ſeruant interdittum vel ceſſationem a diuinis, quam ſeruat eccleſia cathedralis, vel matrix, vel parochialis oppidi.

Declara. Primò, quod in hanc non incidunt laici, neque clerici, ſed ſolum religioſi, & hi ſic, ſiue ſint mendicantes, ſiue non, gloſſ. verb. religioſi d. Clem. recept. ſi ſciunt obſeruationem interditti gloſſ. ibidem, verb. ſciuerit. Secūdò, quod non habet locum in interdittum vel ceſſatione ſpeciali, ſed ſolum in generali. Tertiò, quod habet locum etiam in interdittum, vel ceſſatione inualida, ſiue nulla, ratione præcedentis appellationis, vel alia, gloſſ. d. Clemen. probata communiter & ſingulariter ſecundum Rauennatem ibidem. Quartò, quod non ſatis eſt illud obſeruari a nonnullis canonicis, ſi portionarij, vel alij capellani non ſeruant illud, & celebrant publicè. Quintò, quod quando non eſt in oppido eccleſia cathedralis, neque matrix, & ſunt multæ parochiales diuiſæ, neceſſe eſt ab omnibus eam obſeruari ad huius incurſionem, glo. cum commu. eiufdem Clem. verb. matrix, quamuis parochialis intra cuius fines ſitum eſt monaſterium, obſeruet, Cardin. Panor. & Imol. contra Steph. in d. Clemen. Sextò, quod quamuis religioſi teneantur obſeruari quod matrix obſeruat, etiam ſi nullum ſit, non tamen ſunt immunes ab obſeruatione validi, licet a matrice non ſeruetur, gloſſ. celebr. & recept. in verb. obſeruari, & verb. obijcere, dicta Clementina prima; immo incurrerent, niſi ſeruaſſent pœnas per alios textus poſitas capitulo final. de exceſſ. prælat. capitulo Authoritate, capitu. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6. Septimò, quod habet locum in omnibus interdittis & ceſſationibus generalibus poſitis a iure vel ab homine quacunque auctori-

tate, vt bene determinat Bonifac. in d. Clemen. col. 10. contra aliquas limitationes Card. & Imol. Octauò, quòd Concil. Trident. feff. 25. c. 12. de Regul. ftatuit quòd Cefuræ, & interdicta ne dum a fede Apoft. manantia, fed etiam ab ordinarijs promulgata mandante Epifcopo, a Regularibus in eorum ecclefijs publicentur, atque feruentur.

147 *Quadragefima feptima, In extrauag. fin. de fenten. excom. inter communes qua ibi tribuitur Clem. V. & ab Anton. 3. parte, tit. 24. cap. 68. Bened. III. & a Felin. in c. cam te, colum. 5. de reſcript. excommunicat impugnantes literas elefti Papæ antequam coronetur.*

Decla. Primò, ratio eft, quia eodem momento quo canonicè eligitur confir- matur a Deo immediate, & eadè habet poteftatè quã post coronationè, c. In no- mine 23. dist. Secundò, q non habet hoc locum in eo, qui ob iustum timorem fuit electus per textum fing. in d. c. In nomine, iux. Pan. in d. c. licet, col. 7. & in c. Cum terra, col. 3. de elect. dicentem hoc procedere quando iniectus fuit ti- mor in electione illius, vel illius, & non quando vnus ex illis, vel ex illis, fed idem eſſe in hoc caſu probat Fortun. lib. de Vlt. fi. illat. 21. col. 11. nu. 310.

Quadragefima octaua. In extrauag. Nicolai relata per Anto. 3. par. tit. 24. cap. 69. excommunicat commentantes, in Clem. Exiui. de verb. ſign. quæ declarat regu- lam S. Franciſci.

Decla. Primò. Hæc ſuſpenſa fuit per quandam extrauag. Ioan. xxij. quam S. Ant. vbi ſupra, quem ſequitur Syl. & Tabien. aſſerit ſe vidiffè, & quod Card. eam refert in prin. d. Clem. Card. tamen non affirmat hoc, fed quòd Papa Ni- colaus III. excommunicat omnes, qui quandam ſuam declarationem, c. Exijt de verb. ſign. lib. 6. interpretati fuerint, niſi certo modo, vt patet, in ſi. d. c. Exijt de quo neſcio, cur nullus alius faciat mentionem, neque gloſſ. cap. Eos de ſen- ten. excom. quæ colligit omnes caſus, lib. 6. Et quod illam excomunicationem ſuſpenderit Io. xxij. & quod nemo vetuit interpretationem, d. Clem. Quamob- rem credimus ſuſpenſionem quam vidit S. Anton. fuiſſe excommunicationis d. c. Exijt, & non eius quæ data fuit contra interpretantes, d. Clem.

148 *Quadrageſimanona. Relata a Caiet. videtur eſſe eadè quæ poſita eſt pro 39. ideo eam omitto.*

Quinquageſima, In Concil. Lateran. ſub Leon. X. ſeſſ. 10. excomunicat eos, qui aliquem librum, vel quamlibet aliam ſcripturam imprimunt, uel ſa- cient imprimi ſi- ne approbatione certarum perſonarum.

Declar. Primò, quòd Caiet. & Fratri Bartholomæo Carrancæ videtur, neq; hanc, neq; reliquas cenſuras poſitas in Concil. Lateran. poſtremò obſtringere, quia non ſunt receptæ, vt dictum fuit ſupra eo. c. nu. 110. quãuis pars ſolenni- tatis huius ſeruetur in Hiſpania. Et Concil. Trident. decreuit ſub iſſdem pœ- nis, d. Concilij Lateranen. quòd nemo imprimat, vel imprimi faciat librum de ſacris rebus abſq; nomine Authoris, neque vendat, neque habeat niſi exami- natum per ordinarium, neque ſine facultate ſui ſuperioris, ſi fuerit religioſus: & idem ſtatuit de eo, qui edit librum aliquem manu ſcriptum, & amplius quod qui habuerit, cefebitur pro Authore eius, niſi det aliù, & approbatio tra- detur

detur in ſcriptis idque gratis, quæ reponatur in principio libri, quod neſcimus an ſit receptum, vel an recipietur, Quia videmus libros impreſſos ſine illius obſeruationis ſolennitate inſignium virorum. Dom. Soti, Bartholomæi Car- rancæ, & Ambroſij Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quanquam nunc in recentibus editionibus cernimus impreſſos cum dicta ſolennitate. In Regno tamen Caſtellæ lege Regia vſu recepta requiritur & ſufficit licentia cõ- filij Regis ſupremi, cuius authoritate examinatur prius ab aliquo viro, in id designato, quod in Gallijs ſeruari audio cum magno Reipub. fructu. In vrbe autem Vicarius aut eius vices gerens remittit vidèdum Magiſtro ſacri Palatij, quo decernente poſſe imprimi, Typographus imprimit, præfixa in principio libri ſola clauſula, De licentia ſuperiorum, aut æquipollenti.

Quinquageſima prima, in extrauag. ſuper gentes. Io. 22. de conſuet. excommuni- 149 cat omnes qui impediunt ne legati, & Nuntij Papæ recipiantur, vel ne exequantur mandata ob quæ ſunt miſſi, non obſtante quacunque conſuetudine, de non mittendo legato niſi eo qui petitur & cæt.

Hæc quanquam virtute huius extrauag. non eſt reſeruata, eſt tamen quatenus includitur in bulla Cœnæ, de qua ſupra.

Quinquageſima ſecunda, in extrauag. Pauli II. quæ eſt prima de rebus eccleſ. non alien. excommunicat omnes qui alienant, vel locant in plures quam tres annos bona immobilia vel mobilia pretioſa eccleſiarum extra caſus iure permiſſos, & qui prædi- cta bona percipiunt.

Declar. Primò, quod hæc extrauag. non vetat alienationem in caſibus per- miſſis a Iure, & quod in nihilo fuit recep. iux. Syl. ver. Alienatio q. 13. & quod conſuetudo valet contra illum iux. Roch. de Curt. in repet. ca. fin. de conſuet. fol. 23. Secundò, quòd Caiet. vbi ſupra caſ. 55. dicit quod in aliquibus locis ad nihil, in aliquibus ad aliquid eſt recepta. Et quod in hac re conſeſſarius inquirere debet de conſuetudine, ad internoſcendum quem, & quanti debeat con- donare. Tertio, quòd idem per eandem rationem debet perpendere iudex 150 fori exterioris. Et credimus nullibi eſſe omnino receptam, quia in nullo loco eſt vſu recepta priuatio beneficiorum, quam incurri iubet ipſo iure ab ijs qui fuerunt minores quam epifcopi, vel Abbates intra ſex meſes, ſi perfeuerant in dicta alienatione, & quod in Luſitania non videtur recepta quo ad loca- tionem in ſolos tres annos, quia paſſim videmus fieri locationes in quatuor. Quarto, quòd iam pridem nos Salmanticæ tulimus ſententiam, quam iudica- uimus ex probatis coram nobis, irritam & nullam fuiſſe quandam locatio- nem in plures quam in tres annos factam, clericum autem qui eam fecit, non debuiſſe iudicari excommunicatum iuxta antiquum ius c. 1. Ne præl. vic. ſuas, neque per conſequens irregularem, eo quod celebraſſet poſt illam locatio- nem abſque abſolutione, & ſic credimus in paucis locis eſſe receptam quo ad pœnas extrinſecas, quamquam in multis eſt recepta quo ad diſpoſitionem principalem & pœnam intrinſecam nullitatis alienationis & locationis factæ in plures quam tres annos. Quintò, quod Concil. Trident. ſeſſion. 25. capit. 11. de refor. ſtatuit quod nullæ locationes beneficiorum anticipatis ſolutionibus

Cap. Vigefimum feptimum. de excōm. clemen.

facta, valeant in præiudicium fuorum, quocunque indulto vel priuilegio non obftante: nec huiusmodi locationes in Romana Curia vel extra confirmantur. Non liceat etiam iurisdictiones ecclefiasticas feu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in fpiritualibus locare, nec conductoribus per fe aut alios ea exercere: locationes vero rerum ecclefiasticarū etiam authoritate Apoftolica confirmatas S. Synodus irritas decernit, quas a 30. annis citra ad longū tempus factas Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea in damnū ecclefiæ & contra canonicas fāctiones contractas fuiſſe iudicabunt. Per longum vero tempus intelligitur decem annorum, etſi variant gloſſ. l. codicillis. S. inſtituto. ff. de leg. 2.

Quinquageſimatertia, in mulierum raptores, ac illis conſilium, auxilium & fauorem præbentes, qui etiam ſint perpetuo infames, & dignitatum incapaces. Et ſi fuerint clerici, de proprio gradu decidant. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 26. de reform. matr. & teneatur raptor mulierem raptam, ſiue eam duxerit, ſiue non, decenter Iudicis arbitrio dotare. ibidem.

Quinquageſimaquarta, in eos qui quouis modo ſubditos ſuos, vel quoscuque alios, cogunt minus libere matrimonia contrahere. Concil. Trid. ubi ſup. c. 9.

Quinquageſimaquinta, in eos qui quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quancunque mulierem, præterquam in caſibus iure expreſſis, ingredi monaſterium, vel ſuſcipere habitum, aut profiteri: quique conſilium, auxilium, vel fauorem in id dederint, vel præſentes ei actui ſcienter fuerint. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de regu.

Quinquageſimaſexta in eos qui ſanctam virginum, vel aliarū mulierum voluntatē veli accipiendi vel profitendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. ibidem.

Quinquageſimaſeptima, in concedentes locum ad monachiam, vel duellum in terris ſuis inter Chriſtianos. Et iurisdictione ac domino ciuitatis & loci in quo, vel apud quem fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinuerint priuantur, & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquiruntur. Concil. Trident. ſeſſio. 25. capitulo 19. de Reformat.

Quinquageſima octaua, in eos qui duellum commiſerint, & eorum Paternos, cum bonorum proſcriptione, ac perpetua infamiae ac homicidij pœna. Et ſi in ipſo conſpectu deceſſerint, perpetuò careant eccleſiastica ſepultura. ibidem.

Quinquageſimanona, in eos qui conſilium in cauſa duelli dederint, vel illius ſpectatores fuerint, non obſtante quocunque priuilegio, & c. ibidem.

Sexageſima, in non habentes pro authenticis omnes libros ſacrorum bibliorum, iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. libris Eſdræ, aut etiam conſtitutiones apoſtolicas ſcienter contermentes. Concilium Tridentinum ſeſſion. quarta. Decret. de Canon. ſcript.

Sexageſima prima, a Pio V. lata, excommunicat cum reſeruatione, omnes mulieres etiam Ducifſas, ingredientes clauſtra monaſteriorum etiam monialium, virtute facultatum Apoſtolicarū, quas reuocat, & concedentes licentiam, comitantes & recipientes & prælatos ac monachos eas introducetes, vel admittentes ſuſpendit, libro ſuarum conſtitutionum. fol. 41.

Sexageſi-

Nullis reſeruatis.

412

Sexageſima ſecunda, Eiuſdem Pij, excommunicat, & punit perinde ac hæreticos, omnes quicunque ex Inquiſitoribus, aduocatis, procuratoribus, notarijs, alijsq; miniſtris prædicti officij, vel Epiſcoporum id munus in ſua diœceſi, aut prouincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatores, aut teſtem in cauſa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, uerberauerit, deiecerit, ſeu perterrefecerit, quine eccleſias, ades aliàsve res, ſiue publicas, ſiue priuatas officij, aut miniſtrorum expugnaverit, inuaſerit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſta, proto colla, exempla, ſcripturas aliave inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, ubicunque poſita combuſſerit, diripuerit, ſeu interuerterit, ſeu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, ſeu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, ſiue capiendi, ſiue comburendi, ſiue ſupprimendi cauſa fuerit, ſiue res, aut perſonas ſeruari, defendiue prohibuerit, quive carcerem, aut aliam cuſtodiam, ſeu publicam, ſeu priuatam effregerit, uinctum extraerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occuluerit, ſeu facultatem fugiendi dederit, ſeu iuſſerit id fieri. Qui cæcum, concurſumve fecerit, ſiue ut aliquid prædictorum fieret, homines accommodauerit, ſiue aliàs conſilium, auxilium, aut fauorem publice, vel occulte in quolibet prædictorum ſcienter præſtiterit, licet nemo occiſus, nemo uerberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractū, ſuccenſum, direptumve, nullum denique damnū reipſa ſit ſecutum. eod. lib. fol. 128.

Sexageſimatertia, Eiuſdem Pij, extendit excōicationem, c. Felicitis, de pen. lib. 6. ad ſcientes quomodocunque crimen in Cardinales commiſſum, vel committendum, & non reuelantes illud opportune Papæ, vel ordinario, & c. eod. lib. fol. 150.

Sexageſimaquarta, Excommunicat cum reſeruatione perſonas accipientes priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, vel ulterioris anni beneficij vacantis, & interdicit capitula, & ſuſpendit Epiſcopum idem faciētia, non autem includit loca pia. eod. lib. fol. 174.

Sexageſimaquinta, Eiuſdem Pij, excommunicat omnes Abbatifſas, & moniales exeuntes a monaſterijs, quacunque de cauſa, etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel ægritudinis lepræ, vel Epidimie probatæ literis ſuperioris, & Epiſcopi. eod. lib. fol. 192.

Sexageſimaſexta, Eiuſdem, excommunicat eos qui Chriſtianos habitantes in terris occupatis a Turcis, capiunt in ſeruos, & nolunt eos relinquere libere cum bonis ſuis, eo. lib. fol. 232.

Sexageſimaſeptima, Eiuſdem, excommunicat omnes dominos totius orbis, exceptis regibus, non parentes Illuſtriſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officium S. Inquiſitionis. eod. lib. fol. 266.

De ſuſpenſione, quid, & quotuplex.

Suſpenſio, quid, an peccatum, excommunicatio irregularitas, vel depositio, numero 151. & 152.

Suſpenſio vera non tollitur ſola pœnitentia, nu. 153. & eſt triplex, nu. 154.

fff 4 Suſpenditur

Suspenditur ipso iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in Episcopum, ordinatus sine licentia, vel extra tempora, vel sine legitima aetate, nu. 155. & 156. An in duello pugnans, excommunicans sine monitione, vel sine scripto, capiens fructus uacantis ecclesie, nu. 156. Conservator excedens, Iudex ecclesiasticus male iudicans concurrentibus 4. admittens ad sacramenta tempore interdicti, mendicantium Prælati admittens ad professionem ante annum. Clericus vestem versicolore deferens. Religiosus sic alienans, nu. 157. ordinatus cum pacto non petendi alimenta, nu. 158.

151



IRCA hæc dico primò, quòd suspensio generaliter accepta, iuxta mentem iurium citatorum a glo. & aliis in Cle. cupientes, & in Rub. de sen. excom. & c. si aduersus de hære. & etiam Doctorum, præsertim Cal. de Eccl. interd. memb. 1. est prohibitio vsus officii, vel facultatis alicuius, nam & appellatio dicitur suspendi, c. venientes de iureiu. & petitoriũ per possessorium. c. Pastoralis. i. de cau. possessio, sed hic accipitur specialiter pro tertia specie censuræ ecclesiasticæ, quæ diffinitur esse censura qua alicui personæ ecclesiasticæ prohibetur exercitiũ sui officii, vel beneficii ecclesiastici, in totũ, vel in partẽ, in certum tempus, vel in perpetuum quo ad partẽ ob suã culpam. Dixi, *Censura*, pro genere, quia omnis suspensio est censura, non contra c. quærenti, de ver. sig. & ad significandũ, quod non pòt ferri nisi ab habente ordinẽ, & iurisdictionẽ ecclesiasticã exteriorem, ad quam pertinet ferre censuras (vt vbi supra dixi eod. c. nu. 5. eam definiens) arg. c. dudũ. 2. de elec. Dixi, *Qua prohibetur personæ ecclesiasticæ*, ad excludendas prohibitiones aliorũ exercitiõrũ, vel ab illis factas alijs personis profanis, aut ecclesiasticis alio respectu quã quia sunt ecclesiasticæ. Dixi, *Vel perpetuũ quo ad partẽ*, quia prohibitio totius exercitiij, officij vel beneficii in perpetuũ, est depositio, vel priuatio & non suspensio, iuxta Card. in Clem. 1. §. cæterum, nu. 6. de priui. & sentit Pan. in c. at si, nu. 7. de iud. & Bonif. in Clem. cupientes de pen. nu. 43. Dixi, *Ob suã culpam*, quia licet suspensio ob qualẽcunq; culpã mortalem ferri possit sicut in Aret. in c. cum nõ ab homine, de iud. imò & ob venialem secundum Caiet. in sum. verb. suspensio. non pòt tamen sine vlla propria, cuius sit pœna, arg. 2. de const. nam quæ ob senectutem, lepram, debilitatẽ, vel aliã causam fit, iux. c. tua nos, & c. de rectoribus, & c. fin. de cle. agro. & c. 1. eo. tit. lib. 6. licet possit dici generaliter suspensio, nõ tamẽ est strictẽ censura de qua loquimur. Vnde sequitur primò, quòd prohibitio siue suspensio confessarij a celebrãdo, non est proprie suspensio, quia non est facta ab habẽte iurisdictionem, quæ est vera ratio, cur contraveniens illi non fit irregularis secundũ gl. recep. in c. is, cui. De sen. exc. lib. 6. post specular. de dispen. §. iuxta, n. 32. Secũdò, quòd quicquid fere omnes incogitanter dicant, & licet prohibitio, qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare, vocetur generaliter suspensio, in c. si. de cohabi. cler. & c. si. de cler. exc. non est tamen talis strictẽ accepta. Tum quia suspensio non est peccatũ, sed eius pœna, iuxta omnes. Tum quia peccatũ mortale antiquius est iuribus canonicis, quorum inuentũ est suspensio. Tum quia non est censura qua-

ta qualis est suspensio. Tertio, quòd neq; excõicatio maior neq; minor est suspensio. Tum quia est species diuersa censuræ. Tũ quia non vetat exercitiũ ecclesiasticũ quatenus est tale, sed quatenus est species cõicationis humanæ Christianæ. Quarto, quòd quamuis quodlibet peccatũ mortale, & excommunicatio minor suspendant a perceptione sacramentorũ, in hoc sensu quod percipiendo peccetur mortaliter, nõ tñ incurritur irregularitas, quia nõ contravenitur suspensioni, prout est species censuræ, sed solum prout est prohibitio refultas ex natura illorum. Quintò, quòd neq; irregularitas, neque depositio verbalis, neque degradatio realis, est suspensio, licet Inn. in c. si. de excels. præla. & multi alij appellent eas suspensionẽ, quod verũ est capiẽdo verbum suspensio generaliter, non tamen strictẽ, vt hic capitur. Tum quia non sunt cẽsuræ, c. quærenti, ver. sig. Tum quia sunt priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ad ordinẽ obtinendũ, vel exercendũ: At suspensiones solum sunt impedimenta exercitiij officij, iuxta mentem Pan. in d. c. at si, nu. 7. de iud. & commu. Sextò, quòd illa diuisio suspensorum Pan. in c. si celebrat. de cler. exc. nu. 4. & aliorum. s. quod quidam sunt quoad se solũ, alij quo ad alios solũ, alij & quo ad se, & quo ad alios, licet cõis sit & vera accipiẽdo vocabulum suspensum generaliter, non tamen accipiẽdo, vt hic, pro impedito per suspensionẽ speciẽ censuræ ecclesiasticæ, per proxime dicta de peccato mortali, & de excõicatione minore. Et quia exemplum tertij membri quod affertur de sacerdote peregrino, qui deuotionis causa potest celebrare in occulto, & non publico, c. tuæ, de cler. pereg. non est idoneum, siquidem peregrinus non peccans, non incurrit suspensionem, quæ sine peccato a iure non imponitur, vt rectẽ dixit Caiet. verb. suspensio. Septimò, quòd neque vlla suspensio laici est suspensio de qua hic agimus, & per consequens, neq; suspensio officij aduocandi etiã in foro ecclesiastico, quia non est proprie ecclesiasticum. Neq; suspensio facultatis dandi gradus concessæ per Regem, vel Imperatorem, quicquid sentiat gl. Cle. cupientes, col. 2. & Tabien. ver. suspensio in prin. Octauò, quòd suspensio est triplex, officij & beneficii simul, c. tuarum, de priuil. officij tantũ, vel partis eius, & beneficii, vel rei pertinentis ad illud tantũ. Vt colligitur ex exemplis positis, per gloss. magnam & fin. Clemen. cupientes de pœn. Est item duplex, lata a iure, & lata ab homine. A iure ipso facto feruntur multæ, quas tangit prædicta gloss. & ante omnes Ang. verb. suspensio, a num. 2. in ordinem redegit. Quarum (omissis rarò contingentibus,) Prima, In cap. Nullus, c. præter, 32. distinct. & c. si citantibus. 15. q. 3. & alijs multis capitulis suspendit presbyterũ, diaconum uel subdiaconum fornicarium notorium, donec pœniteat, c. si qui sunt. 81. dist. Ita quod sicut ipso iure incurritur per notoriã fornicationem. Ita ipso iure tollitur per pœnitentiã, iux. gloss. recep. in d. c. de qua plura, supra c. 25. nu. 77. vbi dicitur quod huiusmodi fornicarius vtens ordine suo ante pœnitentiã, fit irregularis, quia infringit censuram suspensionis. Et nota, quòd longe differt prohibitio qua huiusmodi fornicarius vtitur ordinis sui vsu, a prohibitione qua infectus crimine magno depositione digno, & notorio prohibetur, quoniam hæc est irregularitas delebilis ab Episcopo, cui contraue-

153

154

contraueniens peccat, sed non incurrit aliam irregularitatem, de qua sup. c. 25. nu. 7. illa verò est suspensio, & vera censura, cui contraueniens, incurrit irregularitatem a solo Papa debilem distinctam a suspensione sic violata, de qua in d. c. 25. nu. 77.

Vndecima, In cap. cum in cunctis. S. fi. de elec. suspendit triennio a beneficijs clericos eligentes in Episcopum eum, qui non est legitimus, vel legitima aetate, scientia, & moribus præditus.

Declar. Primò, quòd comprehendit etiam eos, qui eligunt tanquam compromissarij, c. si cõpromissarius, eo. ti. lib. 6. Secundò, quòd non comprehendit eos, qui eligunt in aliam dignitatem, neque laicos, vt Reges, & Imperatores, qui præsentant in Episcopos, neque Cardinales qui eligunt Papam, arg. l. interpretatione, ff. de pæn. c. pænæ 2. de pæn. dist. 1. quia solum loquitur de clericis eligentibus Episcopum.

155 *Tertia, In extrauag. cum ex sacrorum Pij II. suspendit eos qui sine legitima facultate, vel aetate, vel extra tempus legitimum, ordinem sacrũ accipere præsumperint, & facit irregularem ordinem utentem.*

Declar. Primò, quòd ob ignorantiam illius extrauag. & per c. vel nõ est compos, de tempo. ordin. quòd non suspendit, sed iubet suspendi, oppositum dixerunt fere omnes cum glo. Clem. generalem, de æta. & qualit. & in d. c. vel non est compos, Anto. in 3. par. tit. 14. c. 16. Maior. in 4. dist. 24. quæst. 1. Secundò, quòd non comprehendit eum saltem quo ad forum conscientia, qui bona fide & simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est, vt latè diximus in repet. c. accepta, de rest. spo. oppos. 8. a nu. 32. quia textus habet, *præsumperint*, quod significat dolum, secundum doctrinam Card. in Clem. 1. q. 38. de priuil.

156 *Tertiò, quòd idem ausi fuimus dicere ibi de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato, exercuit ordinem, existimans sibi licitum esse, quãquam ad illud vsque tempus non fueramus ausi affirmare.*

Quarta, In c. 1. de Cler. pug. in duel. suspēdit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam descendit, iuxta Sylu. verb. suspensio, versic. 11. & Tabien. ibidem, sed non est verum, quia textus in d. c. 1. solum dicit deponendum fore.

Quinta, In c. sacro, de senten. excom. suspendit vno mense ab ingressu ecclesiæ, eum qui excommunicat absq; monitione, quæ debet esse talis, qualem supra diximus eod. cap. nu. 10. & 11.

Sexta, In c. 1. de sent. excom. lib. 6. suspendit ab ingressu ecclesiæ, & diuinis officijs eum, qui excommunicat, interdicit, aut suspendit aliquem solo verbo sine scripto, aut expressa causa illius, vel non dat copiam requisitus.

Septima, In c. quia sepe, de elec. lib. 6. suspendit a quolibet officio, & beneficio, Capitula, & singulares personas quæ vacante sede episcopali, vel collegiata, usurpant sibi aliqua bona, quæ reliquit vita functus, aut collecta fuerunt tpe uacationis. Quod locum habet etiam in redivisibus sigilli, & in quolibet alio emolumento Clem. statutum, de elec.

Octaua,

Octaua, In c. præsentii, de offic. ordi. lib. 6. suspendit episcopos, & superiores eorum ab ingressu ecclesiæ, & inferiores ab officijs, & beneficijs, qui usurpant aliquid ex redivisibus dignitatum, & ecclesiarum vacantium, & illis subditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale priuilegium, vel consuetudinem præscriptam ad hoc.

Nona, In c. fi. de offic. deleg. lib. 6. suspendit vno anno ab officio conseruatorem sedis Apostolicæ, qui scienter cognoscit causas quæ non sunt notoriæ. Quod intelligendum de his, quæ conceduntur sine clausula, quod possit cognoscere etiam de alijs, cum qua ante Concil. Trident. concedebantur, per illud tamen statutum fuit sels. 14. c. 5. vt esset longe restrictior vsus.

Decima, In c. 1. de re iud. lib. 6. suspendit vno anno a suo officio iudicem ecclesiasticum, qui contra ius, & suam conscientiam aggrauat partem gratia, vel sordibus. Sed debent concurrere quinque, vt hæc incurrat, primum, quod nõ sit episcopus glo. ibi verb. ordinarius, arg. c. quam periculosum, de sent. excomm. lib. 6. Secundũ, quòd aggrauet contra iustitiam. Tertiũ, quòd faciat cõtra conscientiam. Quartũ, quòd sit iudex, quia non satis est, quod sit merus executor, vel arbiter. Quintũ, quòd faciat pretio, amore, timore, vel odio, vt ex glo. recept. colligitur.

Vndecima, In c. Episcoporum de priuil. lib. 6. suspendit ab ingressu ecclesiæ (quousque satis faciant) eos qui admittunt ad diuina officia, aut sacramenta, aut ecclesiasticam sepulturam, excommunicatos, aut interdictos publicos. Quæ tamen vt dictũ est, supra cap. 25. nu. 94. locum non habet, nisi cõtra exemptos, iuxta Commu. contra glo. eiusdem cap.

Duodecima, In c. non solum, & c. constitutione de regu. lib. 6. suspendit eos qui admittunt aliquem ad professionem ante finitum annum probationis in aliquo ordine mendicantium.

Decimatertia, In clem. 2. de vi. & hon. cler. suspendit in sex menses clericos beneficiarios qui gestant vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiatos, qui non sunt beneficiarij, & minoribus insignitos, qui cum prima tonsura gestant tales vestes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus. Non autẽ incurrit illam qui ob celebrationem nuptiarum, vel doctoratus, vel alicuius alterius similis festi, aut aliam iustam causam gestat, iuxta Card. in d. Clem. q. 3.

Decimaquarta, In Clem. 1. de reb. eccl. non alie. suspendit quoslibet religiosos qui habent aliquam administrationem, & alienant aliquã rem ad eam pertinentẽ etiam solum præbendo alicui ad vitam absque necessitate, & utilitate, aut absque facultate sui capituli si habet, vel sui prælati si non habet capitulum. Hanc non incurrit qui in modicum tempus locant fructus, per finem illius Clem. licet incurrat aliam excommunicationem extrauag. 12. de reb. eccl. non alie. vt supra dictum est, eod. cap. nu. 143.

Decimaquinta, In c. pen. de simo. suspendit papaliter qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum, & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiarij cum pacto nihil petendi ab eo.

Declar. Primò, quòd per eandem rationem nostram sententia qui ordinatur

158

tur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo, pactus autem tequam ordinaretur se non petiturum postquam ordinatus fuerit, qui casus est valde quotidianus. Secundò, quòd qui post ordinationem remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promissum sine pacto ante ordinationem facto, non incurreret, arg. glo. sing. c. tuis, de præb. & glo. memorabilis, c. si episcopus, eo. tit. lib. 6. Tertio, quòd qui ordinatur cum facultate sui episcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renunciati, non censetur nostra sententia ordinari absque facultate, quo ad effectum incurrendi aliam suspensionem supra positam, nu. 35. quia talis renunciatio facta antequam ordinetur, non videtur valere, per ea quæ omnes dicunt, in d. c. pen. etiam si esset iurata, iuxta Fel. & Anan. contra Pan. hanc tamen incurrit.

Decimasexta, Inconstitutionibus Pij V, fol. 207. suspendit Episcopum ordinantem absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solum fit votum temporale religionis, quia is quo ad hoc reputatur secularis.

Quartò, quòd rursus est duplex suspensio, altera a diuinis, altera ab alijs, vt colligitur, ex c. 1. §. si. de sent. excom. lib. 6. & c. 1. de re iud. eod. lib. cum eis annot. & quantum differat harum altera ab altera quo ad irregularitatem transgressorum dicitur infra.

Quis, cur, & quomodo potest suspendere & suspendi, & absolui, & quæ pœna contrauenientis.

Suspendere, & suspendi quis potest, requiritur monitio scripta, & peccatum, nõ certa verba. Generalis nõ incurritur ab Episcopo, qua forma tollitur. n. 159. & 160. Suspensio ab uno non est ab alio, & sic a iurisdictione, non est ab ordine, nec contra, & a beneficio, non est ab ordinibus, vel iurisdictione, nec quæ ab officio est a beneficio, nu. 160. & 161.

Suspensionis transgressor quis irregularis, nu. 162. & vt peccet participans. n. 163. Absoluere quis potest a suspensione lata a iure, vel ab homine, nu. 163.

159



IRCA hoc dico sequentia. Primò, quòd communiter omnes, & soli illi qui possunt excommunicari, possunt etiam suspendere, & quamuis omnis Christianus possit excommunicari, solæ tamen personæ Ecclesiasticæ possunt suspendi, per diffinitionem suspensionis, supra eo. c. nu. 151. positam. Et quod suspensio scripto ferenda est, sicut excommunicatio, c. 1. de sent. exc. lib. 6. & quod debet præcedere monitio suspensionem quando ponitur ob contumaciam, quâuis nõ quando in pœnam, iuxta Inn. in c. si. de excel. præla. recept. per Pan. & Com. in c. Reprehensibilis de appel. & quod ob quodlibet peccatum mortale, imò & veniale, potest quis suspendi, vt dictum est.

Secundò, quòd vt excommunicatio lata post legitimam appellationem est nulla,

nulla, & inualida, sic suspensio, & vt appellatio non suspendit excommunicationem præcedentem, sic neque suspensionem Domi. cum Comuni, in c. 1. §. & hæc de sent. excom. lib. 6. per cap. Ad hæc quoniam, de appel. & c. is cui, §. si. de sent. excom. lib. 6.

Tertio, quòd suspensus a quibusdam actibus, non est suspensus ab alijs nõ annexis eis. Ex quo sequitur, quòd suspensus a iurisdictione, non est suspensus ab ordine, qui est diuersus ab ea c. Aqua, de consec. eccles. vel altar. & c. transfmissum de elect. cum eis annot. neque contra, suspensus ab ordine, est suspensus a iurisdictione, neque suspensus a beneficio, est suspensus ab ordine, neque a iurisdictione quæ ei conuenit alia ratione quàm beneficij a quo est suspensus. Neque suspensus simpliciter ab officio, censetur esse a beneficio quo ad ea quæ dantur non interessenti diuinis officijs, modo suspensio non sit tam diuturna, vt tacite, vel expresse habeat vim priuationis, iuxta Bonif. in d. Clem. c. pientes, a nu. 31. vbi hoc latissime probat, quicquid dicant Card. & Imol. post Gasparem. Quia multa ad beneficium pertinentia potest facere suspensus ab officio clericali, qualia sunt regere & gubernare illa quæ ad se attinent, & alia quæ non sunt diuina officia.

Per quæ nuper respondi beneficiarium suspensum, idè quòd presbyter factus fuit ante annum 25. cœptum, non perdidisse fructus beneficij, quia per illam transgressionem suspenditur tantum ab officio.

Quartò, quòd suspensus ab ingressu ecclesiæ tantum, potest excommunicari, & absolui, quia adhuc retinet iurisdictionis vsum, c. sacro, de sen. excom. & quòd quis eo quod sit suspensus a beneficio, non est ab officio, neq; suspensus officio tantum est a beneficio, & vt suspensus ab officio, & beneficio simul, est ab vtroque, iuxta omnes, sic suspensus ab officio, aut beneficio diuisim, a nullo illorum est, iuxta Pan. recep. contra glo. c. latores, de cler. excom. mi.

Quintò, quòd non incurrunt hæc censuram latam generaliter a iure episcopi, nisi fiat mentio specialis illorum, licet secus de excommunicatione, c. quàm periculosum, de sent. excom. lib. 6. cum gl. & ei annot.

Sextò, quòd suspensio ferri & tolli potest quibuslibet verbis id significantibus, quia nulla sunt præscripta in formam substantialem suæ lationis, vel solutionis: Quanquam in absolutione necessarium est iusiurandum, vt in excommunicationis absolutione, c. super eo. c. venerabili, de sen. excom. licet communiter quando est certa suspensio, docti vtantur hac forma. Absoluo te a vinculo suspensionis quam incurristi ob talem, vel talem causam, & restituo te pristinae executioni: Et si est dubia hac, si teneris aliquo vinculo suspensionis, quo te possum absolui, absoluo te, iuxta sententiam Syluest. verbo absolutio 6. dubio 2. aliquantulum reformatam: Et quod suspensio tam lata ab homine quàm a iure, quæ certo tempore, aut facto, aut omissione facti alicuius terminatur, tollitur lapso tempore, vel adueniente termino, ipso facto, absque vlla absolutione, secundum glossam. in Clemen. 1. verb. donec, de Decim. recepta communiter, & putata singul. a Panor. in c. 1. de iudic. not. 6. quæ tamen habet alias similes.

Septimò

162 Septimò, quòd a suspensione lata ob contumaciam, & non in pœnam delicti absolute sine termino & reservatione, siue iure communi, siue particulari, confirmata, vel non confirmata per Papam, potest absoluere episcopus, & eius vices gerens arg. c. nuper, de sent. excom. & melius, c. ex literis de constit. tradit Inn. communiter quo ad hoc receptus, in c. 2. de solut. Et quod a lata in pœnâ alicuius delicti etiam a iure, non potest absoluere Episcopus, siue sit temporalia, siue perpetua, quicquid dicant gloss. Clem. 1. de hæret. §. pen. verb. excommunicationis, & c. cupientes, §. cæterum, verb. suspensus de elect. lib. 6. licet communiter recipiantur in suis locis, vt probat efficaciter Pan. in c. 2. de solu. & c. tam literis, de testib. vbi eum sequitur Aret. & Felin. altius ibi rem perpendens quam in d. c. nuper, & in c. pastoralis, §. præterea de offic. ordin. vbi aliud dicit, eo quod non satis perpenderat dicta Pan. recept. ab omnibus, qui ea diligenter expenderunt, quod non fecerunt aliqui, vt Sylu. verb. suspensio. q. 8. & alij qui sibiipsis cõtradiciunt dum sequuntur Pan. tenentem contrarium eius quod ipsi. Potest tamen in ea dispensare si posita fuit ob adulteriũ, aut alia minor delicta secundum eundem Pan. in d. c. tam literis, & c. 2. de solu. iuxta notata, in c. at si, §. de adulteriis, de iud. Dixi, *A iure*, quia a suspensione absolute posita ab homine, regulariter non potest absoluere, nisi qui eam tulit, aut eius superior, aut successor, arg. c. pastoralis, §. præterea, vbi Fel. Malè autem exceperunt a regula prædicta quæ habet suspensos a iure ob contumaciã posse absolui ab episcopo, clericos, & religiosos qui administrant sacramenta, aut sepulturam hæreticis, aut accipiunt eleemosynas ab illis, quia textus, c. excommunicamus, 2. §. si de hæret. quo nituntur, non loquitur de suspensis ab officio, sed de priuatis, & de suspensione irrogata in pœnam, & non ob contumaciam, & de pœna reservata. Malè etiam excipiunt exauthoratum, siue degradatum, aut depositum realiter, cum neque hic, neque depositus verbaliter, sint suspensi per dicta supra eo. c. nu. 152. Malè etiam excipiunt suspensum ob collationem beneficii factam indignis, iuxta c. graue de præb. quia illa suspensio irrogatur in pœnam, & non ob contumaciam.

163 Octauò, quòd omnis qui violat suspensionem strictè acceptam pro vna specie trium censurarum ecclesiasticarum peccat mortaliter, arg. c. 2. de Maior. & incurrit irregularitatem, si violat eam exercendo aliquem actum peculiarem alicuius ordinis, siue maioris, siue minoris, per cap. 1. de sent. excom. lib. 6. & cap. 1. de re iudic. eodem lib. & vtròque Innocen. receptus communiter dicit, quod illa duo, c. non solum habent quo ad hoc locum in casib. in quibus loquuntur, sed etiam in omnibus aliis violentibus suspensionem, quia non fuit mens eorum conditoris, qui fuit ipsemet Innoc. III. quicquam noue inducere in illis, sed declarare secundum antiquas sanctiones canonicas, de quibus meminit textus, eã incurri. Dixi, *Aliquẽ actũ peculiare ordinis*, quia tecus si exerceret alium etiam ecclesiasticum, & ad officia diuina pertinentem, qualis est psallere etiam in choro cum aliis, canere responsa defunctorum, vel lætanas, baptizare sine solennitate, vt alius laicus, & alia id genus, quæ non sunt peculiariter alicui ordini deputata. Illa autem dicuntur deputata alicui ordini,

ordini, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione, vt in presbytero potestas consecrandi, baptizandi, solenniter dicendi collectas in choro, in Diaconatu potestas canendi solenniter euangelium. In subdiaconatu canendi solenniter Epistolam, in Acolitatu ferendi cereos &c. Dixi, *Etiam minoris*, quia violans exercendo solenniter actum deputatum ordini minori, ita incurrit ac exercens deputatum maiori, secundum Innoc. & Communem. Repetij sæpe, *Solenniter*, quia faciens aliter aliquod horum, vt cantans Epistolam, ferens cereos, vel vrceolos tanquam alius laicus, non incurrit secundum omnes.

Ex quo infertur Primò, quod verius est Episcopum celebrantem in apparatu Pontificali incurere irregularitatem, quia id est actus peculiaris ordini Episcopatus, quem esse verũ ordinem distinctum ab alijs significasse Concil. Triden. dictum est, supra c. 22.

Secundò, quòd psallere in choro, non facit irregularem, quia non est peculiare vlli ordini vero, licet enim videatur peculiaris Psalmistarui, siue primæ tonsuræ, tamen illa non est verus ordo, per ibidem dicta.

Tertiò, quòd suspensus a perceptione sacramentorum, quamuis peccet mortaliter in percipiendo ea, non tamen est irregularis, c. si celebrat, de cler. excommunicat. minist. Quia perceptio non est officium diuinum, neque opus peculiariter ordini alicui addictum.

Quartò, quòd suspensus ab eorum collatione, dando illa non tanquam ad suum ordinem pertinentia, sed vt alius quilibet laicus, non incurrit eam, iuxta Host. in c. 1. de senten. excommu.

Quintò, quòd sacerdos suspensus ab officiis sacerdotalibus administrando in ordine inferiori non peccat, neque est irregularis.

Sextò, quòd suspensus a beneficio non peccat eligendo, si ius eligendi non competat ei ratione illius cap. cum in cunctis, §. si de elect.

Septimò, quòd suspensus ab officio peccat, sed non incurrit irregularitatem eligendo & acceptando electionem de se factam, c. cum dilectus, de consuetu. iuncta gloss. & excommunicando & conferendo beneficia cap. quia diuersitatem, de concess. præb.

Octauò, quòd licet suspensus ab officio prædicandi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis, secundum Panormita. & Communem in dicta Clemencientes, concionando tamen peccat, & est irregularis secundum opinionem quam sequimur supra capit. 25. nume. 141. quod actus prædicandi, est lege diuina, vel humana, vel consuetudine actus peculiariter Diaconatui deputatus.

Nonò, quòd sicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, per supra dicta eodem capit. nume. 26. & sequ. ita suspensum in eo a quo est suspensus, & non vitando in diuinis officiis, & in actibus deputatis suis ordinibus, peccamus mortaliter si est denunciatus, aliàs non, per extrauagan. Ad euitanda, relata supra numero 35. & per latius dicta capit. 1. §. labore. de pœnitent. distinct. 6.

Interdi-

Interdictum hic non generaliter, sed specialiter sumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & suspensione, nu. 164. & 165.

Interdictum triplex, & quid unumquodque includat, nu. 166. & 167.

164



IRCA hæc dico sequentia, primum, quod vt interdiceret significat prohibere, instit. de interd. in prin. sic interdictum generaliter dicitur quælibet prohibitio, sed hic accipitur speciatim pro vna trium censurarum ecclesiasticarum, quod vt in repet. c. Dilectis, de appell. dixi cautius diffiniri potest, quam a Calderino in tract. de eccles. interdic. memb. 1. col. 1. esse censura ecclesiastica qua prohibentur diuina officia, sacramenta, & sepultura actiue, & passiuè, exceptis aliquibus. Dixi, *Censura ecclesiastica*, pro genere quo distinguitur a cessatione a diuinis, de qua, in c. irrefragabilis, de offic. ord. & c. quamuis, eod. titu. lib. 6. quæ non est censura ecclesiastica, quia non est nisi ipsa ommissio officiorum diuinorum, iuxta Pan. in d. c. dilectis, nu. 18. Reliqua adduntur ad differentiam inter interdictum ex vna parte, & inter excommunicationem, & suspensionem ex altera, quæ tres conueniunt. Primò in nouem, iuxta Cal. vbi supra col. 2. receptum per Communem Dom. & Peru. in d. c. 1. §. superior, de sent. exc. lib. 6. Syl. & Tabien. verb. interdictum, & per cõplures alios alibi. Conueniunt enim primò, quod quælibet earum est censura ecclesiastica, c. quærenti, de ver. sig. Secundo, quod quælibet in scriptis debet ferri, & cum causa in eis expressa, c. 1. de sent. excom. lib. 6. Tertio, quod nullam earum suspendit appellatio subsequuta, & quamlibet annullat præcedens, c. is cui, §. si. eo. tit. lib. 6. & c. ad hæc quoniam, de appella. Quarto, quod quamlibet debet præcedere monitio, cap. reprehensibilis, de appella. cum fertur ob contumaciam, & non cum in pœnam, cap. 2. de constitu. lib. 6. & cap. quanquam, de cens. eodem lib. Quintò, quod quamlibet est nulla cum fertur sine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes excommunicatis a se, cap. statuimus iuncto, cap. statutum, de sent. excom. lib. 6. Sextò, quod quamlibet impedit a diuinis, excepta illa suspensione quæ non fit ab eis, cap. Pastoralis, §. verum, de appell. iuncto. d. c. is cui. Septimò, quod in absolutione omnium iuratur, cap. venerabili, & cap. ex tenore, de sent. excommu. Octauò, quod nulla earum contra receptos in filios speciales Papæ ab ordinario ferri potest, c. 1. de ver. sign. lib. 6. Nonò, quod quamlibet est a superiore seruanda, c. cum ab ecclesiarum, de offic. ord. Imò & a ferete quousque eam tollat Cal. vbi supra memb. 1. col. 3. Differunt autè primò, quod excõicatio directè priuat cõicatione quatenus est communicatio humana, suspensio priuat directè vñ facultatis ecclesiasticæ. Interdictum verò priuat directè sacramentis & diuinis officijs. Dixi, *Directè*, quia indirectè & per consequentiam priuant èt consequentibus directè prohibita. Secundo, quod excõicatio non potest suspendi, & aliæ sic, d. c. ad hæc quoniam: Quanquam idem esse de excõicatione dixit Dec. ibi, quem per multa fundamenta sequimur ibidem.

Tertio,

Tertio, quod Episcopus non incurrit suspensionem, neque interdictum latum a iure, nisi exprimat in eo, excõicationem vero sic, c. Quia periculosum, de sent. excom. lib. 6. cum glo. Quarto, quod vniuersitas non potest excommunicari, c. Romana, §. In vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6. suspendi autem & interdicti sic, c. si sententia, eod. titu. & lib. Quintò, quod excommunicati nunquam admittuntur ad diuina officia, alij verò sic interdum, c. si. de sent. excom. eo. lib. Sextò, quod excõmunicatio & suspensio non feruntur nisi ob culpam propriam, & maior ob mortalem, & minor & suspensio etiam ob venialem, interdictum tamen etiam ob alienam, dic. si sententia. Septimò, quod absolutio excõmunicationis semper requirit aliqua verba, suspensionis verò, & interdicti non, quando feruntur quousque; certum quid fiat, quia sufficit, vt illud fiat, glo. putata sing. Clem. 1. de decim. verb. donec, quæ tamen habet alias quatuor similes citatas a nobis, in c. 1. not. 6. de iudic.

Secundo, quod interdictum est triplex, locale tantum, personale tantum, locale & personale simul; Locale tantum est, quo solus locus interdicitur, quod rursus est duplex, Generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt Regnũ, prouincia, episcopatus, ciuitas, oppidum, pagus, aut parochia. Et speciale, quo interdicitur aliquis locus particularis, vt ecclesia, & nõ definit esse tale, eo quod comprehendat multa loca, modo sint particularia, quale est, quod interdicit multas ecclesias, etiam si interdicit omnes ciuitatis, episcopatus, prouincie, Regni, aut quotquot sunt in mundo, iuxta Cal. vbi supra memb. 2. receptum per Dom. Peru. & Com. in c. Præfenti, de sent. excom. lib. 6. singulare autem quod addit Ange. verb. interdictum 1. §. 1. est species interdicti particularis minimè necessaria, Interdictum personale tantum est, quod interdicit personas tantum, quod etiã est duplex, scilicet, generale quod interdicit aliquam vniuersitatem hominum, vt populi, Regni, prouincie, ciuitatis, oppidi, collegij, aut pagij. d. c. si sententia. Et speciale, siue particulare, quod interdicit personas singulares, vnã, aut multas, certas, aut incertas, vt quod interdicit hoc, vel illud faciẽtem. Interdictum locale & personale simul est, quod interdicit locum & personas simul, & quod interdicit locum, & populum, & tales, vel tales personas; exemplum quotidianum est in interdicto, quod appellant ambulatorium, quo interdicitur aliqua persona, & locus vbi est vel fuerit, quamdiu ibi fuerit, aut etiam certo tempore postquam recesserit, de quo quatenus est locale, iudicandum est, vt de locali tantum, & quatenus est personale, vt de personali tantum, arg. l. quæ de tota, ff. de rei vend. quibus addimus vnumquodque illorum posse diuidi in simplex, & mixtum, hoc est generale tantum, aut particulare tantum, aut generale, & particulare simul. De quo quatenus est generale, iudicandum est vt de generali, & quatenus particulare, vt de particulari, arg. d. l. quæ de tota, & c. Pastoralis, §. item cum totum, de offic. deleg.

Tertio, quod interdictum generale loci nõ includit populum, nec personas eius. Neque interdictum generale populi alicuius loci comprehendit eum, itaque quãdo est interdictus vnus locus, qui sunt in eo, & non fuerunt causa interdicti, possunt audire & dicere in alio loco diuina officia, & dare & accipere

Man. Nau.

G g sacra-

166

167

facramenta, & alij aliorum oppidorum non possunt hoc facere in illo loco interdico cuius illi sunt. Et quando interdicitur solus populus, illi qui sunt eius, non possunt audire, neque ibi, neque alibi, & exteri possunt audire ibi, & in eo potest celebrari patentibus ianuis, exclusis eius hominibus, perinde ac si non esset interdictus, d. c. si sententia, cum ei annot. Rursum interdictum cleri cuius loci non comprehendit locum, neque populum & habitatores eius laicos, neque contrario interdictum populi comprehendit clericos, d. c. si sententia. Cuius rei nouam rationem tradidimus, in c. 1. de prab. post Dec. ibi & in c. Ecclesia, de consti. col. 4. quamuis interdictum cleri videatur includere religiosos, & religiosas, conuersos, & conuersas, nouitios, & nouitias, secundum Domi. in d. cap. si sententia, in fin. princ. & Cald. vbi supra membr. 2. Item interdictum ciuitatis includit suburbia, & aedificia prope moenia, c. si ciuitas, de senten. excommu. lib. 6. Quae verò aedificia dicenda sint talia, relinquitur arbitrio iudicis, gloss. ibidem. Interdictum etiam ecclesiae, licet speciale tantum, includit sacella & caemeterium contigua, alia non, d. c. si ciuitas. Interdicta verò ecclesia, non censentur interdicti clerici eiusdem, neque contra, interdictis clericis, censetur interdicta eorum ecclesia, argum. c. per exemptionem de priuileg. lib. 6.

*Quis, cur, & quomodo potest interdici-
cere, & interdici.*

*Interdicit communiter qui excommunicat, & suspendit, & contra, nu. 168.
Interdictum fertur ob culpam alienam, sed non ob culpam debiti, & ponitur ipso facto a iure his casibus, nu. 168. & 169. & quae opera prohibeat, nu. 170.*

168



VARTO, quod communiter qui potest excommunicare, & suspendere, potest etiam interdici, & qui potest excommunicari, & suspendi, potest etiam interdici. Et vniuersitas quae non potest excommunicari, c. Romana, §. in vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6. & locus qui non potest suspendi, vt supra dictum est possunt interdici, d. c. si ciuitas & d. c. si sententia. Et quanquam aliud est populus, vel vniuersitas, & aliud particulares eiusdem, arg. c. denique, 7. q. 1. & l. ponebatur, ff. de iudi. Interdicto tamen illo, censentur interdicti omnes eius particulares, fontes, & insontes, d. c. si sententia, vbi id affirmant Domin. & Peru. Quia potest vnus interdici propter culpam alterius, licet non excommunicari, vel suspendi, vt praedictum est: Quamuis semper debeat interuenire culpa propria, vel aliena, vt feratur interdictum, nec sufficit culpa non soluendi debitum, vt feratur interdictum generale auctoritate ordinaria, vel delegata sine speciali Papae mandato, Extrauag. Prouide, de sent. excom. quamuis particulare ecclesiae ferri posset, iuxta Cald. vbi supra membr. 1. col. 4. & Domin. in cap. praesenti, de sent. excom. lib. 6. non tamen parochiae, quamuis per incogitantiam,

tiam, nostro iudicio, contradixerit Stephan. de potest. eccle. cal. 10. Interrogatus olim Salmantice, An infans lactens, & amens includantur in interdicto? Respondi, includi, nec esse admittendos ad diuina, quia vt praedictum est, sine culpa propria quis potest interdici.

Quinto, quod fertur generale ipso facto contra vniuersitatem, quae facit solui portoria illicita clericis, c. quanquam, de cens. lib. 6. & contra eam quae facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exilium mittatur suus Episcopus. Clem. 1. de pen. Et contra eam cuius dominus impedit ingressum, aut negotia Nuncij Apost. Extrauag. super gentes, de consue. Imo & in omnibus casibus in quibus iure fertur interdictum locale, generale, ob delictum populi: in eisdem fertur etiam generale personale contra suum populum, quamuis non quando fertur ob delictum solius domini, si non exprimat, c. si sententia, de sen. excom. lib. 6. fertur etiam particulare locale ecclesiae in aliquot casibus, scilicet, quando vniuersitas facit, vt capiatur, percutiatur, vel mittatur in exilium suus Episcopus, d. Clem. 1. de pen. Et quando clerici, aut conuentus Ecclesiae, nolunt restituere corpora, aut monumenta eorum, quos in ea sepelierunt, & quod induit ab eis iurauerunt se electuros sepulturas, in ea c. 1. de sepult. lib. 6.

Sexto, quod interdictum personale particulare, solum includit personas nominatas, & actus in eo expressos, & qui includuntur in illis. Si verò nulli exprimantur, omnes qui verantur interdictis censentur inclusi. Vnde interdicto simpliciter Petro, omne illud quod interdictum prohibet, vetatur illi. Interdicto autem eo quo ad ministerium altaris, reliqua omnia potest facere, quo ad ingressum verò ecclesiae omnia diuina officia illi prohibentur, intra illa. Quia includuntur in prohibitione ingressus illius, & nulla extra illa. Quia potest facere domi, vel in tabernaculo, iux. gl. c. is cui, de sen. exc. lib. 6. & Com. aut in Sacello, non erecto auctoritate Episcopi, perinde ac si nulla re esset interdictus, iux. Ant. 3. par. tit. 2. c. 2. §. 2. & ante illum Cal. secundum quem approbatum, ab Anch. Dom. & Peru. in d. c. is cui, cui est interdictus ingressus ecclesiae bene potest introire in eam, & orare quando non aguntur diuina officia, vt gl. sing. dicit de excommunicato, c. qui studet, 1. q. 1. & Inn. in c. nuper, de sen. excom. quamuis multi contra sentiant, sed male: non potest tamen audire diuina officia, iuxta Domi. & Com. in d. c. is cui, quicquid dicat Calde. vbi supra col. 16. sed nostra sententia potest transire per eam, etiam quando illa fiunt, quia id non est audire, arg. eorum quae supra eod. c. nu. 34. diximus de excommunicato. Quorum ratio est, quia prohibitio ingressus ecclesiae solum respicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea, d. c. is cui, cum ei annotatis, & c. praesenti. 5. q. 2.

Quae prohibeantur Interdicto, & tempore Interdicti.

Interdicto vetantur omnia diuina officia, sacramenta, & sepultura, praeter expressa, nume. 171.

Officia diuina quae nu. 172. & permiffa quomodo in interdicto generali, nu. 174.

Missa una singulis hebdomadis licita in interdicto speciali, nu. 173.

Ggg 2

Clerici

Clerici etiā alieni admittuntur ad diuina tēpore interdicti, & an coniugati, n. 174.
 Aqua benedicta, ut benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti, nu. 174.
 Interdicto in loco, & etiam in Ecclesia, Clerici recitant horas, nu. 175. & 176. &
 ut campana pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium vsus liceant, nu.
 177. & 178. Confessio item, & alia plurima, nu. 178.
 Interdicta qua priuilegia particularia relaxant, nu. 179. & 2. seq.
 Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an alijs priuilegio religiosorum, nu.
 182. & 2. seq.
 Interdictum non denunciatum non obligat, neque nullum, & quando tale, & vali-
 dum violando, qui laici, & moniales peccant, nu. 187.
 Cessatio a diuinis quid, & est duplex, & in his differt ab interdicto, nu. 188.
 Cessatio qualis, & cur ponatur post interdictum, nu. 189. & 190.

- 171 **S**ERTIMÒ, quòd per quodcunque interdictū prohibētur omnia diuina officia, sacramenta, & ecclesiastica sepultura (exceptis his quæ expressè, vel tacitè permittuntur) vt colligitur ex c. non est, de spon. & c. fi. de excels. præl. & c. quod in te, de pœn. & rem. & c. respõso, de sen. exc. c. quoniã, & c. fi. eo. ti. lib. 6. & notatis in eis, & ex definitione interdicti supra, n. 164. data. Ex quo sequitur, q̄ regulariter prohibentur oīa exercitia specialiter deputata alicui ordini, siue maiori, siue minori, vt dicendi Epistolā solēniter cū manipulo Subdiacono, & Euangeliū Diacono, offerēdi Vrceolos Acolito, dicēdi missam, aut agēdi hebdomadariū q̄n peragitur matutinū, aut aliæ horę canonicæ presbytero, & ordinādi Ep̄o; quia oīa talia exercitia, sunt diuina officia, quę est ratio noua & firma nō pp̄c̄sa ab alijs.
- 172 Ostaūd, quòd malè diffinierunt Ang. verb. Interdictum §. 4. & aliqui alij diuina officia in hac materia, esse officia diuina in Missali & Breuiario. Quia neque omne in illis ordinatum est diuinum officium, nec omne diuinum officium est in illis ordinatum, siquidē multa sunt ordinata in pontificali, & multa in missalibus & breuiarijs, quæ non sunt diuina officia prohibita tempore interdicti. Qualis est benedictio mensæ, & fructum, qualis baculi, & sacculi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. Possunt autem rectè diffiniri esse officia ordinata in dictis tribus libris, aut in alijs legitimè ad vsum ordinum, & aliorum sacramentorum, vel sacramentalium, aut ad horas canonicas.
- 173 Nonò, quòd potest dici vna missa quaque hebdomada etiā in ecclesia specialiter interdicta, ad renouandum sanctum sacramentum, quod asseruatur infirmis, cum moderatione versiculi sequentis, c. permittimus, de sent. excomm. & etiam plures quàm vna, si necessitas infirmorum id postularer, iuxta Hostien. ibidem. Et quòd possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, sicut prius ianuis clausis, voce submissa, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, c. fin. §. adijcimus, de sent. excomm. lib. 6. expulsis item non habentibus priuilegium iuris communis, aut specialis, iuxta, gl. d. §. adijcimus, verb. interdictis. Dixi, *In loco generaliter interdicto*, quia
- 174 in interdicto specialiter, nō habet locum, iuxta gl. recep. in d. c. fi. verb. ecclesia.
- Et

Et quamuis Anch. dicat, quòd talia officia diuina debent fieri per solos clericos & monachos illius ecclesiæ vel monasterij & non per alios, cuius opinio obseruabatur meo tempore in Gallia, vbi pauca interdicta ponuntur; sed contrarium scilicet, quòd omnes clerici maiorum & minorum ordinum etiā primæ tonsuræ vndecunque & cuiuscunque ecclesiæ nisi fuerint causa interdicti, possint admitti ad dicendum & audiendum illa tenent Io. Andr. Domin. & Philip. in eod. capit. fin. Feder. conf. 70. Angel. verb. interdictum. §. 3. & Sylu. verb. interdictum. §. q. 1. quod seruatur in tota Castella, vbi feruntur infinita interdicta, & etiam in Lusitania, vbi feruntur pauciora, etsi plura, quā in Gallia, sed clerici cōiugati non sunt de horum numero, quia quicquid dicat Margarita confessorum, non gaudent nisi duobus priuilegijs c. 1. de cler. coniug. lib. 6. e quibus non est hoc, & consequenter quo ad hoc habentur pro laicis, vt iampridem respondimus Salmanticæ; quanquam si esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, valeret illis, arg. c. fin. de consuet. etiam si esset introducta per errorem iuris, arg. eorum que infra nu. 177. dicunt. Et adeo quidem excludendi sunt non habentes priuilegium, vt non sint admittendi ad oblationem quæ fieri solet in medio missæ, neque sit eis porrigenda pax, neq; aperienda fenestra, neque foramen per quæ intueri possint corpus D. N. iuxta Clem. 1. cum suis gloss. de sent. excom. Neque sacerdos potest benedicere aquā absque prædicta modificatione, neq; benedicta illa inspergere populum absq; illa ante missam, cum antiphona, Asperges, sicuti solet, iuxta Cald. vbi supra memb. 6. col. 14. Quanquam credimus populum posse sumere aquam benedictam cum ingreditur ecclesiam, & clericum dare ei, tãquam laicum sine peccato, quicquid sentiat idem Cal. vbi supra, quia id nullibi prohibetur. Et vox debet esse tam submissa, quæ foris non audiatur, vel saltem proferatur ea intētionē, vt non audiatur, & cum debita cautione. Quia hoc excusaret peragentes officia, quamuis ab aliquibus curiosis audirentur contra eorum voluntatem: siquidem tam clare est proferenda, vt alij ab alijs possint audiri in choro, iuxta mentem textus c. Alma mater, & omnium doctorum. Possunt tamen accipere funeralia, Cald. in d. memb. 6. col. 20. & alias oblationes factas pro defunctis, quamuis sepeliantur extra locum sacrum, & illi essent interdicti, si decesserunt pœnitentes, siquidem potest & debet rogari pro eis, arg. c. fin. de sepult. & c. A nobis 2. de sent. excom.

Decimò, verum esse id quod Salmanticę respondimus, & defendimus sequētes mentē Hostien. in c. quod in te de pœnit. & remiss. cum ca. illud prælegere-mus contra Villadieg. de irregul. col. 14. & satis contra Cald. d. memb. 6. col. 12. & Angel. & Sylu. verb. interdictum. §. 2. scilicet, quòd in tempore, generalis interdicti non solum vnus, sed etiam duo, tres, & plures recitare possunt suas horas in campo, ianuis quæ non sunt, non clausis, & domi, & in cubiculo clausis illis, & etiā non clausis, modo non audiantur ab alijs non habētibus priuilegium ad audiendum, quamuis audiant aliqui per transitum & calu. Et quòd etiam intra ecclesiam potest quis solus non clausis ianuis recitare horas ita submissè, vt a nemine alio a se audiatur, & ita duo vel tres diuisi in aliquo sa-

cello, aut tã submisſe, aut tã ſeiũcti a populo vt audiri nequeãt, & a fortiori in-
tra vnũ Sacellũ clauſum quãuis ianuę eccleſię vbi illud eſt, ſint apertę, quicquid
dicant Hoſtien. Ioan. Andr. & Cardin. in d. c. quod in te. Quia intentio iurium
quę permittunt diuina officia cum prædicta moderatione in eccleſijs, non eſt
excludere alia loca, vt ponderabat Villadieg. vbi ſupra, imò a fortiori include-
re illa, vbi regulariter non audiuntur ab alijs permittendo ea dici in eccleſijs,
vbi ſolent audiri: & principalis ſcopus prohibendi diuina officia, eſt ne au-
diantur a laicis, argum. d. c. quod in te, & d. c. Alma mater, cum non obſtante
illo quiſque clericus teneatur dicere ſuum officium, gloſſ. recepta c. 2. de cleric.
excomm. facit gloſſ. ord. c. illud eodem titu. & c. Presbyterum 28. diſtinctio.
Dixi, *Tempore interdicti generalis*, nam in loco ſpecialiter interdicto non eſt
licitum quicquam horum facere, neque clauſis ianuis, neque apertis, argu.
gloſſ. d. c. Alma, verb. eccleſijs.

176 Vndecimò, quòd nõ prohibetur oratio matutina, meridiana, & veſpertina,
quã vocãt Aue Maria, neq; benedictio menſę. Cald. vbi ſupra col. 16. neque ea
quam epiſcopi iter facientes concedunt. Neque prohibetur lectio, neque de-
claratio pſalmorum, aut euangeliorum, aut aliorum ſimilium quę in diuinis
officijs dicuntur, cum non prohibeatur prædicatio cap. Reſponſo. de ſentent.
excomm. neque oratio priuata in eccleſia etiam illis iſtis quorum cauſa po-
ſitum eſt interdictum, licet illi ſint interdicti perſonaliter, iux. Monald. recep.
per Angel. verb. interdictum. 6. §. 14. neque dare, neque accipere aquam bene-
dictam in ingreſſu eccleſię, neque cantus laicorum, etiam ſi cantent litaniam,
aut pſalmos, & laudes Dei, aut eius ſanctorum in ſuis confraternitatibus etiã
intra eccleſias, Cald. vbi ſupra memb. 6. col. 10. Neque excommunicare neque
abſoluere excommunicatum abſque ſtola & ſolennitate ſacerdotali, iuxta In-
noc. in capit. ſina. de exceſſ. prælat. & Cald. vbi ſupra. neque etiam introducere
puerperam in eccleſiam ad reddendum Deo gratias in illa, etiam cum confeſ-
ſione generali abſque ſtola & ornatu ſacerdoti, Cal. vbi ſupra col. 3. neque cõ-
ſequenter confeſſio generalis quam ſolent facere laici ſacerdoti, idem ibidem
col. 14. Neque adoratio crucis veneris ſancti, idem ibidem col. 15. neque recõ-
mendatio animarum defunctorum, Cald. vbi ſupra, neque alia ſimilia, quia nõ
ſunt diuina officia. Et quamuis laici non poſſint ſepeliri in loco ſacro tali tem-
pore, neque extra illum cum officio diuino, licet ſublato interdicto deſerri de-
beat ad illum, & ſi ſepeliantur in illo durante interdicto, non ſunt extrahendi,
iuxta gloſſ. receptam c. a nobis 2. verb. forma de ſent. excomm. Clerici tamen
ſeruantes interdictum, poſſunt ſepeliri in ſacro abſque ſolennitate, quia id eis
permittitur d. c. quod in te, quãuis ſint coniugati, ſi conſuetudo præſcripta ha-
bet vt clericus coniugatus cum vnica & virgine, perinde poſſit intereſſe diui-
nis tempore interdicti, ac alij non coniugati, aliã non, iuxta dicta ſupra eod-
dem cap. num. 174.

Ad quæſitum an dictum Cald. de litanijs habeat locum in clericis? reſpon-
deo habere, quia litanie cum cantu vel ſine cantu abſque ſolennitate conſue-
ta Crucis leuata, ſuperpelliciorum, & ordinis procedendi, de quibus loquitur
Cald.

Cald. licet tam clericis quã laicis; cum prædicta vero ſolennitate neutris,
licet minus clericis quã laicis, quia hæ ſunt diuinum officium, illæ vero ne-
quaquam per dicta ſupra.

Duodecimò, quòd non poſſunt pulſari campanæ, neque campanulæ ad ho- 177
ras canonicas. Cald. vbi ſup. mēb. 6. col. 16. quamuis ſic ad alios fines, veluti ad
Aue Maria prædictũ, aut ad oſtendendũ reliquiã, aut notificãdũ horas, aut præ-
dicandum, aut ad aliud quod non ſit officium diuinum. Cald. d. memb. 6. col.
16. receptus communiter in c. ſin. de ſent. excom. lib. 6. Vnde fortassis originem
duxit Salmanticensis conſuetudo pulſandi ad interdictum (hoc eſt ad notificã-
dum illud) horis quibus finienda erat pulſatio ad primã, & ad veſperas. Quæ
tamen eſt noſtra ſententia iam excuſet a pœna, & etiam a peccato, ob id quod
potuit ſua antiquitate effectum interdictorum quo ad hoc minuere, tamen nõ
excuaſſet in exordio, neque modo excuſaret vbi primum inciperetur, quia eſt
manifeſta fraus, vt ad aliud propoſitum dixit Cald. d. memb. 6. col. 16. ne-
que etiam poteſt Epiſcopus tempore Interdicti publicè benedicere ſolenniter
cum baculo, & verſu, Adiutorium noſtrum &c. ſecundũ Cald. d. memb. 6.
col. 15. Neque benedicere Abbatem, neque Abbatiffam, neque conſecrare ca-
lices, altaria, virgines, neque benedicere corporalia, & alia ornamenta, ad dicẽ-
dum miſſam, neque vela monialium, neque ipſe, neque parochus poſſunt be-
nedicere aquam, vt declarauit bene Feder. conſ. 3. col. 2. & 3. & Cald. vbi ſupra
col. 14. & 15. & ſeq. neque candelas in die purificationis, neque palmas & ra-
mos in dominica palmarũ. Cald. d. col. 15. neque miſſam quam ſiccã dicũt,
ſine conſecratione. Syll. verb. interdictum q. 3. quia ſunt diuina officia. Dixi
Publicè, quia clam ianuis clauſis &c. bene poſſunt iuxta eundem, quia non
ſunt vt ille dicit, ſacramenta, ſed diuina officia ad faciendã quædam ſacramen-
talia. Et ideo etiam fieri poſſunt in feſtis, in quibus tollitur interdictũ, de qui-
bus infra eod. c. nu. 182. iuxta Feder. in d. conſ. 3. & Cald. vbi ſupra.

Decimotertiò, quòd ſola & omnia illa ſacramenta, & ſacramentalia quæ ius 178
aut priuilegium exprimit, aut tacitè permittit, ſunt permiſſa in loco interdicto
ſiue interdictum ſit generale, ſiue ſpeciale, iuxta Cald. memb. 6. col. 29. Quale
eſt ſacramentum baptiſmi pro paruulis c. non eſt, de ſponſal. & etiam pro adul-
tis, c. quoniam de ſentent. excomm. lib. 6. qualia ſunt catechiſmus & exorcif-
mus, & vnctio olei, & criſma, ſiquidem in baptiſmo iubentur hæc fieri, cap.
accepifti, de conſecr. diſtinct. 4. Quale etiam eſt ſacramentum cõfirmationis
c. Reſponſo, de ſent. excomm. & conſecratio criſmatis, quæ ad id, & baptiſ-
mum eſt neceſſaria d. c. quoniam, & eadem ratione conſecratio olei baptizan-
dorum. Quale eſt ſacramentum pœnitentię pro infirmis, dicto capitulo, Non
eſt, & etiam pro ſanis, dicto capitu. ſin. qui non fuerint excommunicati, ne-
que interdicti; neque fuerint cauſa interdicti ſua culpa; neque conſilium,
neque fauorem, neque auxilium præbuerint delicto, ob quod fuit poſi-
tum. Siquidem hi nequaquam ſunt admittendi ad ſacramentum pœni-
tentię, niſi ſatisfaciant prius ſi poſſunt, ſin minus, præbeant idoneam
cautionem, iurando ſe daturus operam fideliter vt ſatisfiat per ſe, aut per alios

d.c.fin. §. Illis. Quale est etiam eucharistia, siue viaticum d.c. Quod in te. solum in articulo mortis, gloss. d.c. fin. recepta, & sic non potest dari laicis, quamuis sint clerici & religiosi, iuxta Cald. in d. memb. 6. col. 22. & Philip. in d. ca. fin. §. Adijcimus, & §. seq. Quod verum est nisi haberent Priuilegia quibus non præ iudicaret Bulla S. D. N. Gregor. XIII. transcripra infra, nu. vlt. B. licet secundum ius commune possint sumere quando celebrant: quale est celebrare semel in hebdomada ad renouandum sanctissimum Sacramentum c. Permittimus, de sent. excommu. quale etiam pulsare campanulam quando fertur ad infirmos, & etiam ostendere ipsum in reditu vbi mos est, Cald. vbi supra mēb. 6. col. 19. Partim quia videtur iustum & decorum d.c. Quoniam, Partim quia non est de actibus prohibitis per interdictum conspectus S. Sacramenti, nisi in missa. Quale est etiam sacramentum matrimonij glo. d. c. fin. etiam inter interdictos personaliter & specialiter, iuxta Cald. d. memb. 6. col. 21. sed non est talis benedictio nuptiarum, iuxta Hostien. in d. c. Non est receptum per Com. ibidem, & Cal. d. memb. 2. col. 22. Non est etiam tale sacramentum extremæ vnctionis, d.c. Quod in te, etiam quo ad Clericos, quia quamuis sint priuilegiati quo ad sepulturā, nō tamen quo ad extremam vnctionem, iuxta Io. And. d. c. Quod in te. Neque religiosis potest dari extrema vnctio secundum ius cōmune. Neque etiam est tale ordinare in loco interdicto, iuxta Inno. in d. cap. Non est. neque extra illū si ordinator, vel ordinatus sint interdicti personaliter Pan. ibidem & melius Cald. memb. 2. col. 22.

179 Decimoquarto, quod priuilegium audiendi diuina officia, tempore interdicti cum prædicta moderatione, non valet ei qui fuit causa eiusdem, aut cuius culpa aut fraude fuit positum, aut commissum delictum, ob quod fuit positum, ei autem qui hoc non commisit, si est persona singularis, valet, non solum pro se, sed etiam pro suis familiaribus domesticis, qui non sint fraudolenter recepti ad audiendum, aut celebrandum cum illo, capit. licet. §. cum conceditur de priuileg. lib. 6. sed si est collegium, non valet nisi collegis, dicto capitulo, Licet, Et quamquam in alijs materijs per familiares & domesticos intelliguntur mulier, filij, nepotes, serui, & famuli illi subiecti, qui ratione potestatis paternæ, vel domini, degunt cum illo, iuxta gloss. & determinationem Aret. & Fel. in cap. in literis de testib. in hoc tamen casu non sumitur tam latè, iuxta Anchar. d. c. licet. Et sic, nostro iudicio, in hoc casu illi tantum intelligēdi sunt familiares domestici alicuius qui eum de more comitantur. Hæc enim ampliatio huius priuilegij fit ne inutile sit, vt posset esse, nisi sic ampliaretur ad multos qui sine comitatu non possunt honestè ad ecclesiam ire, aut celebrare in ea, iuxta gloss. solen. quæ penul. est dicto capitulo, Licet, & commendata ad pulchram conclusionem per Dec. in capit. cum ordinem de rescript. colum. 2. Et sic clericus qui habet vnum famulum laicum, potest dicere missam in ecclesia seruiente illo, siue receperit ante interdictum, siue post, & in eius locum si agrotaret, vel abesset, posset sumere alium etiam mere laicum, Cald. vbi supra memb. 6. Addo etiam quod priuilegia concessa aliquibus religiosis, vt tempore interdicti, possint admitttere ad diuina officia suos confratres, intelliguntur

telliguntur de illis, qui licet sint, & maneat extra monasteria, tamen se addixerunt illi ordini mutato habitu seculari, aut donarunt inter viuos sua bona suo ordini, seruato sibi quamdiu vixerint vsufructu, capit. vt priuilegia de priuileg. Eodem modo qui habent priuilegia, quod tempore interdicti possint admitti ad diuina officia, possunt sepeliri in cæmeterio, iuxta Calder. in 6. memb. colum. 24. quem sequitur Angel. verb. interdictum 6. §. 35. licet Feder. consil. 3. in contrarium inclinet, cuius opinio facilè defendi posset, si consideretur sepultura pro principali, & officium pro accessorio, sicut & opinio Cald. consideratione contraria, & tanquam fauorabilior seruanda videtur.

Decimoquintò, quod etiam possunt fieri omnia diuina officia festis Natiuitatis, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Domine nostræ diebus solum, & non octauis, etiam sine prædicta modificatione, apertis ianuis, campanis pulsatis, & alta voce, exclusis excommunicatis, & admissis interdictis. Ita tamen vt quorum culpa tale interdictum positum fuit, non accedant ad altare, Quia id expressè permittitur, per c. Alma mater, §. in festiuitatibus. Quod idem postea permissum fuit in festo corporis Christi, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium III. in suis extrauag. quæ legi solent intra octauam eiusdem festi, & in die conceptionis, & sua octaua Virginis Matris in ecclesijs in quibus dicitur officium ordinatum per prothonotarium Leonardum Nogarolum, & eius missa quæ incipit, Egredimini, & non in quibus illud nō dicitur, vt monimus in Enchirid. siue Manuali de Oratione, & hor. Canonicis, siue repet. c. quando, de consecr. dist. 1. c. 10. nu. 86.

Decimoseptimò, quod in diebus in quibus a Iudice suspenditur interdictum, id omne & solum ad quod suspenditur potest fieri in illis, ita quod si non suspenditur ad aliud quam ad sepeliendum aliquem, aut faciendam certam missam, aut certum officium, aut dandum certum sacramentum (vt sæpe fit Salmanticæ) non potest fieri nisi illud, & ideo cum suspenditur aliquod interdictum, scire oportet quo ad quantum tempus, & quo ad quæ officia illud suspenditur, quod tenor suspensionis monstrabit. Et si nouerimus interdictum esse simpliciter suspensum in vnum diem, vel dimidiatum, poterimus in eo facere omnia quæ possunt fieri si nullum esset interdictum. Si autem nouerimus esse suspensum quo ad officia diuina tantum, vel ad aliquot missas tantum faciendas, non licebit facere alia, & ita non licebit alia sacramenta, vel sacramentalia dare, suscipere vel facere. In prædictis autem quatuor diebus festis suspenditur a primis vesperis illorum, arg. c. 1. & 2. de ferijs, vsque ad completorium inclusiue diei, aut octauæ postremæ Archi. Domin. & Perus. in c. fina. de sent. excom. contra glo. antepen. eiusdem. Et suspenditur illis diebus, in dicto cap. fina. §. festiuitatibus, de sentent. excommunic. lib. 6. quo ad omnes missas, & omnia diuina officia illorum festorum, & quæuis alia tam publica quam peculiaria, & tam ordinaria, quam extraordinaria, iuxta glo. verb. sicut prius, recept. per Domi. Perus. & Com. ibidem. Quia textus dicit generaliter missæ celebrentur, & alia diuina officia dicantur

tur sicut prius, & quia sic usus habet. Et consequenter publice potest Episcopus in illis consecrare Abbates, Abbatissas, calices, ecclesias, virgines, corporalia, & alios apparatus altaris, vela, & omnia alia quæ fieri possent secreto prædicto tempore, de quibus supra eodem cap. num. 177. Et quanquam aliàs nobis visum fuit, quod die corporis, & conceptionis, & eorum octavarum non poterant peragi, nisi officia diuina eorum festorum, ponderantibus illud verbum, *Huiusmodi officia*, quod est in dicta extrauagan. Martini V. & Eugenij III. quia tamen mens authoris videtur fuisse suspendere quo ad illos dies tantum, quantum suspendabatur a iure quo ad prædictos quatuor dies, & etiam amplius, siquidem suspendit quo ad octauas, & quia videtur sic eam interpretari consuetudo, dicimus permissum esse in illis omne id quod permittitur in præfatis quatuor festiuitatibus, & etiam in omnibus aliorum sanctorum prærum ordinum, in ecclesiis in quibus suspenditur.

187 Decimoséptimò, quod nemo tenetur nostra ætate seruare interdictum aliquod nisi denunciatum, vt supra dictum est, de suspensione eodem cap. num. 163. & de excommunicatione, nu. 35. & 36. per Extrauagan. ad euitanda, cuius tenor de verbo ad verbum refertur, supra eodem cap. nu. 35. Nec quando interdictum est in se nullum, & nullitas est sufficienter publicata, exceptis religiosiis qui debent illud obseruare, si ecclesia matrix id obseruat, vt dictum est supra eo. c. nu. 146. Interdictum autem est nullum regulariter in eisdem casibus in quibus excommunicatio, de quibus supra eod. cap. nu. 4.

Decimooctauò, quod laicus non dicitur violare interdictum vllum quamuis sit validum & denunciatum, audiendo missam, vel alia diuina officia in loco interdicto etiam ab eo, qui dicendo ea peccat, & quamuis audiat cum aliquo personaliter interdicto, iuxta Caiet. verb. Interdicti violatio, §. penul. exceptis quatuor casibus in quibus peccaret, quamuis non incurreret irregularitatem. Primò, cum ipsemet est interdictus personaliter, etiam si interdictum sit generale oppidi eius, quicquid ille dicat ibidem. Secundò, cum expressè, vel tacitè est causa, quod illa dicantur, rogando, iubendo, aut præbendo ad id causam suam præsentia, & auditione. Quia facientes & consentientes, &c. arg. cap. 1. ad Rom. & cap. 1. de offic. deleg. & facit optimè glo. sing. Clemen. fin. de priuileg. Tertiò, cum dicit talia officia, qualia dicendo violarent clerici, argu. rationis, cap. Pastoralis, §. 1. de cler. excomm. ministr. vt sentit Cald. in d. memb. 6. col. 10. affirmans, quod tali casu potest puniri per Iudicem ecclesiasticum, quia delictum est ecclesiasticum. Quartò, cum mentiendo asserens se esse clericum minorum, aut habere priuilegium, intrare ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur clausis ianuis.

Decimononò, quod monachi & moniales qui nullum ordinem habent, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis, Quia merentur includi ob id in alijs monasteriis strictioribus, quo faciant pœnitentiam d. cap. Pastoralis, & licet non incurrant irregularitatem, fiunt tamen ineligibiles actiue, & & passiuè, iuxta Cald. d. memb. 6. Et a fortiori clerici qui violant interdictum peccant mortaliter, quantumlibet dubitet Caiet. vbi supra, & censentur violare quo

re quo ad hunc effectum quoties faciunt, quod illis est prohibitum per interdictum personale, aut locale, & quo ad effectum incurrendi irregularitatem, illis tantum vicibus, quibus supra dictum est, c. 25. nu. 83. & 94.

Vigesimò, quod cessatio a diuinis est quædam desistentia a diuinis officijs, & ab administratione sacramentorum, iuxta mentem Innoc. & Communem, 188 in cap. Dilectis, de appellat. & cap. irrefragabili de offic. ordi. quæ est duplex, generalis quæ fit in loco vniuersali, vt ciuitate, oppido, aut parochia; & particularis quæ particulari, vt in ecclesia, aut ecclesiis. Quo fit, non esse certum, quod asserit author compendij priuileg. verb. interdictum 1. §. 17. allegans in hoc duos Doctores Salmanticenses, scilicet, cessationem a diuinis generalem, & interdictum generale esse idem, contra mentem Calder. vbi supra memb. 3. col. 3. & Cardin. in Clemen. 1. §. in cessationis, de sent. excomm. vbi Bonifac. num. 4. declarat. Tum quia vt supra eod. cap. nu. 164. dixi, cessatio non est censura, & interdictum sic. Tum quia secundum Innoc. in d. c. irrefragabili, nu. 4. & in d. c. dilectis, nu. 3. receptum ibi per Anto. Panor. Perus. & Præposit. qui transgreditur cessationem a diuinis etiam particularem, non est irregularis, & qui transgreditur interdictum, quamuis sit generale, sic. Quod optimè probat Bonifac. in d. Clemen. 1. nu. 90. post Cardin. & Imol. licet Ioan. And. in c. si canonici de offic. ordin. lib. 6. quem sequutus fuit Angelus verbo cessatio, teneat contrarium, sed male, vt demonstrauimus Salmanticæ repetentes dictum cap. dilectis. Tum quia ipse Ang. verbo, cessatio, faterur cessationem particularem, non esse idem quod interdictum particulare, neque facere sui transgressorem irregularem, cap. is qui, de senten. excomm. lib. 6. ob idque qui habet priuilegium audiendi diuina officia tempore Interdicti, non poterit tempore cessationis argui. cap. Priuilegia 3. distin. & cap. Porrò, & cap. sanè de priuileg. Neque 189 qui habet priuilegium audiendi tempore cessationis generalis, poterit tempore specialis, quamuis verum sit, quod interdictum generale, & cessatio generalis equantur quo ad modificationem prædictam. d. c. Alma, & quo ad rigorem prædictæ Clemen. 1. de senten. excomm.

Roganti verò cur ponatur sæpè cessatio post excommunicationem, & interdictum, quibus non est paritum si interdictum est fortius illa? Respondeo, quod hoc non fit nisi a summo Pontifice, & quod ille non ponit cessationem generalem post interdictum generale, sed aliud interdictum speciale, aut cessationem specialem, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum etiam clausis ianuis, &c. Cæterum quando feruntur simul interdictum, & cessatio specialis, ponderandæ sunt diligenter literæ, & secundum eas iudicandum: Tum quia transgressor censetur irregularis ea ratione qua est interdictum, & non ea qua est cessatio, per prædicta; Tum quia interdicta & cessationes posita a summo Pontifice, nonnunquam sunt strictiora, nonnunquam verò laxiora quam communia; tantum enim & non plus obstringunt, quantum ille vult, secundum omnium sententiam. Alia de Cessatione vtilia, sed Confessarijs non vsque adeo necessaria, tradit nouissimè vir eruditissimus, & clarissimus Alphonsus Alvarez Guerrerus Præses Regius in Regno Neapolitano, in suo lau-
de di-

de dignissimo Iuris Pontificij ac Cæsarei Speculo, varia eruditione referto, c. 37. de Ecclesiastico Interdicto. Qui tamen potius referre, quam probare videri debet Philip. Franc. in c. si canonici, de offic. ordinar. dicentem, cessationem generalem positam ab habente potestatem eam ponendi vim interdicti ad inducendam irregularitatem habere, quum paulò ante cum communi contrarium rectè teneat.

Porro vt quòd ad nu. vlt. huius cap. supra retuleramus, hic opportunius expediamus, multa super interdictorum suspensione priuilegia sunt a sede Aposto. concessa religionis, quorum summam hoc in loco in vulgari scripseramus, sed quia putamus ea esse sublata, per c. 12. & postremum, de regul. les. 25. Concil. Trident. consulto etiam super hoc S. D. N. eam prætermittimus, desiderantes, vt sanctitas eius faceret illis facultatem suspendendi interdicta in diebus tantum, & non octauis sanctorum sui ordinis, modo eandem faceret, etiam Parochis quo ad dies sanctorum suarum ecclesiarum patronorum, quam puto faciet, si humiliter petatur. Dixi, *In diebus tantum*, ne nimis eneruetur neruus censuræ ecclesiasticæ. Dixi, *Modo*, & c. vt seruetur æqualitas & concordia, qua, vt post Salustium ait Hiero. etiam parua res crescunt, vt discordia magnæ dilabuntur. Non arbitror tamen eis sublata priuilegia super necessitate, vel modo præsentandi ordinarijs Confessarios sui ordinis, quia credimus quod per præfatum, c. si. de regu. solùm tolluntur eis priuilegia contraria iuribus communibus, quæ in cap. præcedentibus eiusdem tituli iubentur seruari, & in nullo illorum iubetur seruari ius commune præsentandi præfatos Confessarios, sicut ius commune de interdictis seruandis iubetur seruari, in d. c. 12. & alia in aliquibus alijs. Qua ratione idem dicendum est de alijs priuilegijs concessis eis contra alia iura communia, quæ non iubentur in illis seruari. Et hæc quidem de tribus Censurarum ecclesiasticarum speciebus, puta excommunicatione, suspensione, & interdicto dicta sufficiant. Veniamus nunc ad irregularitatem.

De Irregularitate, & de eius multiplicitate,
& regulis generalibus.

Irregularitas quid, humanum inuentum est, tollitur manente peccato. num. 191. & 192. & est quintuplex, nulla mentalis tantum, nu. 192.
Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori; sed sic in interiori, nu. 193.
Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis, nu. 194.

191 **R** I M ò dicò, quòd nomen Irregularitas est parum latinum, & generaliter acceptum, significat id quod aliquem extra regulam ponit, quia componitur ab, in, pro, non, & regularis secundum omnes, sed irregularitas accepta, vt in hac materia sumitur, diffiniri potest ex mente canonum & Innoc. in c. nisi. nu. 7. de renunciat. communiter recep. paulo cautiùs quàm diffiniat Speculator, de dispen. §. iuxta, & Villadieg. de

de irreg. col. 1. Nicol. de irregul. Ant. 3. par. tit. 28. c. 1. & Aluar. de Planct. eccl. lib. 1. ar. 46. & alij alibi) esse impedimentum inductum a iure canonico, directè impediens acceptionem ordinum ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorū quatenus sunt ordines, etiam post pœnitentiam. Dixi, *Impedimentum*, pro genere, & *Inductum a iure canonico*, ad significandum non esse inuentum iuris naturalis, neq; diuini. Dixi, *Directè impediens*, ad differentiã excõicationis, suspensionis, interdicti, & aliorū impedimentorū canonicorū, quæ quanquã ordines, & eorū vsum impediunt, quatenus sunt cõicatio, aut sacramenta, aut officia, aut beneficia ecclesiastica, non tamen quatenus sunt ordines, saltem directè. Dixi, *Aut aliquem vsum acceptorū*, quia aliqua irregularitas impedit acceptionem & nõ vsum acceptorū, & aliqua vnū vsum & non alium c. 2. de cler. ægro. vt statim dicitur. Dixi, *Post pœnitentiã*, ad maiore eius naturæ declaratione, & ad significandum posse què absolui à peccato, quo irregularitas incurritur, remanere ipsa; s̄m Car. in Cle. dudū, §. ac deinde. q. 8. de sepult. quicquid innuat extra uag. 1. de priu. Ex quo sequitur, primò, quòd rectè dixit Inn. c. ad audientiam, de homic. omne irregularitatem inductã esse a iure canonico humano, quãuis aliqua eius origo in veteri testamẽto fuisset, secundū mentem gl. §. 1. de conse. dist. 1. Secundò, q̄ incautè Syl. & Tab. verb. irregularitas, in principio significauerit irregularitatẽ esse suspensione, & plus aliquid: Tū quia irregularitas nõ est censura ecclesiastica, suspensio verò sic, c. quærẽti. de ver. sig. Tū quia est species pœnæ multū differens ab illa. Tertiò, quòd incautiùs Speculator, in d. §. iuxta, significat omne excõicatum & suspensum, aut interdictum esse irregularem.

Quartò, quòd iuxta mentẽ textuum (omissis multis modis diuidedi docto- rum.) Irregularitas diuidi potest in quinque species, quæ manant ex quinque de fectione generibus, scilicet, sacramenti, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti. Quanquam Aluarus Pelagius dixit, esse innumerabiles. in lib. de planctu eccl. lib. 1. art. 24. arg. c. si. 15. q. 1. Quòd verum esse potest accipiẽdo eam generalissimè, sed non accipiẽdo specialiter, vt prædictum est, quia in solis casibus iure expressis incurritur, c. is qui, de sent. excom. lib. 6.

Quintò, quòd prima regularum quibus regulada est irregularitas, est, quòd 193 nulla earum incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id, ob quod imponitur, & ideo nulla est mentalis, vt infra dicitur, nu. 210. Secundò, quòd vt Pan. in c. ad audientiam de homic. recept. per complures recentiores dixit, in foro exteriori nemo in dubio irregularis iudicandus est, quamuis in interiori secus, aptus tex. in c. significasti. 1. de homic. Interius autem reputatur non solùm forū pœnitentiæ, sed etiã consilij, secundum Villadieg. de irreg. col. 43. Cuius differentiæ ratio non est, vt diximus, in c. si quis autem, de pœnit. dist. 7. a nu. 35. quòd in rebus dubijs non sit accipienda pars securior, sed quòd nemo pòt facere absque peccato id de quo dubitat an sit peccatum, necne, & quòd nullus Iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari necne, propter ibi allegata, monstrando quòd Inn. in d. c. ad audientiam non dixit quòd ei Pan. & alij imponunt. Tertiò, q̄ licet irregularis qui celebrat antequã obtineat dispensationem peccet mortifere, arg. c. fin. de temp. ordi. & c. Inquisitionis,

194 sitionis, de accus. non tamen incurrit nouam irregularitatem; Tum quia Inn. in c. si celebrat, nu. 3. de cle. excom. receptus id dicit primò de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis: Tum quia paulo post idem asserit de irregulari ob magni criminis notorietatē: Tum quia ratio eius scilicet, quod id iure non cauetur, & quod sedes Apostolica quando dispensat cum præfatis irregularibus qui celebrarunt, solum dispensat super irregularitate quam ante celebrationem incurrunt, militat in alijs: Tum quia firma ratio dictorum Innoc. quam nec ille, nec alius aduertit, est quod vt supra diximus, Irregularitas non est vera suspensio, nec censura ecclesiastica, & ita celebrans illa irretitus, nullam violat censuram, nec aliquid aliud cuius violatio nouam infligat irregularitatem, illa non incurritur nisi cum exprimitur, vt mox dicitur. Quartò, quòd potestas absoluendi a peccatis ad dispensationem irregularitatis non extenditur. Domin. & Alex. per illum textum, in c. miror 50. dist. neque potestas quæ per bullas Papæ datur ad absoluendum, vt rectè dixit Villadiegus, vbi supra in fine, & probatur latius infra nu. 250. Quintò, quòd nemo fit irregularis, nisi in casibus a iure expressis. Sextò, per quam responderetur quæstioni circa hæc proposita videlicet, quòd irregularitas quamlibet occulta, tantum nocet quo ad forum conscientie, quantum publica, & æque necessaria est dispensatio in vtraque. Nec obstat, quòd Castren. lib. 2. de leg. pœn. loquens de illegitimitate occulta cōtrarium teneat. Tum quia nouum, & sine textu, & efficacitate dictum, contra Com. Ant. in c. 1. de fil. presb. & contra tex. ferè expressum, c. nisi, §. personæ ibi, si tamen culpa latet, & caus. de renunciat. Tum quia est contra omnem vsum ecclesiæ hactenus seruatum. Tum quia communis est ficaciter colligitur, ex c. 6. sess. 24. Conc. Trid. cuius verba sunt.

Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatīs delinquentes quoscunque sibi subditos in diocesi sua per seipso, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in heresis crimine in eodem foro conscientie eis tantum non eorum vicarijs sit permissum.

Ad quæsitum autem circa hoc, dico, eum qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium, debere occulte dispensationem impetrare, & si sciens accepit possessionem, quia per id incidit in intrusionem, quæ fecit eum inhabilem ad illud, iuxta citata per Fel. in c. in nostra, corol. 7. de rescr. debet facere mentionem de illa in imperatione a Papa, vel certe impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collationem ab Ordinario, modo non fuisset reseruatam Papæ, quando obtinuit illud, quòd nos nuper consulimus.

Septimò, colligitur ex c. 6. Concil. Trid. in 6. dicto relato, scilicet, quòd in omni irregularitate descendente ex delicto occulto, & non deducta in iudicium, excepta ea quæ descendit ex homicidio voluntario, potest episcopus dispensare. ex quo eo. c. 6. nota, Primò, quòd difficilior impetratu est dispensatio super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorum, quam iniusto-

rum,

rum, non voluntariorum; quia illa a solo Papa potest haberi, vt clarè colligitur, ex d. c. 6. hæc verò etiã ab episcopo. Secundò, nota textum expressum contra Castren. vbi supra ad hoc quòd omnis irregularitas descendens ex crimine quamlibet occulta, indiget dispensatione, licet hæc dari possit hodie ab Episcopo. Tertio, quòd per illud non datur Episcopis vlla potestas dispensandi super illa irregularitate occulta descendente aliunde quàm ex delicto, & consequenter, neque super illegitimitate, vt dicitur infra nu. 221.

De Prima specie Irregularitatis, ex Bigamia.

Bigamia quid est triplex & qualibet Iuris humani, de lebilis a Papa, & similitudinaria etiam ab Episcopis, quæ non contrahitur a laico contrahente nulliter cum vidua. nu. 195. & 2. seq.



195 **D**ico primò, quòd Bigamia est status coniugati cum duabus coniugibus, siue ante, siue post baptismum ductis, c. acutius 26. dist. glo. c. vna, ead. dist. de qua secundum glo. in sum. eiusdem dist. fuit statutum, vt esset impedimentum ordinum ob quatuor, scilicet, quòd bis cōiugatus non potest aprè significare vnionem Iesu Christi cum ecclesia vnica sua & sancta sponsa, c. debitum de Bigam. cuius glo. recep. verb. sacramentum, id latè declarat, & quòd excellentia sacramenti ordinis hoc meretur, d. c. vna, & quòd est signum incontinentiæ, c. proposuisti, 82. dist. & quòd ad persuadendam castitatem, auctoritatem adimit, d. c. vna.

Secundò, quòd triplex est bigamia, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria, iuxta gl. recepram, in c. 2. de bigam. quam sequuntur ibi Anto. & alij, & dixit aurea Rota decisio. 447. in nouis, quæ in nouissimè rubricatis est prima eiusdem tituli. Et declarauit Speculator, de dispen. §. iuxta, nu. 6. Vera est eius qui habuit, & cognouit duas vxores veras, altera, mortua altera, d. c. debitum quamuis vtramque, vel alteram antequam fuisset Christianus habuisset, d. c. deinde, & c. acutius. 26. dist. Interpretatiua est quam incurrit is qui fingitur duas vxores habuisse, qualis est cōtrahens cum vna sola, sed vidua, aut cum corrupta per alium c. Maritum. 33. dist. secus si per se gl. recep. in d. c. si de Bigam. & c. 2. de cler. coniug. Idem si cū virgine, quam post commissum adulterium ab ea cognouit, c. si cuius, 24. dist. quamuis per ignorantiam id contingeret, glo. recep. in d. c. si cuius Pan. in c. si vir. de adulte. qualis est etiam contrahens cum vna validum matrimonium, cum alia inuvalidum, aut cum duabus de facto, & cum neutra valide, ob aliquod impedimentum viuentibus ambabus, aut cum vna mortua altera.

Similitudinaria est quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus, cum aliqua etiam vnica contrahens & consumans, c. quotquot 27. q. 1. & c. fina. de Bigam. licet illa sit virgo, vt sentit Ang. verb. Bigamia, §. 9. cui consentiant Sylu. verb. Bigamia in princip. & S. Ant. 3. par. titu. 21. cap. 1.

Primò, per d. c. quotquot. Secundò, quòd licet neque de iure, neque de facto

cto

Et contrahat cum duabus, vel vna corrupta valide, tamen habet affectum contrahendi cum opere subsequuto, posteaquam per ordinem sacrum, vel votum solenne contraxit similitudinariè cum Christo. Dixi, *Ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus*, ad significandum, quod nec laicus, nec minoribus tantum initiatus contrahens cum vidua, siue corrupta, inualidè, siue nulliter propter aliquod impedimentum efficiatur irregularis, vt in sacra Pœnitentia nuper conclusum fuit. Tum quia nullo iure id cauetur, & irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis, c. is qui. de sent. excom. lib. 6. Non obstat Rota decis. 1. de Biga. quæ per c. si. eiusdem tit. tenuit contrarium in clerico minorum ordinum, quia non aduertit integram rationem decidendi illius, c. si. esse prædictam, quæ cessat in tali clerico. Tum quia non obstat, c. nuper eodem titu. quia loquitur de presbytero; & verbo, *Clericis*, in eo posito addit Inn. constitutis in sacris. Nec etiam obstat, d. c. si. quia loquitur de Subdiacono, nec ratio in eo expressa, scilicet, quod habuit affectum contrahendi opere subsequuto, quia non est integra, sed integranda supplendo (& quia iam similitudinariè contraxerat cum alia) quæ suppletio colligitur ex ipso textu, non frustra loquente de subdiacono, cui est annexum votum solenne castitatis, c. A multis, de æta. & qualit.

196 Tertiò, quod non incurrit quis sine matrimonio de iure aut facto contracto, eo quod habeat concubinas etiam multas, etiam si eas coniugatus cum vna sola virgine haberet, capit. penult. de Bigam. & capit. fina. 34. distinctio. Neque eo quod cum desponsata alteri per verba de præsentis matrimonium contrahat, modo adhuc illa virgo esset, cap. debitum, de Bigam. neque etiam si cum multis contraheret, si non haberet copulam nisi cum vna tantum.

197 Quartò, quod qui matrimonium cum muliere scurrili, serua, aut cum publica fabularum actrice contrahit, non est bigamus, si erat virgo, quanquam mortua illa, non debet ordinari, c. si quis viduam 2. 34. dist.

Quintò, quod quicquid aliqui dicant, pro certo habetur posse Papam cum Bigamis dispensare ad ordines, vt ait Innoc. in c. 2. de Bigam. & c. ad audientiam, de homicid. & S. Thom. in quodlib. 4. art. 8. quem sequitur Anchara, in c. 1. de Bigam. & Rota, decis. 447. quæ in nouè rubric. est prima eiusdem titu. & Comm. scilicet, in omni Bigamia posse Papam dispensare, quia omnis irregularitas solo iure humano introducta est, licet fuerit inducitur a S. Paulo, cap. lector, cum gloss. 34. dist. quamuis in vera non soleat, neque possit sine magna causa ordinaria potestate dispensare, iux. Rot. in prædicta decis. 447. In interpretatiua uero, & similitudinaria solet, & potest saltem cum iusta.

Sextò, quod nemo alius a Papa in vera vel interpretatiua ad ordines sacros potest dispensare, iuxta omnes, neque ad minores, iuxta Io. And. Anch. & Phil. in c. 1. de Bigam. lib. 6. vbi bonus textus, & ibi Domi. quanquam S. Th. in 4. dist. 27. & Sylu. verb. Bigam. q. 6. oppositum dicant, & Rota in d. decisio. 447. Quorum opinio admitti posset quo ad vsum ordinum susceptorum, arg. d. c. lector; sed non ad accipiendum nouos,

Septimò

Septimò, quod super similitudinaria si illa erat virgo, Episcopus dispensare potest, c. 1. cum glo. qui cler. vel vouent: quod ibi tenet Pan. cum Card. Præposit. & Communi.

De secunda specie Irregularitatis, ex defectu corporali.

Irregularitas ex quali defectu membri, vel visus nascatur, nu. 198. & quæ quo ad unum officium & non quo ad aliud. In qua solus Papa dispensat, n. 199. et 200. Irregularitas illegitimitatis quos notat, & a quo tollitur, nu. 201. Irregularis quis minor, nu. 202. æger, obsessus, lunaticus, furiosus, hermaphroditus nu. 203. seruus, infamis & abstemijs, nu. 204.



198 Ico primò, quod defectus cuiuslibet membri principalis contingens ob culpam inducit secundæ speciei irregularitatem, c. 1. c. si euangelica. 55. dist. quauis membrum sit occultum, neque facultatem vten di ordine impediatur, vt sunt pudenda, c. si quis absciderit, & c. seq. 55. dist. quauis quis sibi non ascindat, sed alius sua culpa, quia iussit aut rogauit, aut quia rei illicitæ dās operā id casu perdidit, arg. c. Presbyterū, c. cōtinebatur, de hom. aut in penā alicuius delicti ab inimicis fuit illi abscissum, vt Host. in summa, de corp. vitia. §. Et quæ, & in c. ex parte, eo. ti. quæ sequuntur Io. And. & Com. determinauit de eo cui maritus mulieris cum qua fuit deprehensus, pudenda abscidit, & a fortiori, si iure abscissa fuere, arg. cap. fin. de tempo. ord.

Secundò, quod etiam defectus partis membri quam ipse per indignationem abscidit, eam inducit, c. qui partem, 55. dist. quamuis facultatem naturalem bene celebrandi non adimat, si est notorium quod per indignationem, & impatientiam fecit, & aliàs non, iuxta Ant. & Card. in c. si. de corpore vitiat. quam de eo Villadieg. dubitet, vbi supra, col. 38. & possunt conciliari, dicendo quod non est irregularis ob defectum membri, sed ob notorietatem peccati, quod abscindendo commisit, d. c. si.

199 Tertiò, quod neque imbecillitas membri, neque eius defectus contingens absque propria culpa (nisi impediatur celebrationem) irregularem efficit, qualis est illius cui consilio medici, aut chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis sine sua culpa abscinditur. Qualis illius qui natus fuit sine pudendis, aut post per vim a parentibus, aut alijs castratus, qualis claudicatio eius cui scipio in altari non est necessarius, gloss. c. si quis in infirmitate. 55. dist. qualis macula oculi quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem tribuit, cap. 2. de corpore vitiat. Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius, aut vtriusque oculi, si non sint notabilis deformitatis.

Quartò, quod verum videtur, quod iam pridè respōdi, scilicet, quod quamuis monoculus sit irregularis, d. c. si euangelica, non tamen qui caret visu oculi dextri qui alijs videtur sanus, & sinistro quantum satis est ad bene celebrandum

Man. Nau.

H h h cernit,

cernit, licet glo. in cap. 2. de verb. sign. lib. 6. idem de carente oculo & de carente eius visu videatur cenfuisse, etiam si integer appareat, secundum Alexan. in cap. Hinc etiam. 49. distin. & Vuendel. in 4. distin. 15. q. 1. col. 18. Quod teneri potest de oculo sinistro, quem stilus Romanus oculum canonis appellat, cum est necesse videre eo, ut canonem missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione legere possit, aliàs secus, quod nuper consuluimus ei qui visu dextri oculi tantum valebat, ut sine tali conuersione legere posset, magis enim deformitas quam defectus visus videtur in hoc expensus, & ideo cap. si euangelica, disponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non est extendendum ad carentiam visus, quæ eam non facit, argum. cap. Odia, de reg. iur. lib. 6.

200 Quinto, esse errorem vulgi, dicere, oportere eum cui obscissa sunt pudenda, ea arefacta, aut in puluerem redacta secum gestare ad celebrandum, ut ait gloss. sing. recept. in c. Eunuchus. 55. dist. & Host. in c. si. de corpo. vitiat. dicit melius etiam fore, quod nonnulli neque viridia gestarent, cuius falsum dictum est verum, quando ob illud non essent irregulares.

Sexto, quod quilibet defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, quæ inhabilem facit ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, aut scandalo, irregularem efficit, siue incurratur culpa, siue sine ea, c. pen. & cap. si. de corpo. vitiat. quæ est regula Pan. in cap. 2. de cler. ægrot. quæ dixit singul. Villadieg. de irregul. col. 39. quod ipsum de membro superuacaneo, aut nimis grandi dicendum, arg. gloss. d. c. qui partem. Quis autem defectus, aut deformitas sit talis, determinabit Episcopus, iuxta Innoc. in c. 1. de corp. vitiat. per c. 2. eiusdem tituli receptum per Card. & Ant. & non confessarius, neque alius prælatus eius qui est ordinandus, quamuis sit religiosus, Syluest. verb. corpore vitiat. quæst. 1.

Septimo, quod defectus aut excessus membri qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium ecclesiasticum, efficit irregularem ad illud, non autem ad aliud, secundum Pan. in c. 2. de cler. ægrot. per illum textum. Exemplum de clerico, qui eo quod membro aliquo captus sit, non potest missare, sed sic poenitentes absolueret, & aliqua alia officia exercere: Quod verum nobis videtur, quando non incurrisset eum sponte, aut sua culpa, iuxta Villadieg. vbi supra col. 39. & probatur per dicta supra; & quo ad iam ordinatos, non autem quo ad ordinandos, arg. c. si. de corp. vitiat.

Octauo, quod in ista irregularitate solus Papa dispensat, secundum Inno. in c. 1. de re iud. lib. 6. & in c. 2. de corpo. vitiat. receptum a Ioan. And. & Ant. in c. significauit. de corp. vitiat. licet Villadieg. col. 49. Sylu. verb. corpore vitiatus, q. fin. & aliqui alij contrarium teneant.

201 Nono, quod defectus natalium, siue ut ita dicam, illegitimitas, qui ad defectum corporalem redigitur, includit omne illegitimum genus, gloss. cap. nisi cum pridem de renunciat. verb. manseres, & c. per venerabilem, §. quod autem, qui filij sint legit. & omnes facit irregulares, c. 1. & fin. de fil. presb. quamuis eorum defectus occultus sit, & publicè habeantur pro legitimis, quales sunt

sunt multi quos coniugata ex adulteris habuerunt: adeo quidem, ut qui scit au credit per dictum matris se talem esse, legitimationem occultam debet petere, quæ facile illi concedetur, iux. Ant. in d. c. 1. post Host. quamuis matri adulteræ credere si nolit, non teneatur, iuxta eosdem ibidem, & dicta supra c. 16. a. n. 45. & alia super hoc, vide supra nu. 94.

Decimo, quod in hac irregularitate solus Papa ad ordinem sacrum, dignitatem & beneficium curatum dispensat, sed ad minores & vnum beneficium simplex potest etiam Episcopus, c. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6. & professio religionis ad omnes ordines c. 1. de fil. presbyte. non tamen ut possit esse prælatus, aut prælata, Palud. in 4. dist. 43. q. 3. etiam cum dispensatione Episcopi, secundum Villad. vbi supra col. 39. & efficaciter probatur, per c. 1. de fil. presby. verb. nullatenus, adiuncta glo. fin. Clement. Ut hi qui, verbo. Nullo modo, de ætat. & qualita. quatenus habet, per verba illa, *Nullo modo*, tolli potestatem dispensandi Episcopis.

Vndecimo, quod ætatis defectus, qui etiam ad defectum corporalem redigitur dum durat, irregularem facit, iuxta Villad. vbi supra col. 39. facit c. fin. de tempo. ord. lib. 6. Quæ verò ætas in ordinando requiratur, dictum est supra c. 25. nu. 106. Et quanquam ordinatus ante legitimam ætatem, characterem accipiat (licet sit infans, & ordinetur presbyterio, iuxta Arch. in c. si quis suadente. 17. quæst. 4.) non tamen ordinum executionem, neque priuilegia ad eam pertinentia, quamuis sic ad characterem spectantia, qualia sunt canonis & fori, iuxta d. c. si quis suadente, & c. 2. de foro comp. & Clem. hi qui, de ætat. & qualita. verb. constitutus. iuxta gloss. Clem. fin. de ætat. & qualita.

Duodecimo, quod in hoc defectu solus Papa dispensat, iuxta glo. & Card. ibi, quamuis sit religiosus, non obstantibus priuilegiis, quæ videntur exclusa per Concil. Trident. sess. 23. c. 12. de refor.

Decimotertio, quod lepra quæ etiam ad hunc defectum corporalem redigitur, irregularitatem inducit, & non solum susceptionem ordinum, sed usum susceptorum impedit, c. cum percussio, 7. q. 1. & c. de rectoribus, & c. ex parte, de cler. ægrot. quod ipsum in qualibet alia corporis infirmitate, quæ notabile scandalum ordinum vsui præbet, videtur dicendum, saltem quo ad actus in quibus id facit, argum. l. illud, ff. ad l. Aquil. & cap. 2. de translat. prælat. & in hac solus Papa dispensat, arg. notat. in cap. at si clerici, §. 1. de iud. & Villad. vbi supra, col. 48.

Decimoquarto, quod qui patitur Epilepsiam, quam quidam appellant Epilepsiam, alij morbum caducum, cap. in literis, 7. quæstio. 2. Atreptitius item, Energumenus, aut a dæmone obsessus, est irregularis, iuxta Aluar. de Planct. eccles. lib. 1. cap. 48. F. qui dicit Epilepsiam duplicem esse (quod ille philosophicè declarat) & quod solus Papa super ea dispensat, per notat. in dicto cap. at si clerici, & Villad. vbi supra colum. 48. & adeo est irregularis, ut semel hoc morbo infectus, nunquam amplius possit ordinari, quamuis omnino sanus appareat, argum. §. fina. 15. quæst. 1. neque qui iam ordinatus est, si sæpe decidit, neque etiam si raro, modo spumas ore vomat, celebrare potest, aliàs

fic, vt colligitur, ex c. communiter, & duobus seq. 33. dist. & c. illud, c. nihil. 7. q. 1. & c. pen. 7. q. 2. adiuncto socio preparato ad perficiendam missam incœpta, si fortè morbo corripere, d. c. illud, & d. c. nihil, exceptis obsessis a Dæmonibus, qui nunquam celebrare debent, vt sentit S. Ant. 3. par. titu. 28. c. 5. & Villad. col. 42. vbi supra: & quod dicitur de epileptico, Idem de amente, lunatico, & furioso, iuxta eundem ibidem dicendum est.

Decimoquintò, quòd Hermaphroditus qui est vtroque sexu præditus, non est capax characteris, si sexu fœmineo magis quàm virili præstet, & licèt sit eius capax, si magis virili quàm fœmineo pollet, non debet tamen ordinari, argu. c. illiteratos. 36. dist. & c. fi. 49. dist. secundum S. Ant. vbi supra c. 6. §. 5. receptum, quia est monstrum, & in hac solus Papa dispensat per prædicta.

Decimosextò, quòd est irregularis seruus, sic ut non possit sine facultate sui domini ordinari, & si cum illa ordinatur, fit liber, illo verò ignorante, vel contradicente, manet seruus sicut antea, si non initietur nisi minoribus. Et si initietur subdiaconatu, vel diaconatu se liberare potest, dato alio seruo æquali sui loco, aut iusto pretio soluto. Ad presbyterium autem promotus, manet liber dato suo peculio, aut redimendo se si peculium non habet, & si nec illud habet, nec hoc facere potest, satis faciet præstado domino obsequia non indecentia presbytero, iuxta S. Ant. vbi supra c. 6. §. 6. & colligitur ex c. 1. 2. & 3. & cap. nulli, & c. ex antiquis, & c. frequens, 54. dist. & toto tit. de seruo. non ordi.

204 Decimosseptimò, Quòd infamis tam facti quàm iuris infamia, est irregularis, cap. infamibus, cum gl. & notat. ei per Franc. de reg. iur. lib. 6. & c. 2. iuncta gl. fi. de ord. cogni. & c. ipsi Apostoli, 2. q. 7. in qua, cum nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispensat, iuxta Villad. vbi supra, col. 50. nisi quando Episcopus dispensans super delicto ad quod sua facultas se extendit, accessorie infamiam demit, iuxta glo. sing. c. Euphemium. §. 1. 2. q. 3. cui similis, in c. Domino, 50. dist. & ea quæ post Decium dicimus, in c. ar. §. 1. de iudic. In ea verò quæ nascitur ex infamia facti, qualis est illa quæ nascitur ex crimine graui notorio, etiam Episcopus dispensat, vt dictum est supra. Quin etiam pœnitentia iusta, & emendatione vitæ, interdum aliqua tollitur, quia omnis res per quascunque causas componitur, per easdem dissoluitur, c. 1. de regu. iur. & c. testimonium, de testib. & glo. c. primum, 25. dist. in fi.

Decimo octauò, quòd qui vinū non potest bibere, quin euomat, est irregularis, glo. sing. d. c. ipsi Apostoli, cum quo etiam Papa non posset dispensare, nisi teneatur eum posse dispensare, vt qui celebrat non sumat sub vtraque specie, contra c. comperimus, de conse. dist. 2. & c. illiteratos, 36. dist. c. fi. de temp. ordi. lib. 6. De quo tractare hic non conuenit. Non video tamè, cur is non possit promoueri ad ordines minores, cum non teneatur communicare sub specie vini, etiam si seruaretur c. peracta, de consec. dist. 2. quo glosa illa mouetur.

De tertia specie Irregularitatis, ex aliquo defectu animæ.

Irregularis quis Idiota, Neophytus, & Infidelis, & quis dispensat, nu. 205.

Dico

Dico Primò, quòd Idiota siue illiteratus, penitus ignarus literarū, est irregu- 205
laris, c. illiteratos, 36. dist. de quo latè dixi in prælectione, c. si quando, de rescr. pag. 39. nu. 45. & 50. Nunc autem addo Concil. Trident. sess. 2. quod c. 4. de re-
for. videtur facere irregularem, èt ad primam tonsurā, eum qui nescit legere &
scribere, & ad quatuor minores, eum qui saltem latinā linguam non intelligit.

Secundò, quòd raro aut nūquam in hoc defectu directè Papa dispēsat, quā-
quam sic indirectè, dispensando super ætate necessaria ad discendum, vt dixi in
prælect. c. si quando de rescript. pag. 57. De amentia vero & defectu iudicij con-
tinuo vel interpellato supra. §. proximo meminimus.

Tertiò, quòd defectus fidei irregularē facit, ita vt qui non est baptizatus, nō
est capax ordinis c. 1. & c. veniens, de presby. non baptiz. quamuis sit catechu-
menus & sanctus: Quia character ordinis præsupponit characterem baptismi,
iuxta Ioan. Andr. & Cōmu. in d. c. 1. Neque baptizatus ordinatur, licèt capax,
si est hæreticus, aut fautor hæreticorū, quāuis sit iā conuersus, c. si quis oēm. 1.
q. 7. & c. 2. §. Hæretici, de hæret. lib. 6. neq; etiā filius hæretici, qui talis excessit
vsq; ad secundā generationem per lineam virilem, aut vsq; ad primam per fœ-
mineam d. §. Hæretici. & cap. statutum 2. eod. tit. & lib. Neque Saracenus, Iu-
dæus, aut Paganus, Neophytus, siue recenter cōuersus, aut baptizatus, c. 1. &
2. 84. dist. & c. constituit 17. q. 4. Dixi, *Recenter conuersus*, & non nouus Chri-
stianus, quia vulgus nouos Christianos appellat etiam ab hinc plus decem, vi-
ginti, triginta, & quadraginta annis conuersos, in quibus hoc locū non habet
argu. c. eam te, de rescript. vbi Fel. nu. 12. & minus in eorum filijs, quos etiam
praua nonnullorum cōsuetudo, nouos Christianos appellat; quamuis statutis
aliquarum ecclesiarum à sede Apost. confirmatis, aliud statutum sit.

Quartò, quòd in his irregularitatibus defectus animæ solus Papa dispensat,
arg. eorum quæ supra proximo. §. dicta sunt, & notatur in §. 1. c. at si, de iud. Ne
que ille satis benè potest in defectu iudicij continui, vt sentit Bald. in cap. cum
adeo, num. 10. de rescrip. Neque in defectu baptismi, quia ea iure naturali aut
diuino in eo qui est ordinandus requiruntur, iuxta illa quæ adduximus in d.
c. si quando pag. 28. & 29.

*De Quarta Specie Irregularitatis, de homicidio iusto
ob defectum perfectæ lenitatis.*

*Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio.
num. 206. & seq.*

*Irregularis est ex defectu perfectæ lenitatis omnis & solus qui & c. n. 207. et 208
& ita Iudex, accusator, testis & c. qui fuerunt causa deformationis sequuta.
num. 209. & seq.*

*Causa propinqua deformationis quid & quotuplex, & multa illata, nu. 211. & seq.
Intentio virtualis specialior necessaria ad irregularitatem iustam, quàm iniustam.
numero 213.*

Man. Nau.

Hhh 3

Irregularis

Irregularis non est sic dans arma, hortans, iuuans, pugnans &c. contra Aluarum Pelag. n. 214. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum. n. 215. Irregularis deformans ob defensionem parentum & patria &c. non autem denuncians &c. nu. 216. Dispensare nequit Episcopus cum irregulari iusto. num. 217. & cum malè ordinato sic. nu. 245.

206 **D**ico Primò, quòd hæc oritur ex occisione vel mutilatione membri hominis in casu licito. Quia visum est ecclesiæ non posse eum satis referre lenitatem atque mansuetudinè D. N. IESV CHRISTI (qui propter nos suum proprium sanguinè fudit, & morti se tradidit) eum, qui occidit vel mutilat etiã licitè, per dicta S. Th. 2. sec. q. 40. ar. 2. Secundò, quòd illa sola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per se distinctum habet, vt manus, pes, auris, arg. c. singula. 89. dist. quare digitus non est membrum, sed pars membri, iuxta Barth. receptum in l. 2. ff. de public. iudic. quem firmiter sequimur contra Caiet. 2. sec. q. 95. art. 1. (licet eum sequatur Sotus lib. 2. q. 5. ar. 1. de iust. & iur.) Primò, quòd a cõmuni opinione valde p̄sertim recepta, non est discendũ sine textu aut ratione necessaria, iuxta c. de quibus 20. dist. & Ioan. And. recep. in c. 1. de const. quales ipsi non afferunt. Secundò, quòd Caiet. confitetur quòd ille cui vnus digitus abscinditur, sine quo bene celebrare potest, non est irregularis, & consequenter non perdidit mēbrũ, cum amissio membri apparentis irregularem faciat, iuxta omnium mentè. Tertio, quòd in l. item Offilius. ff. de edil. edi. habetur, quòd habens abscissum vnũ digitum, habet abscissam partem membri, & non ipsum membrũ. Et in l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. innuitur habentem æquo plures digitos, non habere æquo plura membra. Quarto, quòd falsum est id quod Caiet. pro se adducit, scilicet, quòd vt sit membrum, non est necesse vt habeat officium distinctũ ab alijs membris, & satis est quòd sit socius, & adiutor in illo officio faciendo. Quia etiam pars digiti manum in suo officio iuuat, attamen non est membrum, vt ipsemet fatetur; tum quòd capit. 1. de corp. vitiat. ab ipso citatum, potius pro nobis quàm pro eo facit, quanquam neutram partem probat. Quintò, quòd non est verum id quod assumit, scilicet, Testiculos hominis sine parte genitali membrum per se facere, quia quamuis qui sua culpa eos amisit, non possit ordinari, non tamen ex eo sequitur, est membrum. Nam non potest ordinari qui sua culpa partem digiti amittit ca. qui partem 55. dist. & cap. 1. de corp. vitiat. quam tamen non esse membrum ipsemet confitetur. Sextò, quòd nullus æquus iudex iudicare auderet, quòd statutum irrogans magnam aliquam pœnam in abscindentem alteri membrum, includat digitum abscindentem. Nam & Fel. in d. c. cum aliorum, ponens sex casus in quibus digitus habetur pro membro, oppositum pro regula ponit. Monemus tamen nullam esse glossam quæ hanc conclusionem Barthol. expressè teneat, licet Soto fuerit visum id tenere gloss. Clem. 1. de homic. quæ tamen nihil tale habet, nec vllus notorum eam in id citauit.

Tertio,

Tertio, quòd quamuis paria sint quo ad hoc, interficere & membrũ abscindere, Clem. 1. de homic. non tñ sunt paria, abscindere illud & debilitare, etiam aded vt nihil eo facere possit, secundũ Card. Pan. & Præposit. in c. 1. qui cleric. vel vouent. post Cal. ibidem, quia saltem excusat à deformitate. Contra quòd tamen facit quòd idem Pan. in d. c. cum illorum, quem sequuntur Angel. Syl. 207 & quidam alij, contrarium tenuit, asserens quòd Clem. 1. de homic. quæ de hoc loquitur, pro diuersis ponit mutilare & truncare: & quòd per mutilare intellexit debilitare. Pro quo facit, quòd Bonif. in eadem. Clem. 1. col. 6. ait quòd irregularis est, qui facit alium irregularem, idest, inhabilem ad sine scandalo celebrandum, quæ duo assumpta esse falsa iam pridem probauimus Conybricæ. Tum quia præfata Clem. 1. non habet truncare, sed solũ mutilare, vt palam est. Tum quia vt supradictum est, n. 250. per c. is qui, de sent. excom. lib. 6. irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis, e quibus non sunt illi, quos ipsi de suo addunt. Tum quia iura statuentia irregularem eum qui occidit, aut mutilat, oppositum de debilitante significant, arg. ca. Nonne, de præsumpt. & l. Cum prætor. ff. de iudi. Tum quia generas filium extra matrimonium, irregularem facit c. 1. de fil. presby. non tamen est ob hoc ipse irregularis, & iudex furem furti damnando, facit eum irregularem c. tantis Daniel. 81. dist. & c. omnipotens, de accusat. ipse tamen ob hoc non est irregularis. Tum quia membrum aridum, verè est membrum c. sicut vrgeri 1. q. 1. ibi, si cuius manus arida est, membrum quidem est, licet inefficax.

Quartò, quòd ad maiorem breuitatem vtetur hoc verbo deformare, loco illorum verborum occidere, & mutilare mēbrum, & non abs re, quia vterque potest dici deformatio, Mutilator quidem, quia tollit formam figuræ accidentalem, occidens autem, quia tollit formam substantialem, arg. eorum quæ habentur in c. de fabrica, de consec. dist. 1. & in c. in quadam, de celeb. missar.

Quintò, quòd omnis & solus ille est irregularis huius speciei, qui iam baptizatus hominem deformat in casu licito, alio quam infirmitatis, aut dat causã propinquam deformandi aliquem, aut saltem vt citius deformatur, quam aliàs fuisset deformatus, extra necessitatem inuitabilem suæ vitæ defendendæ. Dixi, *Iam baptizatus*, quia per mortem iustam anteriorem, irregularitas non incurritur per c. si quis viduam 50. dist. secundum Panor. & Præposit. in c. gaudemus, de diuort. & Card. in Clem. 1. num. 13. de homic. quem ibi secuti sumus cum gloss. in Summa 51. dist. & in d. c. si quis viduam, & Innocen. in d. cap. gaudemus, & Villad. vbi supra col. 45. Non quia infidelis sit incapax omnis irregularitatis, est enim capax Bigamiæ c. Acutius 26. dist. sed quia iura solũ constituerunt hoc de actibus baptizatorum d. ca. si quis viduam. Per quòd soluitur argumentum, quòd ad oppositum tenendum Villadiè. induxit, vbi supra col. 44. Dixi, *Deformat*, quia nisi deformatio sequatur, non incurritur. Dixi, *Hominem*, ad includendum eum, qui deformat Saracenum, aut alium infidelem, & excludendum eum qui solũ corpus mortuum, aut antequam animetur deformat, ob dicenda infra nu. 218. Dixi, *In casu licito*, quia qui in alio hoc facit, hanc irregularitatem non incurrit, sed aliam peioris speciei,

H h h 4 ciei,

ciei, scilicet, delicti, de qua, d. nu. 218. Dixi, *Alio quam infirmitatis*, quia deformitas ob illam inducta, deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, si per hanc facultas rectè celebrandi non adimatur, capit. si quis a me, cum 3. sequen. 5. 5. dist. 1. Dixi, *Aut est causa*, generaliter, ad includendum quatuor causas, scilicet, efficientem, materialem, formalem & finalem, de quibus infra. nu. 219. Dixi, *Propinqua*, quia non sufficit esse remotam, argu. c. de occidendis 3. q. 5. & gloss. sing. c. de cætero, de homicidio. Causa vero propinqua quo ad hoc est dictum vel factum licitum directum sufficienter in deformationem inde sequentem. Dixi, *Licitum*, quia illicitum causat irregularitatem speciei sequentis. Dixi, *Directum*, quia oportet ut sit tale quod tendat in deformationem ex se siue suapte natura, vel intentione operantis, ut est ictus mortifer etiam sine intentione occidendi, vel contra, ictus ex se nõ deformatarius, cū intentione deformandi. Dixi, *Sufficienter*, quia non sufficit qualiscunq; non enim sufficit directio, qua minimus ictus ex se dirigitur in deformationem, neque directio per quamlibet generalem intentionem, qualem habet qui præbet arma militi ad bellum iustum generaliter, & qui hortatur generaliter exercitum ad prælium iustum & ad victoriam, etiam iuuando sine intentione speciali deformandi. Dixi, *Saltem*, quia sufficit ut sit causa ut deformat citius quã aliàs deformaretur. Dixi, *Extra necessitatem incuitabilem*, quia hæc excusat iuxta Clem. 1. de homic. quamuis ante illam oppositum tenuit Thom. 2. sec. q. 64. art. 7. ad 3. eo quod nondum per illã hoc ius nouum erat inductum, ut opinatur Caiet. ibi, licet illa non contineat verba ius nouum denotantia, sed parui refert an nouum, an vetus contineat. Idem autem esse de deformante ob necessitatem euitandæ mutilationis dixit Card. in d. Clem. 1. q. 3. Ille vero dicitur esse in prædicta necessitate, qui neque fuga, neque clamore, neque vilo alio modo, nisi interficiendo aut deformando aggressorem, eam vitare potest, iuxta gloss. Clem. 1. & c. suscepimus eod. tit. quia licet regulariter quis non teneatur fugere ad peccatum vitandum ne aggressorem interficiat, tenetur tamen quo ad vitandam irregularitatem, ut rectè Pan. declarauit in c. olim, nu. 17. de rest. spolia. & ferunt gl. d. Clem. 1. verbo, non valens & c. Suscepimus eod. tit. verb. interimetur, quia hæc sine peccato incurritur, ut supra dictum est, non tamen dicitur fuga posse vitare, cui ipsa est periculosa secundum Communem, quam sequitur. Fel. in d. c. suscepimus. Dixi, *Sequentem*, quia sine illius consequitione alia non sufficeret, etiam si alia pœna sanguinis irrogaretur, iuxta dicta sup. nu. 191. & gloss. recept. in c. si aliquis de homicid. Dixi, *Inde*, quia non sufficeret aliunde: nam si captus a iudice contra quem sum testatus, occideretur ab alio quam a iudice, vel ab eo alia de causa, vel non moueretur per meum dictum, quia non vidit vel floccipepedit, non essem irregularis; quippe, quod ex meo dicto non fuit sequuta mors. Ex qua regula sequitur. Primò quod est irregularis huius speciei iudex iustè procedens, accusator aut promotor fiscalis, testis, & notarius qui sententiam scribit, aut pronunciat aut testimonia testium scribit, aut legit quando publicantur, scribens aut dictans literas, quibus iubetur deformatio, agens aut procurans contra reum talem deformationem patientem.

rem, etiam pro reo, qui vicit cum cõdemnatione talionis, per quam accusatus fuit deformatus, Assessor, & quilibet alius officialis, c. aliquantos 51. dist. & c. Clericis, & c. sententiam, ne cler. vel monach. & gl. summæ 15. dist. & Clem. 1. de homic. omnes enim hi deformant, vel dāt causam propinquam deformandi, per prædicta. Secundò, quod non est irregularis qui alteri arma præbet, ut se aliàs se defendere non valentem defendat, si ille aggressorem deformat, quia quum per se ipsum deformando non incurreret, per si. d. Clem. a fortiori non incurreret faciendo id per alium, argumen. cap. penul. de homicid.

Tertiò, quod e contrario qui dat arma proximo non valenti se sine illis defendere, & ille occidat inuadentem, est irregularis, quia tota regula conuenit ei, quum non det illa ad necessariam suæ vitæ defensionem, & a fortiori si non daret illi arma, sed ipsemet illis occideret eiusmodi inuadentem, ut tenet gloss. ferè ab omnibus recept. in d. Clem. verb. suum, solerter ab illa expensum.

Quartò, quod est irregularis qui deformat alium ob defensionem iustam vitæ alterius, etiam patris, aut matris, etiam in bello iusto etiam in casu in quo nisi ipse id faceret, ciuitas obsessa caperetur, aut exercitus iustum bellum gerens fugaretur, & a fortiori qui ob iustam defensionem sui honoris & bonorum, aut proximi deformat, licet id iustè faceret, quod fieri posse dictum est, c. 15. nu. 2. & 3. post alios citatos ibi, & latius in c. olim, 1. de rest. spol. quia solus ille qui necessitate inuitabili suæ personæ deformat ab illa excusatur, d. Clem. 1. cum glo. ferè ab omnibus recepta de homicid. Caiet. 2. 2. q. 40. artic. 2. Nec obstat, quod doctissimus Fortunius, in l. vt vim, ff. de iust. & iur. col. 9. oppositum tenuit, quem aliqui sequuti sunt moti eo, quod non incurrit excommunicationem, qui clericus propter defensionem necessariam proximi percutit, iuxta Innoc. recept. in c. si verò, de sent. excom. quod certum est licere. Imo & interdum oportere proximum defendere, c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. c. quantæ, eod. tit. in antiq. Non inquam hæc obstant, quia excommunicatio generalis non incurritur sine peccato mortali, ut supra eod. cap. nu. 9. dictum est, irregularitas autem sic, per dicta, nu. 206. & quia non sufficit iustam esse deformationem quo non inducat irregularitatem, & quia sequeretur quod qui defendendi honoris, aut bonorum causa in casu licito interficit, non foret irregularis, quod asserere esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare contra textum ferè expressum, in d. Clem. vbi glo. recepta ferè per omnes hoc tenet. Dixi, *Iustam*, quia qui ob iniustam defensionem, aut in bello iniusto hoc facit, non est irregularis huius speciei, sed sequentis hac deterioris & difficilioris dispensationis: nullam tamen harum incurrit, qui iudicibus denunciant prodiciones, homicidia, & alia delicta cum protestatione se hoc facere solum, ut impediantur ne fiant, & non ut aliqua pœna saltem deformante puniantur, etiam si sint clerici eiusmodi denunciantes, ut supra c. 18. & in repet. c. inter verba 11. q. 3. diximus: modo ea extra confessionem sciant, quia licet clericus qui alium ob alienas iniurias coram iudice etiam cum prædicta protestatione accusat, irregularitatem nõ vitet, si iudex accusatum deformat, ut supra dictum est, non tamen incurreret si ad euitanda mala quæ immin-

nent eos denunciaret cum prædicta protestatione, præsertim ad id conscientia eum perstringente per locum a maiori. Quanquam etiam laici qui hoc faciunt sine prædicta protestatione, huius speciei irregularitatem incurrunt, licet non peccent; & clerici beneficiarii, vel ordine sacro initiati alterius speciei deterioris, quia peccant.

214 Quinto, quod eam non incurrunt laici, vel clerici qui deferunt ad Iudicem crimen, quod mereretur deformationem licet caprum ob illud iniuste, vel ob alia aliunde ad eum delata deformat, modo non tenerentur credere id euenturum, quia non præbent prædictam causam propinquam, neque intersunt deformationibus, quæ per iudicis sententiam fiunt, glo. Pan. & Com. in c. sententiam. Ne clerici, vel monachi, nisi intersint auctoritatem, vel auxilium præbendo, nil dicendo, aut faciendo quo deformatio fiat, aut anticipetur, quamvis clerici, secundum ead. glo. recept. peccent si eis intersint sine causa rationabili, ut consolandi, aut confitendi condemnatum, secundum Pan. ibidem. Quod nostro iudicio restringendum est ad clericos sacrorum ordinum, & beneficiarios, per supra dicta, c. 25. nu. 110. & Ang. verb. cler. 4. §. 1. & Sylu. verb. cler. 2. §. 4.

215 Sexto, quod clericus præsens bello iusto etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo multos proprijs manibus, & efficiendo, ut commilitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis si per se non deformat, quia non dat causam propinquam deformati supra definitam, cum non faciat actum speciatim ad deformationem directum quo ad percussos ab alijs, & licet faciat talem quo ad percussos a se: illi tamen non sunt deformati, secus si per se deformat, quia licet necessitas defendendæ patriæ, parentum, cognatorum, aut alius proximi a peccato excuset, non tamen ab irregularitate per proximè dicta.

Septimo, quod ex hoc colligitur ratio cur interdum præbere lanceam, aut enssem, balistam, aut sclopetum, non faciat aliquem irregularem, & interdum sic. Et interdum præbere ante prælium non, & in eo sic, quia interdum datio illa est causa propinqua, & interdum non, & ita interdum inducit irregularitatem, interdum non; non enim facit talem eum qui non dat principaliter ad deformatum, licet det generaliter ad bellandum, præliandum & vincendum, ut passim dant patres, patrui, cognati, amici, & domini ecclesiastici, & seculares, ut colligitur ex Pan. & Com. in d. c. sententiam, & S. Ant. 3. par. tit. 2 §. c. 2. §. fi. & alijs supra citatis, neque etiam, iuxta Inn. in d. c. sententiam, qui dat balistam, aut sagittas sagittarijs, ut iaciant in hostes sine tamen intentione specialii, ut deformat, sed generali, ut vincant, nec eadem ratione qui sclopetum, aut globulos præbet, & a fortiori, nec qui dat lanceam, enssem, & alia arma quibus rarius quis interficitur. Neque qui hortatur milites, ut animosè, & fortiter aggrediantur prælium iustum, ut Deo, iuramento, Regi & Imperatori suis satisficiant: neque etiam qui in ipso prælato cohortatur, & dicens præliamini, vinci te, iux. Comm. in d. c. sententiam.

216 Octavo, infertur verus intellectus, c. quod in dubijs de pœn. quatenus habet sacerdotes, qui ad præliandum incitant in bellis esse irregulares, & gl. c. ita quorum-

quorundam de Iudæ. dicentis irregularem esse qui ad præliandum dat arma si eis aliquis interfectus fuerit, & Com. in d. cap. sententiam concludentis qui in prælio ad interficiendum incitat esse irregularem, quamvis bellum iustum sit ex parte sua, & illius dicti Inno. approbati communiter ibidem, scilicet, eum qui balistam aut sagittas præbet ei quem credit interfectorum, si interficit, esse irregularem, quamvis bellum iustum sit, intelligi enim debent de incitante, vel dante arma cum prædicta intentione sufficienti ad constituendum causam propinquam deformationis. Contra hæc tamen omnia plurimum vrget, quod intentio actualis, siue expressa, & virtualis, siue tacita æquiparantur, in l. cum quid, ff. de reb. cred. & in c. quemadmodum, de iureiur. Et qui incitat, iuvat, aut præbet arma ad præliandum, & vincendum hostes, virtualiter videtur velle, ut percutiant, mutilent, & occidant eos, vel aliquem eorum, quum id non possit contingere moraliter nisi ea faciendo, & qui vult consequens, vult necessarium antecedens, l. 2. ff. de iuris. omn. iudi. cap. Præterea, de offic. deleg. Secundo, quod qui hortatur suos in prælio iniusto secuta deformatione, fit irregularis, ea sola ratione, quod videatur virtualiter deformare. Tertio, quod dupliciter vult quis aliquid, scilicet in sese, vel in causa sua, & quod sufficit velle in causa homicidium ad incurrendam irregularitatem, pro quo est c. Presbyterum, & cap. continebatur cum multis alijs. de homicid. Ad soluendum hæc, & constituendum definita supra in hoc dicto, & septimo, & octavo corollario eius prædictis, quæ nullibi satis resoluta legimus adhibito multo studio & diuino fauore per sacra implorato, vigilia Sancti Marthæ anno 1556. ea occurrerunt vna cum consideratione, quod non omne quod sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam intentionem sufficientem deformati quo ad deformationem iniustam, ut incurratur irregularitas, sufficit ad dandam causam propinquam & habendam sufficientem intentionem occidendi quo ad occasionem iustam, ut eadem incurratur: Tum quia qui iubet aliquem percuti baculo iniuste, etiam expresso modo, ne interficiat, si iussus interficit, est irregularis, quia dat propinquam causam, & habet intentionem ad id sufficientem, c. fin. de homic. lib. 6. At prælatus qui ciuitati cuius iurisdictionem temporariam habet, gubernatorem præficit, ut iustitiæ munera exequatur, non videtur dare causam propinquam, nec habere intentionem sufficientem, ut interficiat, quamquam expressè id non prohibeat, c. prælatis. de homic. lib. 6. Cum tamen certius sit illum gubernatorem aliquem morte cõdemnaturum, quam iussu percutere, occisurum; Tum quia opem ferens & assistens etiam sine armis iniuste præliantibus, dat talem causam, & habet talem intentionem sufficientem, ut post Inno. in c. pen. de homic. supra dictum est. Qui tamen assistit iuste præliantibus non, c. Igitur, cum 3. seq. 23. q. 8. etiam si assistat armatus, c. continebatur, de cler. percuss. etiam si hortetur, c. 3. eod. tit. nec etiam si percutiat, d. c. pen. Per quam respondetur tribus argumentis prædictis, quod assumpta in eis sunt vera quidem regulariter, sed fallunt in his quæ spectant ad hæc irregularitatem, quia sicut speciale est in ea, ut pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, ut ad id requiratur causa ita propinqua, & intentio adeo specia-

217 Specialis, vt dictum est. Nonò consequitur hæc omnia modus excusandi ab irregularitate prælatos clericos, qui nõ solùm solent interesse bellis sacris, & pijs cum suis subditis & militibus, sed etiam exhortari eos ad præliandum & vincendum, sine tamen intentione speciali ad deformandum per alios, & sine deformatione ab ipsis facta, quanquam nulla probabilis excusandi eos ratio occurrisset. Aluar. Pelag. de Plan. eccle. art. 48. modus item excusandi ab ea clericos & fratres Lusitanos, qui magnò zelo fidei Christianos, & nõ minori animo suos in Indijs contra Saracenos & paganos hortari solent manibus crucem gestantes, & aciem ipsam præeuntes, qui non irregulares, sed regularissimi sunt. Decimò, q̄ est irregularis huius speciei, qui vt cõsequatur indulgentias, fert ligna quibus hæreticus vratur, si ex eis factis cooperatus fuit ad occidendum, aliàs non, iuxta S. Ant. 3. par. titu. 28. c. 2. §. 5. & Com. Quæ consequitur quòd quando antea strangulantur hæretici quàm vrantur, non fieri irregulares eos, qui huiusmodi ligna detulerunt, neque etiam quando viui vruntur, si ligna iacta fuerint mortuis iam illis. Vndecimò, quòd fit irregularis comitras iudicem tanquã notarius, satelles, aut custos damnati ducti ad mortem, aut deformationem, uendens item vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, ballistas, aut alia instrumenta ad sagittis configendum, ad laqueo suspendendum, iugulandum, aurẽ aut aliud membrũ decidendum. Duodecimò, qui capit, aut indicat furẽ, aut reum vt a Iudice capiatur, & qui etiã suã vtilitatis causa tradit, aut conqueritur de aliquo apud Iudicem sine protestatione ne procedat ad deformationem, c. prælati, de homic. lib. 6. quia omnes isti sunt causa propinqua deformationis in casu licito, & ita irregulares. Dixi, *Etiã suã vtilitatis causa*, quia si causa alienæ tantum id faceret, etiam cum protestatione, fieret irregularis, per d. c. prælati, in verb. suas, secundum Commu. quam Franc. sequitur ibi. Quod autem protestatio non solùm verbo, sed etiam mente debeat fieri quo ad forum conscientie, dicitur infra num. 227. Decimotertiò, quòd etiam est irregularis hortans condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, aut cippum, aut ascendat scalas, aut faciat aliquid aliud ex quo acceleretur deformatio. Et qui acuit gladium, aut præparat funes, aut instrumenta quocitius, & minori cum dolore fiat exequutio, iuxta mentem S. Ant. vbi supra & omnium aliorum.

Sextò, Dictum principale quòd in hac irregularitate solus Papa dispensat, sed longè facilius, & ex minore causa quàm in sequenti quæ ex actu illicito nascitur: licet post Conc. Trid. in illa si est occulta dispenset Episcopus, & in hac non, vt infra nu. 240. dicitur.

De Quinta specie Irregularitatis, quæ ex homicidio iniusto, uno ex delictis, unde illa nascitur.

Irregularis per deformationem illicitam est omnis, & solus ille, & c. nu. 218. Cause sunt quatuor, efficiens, formalis, materialis & finalis, nu. 219.

Causa

Causa propinqua deformationis noue definita, nu. 219. & seq. Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla mere casualis, mixta verò facit contentum in hac regu. 28. Corollariis ornata a nu. 220. de monacho chirurgo, abortiente, vulnerante, & non deformante, ministrante arma, iuuante, & hortante, accusante sine protestatione, detinente furem, alente ferã, magistro castigante, ludente illicitè, clerico venante, cordigero equitante, & de adulterante, a nu. 221. vsque ad nu. 239. Mandans vel consulens hoc differunt, nec refert, an cito, an tarde executio fiat, m. 233. & seq.



RIMVM dico, quòd quo ad hunc effectum paria sunt occidere & mutilare, siue abscindere membrum: non tamen debilitare, vt dictum fuit supra nu. 207. & vt ibi, ita hic vtetur verbo deformare pro occidere, aut mutilare seu membrum abscindere.

Secundò, quòd deformatio est triplex, merè voluntaria, merè casualis, & mixta. Merè voluntaria est deformatio intenta seu volita in se iustè, vel iniustè; qualis est quam quis intendit facere iustè, vel iniustè, per se, vel per alium, iuendo, consulendo, aut cooperando, vel iuuando testimonio, vel patrocinio, ferro, veneno, aut alijs modis, aut deducendo ad locum vbi deformatur, aut procurando, vt faciat aliquid ob quod deformatur. Merè casualis est non intenta seu volita in se, neque in causa ad eam sufficienter ordinata, qualis est mors quam infert fulmen eo loco illi qui sine talis deformationis præuisione ad eum iuit, vel missus fuit. Illa enim neque est volita in se, neque in causa ad illam sufficienter ordinata. Mixta est quæ non est intenta, vel volita in se, sed sic in causa sufficienter in illam ordinata, qualis est facta a seruo iusso palo cedere alium citra deformationem, & testificatio in causa sanguinis, nolentis deformationem. Illæ enim non sunt intentæ, siue volitæ in se, sed sic in causa sufficienter in eam ordinata, vt bene declarat S. Thom. secunda secundæ quæstio. 64. artic. 8. vbi multa Caiet. tamen, nec ipse, neque alius adeo breuiter, & clarè resoluat.

Tertiò, quòd sicut ad soluenda dubia occurrentia circa irregularitatẽ quartæ speciei posuimus vnã regulam, ita nunc ad soluenda dubia circa hanc tradimus alteram, scilicet, quòd omnis & solus ille est irregularis hac specie irregularitatis, qui discretus & baptizatus seipsum aut alium hominem illicitè deformat, aut causam propinquam illicitam illius, aut suæ anticipationis præbet. Dixi, *Discretus*, quia infans & furiosus qui nunquam habuit iudicium, aut amisit illud ante deformationem, eam non incurrit. Clement. 1. de homicid. Dixi, *Baptizatus*, quia prius facta non sufficit, cap. si quis viduam, 60. distinctio. & per dicta supra nume. 107. Dixi, *Deformat*, ad includendum occidentem & mutilantem, sed non solùm debilitantem; etiam sic vt sine scandalo non possit celebrare, vt proximè diximus. Dixi, *Seipsum*, quia cum nemo sit dominus suorum membrorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. cap. contingit. 1. de sentent. excommunic. etiam irregularitatem incurrit qui seipsum illicite

licitè deformat, cap. si quis absciderit, & cap. hi qui. 55. distinct. quamuis id sancta intentione faciat, vt qui se castrat, quo melius castitatem colat. d. cap. hi qui. Dixi, *Aut alium hominem*, quia non satis est deformare embrionem nondum anima rationali animatum, cap. sicut ex tuarum, de homic. c. quod verò, & cap. Moyses, 3. q. 2. aut cadauer ea destitutum. Archid. c. si quis. 15. q. 1. Dixi, *Illicite*, quia qui ob morbum consilio chirurgi abscindi facit, aut abscindit aliquod suum, aut alienū membrum, hanc irregularitatem non incurrit. c. si quis a medicis, & cap. si quis in infirmitate, 55. distin. quamuis aliam quæ ex defectu corporali nascitur incurreret, si ob eam fieret inhabilis, aut deformat ad celebrandum sine scandalo per suprascripta eod. cap. nu. 200. Dixi, *Causa*, generaliter ad comprehendendum quatuor causas, quæ sunt efficiens, materialis, formalis, & finalis, iuxta Aristot. lib. 2. Physic. & nos collegimus dudum ex gl. 1. Decret. & tradit Marian. in hoc proposito, in d. c. ad audientiam, q. 42. de homic. & consequenter ad includendum eum, qui est causa efficiens deformitatis, qualis est qui eam facit, iubet, mandat, ratificat, vel iuuat; & eum qui est causa materialis illius, qualis est qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum, vbi sunt inimici parati ad deformandum ipsum; & eum qui est causa formalis, qualis est qui instruit, docet, aut consulit; & eum qui est causa finalis, qualis est qui præmium aut receptationem deformatiori pollicetur. Dixi, *Propinquam*, quia non sufficit quòd sit causa remota, per glo. sing. cap. de cætero, de homic. receptam per omnes, qualis est de se omnis armorū fabricatio. Dixi, *Illicitam*, quia irregularitas huius speciei, quæ oritur ex deformatione illicita, nunquam sine peccato saltem veniali nascitur, vt statim dicemus. Causa verò propinqua illicita deformitatis potest definiri esse dictum aut factum illicitum directum sufficienter in deformationem inde sequentē, declarando partes eius, vt supra nu. 210. excepto quòd non requiritur intentio tam specialis ad incurrendam ex causa illicita, de qua hic, quam ad incurrendam ex causa illicita, de qua ibi, vt nume. 211. declaratur. Dixi, *Sue anticipationis*, ad includendum eos qui dicunt, aut faciunt aliquid, sine quo deformatio quidem sequeretur, sed non tam cito, iuxta Specula. de dispens. §. iuxta, nume. 12. & 13. Panor. in cap. sententiam, ne cler. vel monachi. Villadieg. vbi supra col. 22. Anton. 3. par. titu. 28. c. 2. §. 5.

Ex hac regula sic declarata infertur primò, quòd prima deformatio intenta & volita in se semper inducit irregularitatem. Secundò, quòd nulla secunda, scilicet mere casualis inducit illam, quia neque est in se, neque in sua causa uolita.

Tertiò, quòd omnis & sola deformatio mixta sequuta ex opere illicito lege iustitiæ, quòd est causa propinqua eius, inducit irregularitatem huius speciei, ca. tua, c. suscepimus de homicid. & c. si. eo. titu. lib. 6. quæ de opere in se illicito loquuntur, & cap. continebatur, & cap. presbyterum, eodem titulo; quæ de opere licito illicitè factò agunt. Dixi etiam, *Sola*, quia nulla deformatio casualis quæ ex opere licito licite factò nascitur, facit quem irregularem huius speciei, ca. lator, ca. dilectus, ca. ex literis, 1. & 2. ca. Ioannes, de homicid. & c. Præ-

latis

latis eod. titu. lib. 6. Non dixi ut aliàs, *De opere licito illicitè factò*, quia opus licitum illicitè factum, illicitum est, c. cum minister. 23. q. 5. gl. iuncto tex. ca. 1. de colluf. deteg. Dixi, *Quod est causa propinqua eius*, quia non sufficit quòd sequatur ex illicito, nisi sit causa eius propinqua, qualis est deformatio fulminis ictu facta eius, qui male iussus aliquo ibat, quia illa mala iussio, neque de se, neque per intentionem directam in illam est causa propinqua ipsius per prædicta, sicut & culpa præcedens casum fortuitum, non efficit, ut fortuita impotentur contra. l. si creditor, & l. quæ fortuitis C. de pig. act. nisi illa culpa dirigatur sufficienter ad illū, vt in hac ipsa specie singulariter dicunt Ancha. & Fran. in glo. pen. ca. fin. de homicid. lib. 6. Nam & tunc demum culpa præcedens casum nocet commodatario, cum illa aliquatenus ordinatur ad illum, iuxta mentem omnium, in d. c. 1. de commod. & c. si. de deposit. Mula enim commodata periens in itinere ictu fulminis, nõ perit commodatario, licet propter eius culpam in ludendo vel fornicando, non transijt prius locum vbi fulminauit, quia culpa illa non fuit sufficienter directa in illum casum, & in c. si. de hom. lib. 6. ideo mandans percutere citra mortem, si mandatarius occidat, fit irregularis, quia percussio culpabiliter mandata, sufficienter dirigitur in mortem. Quod autem dicatur sufficienter directum, boni uiri arbitrio terminandum est, argumen. l. 1. ff. de iure delibe. cap. de causis, de offi. deleg.

Quartò, pro resolutione eorum quæ contra hæc adduci possent ex Soto 222 lib. 5. q. 1. articu. 9. de iust. & iur. & aliis infra citandis. Dicendum est, quòd nõ est aptus nec uerus intellectus quem pro certo dat Sotus cap. tua, de homicid. scilicet, quòd monachus qui vtendo chirurgia ob solam pietatem curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus exponens se vento contra præceptum eius, moritur, nõ est irregularis; & si ob lucrum curat sic. Tum quia Ioan. And. Panor. Anan. & Fely. dicunt in vtroque casu esse irregularem, quamuis in altero casu, quam in altero facilius dispensetur. Tum quia textus aperte dicit illum monachum exercendo alienū officium sibi vetitum peccasse, ibi, *Licet ipse monachus multum deliquerit officium alienum usurpando, quòd sibi minime congruebat*, & ita ex opere illicito sufficienter ad id tendenti sequuta fuit deformatio. Tum quia textus in illis uerbis, *Si tamen &c.* palam concludit necessariam fuisse illi dispensationem etiam si ob solam pietatem curasset.

Quintò, quòd nimis audacter videtur dixisse idem Sot. contra omnes Canonistas, imò & Theologos, non esse textum probantem, quòd ex deformatione casuali ex opere illicito sequuta fiat quis irregularis; Tum quia c. dilectus, & ca. ex literis. de homicid. id probant à contrario sensu, quòd licet, ut ipse ait, sit infirmum logicis; Iurisconsultis tamen firmissimum est l. 1. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict. & cap. Apostolica, de his quæ fi. à prælat. sine con. capit. saltem quando desumitur probandum illud cuius contrarium non est iure expressum, iuxta ca. à nobis, 2. de senten. excommu. & glo. c. significasti, de for. compet. vt in proposito contingit; Tum quia prædicta duo ca. dilectus, & ex literis, non solum probant id à contrario sensu, sed etiam à cessante ratione & causa, quòd est ualidum. l. Adigere. §. quauis, de iur. patr. c. cum cessante, de Ap-

de Appellat. ut palam est ea perpendenti: Tum denique quia plurimi sunt textus, quibus pro regula statuitur, quod qui deformat, irregularis est, ca. miror, cap. si quis viduam, cap. clerico, cap. de his, 50. distinct. cap. continebatur, & cap. Presbyterum, de homicid. & adeo quidem, ut videantur includere etiam eos, qui iuste, & sancte, directe, aut indirecte deformat, aut illius causa sunt. Quin multi & in his Sancti Thom. secunda secundae quaest. 64. artic. 8. contra casum Clement. 1. de homicid. tenuerunt esse irregularem etiam deformantem ob necessariam suae vitae defensionem. Cum ergo a regula non sit discedendum nisi iure, aut ratione in id cogente, gloss. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. & in Rubr. de reg. iur. lib. 6. recept. per omnes, Cumque ius ab hac irregularitate non eximat nisi casu citra culpam deformantem, regula praefata probata relinquitur.

222 Sexto, quod deformans embrionem inanimatum, vel cadaver exanimatum, non est irregularis, per dicta supra nu. 218. Nec qui propinat mulieri, aut viro potum quo eis generandi facultas impeditur, quia non deformat, c. si aliquis de homic. neque qui praegnantem abortire facit antequam foetus anima rationali animetur, c. sicut ex tuarum, de homic. quae quadragesimo die masculo, & octuagesimo foeminae infunditur, iuxta glo. sing. in princ. dist. 5. Si vero nascitur, an foetus abortiuus quem abortiuit post diem quadragesimum sit mas, an foemina, debet se censere irregularem, qui eius causa fuit, argu. cap. ad audientiam, de homicid.

Septimo, quod non est irregularis qui vulnerat pluries & plurimum, etiam cum maxima sanguinis effusione, etiam abscindendo aliquas partes membrorum, modo non abscindat membrum, nec vulneratus moriatur, etiam si maneat inhabilis ad decenter celebrandum, quia non deformat. Monemus autem quod licet auris, siue cartilago illa sensum auditus exornans, non videatur esse membrum eius tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatem quam in parte aede edita, & publica inducit, arg. cap. qui partem, 55. distinct. & eius quod paulo ante diximus, per illud quod Spec. placuit, in §. iuxta, de dispens.

223 Octavo, quod non est irregularis qui iuste aliquem percutit & non occidit, licet ab alijs sine ipsius culpa occidatur, c. significasti, 2. de homic. aut moriatur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo superueniente, quia illa mors non est sequuta ex eius opere illicito, secus tamen est de iniuste percutiente: nam etiam si percussio non sit mortifera, est tamen causa, quod alius eum interficiat, aut incidit ob illam in morbum quo moritur etiam culpa medici, vel malo regimine, quia quo ad hoc paria sunt interficere, & iniuste percutere ex quo mors sequatur, etiam sine alia culpa percutientis, ut singulariter probant, c. presbyterum, c. ad audientiam, de homic.

224 Nono, quod non est irregularis, qui non occidit, nec mutilat, licet debilitet membrum, adeo ut nequeat celebrare per supra dicta.

Decimo, quod est irregularis huius speciei praebes arma ad bellum iniustum euntibus, si quis in eo deformatur, iuxta glo. c. ita quorundam. de Iudae. fundamentam

ram in capitu. quod in dubijs, de poen. & a fortiori si ipsemet praerietur. Imo & quicquid dicat Specul. titu. de dispen. §. iuxta. versiculo, quinquagesimo sexto, & nonnulli alij, nos opinionem Innocen. Panormi. & Communem, in cap. penul. de homicid. certam putamus, scilicet, quod qui in praelio, vel alia quacunque rixa interfunt illis, ex quorum parte sunt iniusta, auxiliando, vel fauendo, sunt irregulares si aliquis in eis deformatur, siue interfunt armati, siue inermes, siue deformat, siue non, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non; quamuis non qui interfunt ad dissuadendum praerium, & suadendam pacem, licet inde non nihil animi suorum parti, & non nihil timoris aduersae redderetur. Neque etiam qui interfunt ijs, qui iuste bellum gerunt, etiam ad fauendum, modo suis manibus non deformat, etiam si animo deformati percutiant, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussis, vel medici, quia hoc differt iusta percussio ab iniusta. Adde etiam quod qui suis manibus interficiunt in iusto bello, non sunt irregulares huius speciei, sed illius quae nascitur ex defectu perfectae lenitatis, de qua supra a n. 206. si sunt laici, nec si sunt clerici si initae ipsis pugnae tanta est necessitas, ut excuset a peccato, quamuis non ab irregularitate, ut contingere potest, iuxta notata per Caietanum, secunda secundae quaestio. 40. articu. 2. & tractatur, supra eod. capitu. numero 214. & 217. Undecimo, quod est irregularis huius speciei laicus, vel clericus qui alium in iudicio iniuste criminis merentis mortem, aut deformatem accusat, si ea sequatur. Et qui inimico indicat ubi sit, quod iter teneat, quomodo inueniet quem quaerit, ad deformatum iniuste, si illud sequatur. Iudex item condemnans iniuste, & omnes eiusmodi condemnationi scienter fauentes. Dixi, iniuste, quia quamuis laicus, qui iuste accusat, sententiam fert vel exequitur, cum omnibus ad id auxilium praerentibus sit irregularis alterius speciei, ut dictum est supra nu. 209. Non tamen huius quae est deterior, & difficilioris dispensationis quam illa, excepto clerico ordinis sacri, qui hoc facit etiam iuste accusando, sine protestatione praerdicta, quia facit actum illicitum, iuxta regulam Sancti Thom. secunda secundae quaestio. 64. articu. 7. unde sequitur deformatio. Duodecimo, quod non est irregularis huius speciei, nec alterius qui ad recuperandum sua detinet furem 225 quoad Iudex veniat, aut eidem tradat, neque qui furti sibi facti accusat in iudicio, quamuis suspendatur, modo expresse protestetur, se nolle ut Iudex illi irroget poenam sanguinis, c. praeratis, de homic. lib. 6. & alia sic, etiam in foro conscientiae, licet id ei verè displiceat, ut colligitur ex glo. & Arch. in d. capitu. praeratis, & affirmat Calder. probatus ibi a Perus. colum. 2. si autem verè placeat, fiet irregularis, quo ad forum conscientiae, etiam si scripto, aut verbo protestetur contrarium, secundum Ioan. Andr. Dominic. & Perus. in d. cap. praeratis. Et ideo non semel consulimus quibus id contigit, ut dispensationem obtinerent, quamquam Fely. in cap. postulasti, de homicid. lib. 6. contrarium significet, allegando in id Ioan. And. in cap. 2. de homic. lib. 6. qui tamen in meo libro id non dicit, neque in libris Dominic. & Perus. in d. c. 2. qui eum pro nostra parte allegant, & bene, quia ipse remittit se ad Host. in summa de homic.

§. qua pœna, ver. si verū, vbi copiosius quā omnes id quod nos asserimus tenet. Nec obstat, quod per solam voluntatem, aut intentionem sine opere exteriori irregularitas non incurritur, vt supra dictum fuit, nu. 193. per c. fi. 13. q. 1. quia in proposito cum voluntate concurrat accusatio, aut quærimonia exterior, quæ ad iudicem defertur, & deformatio illam consequuta, & protestatio non est talis qualem ius requirit ad excusandum ab irregularitate, ius enim non requirit protestationem mendacem & fraudulentam, qualis est præfata. In nullo enim casu mentiri permittitur, c. primum. 22. q. 2. c. super eo, de vsur. Hæc tamen irregularitas non est huius speciei, sed præcedentis, quæ ex defectu perfectæ lenitatis nascitur, nisi in clerico sacris initiato, vel beneficiario, qui peccat sic detinendo, tradendo, aut accusando, sine dicta protestatione, vt dictum est. Decimo tertio, quod est irregularis huius speciei qui illicitè rixatur aut certat cum alio, si eius amici superuenientes eū deformat, etiā si absq; aliquo eius consensu id faciant, iux. Io. Andr. in c. Petrus, de hom. recep. a Pan. & Fel. & Com. quia ex eius opere illicito in id aliquo modo ordinato, sequuta est deformatio. Decimo quarto, quod est irregularis huius speciei, qui domi suæ alit, aut custodit feram aliquam bestiam, vt Leonem, Elephantem, aut Vrsum, & est in culpa soluendo, vel tenendo solutam, & illa aliquem deformat, secus si non est in culpa, secundum Inn. Car. & Com. in d. c. ad audientiā, quia quum est in culpa ex opere illicito sequitur deformatio, nō autem, cum nō est in ea. 227

228 Decimo quinto, quod est irregularis huius speciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, aut negligentia, aut audacia omittendo suæ artis regulas, ictus vel ægrotus deformatur, aliās secus, iuxta mentem Spec. recept. vbi sup. nu. 11. & Inn. & omnium, in c. tua de homi. Custos item infirmi, qui dolo, aut notabili culpa, aut contra consilium curantis præbet, aut facit aliquid quo infirmus deformatur saltem citius, non autem si id faciat bona fide sine culpa notabili, licet in aliquo errauerit, & potest se liberare scrupulo, consilio doctorū, qui si etiam dubitant, irregularem se debet putare, iuxta Spec. vbi supra n. 13.

229 Decimo sexto, quod est irregularis, secundum Spec. vbi supra receptū, qui cum non sit medicus, neq; chirurgus, sagittam, aut aliud telum corpori infixū percussio reuellit, vt citius moriatur, vel si ob id celerius moriatur quā aliās moreretur, & etiam qui ad aliam partem infirmum vertit, vt citius moriatur, & qui aliquid horum iubet, rogat, aut cōsultat, & ob id citius moriatur, aliās non.

230 Decimo septimo, quod nō est irregularis infans, neque dormiēs, neq; furiosus alium deformats, Clem. 1. de homic. Infans autem quo ad hoc dicitur minor septennio, secundum gl. prædictæ Clem. quod certum est quo ad forum exterius, quo ad forū autē interius, videtur iudicandus talis maior eo, si nondum nactus est iudicium sufficiens ad peccandum, & nō minor eo, tale iam nactus vt colligitur ex Ioan. And. & Pan. in c. 1. de delictis pueror. Imol. & Bonifa. in d. Clem. fuit defectus iudicij, quod præsumitur post septem annos, & non ante. Et quamuis Zenzel. regulariter recept. per Card. & Ioan. Colonien. & Villad. in tracta. de irregula. col. 28. & Sylu. verb. homicidium, 3. q. 4. dicat, quod est irregularis qui ebrius iudicio carens deformat. Quia causa fuit illius cum se

se inebriauit, c. inebriauerunt. 15. q. 1. nobis tamen nunquam placuit, quo ad omnino ebrium, & extra iudicium positum. Tum quia furiosus quamuis sua culpa furat, siue insaniat, non est irregularis deformato, iuxta glo. c. Si quis insanians, 15. q. 1. & Card. in d. Clem. 1. q. 6. & Imo. in glo. 2. Tum quia multi inebriantur citra suam culpam. Tum ob duodecim argumenta quæ adhibentur maior. in 4. dist. 15. q. 8. ad probandum quod ebrius non peccat in eo, quod extra iudicium manens facit. Tum quia neque qui dormiens deformat, fit talis, etiam si deformat quem vigilans deformat intēdebat, vt in d. Clem. Com. declarat. Et magnopere letatus fui, cum primum hoc Bonifacium tenere vidi, in d. Clem. nu. 26. quamquam communis opinio procedere potest in ebrio, qui iudicium omnino non amisit, & quo ad forum exterius, si tanta ebrietas non probaretur, & etiam quo ad forum interius, in eo qui sciens solere se inebriatum sumere arma, & alios percutere, sua culpa inebriatus fuit, vt Marian. annotauit, in c. ad audientiam, nu. 55. de homic. Quia facit opus illicitum ordinatum ad id consuetudine ipsius. Quod ipsum dici potest de dormiente, & furioso, qui interdum ad se redit, si admoniti se dormientes, aut furentes capere arma, & percutere alios, sunt in culpa non prouidendi tempore quo dormierint vel furuerint, ne talia faciant, a paritate, siue identitate rationis. l. illud, ff. ad l. Aquil. & c. 2. de trans. prælat. Decimo octauo, fit irregularis iniuria affectus, si eius amici iniuriantem deformat, rogati, vel iussi ab ipso, & etiam si eo sciente & non contradicente id faciant, aliās secus. Decimo nono, quod est irregularis qui auertit aliquem a liberando alio ab iniusta deformatione, argum. c. Si quis viduam, 50. dist. c. periculosa, de pœnit. dist. 1. quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato, sequuta est; quāquam nemo fit irregularis ex sola complacentia, quod deformatur alius, quia id non sequitur ex ea, gl. recept. d. c. si quis viduam, licet in eo peccet. Nec consequenter medicus qui non vult curare infirmum qui ob id moritur; nec diues non pascens, vel non vestiens fame, vel frigore morientem; nec qui cum poreft, non defendit quem deformat, nisi sit iudex, aut qui suo officio ad id tenetur, iuxta S. Anto. 3. par. tit. 28. c. 2. quia non sequitur ex opere illicito iustitiæ lege, & omiffio operum charitatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, nec ad pœnas irregularitatis, per d. c. 24. nu. 5. & in Apolog. lib. de red. Ecclesiastic. q. 2. Mon. 3. Ex quo sequi videtur non esse irregularem eum qui omittit aliquod trium prædictorum facere, etiam si omittat voluntate & desiderio mortis eius, cui subuenire omittit, secundum S. Ant. 3. par. tit. 28. c. 2. in prin. quamuis Syl. 232

oppositum teneat verb. homicidium, 2. q. 5. & ante illū Ang. verb. homicidium 1. §. 17. sed sine ratione & textu idoneo. Quia ca. quantæ, de sent. excom. quod Ang. adducit, & est fortissimum fundamentum omnium quæ allegari possunt, non loquitur de irregularitate, sed de excōmunicatione, & magis inducit præsumptionē quo ad forum exterius quā verā dispositionē, vt diximus sup. c. 24. Vigesimo, quod est irregularis qui iubet, mandat, vel consulit aliquem deformati illicitè, sequuta deformatione. c. Si quis viduam. 50. dist. siue statim, siue multo post id faciat, antequam iussum, vel mandatum reuocetur expressè, aut

racitè per restitutionem inter eos primæ amicitia, ita vt in notitiam iuffi, vel mandatarij veniat, iuxta Inn. in c. ad audientiam communiter recep. ibi, & Vil lad. vbi supra, col. 3. Idem de iubente, mandante, vel cõfultente percuffionem alicuius citra deformationem, ea fequuta c. fi. de homic. lib. 6. & glo. recep. ibi. dem. Dixi, & repetij supra, *Illicitè*, quia fecus fi licitè, quicquid Sylueft. verb. homicidium. 1. quæft. 4. subtiliter, fed periculofè dicat; Tum quia tunc non fequitur deformatio ex opere fuo illicito; Tum quia ex dicto Sylu. inferretur, eum qui exercitum ad præliandum, & vincendum abfque alia intentione expreffa, vel virtuali interficiendi cohortatur, effe irregularem huius fpeciei; cum tamèn non fit etiam fpeciei præcedentis per probata supra nu. 211. Idem de ratificante deformationem fuo nomine factam, quam antequam fieret mandare poterat. Quia ratihabitio his duobus concurrentibus, mandato comparatur, cap. ratihabitio. iuncto cap. ratum. de reg. iur. lib. 6. & ca. cum quis. de fenten. excommunicata. eodem lib. facit glo. in cap. omnes. 17. quæft. 4. quicquid ibi Arch. dicat, & aliàs non. Vt fi factum fuit alterius nomine, aut fuo cum effet infans, aut furiofus, qui mandare non poffunt, iuxta Ioan. And. & Panor. in c. 1. de conuerf. infid. Hæc autem procedunt, fiue is contra quem confultitur, iubetur, vel mandatur, deformatur, fiue confultus, iuffus, vel mandatarius; iuxta Panorm. in dicto cap. ad audientiam. Inter confulentem autem, & alios hoc diftat, quòd confulens non fatisfacit, reuocando confilium, quia tenetur perfuadere contrarium: nam confilium datur gratia eius cui confultitur, qui non tam cito credit ei qui contrarium priori confilio fuadet, quam iuffus, vel mandatarius mandanti, vel iubenti. Ex quibus colligitur, fuiffe irregularem illum clericum, qui me pridem confuluit, dicens fe confuliffe coniugi cuiusdam abfentis quæ facta erat prægnans, certum modum abortiendi, quod poftea pœnitentia ductus reuocauit, fed illa verita maritum regredientem, ex-

234 quita confilium, abortiuit. Vigefimoprimum, quòd non eft irregularis, qui fcit tractari de alicuius deformatione illicita, & non fignificat illud ei; quamuis peccet mortaliter, fi nec dicto nec facto ad id iuuet, quicquid dicat Sylueft. verbo. homicidium, 1. quæft. 10. per dicta fuperius, eodem cap. nume. 232. eft tamen qui intereft pugnae iniuftæ auxiliando, incitando, aut exhortando fuos, aut animos contrarijs imminuendo, & etiam custodiendo veftimenta, aut farcinas eorum, qui ad præliandum, aut deformatum iniuftè profici-

235 fcuntur. Vigefimofecundò, quòd magifter caftigans difcipulum non fit irregularis etiam fi moriatur, fi circumspectè faciat, aliàs fecus, capitu. Presbyterum, de homicid. & clericus ludens cum clerico aut laico, qui decidens fuo fe cultello deformat, sine alicuius notabili culpa, non fit irregularis, fi licito ludo licitè ludebat, aliàs fecus, cap. lator, & capit. continebatur, de homicid. Et quòd tefta reficiens, aut aliquos lapides in alium locum iaciens, aliquem deformat, eft irregularis, fi dicto aut figno debite non præmonuit illac tranfituros, alioqui fecus, argumen. l. fi putator, ff. ad l. Aquil. & capit. fi duo, & capitu. Clerico, 30. diftinctio. Et quod iaciens lapides in fues, aut alia animalia aliquem deformat, eft irregularis, fi admifit culpam non fatis cir-

cumspe-

cumspecte id faciendo, aliàs non, gloss. dict. capitul. clerico: & quòd clericus venans, aut balifta fe exercens, aliquem casu deformat, eft irregularis, iuxta Angel. verb. homicidium. nume. 2. §. 13. & Sylueft. eodem verbo quæft. 7. quòd intelligendum eft de venatione aut exercitio illi illicitis, non autem de licitis. Non enim omnis venatio, nec omne baliftæ exercitium eft illicitum illi, vt illi præfupponunt, argumento gloss. receptæ in capitulo primo de cleric. venat. & not. in cap. 1. de fagit.

Vigefimotertiò, quòd clericus introducens Meretricem per tefta in domū fuam, fi decidens moriatur vel abortiat, fit irregularis; fi vero introducat per viam planam, & idem contingat, minimè, quia licèt vtrumque opus fit illicitū, & ex vtroque fit fecuta deformatio casualis, prius tamen eft fufficienter ordinatum ad eam; & pofterius non. Et quòd circumuersans campanam cuius tintinabulum folutum aliquem deformat, non eft irregularis, fi non fuit in culpa malè ligandi tintinabulum, aliàs fecus, vt quia erat campanarius, ad id obligatus, cap. Ioannes, cum ei annot. de homic.

Vigefimoquartò, quòd iocans, aut saltans cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non eft irregularis, fi licitè id facit, vt frater, propinquus, aut amicus honeftus; fecus fi illicitè, vt amator obfcænus, aut clericus, aut monachus, cui eiufmodi saltatio effet prohibita, capitu. ficut ex tuarum, cum annot. ei per Panormitan. de homicid. Et quòd monachus, vel clericus beneficiarius aut ordine facro initiatus, videns furem furripientem vociferatur, latro, latro, fecuta deformatione, eft irregularis huius fpeciei, fi animo, vt deformaretur clamauit, aut credens quòd fuperuenientes eum deformaturi erant, vel ad Iudicem vt deformateretur ducturi, aliàs non, capitu. fignificasti, cum ei annot. de homicid. Laicus autem vel alius clericus idem faciens, effet irregularis præcedentis fpeciei.

Vigefimoquintò, eft irregularis qui dormiendo fuffocat infantè in eodè lecto illicitè a fe pofitū, aliàs fecus. Quando aut id licitè fiat, & quando nō, dictū eft fupra cap. 15. nu. 13. Idem de mittente puerum ad puteum, aut ad flumē vbi fuffocatur. Et de eo qui fugiens ictum vnus, propellit alterum, qui deformatur, & alia fimilia, quæ illicitè facta inducunt irregularitatem, aliàs non.

Vigefimofextò, quòd rectè dixit Sotus, aberraffe Sylueft. dicendo irregularitatem incurri a Clerico, qui cédendo alienam arborem, casu aliquem interimat, etiam adhibita diligentia quæ ipfum cædentem propriam a culpa excufaret. Rectè etiam dixit, non fieri irregularem monachum, eo quod fufum verfus ipfo mouente campanam tempore prohibito, illius tintinabulum aliquem occidat, fi eam diligentiam adhibet, quæ fufficeret, ad excufandum eum a culpa, fi tempore debito id faceret: Licèt enim his duobus cafibus opus fit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Vigefimofeptimò, quòd eadem ratione recedo ab eodem Sylueft. verb. homici. 3. quæft. 1. dicente irregularem fieri clericum, qui mercans illicitè, casu occidit aliquem abfque alia culpa in id ordinata, & quòd limitandus eft Caiet. dicens, quòd licèt clericus occidens casu venando, fi tantam diligentiam

quantam laicus adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccet, quam ille, incurrit tamen irregularitatem, quam non ille; limitandus est, inquam, ne procedat in venatione, quæ sua natura in homicidium non dirigitur, qualis est venatio passerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris sine armis, in prouincijs in quibus non est prohibita, licet clericus peccaret, id faciendo tempore quo diuinis interesse tenetur, neque si rogatus, vt se venantem comitaretur, fulminis ictu periret. Dixi, *Limitandus*, quia saluari potest in venatione Vrforum, Aprorum & Ceruorum, quæ armis exercetur, si mors per illa contingeret. Vigesimo octauo, quod non fit irregularis monachus minor peccans equitando, eo quod mula mansuetissima qua vehitur citra suam aliam culpã pueri occidat. Quia culpa in fessiois eiusmodi mulæ nullatenus dirigebatur in talẽ mortẽ: & quod adulter qui a marito cum vxore deprehensus sui defensionis causa eum occidit, est irregularis, vt dixi supra c. 17. n. 7. sequutus S. Ant. 3. partit. 5. quia adulterium est actus illicitus & sufficienter directus ad mortem inferendam, attenta maritorum procliuitate & consuetudine interficiendi adulteros & suas vxores: & lege permittente in certis casibus patri & marito eos & adulterantes occidere, arg. l. Patri. l. Marito. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. Grachus. C. eod. & eadem ratione clericus adulter fit irregularis si maritus ob id occidat vxorem secundum meam opinionem, quam fel. rec. Pius V. probauit, cum in sacra Pœnitentiaria id controuerteretur.

De dispensatione Irregularitatis.

Missam quis irregularis iuste dicat. nume. 239.

Dispensare potest, sed non solet Papa in irregularitate homicidij voluntarij. numero 239.

Homicidium voluntarium exacte definitum num. 239. & cum quo dispensat Episcopus. nu. 240.

D. Franciscus Toletus societatis Iesu insigniter laudatus. nu. 239.

239 **D**E dispensatione huius irregularitatis dico primò, id quod pridem respondimus, scilicet, licere facere factum post debitam contritionẽ & confessionẽ ante dispensationẽ, ei qui occultissime occidit aliũ, & probabiliter est certũ creditũ & infamatũ iri eũ illud fecisse, nisi celebret, quia lex naturalis & diuina de defendenda sua fama, præstat legi humanæ de abstinendo a sacro in irregularitate, per dicta supra c. 7. n. 2. & 3. & c. sicut, de consec. dist. 1. Quærit hic prædictus P. Vinc. An idem sit dicendum de excommunicato occultissimo posito in simili periculo infamiæ, & de moniali incidente occultissime in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem possit communicare, quando aliæ ad id tenentur, & interesse choro, & alijs, a quibus si abstineret fama eius & monasterij periclitaretur? Ad quod resp. affirmatiuè eadem ratione.

Secundò,

Secundò, quod tã mala est quo ad forum cõsciẽtiæ hæc irregularitas occulta, quam publica, per dicta supra eodem. n. 194. vbi transcripsimus capitulũ. 6. sess. 24. Conci. Trid. quo Episcopis nouè conceditur facultas dispensandi super quacunque irregularitate descendente ex quocunque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super dispensatione vero descendente ex voluntario, idẽ Conc. sess. 14. c. 7. de reform. statuit in hæc verba.

Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat, quia sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat: sed omni ordine ac beneficio & officio ecclesiastico perpetuò careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu vel vim vi repellendo, vt quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quã ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium & beneficia quæcunq; ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeat, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo: Qui non nisi causa cognita, & probatis precibus ac narratis, nec aliter, dispensare possit.

Ex quibus duobus cap. nota primò, quod ante prædictum Concil. non licebat Episcopis dispensare super hac irregularitate publica, neque occulta. Ad quod probandum aliàs hic adduximus multa, quæ nunc tanquam superuacaneæ omittimus. Secundò, nota ex d. 7. duplex homicidium voluntariũ illicitũ. Alterum in se intentum ac volitum, super quo statuitur, ne dispensetur. Alterum volitum in se causa defensionis: Nam vers. si vero, ponit duplex genus homicidij illiciti, scilicet, casuale, & factum causa defensionis, quod intelligendũ est de intento, & volito in se, licet causa defensionis. Alioquin enim superflueret, quia contineretur sub casuali, altero membro disiunctiõis. Ex quo Tertio, nota, quod homicidium intentum & volitum in se causa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatæ tutelæ, non est indispensabile, quod est quotidianum in praxi, ad quod hunc canonem efficaciter in sacra Pœnitentiaria inducentem iucundè audiui admodum Reuerendum Collegam in ea meum Franciscum Toletum, excellentem sacræ paginæ Doctorem & acerrimum antea Gymnastam, ac nonnullis annis primum fœl. rec. Pij V. & nunc S. D. N. Ecclesiasten cum primis Urbis & orbis suscipiendum, Illustrissimamque Societatis Iesu singulare ornamentum.

Tertio, quod ex eodẽ cap. 7. & his quæ aliàs hic, & prius in principio dist. 1. 240 de consec. dixi, potest definiri homicidium voluntarium, super cuius irregularitate dispensandi potestas excipitur in omnibus facultatibus dispensandi super irregularitate factis tam summo Pœnitentiario quàm Legatis, Cruciatarum Commissarijs, & quibusuis alijs. Diffiniri inquam, potest, esse homicidium illicitum, intentum, siue volitum in se saltem æquipollenter, aliàs quàm vitadæ mortis causa ab oratore. Dixi, *Illicitum*, ad differentiam eius quod nequè est licitum, neque illicitum, quale est factum ab infante vel furioso c. illi. d. 15. q. 1. eius item, quod est iustum, quale est quod ministri militiæ vel milites in bello

iusto iustè faciunt, de quo supra in quarta specie. Dixi, *Intentum, vel in se volitum*, quia non sufficit vt sit volitum in causa, quale est omne casuale producens irregularitatem secundum Thom. recept. 2. sec. q. 64. artic. fina. Dixi, *Saltem equipollenter*, ad includendum illud quod non est quidem intentum, seu volitum in se, sed in causa adeo propinqua morti, vt moraliter vix sint patibilia, velle illam causam, & nolle occidere. Cuiusmodi sunt, Nolle occidere; & venenum quod scit esse mortiferum propinare, vel ferite ense punctim circa præcordia, vel circa caput etiam cæsum. Dixi, *Aliàs quàm & c.* ad excludendum intentum ob defensionem vitandæ mortis causa, per d. 7. c. Dixi, *Ab oratore*, quia non sufficit vt intendatur ab alio, sit enim sæpe quod idem homicidium sit voluntarium vni & non alteri, quale est, quod facit Petrus percutiendo alium animo occidendi, mandate Ioanne, vt aliquam iniuriam leuem citra deformationem ei dicat, vel faciat. Illud enim Perro est voluntarium, & Ioanni non. Et contra quod famulus facit propinando potum veneno infectum animo iocandi, mandato heri persuadentis esse solo sale inspersum, id enim famulo non esset voluntarium, & hero sic. Quæ definitio fundatur, Tum in d. c. 7. quatenus in tribus locis significat omne homicidium indispenabile esset volitum in se, scilicet, *ibi, Per industriam, vel, Per insidias, & ibi, Voluntate sua, & ibi, Ex proposito*, Tum quia Thom. receptus vbi supra ait voluntarium differre a casuali, eo quod est volitum in se, & casuale in causa tantum. Tum quia longè magis peccat, qui intendens occidere, occidit, quàm qui non intendens illud facere, id facit. Adeo quidem quod occidens sine animo occidendi, minus peccare dicatur, quàm vulnerans animo occidendi, l. 1. §. diuus. ff. de sicar. Et facit l. 1. & is qui C. eod. quia hic est in dolo, ille in culpa, & dolus præponderat culpæ. l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad l. Aquil. Tum quia mandans vulnerare aliquem citra mortem, licet mandatarius occidat, non debet pœna ordinaria mortis puniri, sed minori, secundum Cõmunem, quam post plurimos alios sequitur Dec. conf. 62. 2. & Alciat. in l. magna negligentia. ff. de verb. significat. Et non alia ratione, quàm quia non intèdebat occisionem; Ergo qui occidit aliquem non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indispenabilem; quam incurrit intendens occidere, quum secundum mensuram delicti debeat esse plagarum modus. Deut. 25. & cap. non afferamus 24. q. 1. Tum quia c. fin. de homic. lib. 6. quod maxime contra hoc facit, non probat mandantem percutere citra mortem, ea consequuta, esse homicidam voluntarium, neq; irregularitatem irregularitatem indispenabili, sed tantum esse irregularem, quod & nos fatemur. Tum quia nullo iure probat Caiet. in d. ar. fin. quod percutiens in vtero prænantem, sine animo caufandi abortum, si ille sequatur, est homicida voluntarius. Et quod facies sine animo occidendi aliquid, ex quo vtplurimum sequitur mors, illa sequuta, est homicida voluntarius, quia id maxime fundat in d. c. fin. Et in dictis Tho. Quod aut in d. c. fina. nõ pbetur supra pbatũ est, & q̄ dicta Tho. id nõ pbent, probat eo quod ait in corpore quæstionis, oẽ quod nõ est volitũ in se, sed in causa tantũ, ait esse casuale, & 2. arg. & eius solutione sentit homicidiũ percutiẽtis in vtero p̄nantẽ sine occidendi animo esse casuale, licet pu-

cet punibile, & non voluntarium. Tum quia d. c. si. si probaret quod ait Caiet. probaret quod etiam faciens id ex quo non sequitur, vtplurimum homicidium, esset homicida voluntarius, quia vtplurimum non sequitur mors ex percussione nolentis occidere: nam & ex percussione volentis occidere, pluries definit sequi mors quam sequatur, vt experientia docet: Tum quia in c. significasti. 2. de homic. clarè significatur dispensandum esse cum clerico qui percussit sacrilegum fossorio, sine animo occidendi, licet ob id ab alijs fuerit occisus; Tum denique, quod, vt supra ponderatum est, prædictum capitulũ septimum probat non omne homicidium illicitum intèrum & volitum in se, esse indispenabile, dicens, non esse tale intentum causa defensionis.

Quartò, quod post prædictum Concil. non potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad vllos ordines, neque vllum beneficium, etiam simplex, vt disponitur, in d. c. 7. quamuis cum alio posset dispensare, quo ad ordines minores, iuxta notata in c. ad audientiam, & etiam ad beneficium, per cap. 2. de cler. pugn. in duel. omnium iuris optimum secundum Anan. ibidem, modo sit simplex, iuxta Panor. ibidem & Felin. in d. c. ad audientiam, & etiam ad retinendum curatum iam obtentum, licet non ad obtinendum, iuxta Dec. in c. at si. §. 1. de iud. nu. 16. concordantem sic opiniones contrarias. Ex quo inferitur ad quæstionem illam quotidianam Legati, cui a Papa fit facultas dispensandi super omni irregularitate, excepta ea, quæ descendit ex bigamia & homicidio voluntario, possit dispensare in ea quæ nascitur ex homicidio voluntario iusto, quod iudex laicus iustè iubet fieri.

De Irregularitate delicti, accipiendi, aut exercendi male ordines.

Irregularis vt sit ordinatus, aut ordine utens in censuris, aut ab Episcopo censurato, aut extra tempora, aut utens ordine non habito, nu. 241. & duobus seq.



IRREGULARIS hęc dico primò, quod est irregularis, qui sciens, aut sciens re debens se esse excommunicatum excommunicatione maiori, aut interdictum, aut suspensum saltem suscipiendis ordinibus, ordinatur, cap. 1. de eo, qui fur. ordin. suscep. & c. cum illorum, de sent. excomm. Dixi, *Excommunicatione maiori*, quia minor quamuis sufficiat ad peccandum; non tamen sufficit ad irregularitatem incurrendam, c. si celebrat, de cler. excomm. minist. Dixi, *Vel debens scire*, quia ignorantia crassa non excusat, c. Apostolicæ, de cler. excomm. qualis est eius qui ad constitutum diem sub pœna excommunicationis fuit citatus, & non comparuit, & postea celebrat nesciens se a iudice fuisse excommunicatum, vbi de consuetudine tales contumaces excommunicantur, iuxta Ancha. in d. c. Apostolicæ receptum etiam per Villad. col. 4. vbi supra. Neque Episcopus in hac potest iure antiquo dispensare, nisi cum ingrediente religionem post bonã aliquanti temporis

temporis conuersionem, cap. fina. de eo qui furt. ordin. Dixi, *Iure antiquo*, quia nouo Tridentino, sess. 24. c. 6. potest, si delictum sic celebrandi est occultum; erit autem occultum, si excommunicatio est occulta, licet celebratio sit publica, arg. l. in delictis, §. si extraneus, ff. ad l. Aquil. quia quamuis actus celebrandi sit publicus, non est tamen publica eius malitia: quod in sacra Pœnitentiaria definitum fuit. Secundò, quòd etiam est irregularis qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno eodemque die suscipit, c. 2. eod. titu. (sed consuetudine excusari potest, iuxta S. Ant. 3. par. titu. 14. c. 16. §. 16. vt supra c. 25. nu. 71. diximus.) Et a fortiori, si duos sacros ordines suscipit, quamuis Episcopus potest concedere vsum aliorum prius susceptorum, d. c. 2. de eo qui fur. Tertiò, quòd est irregularis qui ordinatur ab episcopo qui se abdicauit episcopatu suo quo ad locum & quo ad dignitatē, c. 1. de ordi. ab Episc. qui Episcop. & c. sciens, aut debens scire eius abdicationem, quamuis de facultate sui episcopi ordinetur, iuxta omnes, c. secundum, 19. dist. c. quod quidam, §. quamuis, & §. sciendum, 1. q. 7. Quartò, quòd qui ab episcopo excommunicato, interdicto, aut suspenso, Symoniacò, schismatico, hæretico, deposito, aut degradato ordinatur, est irregularis; quia quamuis characterem suscipiat per prædicta, & per c. gratiam, & c. statuimus, 1. & 2. 1. q. 1. non tamen executionem; siquidem qui eam non habet, alteri dare non potest, modo sit denunciatus talis, per extrauag. ad euitanda, relatum supra num. 35. & ad idiusto timore non cogatur, arg. c. constat. 1. q. 1. Potest autem episcopus dispensare cum eo qui ignorans denunciationem, ordinatur, arg. c. si. de ordin. ab episcop. & cap. statuimus, & c. si a Symoniacis. 1. q. 1. Quintò, quòd qui ordine sacro ordinatur, ante legitimam ætatem, vel extra tempora legitima, vel absque literis dimissorijs, non est irregularis; est tamen ipso iure suspensus, & si antequam absoluat, eum exerceat, fit irregularis, per extrauag. Cum ex sacrorum, citatum supra c. 25. nu. 70. & in hoc. nu. 155. Sextò, quòd quamuis qui per saltum ordinatur accipiēdo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem suscipiat, etiam si primo saltu ex laico presbyter fiat, iuxta glo. c. sollicitudo, 52. distinct. & c. 1. de cler. per salt. promot. recept. communiter; est tamen suspensus, & prætermisum ordinem sine dispensatione accipere nequit. Potest tamen episcopus antequam accepto vtatur, dispensare, vt prætermisum suscipiat, & postea ambobus vtatur, sed si priusquam dispensetur, vtatur accepto, aut prætermisso, videtur talis irregularis, cum quo solus Papa ad maiorem ordinem dispensat, si sciens errorem id fecit, si autem per ignorantiam, episcopus potest, imò: & si scienter vsus fuerit ad exercendum acceptum, quamuis non ad maiorem suscipiendum, arg. c. 1. & eorum quæ post alios ibi annotat Pan. de cler. per salt. promot. & Sylu. verb. irregularitas. q. 11. Septimò, quòd est irregularis, qui ordine quem non habet vtitur, c. 1. de cler. non ord. minist. modo illo vtatur serio, & non ioco, argum. c. illud, 15. q. 1. & tanquam ordinatus eo, & non vt laici, ex consuetudine interdum exercent officium minorum ordinum, iuxta Tho. in 4. dist. 24. & S. Anto. 3. par. tit. 28. ca. 1. aut non initiatus presbyterio, sine consueta solennitate, vt alius baptizat, aut nondum subdiaconus, epistolam cantat

at ex choro, aut altari etiam cum dalmatica, sed sine manipulo, aut cum eo, vbi est talis consuetudo, iuxta S. Anto. vbi supra, §. 3. & affirmat Villad. vbi supra, col. 42. fratribus mendicantibus esse consuetudinem eam dicere etiã cum manipulo, secus enim si solùm executione careret, eo quòd in ordinatione aliqua solennitas accidentaliter defuit, licet enim peccet vtendo antequam illa suppleatur, c. 1. de sacram. non iteran. cum annota. ibi, non tamen fit irregularis. Quin pridem respondi, clericum primæ tonsuræ qui solenniter cantauit Epistolam cum manipulo vbi non erat consuetudo cantandi eã cum illo nisi subdiacono, fuisse irregularem in foro animæ, secus si noluit id facere tanquam subdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis, quia præsumeretur id fecisse, vt subdiaconus. Ad dubium de laico audiente serio confessionem sacram, & absolvente, simulando se presbyterum, respond. quòd fit irregularis per prædicta, quia solenniter facit actum appropriatum ordini presbyterali quo caret. Octauò, quòd est irregularis violans interdictum generale, aut speciale, locale, aut personale sepeliendo, administrando sacramenta, aut celebrando diuina officia sic, vt aliquod opus peculiare alicuius ordini faciat, vt dictum est supra eod. c. nu. 190. Dixi, *Clericus*, quia laicus quamuis sæpe peccet mortaliter, violando interdictum, nunquam tamen irregularitatem incurrit, vt supra eod. c. nu. 187. dictum est. Dixi, *Interdictum*, quia secus de cessatione non mixta interdicto, vt dictum est supra eod. ca. nu. 188. Nonò, quòd solus Papa cum tali ad ascendendum ad maiorem ordinem dispensat, quamuis ad vtendum accepto possit Episcopus, Pan. in c. 1. de cler. non ordi. minist.

De Irregularitate, ex delicto violandi censuras celebrando.

Irregularis vt fit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo. n. 244.



RIMò dico, quòd excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus aut suspensus, qui sciens aut scire debens, celebrat officia diuina, faciendo solenniter aliquid alicui certo ordini suo deputatum tanquam ordinatus tali ordine, aut audit authorando, est irregularis, iuxta Comm. quam Host. Ioan. And. Pan. & alij tenent, in cap. 2. de cler. excommu. minist. Et probatur de excommunicato, in c. Si celebrat. a contrario sensu, eod. tit. & de suspenso, in c. 1. de re iudicata. lib. 6. Dixi, *Excommunicatione maiori*, quia minor ad hoc non sufficit, per d. c. si celebrat, de cle. excommu. minist. Dixi, *Sciens*, ad excludendum eum qui per ignorantiam probabilem hoc facit, & ad includendum eum qui per crassam, arg. c. Apostolicæ, cum ei annot. eod. tit. Dixi, *Diuina officia*, quia peragendo alia, puta, iudicando, visitando, castigando, presentando, eligendo, confirmando electum, &c. non incurritur, quia id nullibi cauetur, & ita non est dicendum, c. legatur. 24. q. 2. & c. is qui de sent. excom. lib. 6. Dixi, *Aliquid alicui certo ordini suo*, ad excludendum,

dum, iuxta doctrinam Inn. in c. si. de excessib. præl. receptam communiter, eos qui recitant aliquas horas, etiam canonicas, & responsoria ad sepulchra mortuorum cantant, aut Psalmos in choro. Quod etiam consueverunt laici facere, aut ferunt cereos, aut faciunt aliquid aliud minoribus ordinibus annexum, quæ merè laici consueverunt facere, vt S. Tho. & Ant. citati supra proximè dixerunt. Dixi, *Solenniter*, ad excludendum eum, qui dicit epistolam, aut euangelium sine apparatu solito, vt proximè dictum est. Dixi, *Tanquam ordinatus tali ordine*, ad includendum hebdomadarium, qui tanquam sacerdos capitulum dicit, & orationem in choro, & aquam solenniter benedicit. Quod Sylu. declarat ver. irregularitas, q. 13. Dixi, *Aut audit auctorando*, ad includendum prælatum, aut dominum qui ligatus aliqua censura, coram se celebrare facit aliquem, siue sit ligatus ea, siue non, aut aliquè ligatum, licet ipse non sit ligatus, iuxta glo. sing. in Clem. 2. de priuileg. verb. celebrare, commendatam per plurimos. Secundo, quod non distinguimus, vt alij inter suspensum quo ad se solum, & inter suspensum quo ad se & quo ad alios, quia loquimur de suspensione propria, quæ est species censure ecclesiasticæ, sup. eo. c. nu. 151. definita, qualis non est ea, quam peccatum mortale, vel irregularitas facit, vt ibidem dictum est. Tertio, quod in hac irregularitate solus Papa dispensat. Inno. & Comm. in cap. 1. de re iud. lib. 6. adiunctis quæ dicit, in c. 1. de sent. excom. cod. lib. & c. fin. de excess. prælat.

De Irregularitate ex delicto iterandi Baptismum.

Irregularis est bis baptizans, aut bis baptizatus, nu. 246. & 247.

246 **R**IMVM dico esse irregularem, qui sciens se esse baptizatum, iterum se permittit baptizari, c. eos, de consec. distin. 4. & qui rebaptizat quem scit esse baptizatum, c. 2. de Apost. etiam ignoranter, c. qui bis ignoranter, de consec. dist. 4. nisi ignorantia esset probabilis & iusta, iuxta Scorum, in 4. dist. 6. q. 8. & Card. S. Xisti, in d. c. qui bis, quamuis glo. Arch. & citati per eum aliter ibi dicant, per illum textum cui nos ibi non respondimus, & etiam dubium probabile excusat, quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur esse factum, c. solennitates. 1. de consec. dist. 1. & c. 1. de cler. per saltem promot. Ignorantia probabilis est ei qui adhibita diligentia debita, scire non potuit, an qui offertur, sit baptizatus, vel non; qui baptizandus est sub ea conditione, si non es baptizatus, ego te baptizo, cap. 2. de bapt. Talis tamen non est ei qui scit eum natum ex parentibus Christianis, & educatum inter Christianos qui infantes recens natos baptizant: debet enim credere esse baptizatum, c. veniens, de presby. non baptiz. Secundo, quod vt diximus, in d. c. qui bis, parochus non debet iterato baptizare illum quem obstetric baptizauit, donec cognoscat ex ea, an & quomodo baptizauit. Et si cognouerit eam scire baptizare, & baptizasse rectè, debet alia omnia supplere, sed non baptizare, etiam sub conditione si non es baptizatus, &c. quosdam tamen qui
sic

sic baptizarunt bona fide, respondi pridem non fuisse irregulares quo ad forum conscientie, nunc autem dico, quod neque quo ad forum exterius, licet peccauissent. Quia verè non baptizarunt, cum conditio esset de præterito, vel præsentis, & talis falsa faciat cessare actum, l. cum ad præsens, ff. de rebus cred. cum glo. & citat. in ea. Et quia intentio eorum non fuit iterare baptismum, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. non omnis, ff. eodem. Tertio, quod idem est de iteratione reliquorum sacramentorum quæ characterem imprimunt, quæ sunt confirmatio & ordo, secundum S. Ant. per c. dictum, de consec. distin. 5. quod agit de bis confirmatis, & c. 1. 68. distin. quod agit de bis ordinatis; licet acerrimus Scotus, in 4. dist. 7. quæst. ult. communiter receptus oppositum teneat, cuius opinio etsi iuri scripto aptior videatur, consuetudini tamen illud interpretanti aptior est. S. Ant. & ideo tenenda, arg. c. cum dilectus, & c. si. de consuet.

De Irregularitate ex delicti notorietate.

Irregularem sola enormitas peccati non facit, nume. 248. quid aliud requiratur, nume. 249.
Sodomita non est irregularis, sed hodie grauissimè punitur, nu. 249.
Mathæus Contarellus S. D. N. Datarius laudatus, nu. 249. A.
Collatio beneficij facta irregulari nulla, nu. 249. B.
Irregularis an omnis incapax beneficij, nu. 249. C.
Irregularitas pena maior ex communicatione minore, nu. 249. D.
Confessarius quis per bullam electus tollit irregularitatem, nu. 250. A.
Occultum & penè occultum quid, & quotuplex, nu. 250. B.
Publicum quid & quotuplex, nu. 250. C.
Qualitas adiuncta verbo inota eius tempus intelligitur, nu. 250. D.
Dispensat vt Episcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla Confessarius, nume. 250.

Dico primò, esse irregularem eum qui notorio crimine, enormi, & digno depositione notatur, d. c. si. de temp. ordin. Dixi, *Notorio*, quia id requiritur. Quod autem sit illud, dictum est supra c. 25. nu. 73. de hac ipsa re tractando. Quibus est consequens, non sufficere quod probari possit aut sit fama de eo, aut sit confessum extraiudicialiter, vt S. Anto. dixit. 3. par. tit. 28. c. 6 §. 7. Dixi, *Depositione digno*, aliàs secus, vt dictum est vbi supra. Secundo, quod crimina depositione digna sunt adulteriū, & omnia alia maiora illo, concubinatus diu continuatus, præsertim notorius, & stuprum virginis, & alia similia de quibus latè Pan. & alij, in c. At si clerici, §. 1. de iudic. & Aret. in c. cum non ab homine. eod. titu. post gloss. in summa. 15. q. 8. & c. 1. 81. dist. Tertio, quod quæcunq; enormitas sine notorietate non sufficit, quamuis contradixerint gloss. in c. fin. 25. dist. & c. ex tenore. de tempo. ordi. & Villad. vbi supra col. 3. §. & Ang. & Sylu. verb. Irregularitas. q. 4. post. S. Anton. vbi

vbi supra, malè iniicientes magnos scrupulos multis ecclesiasticis, qui delicta enormia occultissima commiserunt. Tùm quia contra eos est, d. ca. ex tenore, vbi expressè hoc ait Innoc. Tùm quia Bartholom. Brixien. in additione gl. d. c. fin. 2 5. dist. tenet contra eam, inducendo c. fin. de temp. ord. per quod nouè declarauit Greg. IX. nulla crimina occulta præter homicidium facere quem irregularem. Tùm quia hoc probatur, per c. Is qui, de sent. excom. lib. 6. quatenus habet, nullum crimen quantumlibet graue irregularitatem inducere, nisi de quo id a iure specialiter statuitur, vt hunc effectum habeat, vt homicidium. Tùm quia nullo solido fundamento nituntur contradictores: solùm enim nituntur aucto. Bernar. & Host. in c. nisi, §. 1. de renunciat. & Specul. in tit. de dispens. §. iuxta. num. 17. & Ioan. in c. vlt. 2 5. dist. quos licèt Ant. sequatur, in d. c. Nisi, §. 1. contra tamen tenet, in d. c. ex tenore, sequutus ibi Innoc. Speculator etiam vltimo loco, nu. 18. refert opinionem Vincentij contrariam. Tùm deni-

249. que per ea quæ adducit contra illos Aret. in d. c. Cum non ab homine, col. 13. & duab. seq. Quartò, quòd hæc consequitur crimen occultum sodomix, licèt nefandum, de quo interrogamur, non inducere irregularitatem, quamuis Specul. in d. nu. 17. contra teneat, nisi opinioni supra reiectæ. Tùm per prædicta. Tùm quia vt dictum est, enormitas non sufficit, nec requiritur ad inducendam irregularitatem, hæresis. n. mentalis enorme crimen est, & multo maius quàm quædam alia inducentia irregularitatem, Tho. 2. 2. q. 11. ar. 3. & etiam desperatio. Idem ibid. q. 20. ar. 3. & multò enormius odium Dei. Idem ibid. q. 34. ar. 2. quorum tamen nullum irregularitatem inducit, & alia multò minora eam inducunt, c. Presbyterum, c. Continebatur, de homic. Quin aliquando opera bona, vt supra. nu. 206. Tùm quia nunquam vidi, nec audiui dispensationem super hoc a Sede Apосто. licèt Italia in qua illa est, apud pleròsq; malè de hoc vitio audiat. Tùm quia vbi supra Aret. ex professo hæc tractans irrefragabiliter id comprobat. Nec me in contrarium mouent illa plurima, quæ diligentissimè tradit præfatus Illustris. Præses, in Clemen. 1. de homicid. 1. par. nu. 6. quia vt ipsemet fatetur, nõ est de casibus expressis in iure, extra quos non incurritur irregularitas, vt dictum est, per d. cap. Is qui. Quintò quòd dubitari potest, an incurrat eam iure nouo extrauagan. fel. re. Pij V. cuius tenor quo ad hoc est.

Omnes & quoscunque presbyteros, & alios clericos, seculares, & regulares cuiuscunque gradus & dignitatis, tam dirum nefas (puta sodomix) exercentes, omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico presentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur.

Ad quòd dico primò, non inducere illam quo ad laicos, quia nil agit de illis. Secundò, quòd nec quo ad clericos, si teneamus pœnas eius ipso iure non incurri, quod tamen teneri non potest, propter illa verba, *Presentis canonis auctoritate priuamus*, quæ cum sint præsentis temporis, inducunt ipso iure pœnam, cap. excommunicamus, de hæret. & multa capitula Bullæ Cœnæ insertæ sup. eod. n. 52. & tradit Fel. in c. Rodolphus, nu. 28. & melius, nu. 33. de refer. & sen-

& sentit glo. c. In pœnis, de reg. iur. lib. 6. communiter recep. Tertio non includere illam quemcunque clericum sodomitam, sed solùm exercentem, quod verbum dixit mihi S. D. N. Greg. XIII. de industria posuisse in ea Reuerendis. eundemque doctiss. ac integerrimum, nec pretio, nec precibus a recto flexibilem virum Matthæum Contarellum Datarium eiusdem Sanctiss. fids. qui a me consultus id ipsum respondit: Ideoq; arbitror tantùm comprehendere eos, qui quasi ex vsu continuato id exercent, argu. l. Sciendum, §. Illud, ff. de ædil. edic. per quem Bar. in proœmio, ff. nu. 10. quem sequitur Pan. in c. 1. nu. 24. de Iudi. dicit artificem, vel mercatorem nõ dici eum qui semel, aut iterum, artem vel mercaturam exercet, Sed eum qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali, Sicuti etiam Erro & abigeus non dicitur quis pro vno, vel altero actu, in l. quis sit fugitiuus, §. erronem, ff. eod. & l. fin. ff. de Abig. & ita temperanda videtur, d. Extrauagan. saltem quo ad forum conscientix, vt solùm comprehendat eum qui sic labitur in præfatum crimen, vt boni viri arbitrio dici possit exercitor eius, non autem qui tantùm cadit aliquoties & pœnitet cecidisse. Quartò, quòd cupienti mihi, vt solùm forum exterius respiceret, idem Sanctissimus respondit, etiam interius respicere quum non fundetur super præsumptione, nec ponat discrimen inter vtrumque forum. Quintò, quòd etiam videtur temperanda ne comprehendat omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, secundum Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. neque exercentem omnem actum Sodomiticum qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinariũ, secundum eundem ibid. sed solùm habentem copulam Sodomiticam, arg. c. fina. de spon. quod habet, non consummari copulam, nisi intra vas naturale semen effundatur, & c. extraordinaria, 3 5. q. 2. quod habet ex tali pollutione non gigni affinitatem. Quærenti autem, An vt vidimus eam grauetur in foro exteriori receptam, ita ea in foro interiori sit recepta? respondemus quæstionem esse facti, ad quam respondere non est Iuriconsulti, argu. l. vt responsum, C. de transf. Sextò, quòd quo ad illos quos comprehendit inducit depositionem ipso iure, quæ non est irregularitas, sed peior illa, per dicta sup. Sextò principaliter dico quòd nulla Irregularitas inducit priuationem beneficij iam quæsitæ, ipso iure, quæ videtur sententiã Innoc. in c. cum nostras, de Conces. præb. communiter recepti ibi & vbiq; præsertim a Fel. in c. inquisitionis, de accusat. & probatur per c. clericis, Ne cler. vel monach. verb. priuetur, quod probat irregularitatem ex homicidio naram, non inducere illam, & cum illa sit potissima argu. c. Mirror, 50. dist. a fortiori non inducent aliæ. Sextò, quòd omnis irregularitas præcedens collationem reddit ipsam subsequutam nullam ipso iure, quo probatur, primò, quòd verior resolutio illius grandis quæstionis tractatæ a multis citatis a Felin. in cap. 2. de refer. An collatio beneficij facta criminoso valeat, est quòd facta irretito crimine inducente irregularitatem nõ valet, facta verò alij sic, arg. c. si. de temp. ordi. & aliorum citatorum, vbi supra per Fel. Et ita ratio, cur valet, vel non valet, non est criminis magnitudo, vel paruitas, sed quod inducit, vel non inducit irregularitatem, quæ ratio non esset iusta nisi irregularitas

ritas impediret valorem collationis. Tum quia inhabilis ad vnum, est inhabilis ad ei annexum, c. translato, de constitu. & in hac specie dicit hoc glo. notab. in c. studeat, 50. dist. & probat. c. postulatis, de cler. excom. minist. At irregularis est inhabilis ad ordinem & vsum eius, & beneficium Ecclesiasticum praequirat ordinem & illius vsum, quia datur propter officium, cap. fin. de rescrip. lib. 6. ergo irregularis est inhabilis ad beneficium, & consequenter collatio illi facta nil valet. Deinde quod c. 2. de cler. pug. in du. & d. c. studeat, 50. dist. probant irregularem esse inhabilem etiam ad beneficium simplex sine dispensatione. Contra tamen hoc facit, quod ex eo sequeretur quod collatio facta initiato aliquo ordine, qui sine sua culpa fieret irregularis defendendo iuste proximum, vel amittendo aliquod membrum, vel deformitatem grandem incurrendo casu, vel morbo, vel malitia aliorum non valeret, quod videtur contra totum titulum de cler. aegrot. & c. cum percussio, 7. q. 1. quod licet omnis irregularis sit incapax omnis ordinis suscipiendi, non tamen est incapax omnis ordinis vsus suscepti, vt per eius definitionem patet, & constat ex c. 2. de corp. viuat. quod probat, clericum qui perdit aliquod membrum, quo fit inhabilis ad sacrificandum, non ideo fieri inhabilem ad alium vsum ordinum, scilicet ad canendum in choro, vel ad audiendas confessiones, & ad absoluendum, ergo saltem irregularis quum sit habilis ad aliquem vsum ordinis suscepti, etiam erit habilis ad beneficium, cui seruiendo sufficit ille vsus; & consequenter videtur, quod qui est irregularis ob defectum quo solum est inhabilis ad celebrandum, & non ad canendum, licet inhabilis sit ad susceptionem Ecclesiae parochialis, non erit ad susceptionem beneficij simplicis. Pro quo faciunt etiam c. 2. & c. studeat, quibus conceditur dispensatio ad beneficium simplex ei, cui non conceditur ad officium altaris: sed responderi potest, per hanc solum probari, quod ei qui sine sua culpa incidit in irregularitate qua nascitur ex defectu ad vsus vnus ordinis & non alius iam suscepti, potest dari beneficium, non requirens maiorem vsus, quod concedimus: & consequenter in casu, d. c. 2. de cle. aegrot. ei qui duos digitos, & dimidiam palmam amisit sine sua culpa, posset conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam. Nec ex hoc sequitur quod cuiuslibet laborati quarta specie irregularitatis, qua sine culpa contrahitur, possit conferri quodlibet beneficium, ad quod huius ordinis iam suscepti sufficit, non inquam hoc sequitur, quia licet sine culpa contrahatur, non tamen contrahitur ob defectum habilitatis ad vsus vnus ordinis & non alius suscepti, sed ob defectum contrarium cuiuslibet ordinis suscepti, & suscipiendi, vsui scilicet defectus lenitatis ad omnium ordinum vsus requisita.

Septimo, quod ad incurrendam irregularitatem qua ex delicto nascitur, non sufficit, quod illud sit veniale, quod sentit Sorus. lib. 5. q. 1. art. 9. de iust. & iur. Tum quia irregularitas est poena valde grauis, quippe qua omni vsum priuat, & ideo non imponenda pro culpa veniali, arg. c. non afferamus. 34. q. 1. Tu quia sine contemptu non incurritur, dicente Panor. in c. pastoralis, §. Verum, de appel. nu. 15. quod est poena contemptus, quod ipsum dixit Domin. in c. solet. de senten. excommu. lib. 6. vbi bona glo. penul. pro illis & Felin. in cap. Rodolphus,

dolphus, nu. 43. de rescript. Tum quia non obstat ratio Caieta. contra tenentis in summ. verb. Irregularitas, scilicet quod excommunicatio minor qua incurritur per peccatum veniale, est maior Poena quam irregularitas, quia id falsum est: nam licet non priuet sacramentorum perceptione passiuam, vt excommunicatio minor, cap. fina. de cler. excommu. minist. priuat tamen actiuam, & collatiuam, & omni ordinis vsu, quod est maius, a qua omni non priuat illa; per d. supra eod. nu. 24. & praeterea excommunicatio minor est medicinalis & facile solubilis, c. cum desideres, de senten. excomm. Irregularitas autem difficilis cum regulariter a solo Papa sit debilis; qua ratione licet excommunicatio maior dicatur poenarum maxima, in cap. corripiantur, 24. q. 3. quia tamen est facilis solutionis, & medicinalis censetur minor alijs multis, secundum Panor. & Commu. vbi supra. Nec obstat, quod Panor. & communis tenent, in d. c. fina. quod licet excommunicatus minore non peccet mortaliter nisi celebrando, peccat tamen venialiter conferendo sacramenta, eo quod textus, in 2. par. id videtur exprimere, quia ille intellectus est ineptus, vt in d. nu. 24. tetigi, & contrarius textui, probanti quod minor excommunicatio tantum prohibet a participatione sacramentorum, qua in sola perceptione consistit, & ita ne textus sibi sit contrarius, quatenus ait peccare conferendo sacramenta, debet intelligi de collatione, qua fit vna cum perceptione, ex mente Hostien. & Anchar. ibid. qualis est collatio eucharistiae facta sano a celebrante, & ordinis, ab Episcopo missante, vt ibid. dixi.

Octauo, quod in hac irregularitate Episcopus dispensare potest quando nascitur ex adulterio, & alijs minoribus delictis, c. a. §. 1. de iudic. & in ea qua ex maioribus nascitur, solus Papa, nisi quando & ad qua iura id Episcopis concedunt, iux. glo. pragmat. sanct. de Concub. verb. inhabiles.

Nono, quod cum nullo irregulari dispensare potest confessarius electus per bullas Papae, qua solum habent clausulam absoluendi a qualicumque censura, quia irregularitas non est censura, neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, vt dictum est supra eod. c. nu. 194. post Dom. Alex. & Villad. ibi citatos, neque etiam si habent clausulam dispensandi a quibuslibet votis, & absoluendi a quibuslibet censuris, & poenis. Tum quia stilus Curiae habet, quod per eam non intelligatur data facultas dispensandi super irregularitate nisi exprimat, quod colligit ex eo quod aliquoties ea exprimit. Tum quia quoties id exprimit dando facultatem expressam dispensandi super irregularitate, solet excipere illam, qua ex bigamia & homicidio nascitur. Et ita ex contrario consequeretur quod clausula absoluendi simpliciter ab omnibus censuris, & poenis qua passim in Iubileis & bullis indulgentiarum ponitur sine irregularitatis expressione, maioris virtutis esset quam cum ea, quia in hoc casu semper excipitur irregularitas, quae ex bigamia, & homicidio voluntario manat, & in illo non. Tu quia pari ratione posset absolui a poena pecuniaria pro illo peccato a Iudice imposta, vel imponenda, quod est palam falsum. Tu quia facultas illa absoluendi a censuris & poenis qua ponitur in dictis Iubileis & Bullis, solum videtur respicere illas censuras, & poenas qua impediunt absolutionem a peccatis, quia in illum finem datur, vt

colligitur ex illis verbis. Et cum absolutio peccatorum rectè fieri possit sine sublatione irregularitatis, vt supra eod. cap. nu. 192. dictum est, non videtur eius sublatio concessa, nisi exprimat, quia ex fine sumenda est intentio Authoris. l. Et si non sint. §. perueniamus. ff. de au. & arg. leg. & l. fin. ff. de hered. institu. Non obstat, quòd secundum hoc, verba illa, *alijs pœnis*, superfluerent, quum non videatur occurrere alia pœna distincta à censuris, cuius sublationem prærequirat absolutio sacramentalis, & sacra communio, quia potest dari aliqua, scilicet suspensio a confessario, ne intra certum tempus confiteatur, vel communicet, quam non esse propriè censuram, diximus supra eo. Et etiam illa quam ipse pœnitens promitteret aliquo bono fine subire, vel soluere, si intra certum tempus illa sacramenta susciperet. Et illa qua aliquot canones pœnitentiales mandant arceri quem intra aliquod tempus a communione, capit. presbyter, §. 2. dist. & c. de his verò, 33. q. 2.

Decimò, quòd in hac materia & facultatis concessæ ad dispensandum super occultis, & non publicis, vt in c. 2. de sortileg. & c. 6. sess. 14. Concil. Trident. & alijs, ac Bullæ Sacræ pœnitentiariæ, & aliorum Legatorum, circumspèctis omnibus, videtur resoluendum, quòd occultum est quod non est publicum. Publicum autem quod est notorium, manifestum, vel famosum. Tùm quia ratio cur alterum concedatur, & alterum negetur, est, vt obuietur scandalo publico, iuxta c. nihil de præscript. cui satis obuiatur non dispensando in notorijs manifestis & famosis, Tùm quia non est de occultis essentia, quod suapte natura, non sit probabile, qualia sunt sola mentalia c. erubescant: 32. dist. Neque quod licèt suapte natura sit probabile, nullatenus tamen probari possit, quia id est contra. §. Hæc ergo, iuncta gl. verb. secreta, sub c. quis aliquando de pœnit. dist. 1. quatenus probant dici occultum factum in præsentia quinque, & contra, c. 2. de Apostat. quatenus probat ministerium Acolyti iuuantis rebaptizantem, posse esse occultum. Tùm quia penè occultum videtur esse species occulti, d. c. vestra, §. cæterum, quatenus occultum & penè occultum dicit esse, quod toleratur, etiam si ab aliquibus sciatur, & gloss. ibi, & c. manifesta, 2. q. 1. communiter recep. ait id dici penè occultum, quod probari potest, licèt difficulter. Tùm quia nulla irregularitas contrahitur sine facto sua natura probabili, & pauca sunt quarum factum aliquo modo probari non possit, per supradicta eo. c. nu. 139. Tùm quia omne quod non est publicum, potest dici occultum, & publicum diffinitur esse quod patet omnibus, secundum Bart. in l. 1. §. pen. ff. de susce. tut. Et ita oportet esse saltem notorium, manifestum, vel famosum; sufficit tamen esse tale viciniae, collegio, vel monasterio, licèt non prouinciæ, ciuitati vel parochiæ. Tunc autem diceretur tale alicui eorū, quando maiori parti eorum fuerit tale, modo saltem decem inueniantur in eo, per notata a Pan. & citatis ab eo, in d. c. vestra, nu. 10. & 16. & supra c. 25. nu. 73. Publicum autem est triplex, scilicet Notorium, quod nititur sciētia maioris partis prædictarum communitatum. Manifestum, quod nititur fama eiusdem partis maioris, orta a scientibus; & Famosum, quod nititur fama maioris partis, orta non ex scientia, sed indicijs, vel præsumptionibus, iuxta gloss. d. c. manifesta, 2. q. 1. & c. vestra,

stra, de cohab. cle. Occultum item triplex, scilicet, quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mentalia, & quod est probabile suapte natura, sed non potest probari, quia coram nemine factum est, & quod probari quidem potest, sed adeo a paucis, quòd nulla inde fama orta est, nec est in iudicium deductum; quod præfatæ glossæ penè occultum appellatur.

Sextò, quòd vt delictum dicatur publicum, non sufficit vt actus qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publicè sciatur esse delictum, missa enim facta coram populo ab excommunicato occulto, actus publicus & delictum est, non tamen delictum publicum, quia nescitur publicum esse delictum. Tùm quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum qualitatem eius, l. in delictis, §. 1. ff. de noxalib. quatenus probat nò dicit dominum serui delinquentis, qui non erat dominus serui cum deliquit, & vt aiunt Dialectici, non dicitur vidisse Papam, qui vidit eum solùm antequam esset Papa. Tùm quia testamentum factum ab aliquo ante militiam, non censetur militare, nisi in ea approberur, l. Titius, ff. de milit. testam. & Barro. ibi & in d. §. 1. ait, quòd pupillus moriens post mortem tutoris, per cuius scientiam reputabatur sciens in vita eius, dicitur mori ignorans, quo ad effectum, c. cum antiquioribus. C. de iur. delib.

De sex casibus quibus Ecclesia pro polluta habetur, ita quod non liceat in ea celebrare.

Ecclesia vt dicatur polluta in sex casibus, nu. 251. & seq.

Polluta Ecclesia, pollutum est cæmeterium contiguum, sed non contra, nu. 253.

PRIMVS casus est in c. ecclesijs, 68. dist. & cap. ecclesijs de consec. 251 dist. 7. c. proposuisti, de consec. eccles. quando intra eam sanguis humanus iniuriòse effunditur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur. Dixi, *Intra*, quia secus si extra eam etiam desuper in tecto, vel subter eam in specu, iuxta Archid. in d. cap. Ecclesijs, & gloss. in c. 1. de consecra. eccles. lib. 6. Dixi, *Ecclesiam*, generaliter, ad comprehendendam tam nondum consecratam, quam consecratam, cap. fin. de consecra. eccles. quamuis quo ad reconciliationem sit magna differentia. Quia reconciliatio consecratæ debet fieri ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, aut ab alio episcopo: non consecratæ vero potest fieri a solo presbytero, & cum aqua a seipso benedicta, c. aqua, de consecra. eccles. gloss. d. cap. fina. quam probant ibidem Ioan. And. Anchar. Card. & Panorm. Licèt dubitet Anto. ibidem. Dixi, *Effunditur*, ad significandum, quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio, Quia iura requirunt effusionem quæ largitatem denotat, cap. reuertimini. 16. q. 1. & glo. singu. in hac specie, c. cum illorum, de sent. excommu. verb. effusionem, commendata per Feli. ibi & Panor. in d. c. proposuisti Dixi, *Sanguis*, quia non sufficit percussio quæ non sit mortifera sine eius effusione, quamuis sit eiusmodi vt carnes contundat, aut ossa frangat, iuxta Specul. de dedic. eccles. Kkk 2 col. 10.

col. 10. in rationali diuin. offic. Dixi, *Humanus*, quia nulla effusio cæterorum animalium ad id sufficit, glo. d. cap. 1. de consecra. eccles. verb. sanguis, Dixi, *Iniuriosè*, quia non sufficit naturalis effusio per nares, aut per os, aut quæ casu fit lapsu, vel offendiculo, aut ictu lapidis, aut tegulæ per se decidentis, gloss. d. cap. 1. recepta. Neque facta ob iustam defensionem, Panorm. in d. cap. proposuisti, & Dominic. in d. c. 1. Neque ludo, aut ioco, Specul. vbi supra, col. 9. quod nostro iudicio intelligendum est de licito, & licitè facto, argum. cap. continebatur, & cap. lator, de homicid. Qualis raro accidere potest in ecclesia, nisi cum aliqua pia repræsentantur, argum. cap. cum decorem adiunct. gloss. de vit. & honesta. cler. & c. decet de immunit. eccles. lib. 6. & per ea quæ in cap. quando, de consecr. distin. 1. not. 3. num. 3. diximus, Nec effusio facta per furiosum, aut stultum, Arch. in d. c. 1. aut per puerum iudicio carentem, Collectarius, in d. c. fin. argum. c. 1. de delict. puero, Dixi, *Aut datur causa, &c.* Quia sufficit vt vulnus instigatur intra eam, quamuis percussus ante egrèdiatur quam sanguis in illam infundatur, & quamuis recipiatur ille aliquo vase ne in eam decidat, nec contra sufficit, quod sanguis in illa effundatur si vulnus extra inflictum est, glo. in d. cap. communiter recepta. Dixi, *Naturalis*, quia non sufficit vt feratur sententia condemnatoria, etiam intra illam, si per eius executionem effusio extra illam facta est Dixi, *Aut mortis*, quia satis est ad id suffocare, aut aliàs intra illam hominem sine sanguinis effusione interficere, glo. in d. cap. proposuisti, facit l. Qua actione, §. 1. ff. ad l. Aquil. sufficit etiam mors & effusio sanguinis ob fidem catholicam occisi, vel vulnerati, Arch. & gl. recepta, in d. c. 1. non tamen sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab ecclesia in existentem extra eam, quãuis sufficiat mors, vel effusio facta in ecclesia per tormentum foris missum, secundum mentem prædictorum. Ad quæstionem hic propositam respond. quod nec ista, neque alia pollutio occulta impedit celebrationem in ecclesia, secundum gloss. recept. cap. 1. de consecra. eccles. lib. 6. ex qua cum eam Salmantica prælegerem, intuli fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire & non ante, nam facta tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibus, nunc autem publicantibus ita vt fama gignatur, non impediet, vt ira dixerim, ex tunc, sed ex nunc.

253 Secundus casus est, quando in ecclesia semen humanum voluntariè effunditur. Dixi, *Humanum*, quia cæterorum animalium ad id non pertinet, gl. in d. c. 1. verb. humanum, & quia satis est, vt sit cuiuslibet hominis, siue fæminæ, viri, clerici, laici, fidelis, siue infidelis, & quod effundatur, iuxta, contra, aut extra cursum naturalem, text. in d. cap. ecclesijs verb. Cuiusque, & Speculat. vbi supra titu. de dedica. eccles. col. 10. Imo & per copulam coniugalem, iuxta glo. notab. in d. c. 1. de consec. & in c. Ecclesijs, 68. distin. & alias tres, quamuis alia oppositum teneat, in d. c. Ecclesijs, de consec. dist. 1. quam eius additio a nobis ibi probata confutat. Dixi, *Voluntariè*, quia non sufficit quæ dormiendo fit, gloss. sing. in d. c. ecclesijs communiter recepta, quamuis Angelus in verb. consecratio ecclesiæ, §. 9. oppositum dicat, sed absque sufficienti ratione. Quia ex eo

eo quod teneatur coniugalem violare, non sequitur sufficere eius qui dormit, cum ista non contineat eam irreuerentiam, quam illa erga ecclesiam. Tertio, quando in ea aliquis excommunicatus sepelitur. capitu. consuluit, de consec. eccles. Quarto, quando in illa aliquis infidelis sepelitur. capitu. ecclesiam 1. & 2. de consecratione distinctio. prima, quanquam in hoc casu non solum reconcilianda est ecclesia, sed etiam parietes illius abradendi, licet in præcedenti reconciliatio sufficiat, iuxta Panor. in d. cap. consuluit. Quinto, quando ecclesia per Episcopum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur, arg. d. c. consuluit vbi not. Panor. Sexto, quando omnes parietes renouantur glo. in c. ligneis, de consec. eccles. sed contrarium verius videtur, vt docuimus in d. c. ecclesijs not. 3. nisi quando omnes, aut maior pars eorum simul deijciuntur, quod raro fit. Et addo, quod quoties aliqua ecclesia polluitur etiam Cœmeterium illi contiguum est pollutum, quamuis non id quod non est ei contiguū, licet econtrario polluto cœmeterio, ecclesia illi contigua non polluat, cap. 1. de consecr. eccles. vel altaris lib. 6.

De Casibus reseruatis.

Reseruati non posse casum contra ius diuinum est. nume. 254.
Casus reseruatus quid, nullus talis iure diuino, nullus est reseruatus Papæ sine censura, qua sublata cessat reseruatio. numero 254. secus in episcopali. numero 255. quales dicuntur iure communi sex. numero 256. quorum vix duo sunt in usu. numero 257. consuetudine generali dicuntur esse quatuor Statutis synodalibus varij pro varijs regionibus. nu. 258.
Blasphemi absolutio vt facienda. nu. 257.
Regis operibus præfetti saepe hoc modo peccant. nu. 258.



Ico primùm, casum reseruatum esse peccatum, cuius absolutio a iure humano est prohibita presbytero, qui solo diuino ab omnibus potest absoluere, iuxta illud. Quorum remisistis &c. Ioã. 20. vt latè probauimus in cap. placuit, de pœnit. dist. 6. nu. 2. 11. & 17. secundum mentem eorum qui verius loqui videntur, in quibus sunt, gloss. capitu. 2. de pœnitent. & remissio. lib. 6. S. Antonin. tertia parte, titu. 2. cap. 11. verb. casus. Secundò, quod ex hoc sequitur aliud esse casum reseruatum, aliud censuram, quæ est pœna eius, vt tactum est supra eodem cap. num. 151. Tertio, quod Concil. Trident. c. 7. & can. 15. diffinit esse hereticum dicentem quod episcopus non possit reseruare aliquem casum quò ad forum interius, sed solum quo ad exterius, Et addit quod in articulo mortis omnis casus & omnis cœtura desinit esse reseruata, & in c. 6. sess. 24. de refor. quod episcopi absoluere possunt ab oibus casibus occultis reseruatis Papæ, cuius tenor refertur supra eodè nu. 194. Quarto, quod nullus est casus reseruatus Papæ, cui non sit annexa aliqua censura, vt testatur, S. Anton. vbi supra col. 1. Quo fit vt bulla quæ concedit facultatem casibus Papalibus absoluendi, videatur concedere potestatem absoluendi

soluendi a censuris Papæ referuatis. Quintò, quòd ab omnibus peccatis habentibus annexam censuram Papæ referuatam, post sublationem eius legitimam simplex parochus absolueret potest, quia per id definit esse referuatum, Caie.
 255 tan. in summa verb. casus, nisi cum referuatione censuræ papalis concurreret etiam episcopalis, qua sibi referuat peccatum ob quod illa censura ponitur, argument. capitul. ex tuarum, de auth. & usu pal. & l. si domus, ff. de seruit. vrb. præd. quatenus habent altero ex duobus impedimentis sublato, alterum non tolli; quod quamuis iure nitatur, videtur tamen usu indistinctè interpretatum, sublata esse episcopalem referuationem & censuram sublata papali, per ea quæ diximus in capitul. ita quorundam, de Iudæ. not. 11. numero 71. Sextò, quòd episcopus concedendo casus suos siue sibi referuatos, non videtur concedere absolutionem a censuris sibi referuatis. Quoniam a diuersis non fit illatio, leg. Papinianus exuli, ff. de minor. & capitulo, ad audiendam de Dec. & aliud est peccatum referuatum episcopo, aliud censura ei referuata. Nam aliqua sunt peccata annexam censuram non habentia, quæ sunt episcopo referuata, & etiam sunt censuræ aliquæ illi referuatæ, peccatis ob quæ illæ dantur ei non referuatis. Nec etiam concedendo absolutionem a suis casibus & censuris, videtur concedere absolutionem, aut dispensationem votorum aut irregularitatum a quibus ipse potest. Quia nec sunt casus, nec censuræ ipsi referuatæ, & ita ex illis non inferitur ad hæc, neque e contrario, argument. prædictorum iurium. Ad quæstionem de parochio habente facultatem soluendi a casibus referuatis episcopo suo, an possit absolueret pœnitentem alterius episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa a peccatis referuatis suo Episcopo? respondi, posse. Tum quia gl. capit. placuit, 16. quæstione prima, & clarius per multa Panor. in cap. cum contingat, numero 29. de for. competen. habent confessarium legitimum vnius parochiæ posse absolueret confessum a peccatis vbiunque commissis, & episcopi videntur tacitè velle debere vt idem sit de peccatis eis referuatis, quando confessio fit habenti facultatem soluendi a referuatis suo episcopo. Tum quia id videtur habere consuetudo, nunquam enim intellexi vllum confessarium legitimum, cui esset præfata facultas remisisse quem ad Episcopum alterius episcopatus, Et consuetudo ampliare potest iurisdictionem, imò & dare non habenti, cap. duo simul, cum gloss. de offic. ordi. Septimò, quòd episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & omnem suam auctoritatem ad audiendam confessionem, & absoluendum auditos, non videtur concedere casus sibi referuatos iure communi aut suo particulari, aut consuetudine generali vel speciali, arg. c. fin. de offic. Vic. lib. 6. & eorum quæ Ioan. Andr. citat in capit. Tua, eodem titu. quanquam oppositum credo quando concedit omnes suos casus, quia iuxta communem loquendi consuetudinem, quæ attendi debet, capit. ex literis, de sponsa. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. per suos casus peccata illi referuata intelliguntur. Nec Sanct. Antonin. 3. part. tit. 17. capit. 13. oppositum tenet. Et etiam quando concedit omnem suam facultatem excepto tali casu referuato, argument. ca. Dominus, 3. 2. quæst. 7. & eorum quæ latè
 notat.

notat. Dec. in reg. 1. ff. de regu. iur. Et etiam quo ad forum conscientiæ quando apparet intentionem Episcopi fuisse concedere referuatos ei, cum omnem suam facultatem concessit, arg. cap. intelligentia, de verb. signif.

Octauò, quòd excommunicationes Episcopo referuatæ referuntur sup. eod. 256 capitul. numer. 111. cum sequent. Qui autem & quot sint casus ei referuati, magna est inter doctores contentio, vt colligitur ex gloss. capitul. 2. de pœnit. & remission. lib. 6. Anton. tertia parte, titulo duodecimo, capitulo vndecimo, & Angel. verb. casus in princi. & Sylu. eod. verb. quæst. 2. & glo. & doctores in Clem. dudum. §. statuimus de sepul. in qua controuersia communior conclusio est, esse quatuor, quinque, aut sex. Primus est, peccatum clerici quod irregularitatem annexam habet, secundum Sylu. & eos quos ipse refert vbi sup. q. 3. sed nobis verius & vtitur videtur dictum Cardin. in Clemen. dudum. §. ac etiam, de sepult. scilicet, clericum qui ob aliquod peccatum irregularitatem incurrit, posse absolui a censura, si qua subest, & a peccato antequam cum illo in irregularitate dispensetur. Secundus est incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum ex proposito factum, & consiliu, & auxilium in id præstitum, 23. q. 8. ca. pessimam. Tertius est peccatum, ob quod pœnitentia solennis imponenda est, quæ ob solum notorium peccatum grauè & scandalosum imponitur, ca. fin. adiuncta glo. 26. q. 6. quæ tamen non est in usu. Quartus, absolutio blasphemiæ publicæ & notoriæ, sed ius antiquum, capit. statuimus, de maled. cui commun. in hoc innititur, loquitur de foro contentioso, vt rectè Ange. insinuauit vbi supra, & ius nouum de quo. §. Ad abolendam, sess. 7. in Conc. Lateranen. sub Leone X. oppositum eius quod cõmunis dicit, significat: Quatenus vetans, ne confessarij blasphemos in foro conscientiæ nisi cum grauissima pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij imposita absoluant, innuit eos posse cum prædicta pœnitentia absolueret. Quintus, dispensatio votorum & iuramentorum, sed hic non debet numerari inter casus, cum non sint peccata, qualia illos esse diximus supra eodem. §. n. 254. Sextus, absolutio excommunicationis maioris, gloss. d. c. 1. de pœni. & remiss. lib. 6. sed hic non est casus referuatus, quia non est peccatum, sed illius pœna: Neque intelligenda est de omnibus excommunicationibus, sed de referuatis Papæ, quarum absolutio in aliquibus casibus inferiori conceditur, per quem episcopus intelligitur, vt dictu est, eodem cap. num. 111. Nam ab alijs casibus non referuatis, Parochi quo ad forum conscientiæ iure cõmuni absolueret possunt, per dicta supra eodem num. 39. Per quæ videtur, vnum vel alterum tantum ex his casibus esse usu receptum. Alij vero casus referuantur Episcopis ipsis per consuetudinem generalem, aut quasi generalem, quos tangit & refert gloss. Extrauagan. Inter cunctas, de priuileg. Primus est homicidium voluntarium aut realis membri abscissio. Quia mentalis nec verbalis etiam perueniens ad percussione non comprehenditur. Ant. 3. part. tit. 17. c. 11. in fin. Secundus, peccatum falsitatis falsandi scripturas, ac dandi testimonium falsum, aut tacendi verum coram Iudice, iuxta not. a Pan. in c. 1. de crim. fals. & Bart. l. 1. ff. eod. & peccati admissi ab Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ostendendo scripturas partibus aduer
 sis, iuxta
 K k k 4

his, iuxta l. i. §. qui deposita, ff. eod. Tertius violatio libertatis, aut immunitatis ecclesiæ, de qua supra eodem capitulo nu. 118. & capitulo vigesimoquinto, numero decimosextimo, per quam iniuste personis aut rebus ecclesiasticis iniuria inferitur. Quamquam nunc sæpe habet annexam excommunicationem Cœnæ, per dicta supra eodem capitulo nume. 120. in fine, & consequenter videtur quod omne sacrilegium est casus episcopalis per consuetudinem. Syluest. verb. casus quæstione quarta. Quartus peccatum retinendi incerta aliena, quem supra in capitu. 17. nume. 92. vtiliter declaramus. De casibus tamen qui per consuetudinem aut constitutionem specialem episcopatu referuantur, certa regula dari non potest, iuxta omnes, quia vnaquæq; prouincia suo sensu abundat, cap. vti nam, 36. distinct.

Ad quæstionem hic propositam, Resp. quod Regis præfectus publicis operibus qui minore pretio cogit subditos ad importandam materiam eorum, non potest iuste in gratiam alicuius priuati etiam gratis curare, vt importent similem ipsius operi. Ad secundam, quod non sufficit ad id consensus Regis qui operas subditorum non potest ita in vtilitatem priuatam ac in publicam imperare. Ad tertiam, quod talis priuatus non excusatur eo quod ipse præfectus suæ conscientie oneri id accipit, magis quam Pilatus suscipientibus in se Iudæis culpam damnationis CHRIS TI, nec magis quam iuuans ad furandum eum qui totam culpam in se recipit, quia facientes & consentientes & c. ad Rom. 1. & cap. 2. de offic. deleg.

De præsentatione Confessariorum Religiosorum.

Præsentatio fratrum ad audiendas confessiones & c. a nu. 260. vsque ad nu. 269.

260 **D**E præsentatione fratrum confessoriorum faciēda ordinarijs, iuxta Clem. Dudum de sepult. hoc in loco scripsimus in vulgari multa & diligenter quidem. Quæ ob nonnullas causas præter hæc pauca omittimus. Primò, quod iuxta dictam Clem. dudum. §. statui-
mus & Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 11. tenentur prælati fratrum petere ab Episcopis, & superioribus, vt placeat ipsis, quo fratres ad id per suos prælatos nominati, possint in suis ciuitatibus & diocesis liberè eorum subditorum confessiones audire, & salutare pœnitentias imponere, & cum sua facultate & bona venia absoluere, quicquid dicat Syl. verb. confessor. 2. q. 1. allegando Card. in d. §. statui-
mus, qui licet ibi subobscurè loquatur, tamen in §. ac deinde, q. 5. clarè resoluit, teneri fratres ad petendum prædicta. Secundo, quod iuxta dictum, §. ac deinde, debent fratrum prælati eligere fratres idoneos, in numero conuenienti ad tria prædicta, & eos præsentare episcopis. Dixi, Præsentare, quia non sufficit nominare, iuxta gloss. singul. & recept. ibidem verb. præsentare, quod dixit esse sensibus corporis exhibere. Tertio, quod
261 Episcopo sine iusta causa nolente admittere, possunt præsentati facere illa pende ac si fuissent admissi, dict. Clement. §. Si vero. Quarto, quod semel præsentatus

sentatus & admissus non indiget noua præsentatione etiam si aliquoties exierit diocesium ad quàm fuit præsentatus, d. Clem. §. si verò, vbi Card. quæst. 1. 263 Quintò, quod præsentatus non debet absoluere a casibus Ep̄o referuatis, nisi data ei ad id facultate, & minus dispensare in iuramentis vel voris, iuxta gl. re 264 cep. in d. §. si vero, quod est tutius fm S. Ant. 3. par. tit. 17. c. 11. licet Sylu. verb. confessor, q. 5. contra teneat quo ad casus per ipsum episcopum referuatos. 265 Sextò, quod prædicti confessorij per priuilegium Papæ Sixti IIII. possunt audire confessiones omnium, qui ad sua loca confitendi causa venerint, licet nõ sint 266 ex episcopatu ad quem fuerunt præsentati supplement. fol. 58. cõcess. 159. Non tamen possunt extra loca pro quibus sunt præsentati nisi, & c. Septimò, q̄ ep̄i 267 scopi si voluerint possunt remittere religiosi obligationem petendi & præsentandi, habēdo eos pro præsentatis, arg. c. quod ob gratiã, de reg. iur. lib. 6. & sentit prædicta, sess. 11. ibi, nisi eos exhiberi sibi petierint. Octauò, q̄ prædicti patres habēt priuilegiũ Innocentij VIII. quo se possunt aliter præsentare Ep̄is, relatum in Compendio priuil. verb. præsentatio fratrum, & melius verb. absolutio 268 quo ad seculares, & habetur in monumētis primę impressionis, fol. 95. & secundæ impressionis, 93. & in supplement. fol. 9. cõcess. 352. Hæc tamē præsentatio non est tantæ virtutis ac alia, quia non nisi in vnum annum durat, neq; facit vt sic præsentati pro præsentatis habeantur, iuxta formã iuris, nec consequēter, vt gaudeat priuilegijs quib. præsentati gaudent, vt colligitur ex tenore concessio- nis, quæ quia est priuilegium, stringi debet c. porro, & c. sanè, de priuileg.

De regulis confessoriorum.

Bona facta in peccato mortali, ad hæc multa profunt, nu. 269. & alia notatu dignissima absolutionem & excommunicationem concernentia, vt sunt sequentia.
Absolui non debet sacramentaliter non confessus etiam non valens. nu. 269. B.
Confessio facta vni non sufficit, vt alter absoluat. nu. 269. C.
Voluntas non fertur in incognitum. nu. 269. C.
Religiosus qui testans non absoluendus. nu. 270.
Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda. nu. 270. A.
Mortuus absolui & excommunicari an possit. nu. 270.
Hæres cuius excommunicati absolutionem querere non debet. nu. 271.
Excommunicatum etiam non confessum absoluit sacerdos etiam excommunicatus in morte. nu. 271. B.
Absoluere non potest laicus excommunicatus etiam in morte. nu. 271.
Collatio beneficij facta excommunicato quæ valida. nu. 272.
Excommunicatio non ligat extra Episcopatum etiam ipso volente. nu. 272.
Excommunicatio conditione non trahitur retro. nu. 272.
Et appellatur ab ea durante conditione etiam post decedendum. nu. 272.
Pensio cui quis per se consentit statim tenetur. nu. 273.
Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam. nu. 273.
Dispensare potens super voto, cur non potest super iuramento. nu. 273.

Uouens

Vouens intrare religionem, an tenetur extra provinciam. nu. 274.

Absolutio excommunicati ad cautelam quotuplex a Confessario, vt dari potest. numero 274.

269



Ro contentis in regulis Confessariorum, & Pœnitentium hîc in vulgari positus, quæ excepto vno supra locis opportunioribus inferuntur substituo illud, & alia sexdecim responsa totidē nouè quæstorum, Primò, quòd vltra illa tria ad quæ in præla. 7. n. 3. diximus prodesse opera bona facta in peccato mortali, profunt etiã ad implenda præcepta, & excusandum a nouo peccato, iuxta ea quæ diximus, in princip. cap. 1. de pœnit. distin. 6. num. 45. & ad illustrandam mentem peccatoris, quo suum malum statum agnoscat, & eius pœniteat, cap. falsas, de pœnit. distin. 5. & ad quærendas virtutes morales, c. Vides. 23. q. 6. & ne peccatum nos suo pondere in aliud trahat, secundum Altifiod. in 4. par. summæ, & ad quærendam cordis lætitiã, iuxta illud Pauli Rom. 11. *Spe gaudentes*. Et ne Angelus noster tutelarior ob ingratiudinem nos omninò deserat, & ne tam citò Deus nos puniat, Tardius enim puniuit Achab, quia se humiliãuit, 3. Reg. 21. Id autem quod hîc diximus in vulgari de actu de se malo, fieri bonum ex circumstantia, & contra, explicatum est, supra c. 23. n. 1. per quod soluitur dubium prædicti P. Vinc. circa hoc motum.

B Secundò, quòd firmiter est tenenda sententia posita, supra c. 26. nu. 28. scilicet, non debere quem absoluere sacramentaliter infirmum, qui verbis, vel nutibus non fuerit ei confessus aliqua peccata, licet antequam obmutesceret, vel iudicium amitteret, vocauerit eum, quantamlibet voluntatem cõfitemdi cum signis contritionis ostēderit alij, vel alijs quàm absoluturo. Tum per rationem irrefragabilem ibidem insinuatam. Tum quòd Thom. pro contraria parte citatus in opusc. 65. dicens posse talem vngi extremè, baptizari & a peccatis absolui, intelligendus est de absolutione alia quàm sacramentali, puta generali deprecatiua, vel a pena per indulgentias ei concessas. S. item Anto. 3. par. titu. 10. cap. 2. de infirm. pro eadem citatus, qui solùm ait tali casu sacerdotem debere præbere infirmo quicquid humanitatis potest absoluendo reconciliando, est secundum prædicta intelligendus, Medina etiam pro eadem citatus, in C. de confess. tract. 2. de absolut. ab oblitis, potius concordat sequendo glo. c. is qui, 26. q. 6. quæ, vt vbi supra diximus, verbum, pœnitentiam, in textu positum intelligit de alia absolutione, quam sacramentali. Tùm quia quamuis valeat confessio facta scripto absenti, saltem ex iusta causa, vt dictum est supra cap. 21. num. 36. Non tamen sufficit velle scribere illa, nisi scribat, & id faciat animo confitemdi ea, & non cuicumque, sed illi presbytero, a quo vult absolui, & ita nõ sufficit vocare confessarium, & dicere se velle confiteri, immo neque confiteri peccata coram alio, nisi ad summum quum confiteretur omnia ei mandando, vt deferret illa tanquam nuncius ad presbyterum eum absoluturum. Tùm quia contra Concil. Trid. & omnes receptas sententiã esse videtur dicere, quòd voluntas confitemdi absque confessione, vel confessio facta vni præsertim non

presbyte-

presbytero, vel aliter quàm sacramentaliter, sufficiat vt absoluat ab alio qui eam non audiuit, & iudicialiter debet absoluere. Cum voluntas non feratur in incognitum, secundum Augustinum, in lib. 9. & 13. de Trinitate, & probatur in cap. 1. 29. q. 1. præsertim iudicis (qualis de confessarius,) l. de qua re. ff. de iudicijs. Tùm quia non vendicat sibi locum eadem ratio in hoc sacramento, quæ in baptismo, eucharistia, & extrema vnctione, nam illa non ministrantur iudicialiter, & causa cognita, vt hoc, nec vllius eorum pars essentialis est cõcurfus vllius actus actualis illa sumpturi quo ad eorũ ministrum, imo sufficit voluntas præcedens ea suscipiendi, in hoc autem non sufficit voluntas confitemdi, & accipiendi absolutionem, imo confessio est eius pars substantialis, vt diffinit Concil. Trid. sess. 14. c. 1. 3. & 5. & cano. 4. Tùm denique quòd si maior cognitio peccatorum non requireretur ad absolutionem, non concluderetur confessionem esse iure diuino præceptam, per illud Io. 21. *Quorũ remisistis, &c.* vt subtiliter insinuauit Medina vbi supra, quod est contra veritatem declaratam in Concil. Trid. sess. 14. c. 5. & c. 3. & 9. de sacram. pœnit.

Tertiò, quòd confessarius absoluere, & si moriatur in sacro sepelire non debet vllum religiosum, etiam canonicum regularem (qui omnium laxissimè regulæ seruit, c. quod Dei. De stat. monach.) testantem, vel testari volentem, nisi a proposito desistat, & si quod testamentum fecit, reuocet illud, aut certè efficaciter reuocare proponat, argu. c. non dicatis. 12. q. 1. c. 2. de testam. c. Monachi, & c. super eo, & c. cum ad. de stat. monach. & latè tradit admodum Reuerendus Pater Ioan. Trullus eruditione ac pietate insignis simul, Prior sanctæ Christianæ canonicorum regularium Aragoniæ, de ordine suo optimè meritus, in cap. 22. lib. primi ex quatuor libris, de eodem Ordine canonicorum regularium piè valdè, ac eruditè scriptis, qui in c. 40. num. 11. ait cauendum esse cuius canonico regulari, & a fortiori cuilibet alij monacho, a scribenda scheda, vel memoriali significante suam de vllis rebus suis vsibus deputatis, sic, vel sic distribuendis voluntatem, vel intentionem vltimam: quod tamen solùm intelligendum est de faciente illa ea mente, vt sint testamentum, Codicillus, donatio mortis causa, vel alia vltima voluntas vim ex sua dispositione trahens, non autem de illo qui expressè, vel tacitè protestatus nolle testari, vel nullatenus disponere, solùm rogat suum prælatum, vel Conuentum, vt pro sua libera voluntate, illud, aut illud pietatis, aut misericordiæ opus, illi aut illi faciat, quum hoc nullatenus sit disponere, sed ad piè disponendum alium piè rogare, aut exhortari, quod cuilibet religioso, etiam franciscano, licet; quia misericordia est virtus omnibus, etiam pauperibus, communis, ca. In singulis, 86. dist. quæ quotidiana conclusio est, quam nuper paulo latius tradidimus in tractatu de paupertate, super cap. non dicatis. 12. q. 1.

Quartò, quòd hæres eius qui moritur absolutus a peccatis, & susceptis alijs sacramentis, & in loco sacro sepulti, licet postea credat eum obijssè excommunicatum, non tenetur petere absolutionem. Tùm quia mortuus propriè, & quo ad Deum, nec absolui, nec excommunicari potest; quia nõ est homo mortalis, quem solùm excommunicari posse supradictum est. Nec obstat, c. si quis, de

de hæret. per quod glo. eius contrarium dixit per illa verba, dicatur mortuo, anathema, quia non significant quod excommunicetur, vt putauit gloss. cum Pan. ibid. sed quod fiat ei maledictio, qua declaretur decessisse anathematizatus, vt pulchrè ait Castren. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 19. nec absolui, quia ille solus potest absolui, qui excommunicari, & e contrario, per supradicta; nec obstat prædictum c. a nobis, in 2. quia sensus non est, quod excommunicatus mortuus propriè quo ad Deum absoluat, sed quod denunciatur ecclesiæ decessisse quo ad Deum absolutus. Ita vt liceat ei nominatim orare pro illo, secundum mentem Pan. & Com. ibi, & Cast. vbi supra c. 20. Tùm quia si quo ad Deum, & culpam per pœnitentiam fuit absolutus, non indiget absolutione quo ad illa, & quum excommunicatio esset occulta, non indiget etiam quo ad ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, c. si omnia. 6. q. 1. & si per pœnitentiam non fuit absolutus, nil prodest quo ad Deum absolutio. Tùm quia solus denunciatus excommunicatus indiget absolutione quo ad ecclesiam, per d. Extrauagan. Ad euitanda, & hic de quo quæritur, non erat denunciatus; non, inquam, tenetur, imo nec expedit petere, quia nil prodest animæ quo ad Deum, & nocet honori quo ad homines.

271 Quintò, quod idem omninò dicendum est de hærede illius qui sine absolutione cum signis tantum contritionis, in excommunicatione occulta moritur, arg. c. fin. de sepult. & c. In literis, de Raptor. Non autem de hærede excommunicati denunciati, quoniam is debet quærere absolutionem ab eo a quo viuus & sanus erat absoluendus, si non fuit absolutus saltem ab aliquo sacerdote simpliciter in articulo mortis, d. cap. a nobis, qui tunc potest absoluere, vt clarius quam omnia alia iura antiqua diffinit Concil. Trid. sess. 14. c. 7. in hæc verba. *In articulo mortis omnis sacerdos quoslibet pœnitentes a quibuslibet peccatis, & censuris absoluere potest.*

B Sextò, quod per hoc videtur quod omnis sacerdos potest absoluere ab excommunicatione in articulo mortis, etiam non confessum, modo signa contritionis præcedant, quia in tali articulo non solum habet facultatem absoluendi a peccatis, etiam reseruat, sed etiam a cœsuris vt per prædicta verba patet, quod clarè sentit Pan. in d. c. a nobis, nu. 10. dum ait, quod præsupposito quod laicus posset absoluere a censura in articulo mortis, illa prodesset, ne iterum oporteret eum absolui. Et constat secundum omnes non posse laicum absoluere a peccatis, ergo a fortiori absolutio sacerdotis sine absolutione a peccatis prodesset. Præsuppositum tamen Pan. non est verum, vt dictum est supra c. 26. Quod ipsum postea videtur confirmasse prædictum Concil. Triden. per prædicta verba, quæ non habent omnis homo, sed (omnis sacerdos) significando non posse id facere etiam alium clericum, etiam sacris initiatum, quanto minus laicum.

Septimò, quod per eadem verba ausim dicere, quod sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus potest hodie absoluere licitè constitutum in prædicto articulo, sicut non excommunicatus. Tùm quia Concil. vniuersaliter nullum excipiendo loquitur. Tùm quia non obstat, quod per excommunicationem

nem tollatur, vel certè suspendatur iurisdicctio, quam saltem habitualementem habet iure diuino, §. ecce, 16. q. 1. sine qua non potest consistere absolutio, quia probabiliter credi potest piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem quo ad talis articuli tempus; licet, vt proximè dictum est, non debeat credi, quod laico eandem quo ad eundem articulum videatur concedere: quia quo ad eum non agitur de non tollenda, vel non suspendenda iurisdictione, sed de nouo danda, quod est difficilius, c. Quemadmodum, de iureiur. præsertim incapaci, qualis est laicus, talis iurisdictionis, c. tuam, de ord. cog. & c. 2. de iud. Ausim, inquam, id nunc dicere, quamuis ante prædictum Concil. Communis contra tenuerit, in c. non est, de spons. & Tho. in 4. dist. 17. q. 3. & 3. par. q. 82. art. 7. ad 2. quam ipse quoque immemor prædicti Concilij sequutus fuit, supra c. 26. nume. 27. Cæterum facessat subtilis illa nouitas differentie quorundam inter articulum mortis, & periculum mortis, eadem enim sunt quo ad iura facientia facultatem absoluendi in eis.

Octauò, quod illud dictum de collatione beneficij facta alicui excommunicato, quod sit nulla, procedit etiam in eo qui se excommunicatum ignorat, secundum glo. Pan. & Comm. in c. pen. de cler. ex mi. Nam licet ignorantia excuset a pœna transgressionis, non tamè efficit capacitatem acquisitionis, cuius excommunicatus est incapax, c. postulastis, eod. titu. sufficeret tamen dispensatio Episcopi, si ad eum spectabat collatio, secundum omnes: non tamen si ad alium, quicquid dicat. Pan. in d. c. postulastis, quod tamen nõ procedit in collatione facta a Papa, vel Legato cū clausula absolutionis quo ad effectum præsentium consequendum in literis eorum apponi solita, de qua Fel. in c. apostolica, col. 1. de except. & alij alibi.

Nonò, quod non est tenenda opinio Bart. in l. 1. nu. 45. C. de sum. Tri. com. muniter recepti a Legistis, vt tradit Hippol. in l. si. ff. de iuris. om. iudi. nu. 142. scilicet quod excommunicatio Episcopi ligat extra Episcopatum ipso id volente, quia irrefragabiliter confutatur, per c. 2. de constit. lib. 6. & fortius per rationem eius sumptam, ex d. l. fina. ff. vt rectè affirmat Pan. in c. a nobis. 1. nu. 11. de sent. excom. Nec obstat, l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. qua magno colore motus fuit Bar. quia est malè traducta è græco in latinum, vt testatur eruditissimus Andr. Alc. lib. 2. dispunct. c. 18. secundum cuius translationem nihil facit pro Bar. & sequacibus.

Decimò, quod excommunicatio conditionalis impleta conditione, non retrahitur, quia fictio retractionis non habet locum in censuris. Tum arg. c. licet de sent. excom. lib. 6. Tùm quia fictio fundatur in æquitate, l. Qui in vtro, ff. de stat. hom. tradit Bar. recep. in l. si is qui, pro emptore, ff. de vsuc. nu. 67. Et nulla æquitas suadet, vt qui iustè communicabat ante conditionem impletam censeatur iniustè tunc communicasse: Id enim esset fingere impossibile secum, pugnans contra l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.

Vndecimò, quod sicut excommunicatio lata sub conditione non ligat anteam impletam, ita potest quis appellare ante illam impletam, etiam post descendendum: Ita quod sine scrupulo potest communicare, etiam ea impleta, vt sentit

sentit gloss. quam contra Pan. sequitur Com. in c. Præterea, 2. de appellat.

Duodecimò, quòd pensionarius qui personaliter còsentit constitutioni pensionis, non soluens eam die statò, incidit in censuram etiam ante intimationem literarum, secus si consentit per procuratorem, iuxta stilum Curie, de quo testatur Cassiad. decis. 2. tit. de pens. super regul. Cancel. & 12. de rescrip.

Decimotertiò, quòd pro communi opinione quam tenuimus, supra num. 16. contra glo. 2. c. a nobis, 2. de sent. excommu. scilicet, quòd ignorantia probabilis excusat ab excommune statuti, pro facto damnato, vltra ibi dicta, facit, quòd licet non requiratur consensus delinquentis in pœnam, vt obligetur ad eam, quia obligatio non nititur eius consensu, sed potestate legislatoris imponentis eam, requiritur tamen consensus in causam, ob quam imponitur, vt dixit Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. & vt quis dicatur consentire in causam alicuius, non sufficit quòd còtentiatur in eo, quod est causa, sed requiritur quòd sciat vel scire debeat id esse causam, arg. l. In delictis, §. 1. ff. de Noxal. & qui scit aliquid esse malum, & ignorat pœnam ob id impositam, scit quidem id quod est causa illius, non tamen causam illius. Nec obstat, quòd ex eo sequeretur quòd mulier, rusticus, & alij qui probabiliter pœnas legum ignorant, in nullam earum inciderent; responderi enim potest negando quidem sequelam, quo ad pœnam ordinariam, & mediocrem proportionatam delicto, secundum naturam eius statutam, vel prudentia communi imponendam, quam quilibet discretus paulo plus minus præuidere potest, saltem hallucinãdo per legem naturalem dictantem delicta mediocriter punienda, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. concedendo vero sequelam quo ad pœnam extraordinariam, exorbitantem & auctam vltra naturam suam nude consideratam propter frequentiam, vel alias circumstantias, personæ, temporis, loci, & c. ea ratione diuersitatis quod quicumque scit, vel scire debet aliquid esse malum, scit vel debet scire id esse puniendum, iuxta naturam eius, & ita non solum consentit, in eo quod est causa eius, sed etiam in eo quod scit, vel debet scire causam eius: secus tamen est de pœna exorbitanti aucta, & addita vltra naturam eius, ob frequentiam & alias circumstantias; quia nec scit, nec scire debet illud malum esse causam illarum; cuius generis est excommunicatio, & eo magis quo sola ratio naturalis; quæ docet pœnam debitam malo, nõ pergit ad illam sine lumine fidei. Quæ est ratio germana, c. 2. de constitu. lib. 6. Per quam extenditur ad quascunque alias pœnas exorbitantes, sola natura delicti considerata. Per eandem rationem idem censeo cum Sylu. verb. ignorantia. §. 8. de excommunicatione lata per legem communem Pont. Max. vt probò in Comment. c. fraternitas, 12. q. 2. cum multis eruditis Curie, putantibus multas Extrauagantes cum censuris grauissimis latis super criminibus damnatis, quarum notitia nunquam transijt Pyrenæum, nec Alpes, non excommunicasse Hispanos eas penitus ignorantes. Nam & percutiens clericum, aut patrem, aut dominum, & interpellans monialem, vel Virginem ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id non fecisset, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis additas, c. si verò, 2. de senten. excommu. & l. si quis ignorans, ff. locat. quia. et si sciat esse malum id quod

quod facit, nescit tamen, nec scire debet, tantam pœnam pro illo malo impositam: & magis peccat, qui frangit legem grauissimis, & extraordinarijs pœnis munitam, ignorando eas probabiliter, quàm sciendo; sicut magis contemnit, & peccat qui ingreditur hortum alto pariete cinctum causa furandi, quàm qui leui cespite septum.

Decimoquintò, quòd nullus præter Papam sine eius commissione speciali, potest absolueri ab hæresi, & censura ei annexa, etiam occultissima, quia Papa eam sibi reservat in Bulla Cœnæ, quamuis Concil. Trident. cap. 6. sess. 24. de Refor. concedit Episcopo, vt per semetipsum in suo Episcopatu possit absolueri subditos suos ab occulta hæresi. Quamuis item possit contendi, quòd non sit derogatum quo ad hoc illi per bullam Cœnæ, quia S. D. N. Gregor. XIII. & Pius V. adeo id expressè declararunt, vt etiam summo Pœnitentiario negauerint illam facultatem nisi cum certis modificationibus, sine quibus nec hic absoluit sine maxima causa, nec ille dum vixit absoluebat, etiam cum illa. Per quod & argum. c. fina. de off. Vic. lib. 6. & c. in generali, de reg. iur. eod. lib. moueor ad credendum, quòd nec virtute Iubileorum, nec bullarum Cruciatarum, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, potest quis absolui ab ea, licet expressè detur facultas absoluendi a casibus bullæ Cœnæ, arg. c. frater noster, 16. q. 1. iuncto dicto. S. Ant. 3. tit. 24. c. 77. §. 1. scilicet quòd facultas generalis absoluendi ab excom. non includit absolutionem illius, quæ specialiter non fuisset concessa.

Decimosexto, quòd confessorius eo quod sit munitus facultate dispensandi super voto, non potest dispensare super iuramento etiam eiusdem materiæ. Tum quia iuramentum videtur continere duo vincula, promissionis, & iuramenti, quæ sunt fortiora vno c. 1. de treug. & pac. qua ratione Tho. 2. 2. q. 89. artic. 8. ait votum iuratum, esse firmitus non iurato. Tum quia secundum eundem alia ratione ligat iuramentum, quàm votum. Iuramentum enim ligat, quia est sacræ rei attestatio, ratione reuerentiæ, qua quis debet implere, quod per nomen eius promittit. Votum vero ratione fidelitatis, qua quis debet implere quod Deo promissit. Tum quia secundum omnes, votum vt votum, non est iuramentum, nec contra, nam diuersitas nominum, definitionum, & titulorum, de iure iur. in 2. Decretal. & de voto in 3. & rationum obligandi supra dicta 272
rum, concludit esse diuersæ speciei iuramentum & votum, & facultas dispensandi super vna specie, non extenditur ad aliam, argu. c. cui de non sacerdotali, de præb. lib. 6. quatenus probat, virtute mandati, vel priuilegij de conferendo beneficio valoris maioris, non posse conferri beneficium minoris. Tum quod Abbates habentes potestatem absoluendi a sententia canonis. Si quis suadente, iuxta cap. cum illorum de senten. excommu. non possunt absolueri a multis alijs excommunicationibus minoris authoritatis, iuxta Fed. consil. 14. Monachus Perusinus, quia exorbitantia a iure communi non sunt extendenda de alio ad aliud, Reg. Quæ a iure lib. 6.

Hoc ipso die quo hæc excudebatur puta pridie Idus octob. An. 1573. (quo sui sacræ Pœnitentiariæ Prætorij primum habuit conuentum Illustrissimus, & Re-

& Reuerendissimus Cardin. STANISLAUS Hosius postea quam fuit in sum-
mum pœnitentiarium a S.D.N. designatus, magna cum laude, & gloria vtriuf-
que, vtpotè gratis & absens, nilque minus præuidens, ob solam eandemq; cele-
berrimam pietatis, integritatis, & eruditionis famam, qua non solum vrbi, sed
orbi toti Christ. etiam ante purpuram fuit notissimus) tactum fuit, an qui His-
panus probabiliter ante 20. annos vouerat ingredi religionem fratrum mino-
rum Conuentualium, qui postea a Fel. re. Pio V. in tota Hispania abrogatus
fuit, teneretur quærere extra illam vbi non est abrogatus monasterium in quo
reciperetur? Et videtur non teneri, Tum per dicta supra c. 12. nu. 48. Tū quod
actus agentium non operantur vltra fines eorum l. non omnis, ff. de reb. cred.
Et orator non intenderat intrare extra Hispaniam.

Eodem die rogatus de potestate absoluendi ad cautelam confessarij electi,
per cōfessionalia, Iubilea, & alias Bullas Apost. dico tumultuariè primò, quod
absolutio excom. simplex est absolutio integra excom. quæ scitur esse lata, &
valida. Absolutio verò ad cautelam est quæ non est talis: & ita est triplex, dimi-
diata, quæ ad certum tempus, vel actum fit, & integra, eius quæ dubitatur esse
lata, & eius quæ scitur esse lata, sed dubitatur an valeat. Quæ colliguntur ex c.
solet, de sent. exc. lib. 6. & scribentibus ibi, præsertim Innoc. & c. veniens, in 2.
iuncta glo. vlt. & Io. And. & Pan. super ea, & alijs alibi. Secundò, quòd non po-
test dare primam harum, & ita non potest absolvere cum reincidentia, Tum
quod illa non est integra; Tum quod in effectu est quædam suspensio, vt ait In-
noc. in c. cum bonæ, de æta. & qual. & Dec. consi. 145. & confessario huiusmo-
di non est potestas dimidiandi absolutionem, nec suspendendi; Tū quia eā da-
re esset ferè absolvere purè, & excommunicare sub conditione, ad quod facien-
dum nulla est illi potestas, nec ad certum tempus, vel actum, quia id effectu ef-
feret absolvere cum reincidentia. Tertio, quòd potest dare secundam quàm pas-
sim dant confessarij confessis ignorantibus se esse excommunicatos per verba
illa. Si teneris vinculo excommunicationis &c. Per quam absoluitur ab ea, vel
eis in quas potestas eius extenditur, modo præmiserit satisfactionē, vel aliud.
273 quod Bulla requirat, vel certè eo sit animo, quòd faceret illud, si meminisset se
esse excommunicatum, & faciet cum primum meminerit. Tum quia attenda
sua ignorantia, satis videretur facere quod potest, & facienti quod potest, non
est neganda absolutio. Tum quia passim ita absoluunt confessarij laudati ob
hoc ab eruditibus, vt etiam prædictum est. Quartò, quòd non potest dare tertiam
sine præuia satisfactione, si confessus agnoscit esse veram offensam, ob quam est
excommunicatus, quia quum offensa est manifesta, non potest dari illa etiam
cum cautela sufficienti sine præuia satisfactione, d. c. Solet. Potest autem dare,
si dicat se non offendisse: sed si dicat se dubitare de offensa, videtur quòd non
possit, quia commissa simpliciter absolutione, non censetur commissa absolu-
tio ad cautelam, iuxta gl. sing. c. capitulum, de rescript. quamuis semper tene-
rim & teneam, quòd delegatus cui commissa est causa, potest partes absolue-
re ad cautelam: cum Aret. in d. c. De testibus, de testib. col. 3. recepto frequen-
ter a Decio, & nobis contra gl. communiter recept. in d. c. solet, quia gl. loqui-
tur

tur de commissione absolutionis, & decisio Aret. & vsus loquitur de commis-
sione cause, quæ sine absolutione partium ad cautelam non satis cōmode pos-
set tractari. Quintò, quòd confessarius cui committit Sacra Pœnitentiaria, vel
alius superior, vt absoluat latorem ad cautelam in foro conscientie tantū, non
teneretur seruare formā d. c. Solet, quia illi foro nō cōgruit citatio partis, quam
illa requirit, secundum Inn. recep. in d. c. Solet, sed satis est quòd constet ei per
cōfessionem partis, preces veritate niti. Sextò, quòd cōfessarius cui simpliciter,
vt simplici confessario committitur absolutio ad cautelam in vtroque foro, de-
bet antea accipere cautionem sufficientem, iuxta d. c. Solet, licet non debeat ci-
tare partem, nec audire excipientem de manifesta offensa, saluo, si aliquid am-
plius, vel minus faciendum ei præcipiatur, quia vno onere sublato, non cen-
setur sublato alterum c. Ex tuarum, de aut. & vsu pall. & ita cum absolutio ad
cautelam requirat citationem, & sufficientem cautionem, etiam si dubia sit of-
fensa, per d. c. Solet, licet onus citandi tanquam incongruum foro pœnitentiæ
tollatur, satisfactio tamen, vel cautio sufficiens, quæ etiam illi foro congruit,
non videtur tolli, adeo vt putem, quòd si excōmunicatus agnosceret offensam
esse veram, deberet eum cogere ad prius satisfaciendum. Dixi, *In vtroque foro,*
quia si committeretur quo ad forum cōscientie tantum, putarem sufficere ser-
uare propositum firmum satisfaciendi debito, vel offenso, si apparuerit eam va-
lere, quum quo ad illud cor magis respiciatur, quàm manus, c. si quid inueni-
sti. l. 4. q. 5. Dixi, *Nisi plus, vel minus præcipiatur,* quia si præciperetur, vt sine vl-
la cautione, vel cum sola iuratoria, vel satisfacto dimidio, vel toto absolueret,
id esset seruandum, c. cum dilecta, cum notat. ibi a Fel. de rescri. Septimò, quòd
confessarius cui committitur absolutio specialis alicuius ad cautelam in vtro-
que foro, deberet absolvere coram notario, & testibus, vel saltem testibus, vt
absolutus posset probare alijs suam absolutionem, quæ non præsumitur, nisi
probetur c. sicut nobis, de sent. excom. & gl. c. proposuisti, de cler. excomm. mi.
Octauò, quòd excōicato, denunciato, & absoluto a cōfessario, siue simpliciter,
siue ad cautelam quo ad forum conscientie tantum, non tenentur communi-
care alijs præsertim publicè, neque possunt nisi probabiliter illud credentes,
quia limitata causa, limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acq. rer. do.
nec absoluto quo ad vtrumque forum, nisi legitime id ostendatur, vel proba-
biliter credatur, per d. c. sicut nobis, & per d. glo. d. c. proposuisti.

De Conscientia & Scientia.

Scientia, fides, opinio, dubium, & scrupulus quid, vt differunt, & conueniunt. num.
274. & sequen.

Conscientia quid, quotuplex, ad quid obligat, scrupulosa quam mala, nascitur ex sex
causis. n. 265. & curatur 10. medicinis. a nu. 279.

Dubijs in rebus pars tutior an necessario eligenda. nu. 278. & 283.

Legis rigor temperatur per æquitatem quinque modis. nu. 282.

Intellectus illius dicti. Bonæ mentis est culpam timere, vbi non est. nu. 284.

Man. Nan.

LII DICO

- 274 **D**ico primò, quòd scientia, fides, opinio, dubitatio, scrupulus, & conscientia, in quibusdam conueniunt, in quibusdam differunt, vt resolutius alijs tradimus, in c. si quis autem, de pœnit. dist. 7. a nu. 9. Quorum summa est, quòd scientia est cognitio visua rei, glo. sing. in l. 2. §. antep. ff. de aqua plu. arc. tam intellectus, quàm
- 275 sensus, vt prælud. 2. & 3. dictum est. Fides est cognitio, qua firmiter ita esse iudicamus, id quod non videmus, iuxta illud Augustini, *Fides est credere quod non vides*, c. in domo, de pœn. dist. 4. iuncta gl. 7. quæ citat illud Greg. fides non
- 276 habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum. Opinio est cognitio qua iudicamus aliquid, quod nõ videmus, nec firmiter credimus ita esse cum formidine ne contrarium sit verum, facit glo. d. §. antep. & glo. in l. si duo, §. pen. ff. vt possidet. Dubitatio est cognitio duarum rerum contrariarum neutram earum iudicando veram, glo. recep. l. de statu, ff. de testam. & gl. rub. ff. de
- 277 iur. & fact. igno. quæ dubitationem appellauit titubationem. Scrupulus est cognitio argumenti apparentis cõtra prædicta. Ex quibus inferitur, hæc quinque conuenire in hoc quod sunt cognitiones & actus potentiaæ cognitiuaæ, & non appetitiuaæ, vt ex verbo cognitio, apparet, & quod differunt in eo quod scientia est firma & euidens cognitio. Fides firma non tamen euidens, sed obscura, cap. firmiter, de sum. Tri. Opinio autem nec euidens, nec firma, quamuis sic iudicariua. Dubitatio vero nec euidens, nec firma, nec iudicariua. Scrupulus autem est solum quoddam argumentum cõtra aliquam prædictarum. Et quod quatuor prima sunt contraria quæ non possunt simul inesse vni, & eidem personæ eod. respectu. Scrupulus autem cum qualibet aliarũ quatuor esse potest. Con-
- 279 scientia vero, vt dixit S. Tho. 1. par. q. 79. art. 13. non est potentia, nec propriè habitus animæ, sed actus eius iudicariuus, interdum testificans quod illud fecimus, vel non fecimus, iuxta illud eccl. 7. Scit conscientia tua te crebro maledixisse alijs &c. interdum accusans, vel excusans dictando aliquid benè, vel malè factum esse, iuxta illud August. Senti de Augustino quicquid libet, sola me in
- 280 oculis Dei conscientia non accuset, c. senti. 1. q. 3. & interdum dirigès dictando aliquid faciendum, vel non faciendum esse, c. per tuas, 2. de Symo. & ita hic accipitur definitiõ; potest esse scientia, fides, opinio, aut dubitatio, de aliqua re facienda, vel non facienda, secundum Com. in locis proximè citatis, & est duplex. Vera quæ verè iudicat aliquid esse, vel non faciendum, & Erronea, quæ falsè iudicat esse, vel non esse faciendum, d. c. per tuas. c. Inquisitioni, de senten. excom. Est & aliter triplex. Certa quæ pro certo iudicat. Dubia quæ nullatenus iudicat, & Scrupulosa quæ contra id quod iudicat habet argumenta. Porro, quælibet conscientia certa ligat eam habentem. Quantum autem quælibet harum obliget, dictum est prælud. 9. a nu. 9. Quibus addo, non semper esse necessarium partem tutiorem eligere, quia satis est quo ad præcepti implementum tutam eligere, vt latè in d. c. si quis, autem a nu. 34. probauimus, etiam in his quæ ad fidem & mores pertinent, in alijs enim nec de consilio quis tenetur eligere tutiorem, vt ibidem probatur.
- 281 Secundò, quòd conscientia nimis scrupulosa nascitur ex vitio naturali, vel
- acquisito

acquisito non perstandi firmè in constitutis, quæ gignit inconstantiam, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, accidiam, pusillanimitatem & id genus alia mala.

Tertiò, quòd huius vitij causæ, secundum Ant. 1. par. titu. 3. c. 10. §. 10. sunt complexio timida, melancholia & mania, dæmon tranquillitatis osor, vigilia, ieiunia immodica, & conuersatio cum scrupulosis.

Quartò, quòd decem sunt huius ægritudinis medicinae, secundum Ant. 1. 282 par. ti. 3. c. 10. §. 10. Prima Deus per suam gratiam intus habitans, & foris benignè assistens. Secunda pharmacum cõtra melancholiam, maniam, & alios malos humores, iudicium debilitantes. Tertia auersio cogitatus a re scrupulosa. Quarta submissio sui aliorum iudicio. Quinta contrauentio scrupulorum. Sexta vsus Episcopiæ siue æquitatis circa leges, de qua Th. 2. 2. q. 220. persuadendo sibi non peccare qui implet legem secundum mentem authoris, licet verba 283 offendant Tho. ibi. art. 1. neque qui eam in sensu benigniore seruat, quamuis in duriore violet, l. Benignius, & l. seq. ff. de leg. neque qui eam non seruat vbi, & quando, est impossibile, vel valde difficile, Ant. vbi supra col. 6. neque qui eam non seruat, vt pro stulto nõ habeatur, nec qui in rebus dubijs, secundum communem bonorum vsu seruat, arg. §. leges, 4. dist. & l. minimè, ff. de leg. Septima 284 rectus intellectus illius vulgati, tutior pars est eligenda in dubio, c. ad audientiam, de homic. c. si quis autem, de pœn. dist. 7. nempe, quod procedit tantum in propriè dubio, quale non est cum sufficienti autoritate, aut ratione altera pars creditur, neque cum ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. Octaua rectus intellectus illius, c. ad eius, 5. dist. *Bonarum mentium est etiam culpas agnoscere, vbi culpa non est*, cuius vnus verus sensus est, generaliter se culpatum agnoscere, licet non meminerit specialiter culpam, iuxta glo. d. c. ad eius. iuxta latè tradita ab Antonino. 1. par. tit. 3. c. 10. col. 6. Aut quod aptius. 1. 2. par. de nat. & qual. conscien. alphas. 2. visum fuit Gerson. esse signum animæ in bonum propensæ, timere ne sit culpa quod non est tale, quanquam hoc non est bonitas, imo scientiæ, aut probi iudicij defectus.

De opinione deligenda & de nona decimaq; conscientia nimis scrupulosa medicinis.

Opinio communis, quæ & quando alteri præiudicat. nu. 286.

Opinio quæ deligenda latè & resolute, nu. 286.

Dubius deponat dubium, antequam iudicet, consulat, aut operetur nu. 288.

Scrupulos mitigat sibi parum & multum Christo fidere, & eum talem imaginari, nume. 290.

Auxilio sine speciali Dei quæ bona moraliter agi possunt. nu. 290.

Deus, vt Deus, nullius figuræ, vt homo, gratiosissima, & benignissima, numero 291.

286



NONA medicina est electio iusta ex varijs opinionibus & quiescere in ea. Electio autem iusta fit secundum Math. Mathes. lib. de elect. verior. opin. 1. uolum. tract. & alios alibi eligendo primo consuetudine recepta l. Minime cum gl. ff. de leg. & c. Cum dilectus de consuet. nisi sit contra legem naturalem vel diuinam certam, contra quam consuetudo nihil potest c. Mala & c. frustra 8. dist. Dixi, *Certam*, quia dubiam interpretari potest consuetudo, & eius interpretatio seruanda est iuxta Pan. in c. j. de Iu. Secundò cessante consuetudine eligendo eam quæ nititur alicui textui, cui contraria licet sit cõis nequit apte respondere, etiam si quæstio principalis sit vnus iuris, & textus alterius, per citata a Philip. Franco in princ. c. Si pater, de Test. li. 6. Tertio eligendo eam quæ nititur aliquo arg. cui apte rñderi non potest, d. c. capellanus. Quarto cessantibus his eligendo communem si scitur esse talis, arg. c. prudentiam, de offi. dele. c. de quib. 20. distine. Quintò cessante cõi eligendo eam quæ pluribus fundamentis & rationib. nititur, quamuis satis apte disolui queant. Quia ceteris parib. funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur. Eccle. 4. c. 1. de Treug. & pac. Sextò cessantibus prædictis, eam quæ benignior aut fauorabilior fuerit l. semper in dubiis. ff. de reg. iu. Qualis est quæ iuramento fauet, arg. c. Quamuis de pact. lib. 6. & c. Cũ contingat, de iure iur. Et quæ matrimonio, dote, testamẽto aut libertati. l. Quò ties dubia. ff. de reg. iur. c. fin. de re iudi. aut aliis piis & religiosis rebus, l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. aut pupillo, viduæ, peregrino, aut alteri personæ miserabili, arg. totius dist. 8. Qualis etiam quæ priuato contra fiscum fauet. l. Non puto. ff. de iur. sis. fm Mathes. not. 13. cum fiscus in delicto priuati fundatur, aliàs secus l. 2. C. de iu. sis. li. 10. vt recte Decius declarauit in l. in am biguis pro dote. ff. de reg. iur. aliàs secus. Qualis etiam est quæ valorem actus defendit, siue actus de cuius fauore agitur, sit vltimaj voluntas l. quoties ff. de reb. dub. siue contractus l. quoties. ff. de verb. signi. siue libellus, litis contestatio, sententia, aut quilibet actus iudicialis, rescriptum aut priuilegium, Math. in d. trac. col. 4. quia præsumptio pro actus valore, præponderat aliis l. in contrahenda, quam ad hoc ibi ponderat Dec. nu. 6. de regu. iur. quamuis valor actus in actoris fauore & damnum Rei reducunt, ar. l. inter pares. ff. de re iu. Septimò prædictis deficientibus illam quæ Reo fauet, arg. c. cum sunt iura partium de reg. iu. li. 6. & l. fauorabiliores. ff. eo. Octauo si nullo modo prædictorum alia opinio aliam superat, illam quam affirmant doctores auctoritate & scientia in materia de qua agitur præstantiores, arg. l. septimo mense. ff. de statu ho. & eorum quæ per eam ait Dec. in c. proposuisti nu. 11. de proba. & ita quam tenent Theologi, si quæstio est theologica, & quam Canonistæ si Pontificia, & quam Legistæ si civilis, arg. d. c. cum proposuisti, cum not. per Pan. & alios.

288. Quatuor autem nobis vñt addenda omnib. qui hac de re tractarunt quo ad forum conscientie. Primum quòd Iudex consultor aut agens qui in re dubia iudicaturus, cõsulturus, aut facturus est aliquid, anteq. id faciat det vt non peccet expellere ex aio illam dubietatem, & credere aut certe opinari opinionem dicto modo electam esse veram, & fm eam debere in eo casu iudicare, quia si priu-

priusquam id faceret, & dubius iudicaret, consuleret, aut faceret, peccaret contraveniendo conscientie dubie per dicta supra. nu. 277. Alterum est quòd in vtroq. foro vnus & idẽ de vna & eadem re. põt, & det credere aliquid esse verum quo ad vnum effectum propter vim alicuius rationis, & contrarium quo ad alterum propter vim alterius, arg. c. Dominus, de secund. nup. & c. inquisitioni, de sen. excom. & multorum quæ pro eius vera concordia adduximus in d. ca. si quis. a. n. 102. Per quæ probatur vnam & eandem mulierẽ posse & debere credere suum maritum esse illum cui cohabitat, quo reddat debitum, & contrarium ad effectum exigendi. Tertium quòd quamuis in foro contentioso regulariter prædicta obseruari debeant, in foro tñ conscientie ad effectum non peccandi sufficit eligere pro vera eius opinionem, quem merito censemus esse verum idonea ad id scientia & conscientia prædictum iuxta dicta n. 282. quibus ad 289 de glo. 2. c. Capellanus. de feriis, adiuncta doctrina Pan. Quartum quò non videt vna opinio appellanda cõis ad effectum præiudicandi alteri eo solo quòd plures eam sequantur tanq. oues alie alias quæ præcedunt sine iudicio sequentes: velut oues quæ vnam volantẽ alie oes sequunt fm Dec. in consil. 494. incipiente: Quod sup. & c. col. si. Cõiorẽ. n. ad hoc existimarẽ illam quam sex vel septem Authores classici re ex professõ tractantes assererent, quam probatã a 50. sola fere auctoritate priorũ ductis. Opinio enim cõis nõ ex numero opinatium, sed ex pondere auctoritatis fit, vt dicit Ale. cõf. 202. li. 7. n. 6. relato à Lud. Gomez. in q. 2. proœmij Regul. Cancellariæ, Quin & arbitror vtramq. ad hoc posse dici cõem, qñ vtraq. hēt. 8. vel 10. assertores graues, & cum iudicio eam deligentes. Quo fit vt non sit multum laudanda diligentia quorundã recentiorum inquitentium vtram teneant plures: doctrina. n. præfata Io. And. in c. 1. de consti. de sequeda cõi, intelligenda vñ cum pauci respectu aliorum teneant contrariam. Decima scrupulosa medicina colligitur, considerando primo, quòd opinio quæ videtur esse S. Aug. & aliorum antiquorum, (quos sequit Greg. Arim. 2. li. sent. dist. 21. & in quam inclinat Tho. 1. 2. q. 109. art. 6. & S. Bonau. d. dist. 28. quamque munit ibi Maior 24. argumentis) tenet neminẽ posse solo libero arbitrio, & concursu Dei generali, sine auxilio eius speciali etiam moraliter bene operari. Et quòd licet contrariam teneat Guil. Ocham. d. dist. 28. et videatur receptior apud recentiores, licet item, nostra sententia, ei sit locus in operib. bonis, quæ suapte natura, & ex propinquo, ad solos virtutum moralium fines attingendos rone naturali duce dirigunt (qualia sunt fm rationẽ naturalem, honeste viuere, alterum non lædere, ius suum cui tribuere. Quale, quò liceat, quò deceat, quò expediat, iuxta naturalem caprum puidere) necessariò tñ tenenda est antiquorum sententia in actib. moraliter bonis, quæ ex propinquo spectant ad iustificationẽ: qualia sunt credere, sperare, diligere, penitere, qualia percipere celestia, contẽnere terrena, horrere inferna, et id genus alia. arg. i directo sensu can. 3. sel. 6. Conc. Trid. i hæc verba *Si quis dixerit sine præueniente Spūs S. inspiratione atq. eius adiutorio hoĩem credere, sperare aut penitere posse sicut oportet, vt ei iustificationis grã conferat, anathema sit.* Licet in sensu cõtrario satis et pbet opinionẽ recentiorũ quo ad alios actus moraliter bonos. Scõo cõsiderado quò bona pars scrupulorũ nascitur

Cap. Vigessimumseptimum de opin. deligenda.

nascitur ex eo, quod quis nimia confidentia suarum virium, & quasi putans se posse solis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, bene precari, & alia id genus operari, & videns ea non tam rectè, ac vellet facere, pluries iterat ea non implorato, vt deberet a Deo auxilio diuino, & postrema facit imperfectius quàm prima, & ita nunquam sibi plenè satisfacit, & turbatur tristitia, errorum, & timore errandorum. Huiusmodi ergo scrupulosi medicina fuerit considerate paruitatem & infirmitatem suam, & omnium communem, ob quam vix quis potest etiam moraliter tantùm bene agere sine gratia gratum faciente, vel auxilio speciali Dei, & ita reputare sua opera qua parte sua sunt, non posse fieri tam perfectè, vt sint digna tanta maiestate, & consequenter diffidere sibi & fidere infinitæ bonitati eius, qui pronior est ad miserendum quam vlciscendum. Et quod vt est austerus in eos, qui nimium sibi fidentes, & sine illo ei seruire posse putantes, & sic parum de ipsius auxilio curantes, omnia perfectè suis viribus facere arbitrantur, & non faciunt. Ita est clementissimus ergo eos, qui memores suæ imbecillitatis, & eius auxilij necessitatis, sine quo ei placere nõ possunt illi se totos subiiciunt, & pro naturalibus sui liberi arbitrij viculis, ac pro auxilio ab eo super addito, bona fide obseruantia legum eius & ecclesiæ suæ student, sperantes eum boni æquique cõsulturum eam quæ mediocris fuerit, etiam si non sit exacta. Qui enim hæc pio animo secum voluerit, contētus erit quæ vel mediocriter obligationi suæ satisfecerit, & gratias aget Deo, quod ad id ita sua diuina bonitate eum iuuerit, desiderans, speransq; fore, vt in dies maiore ope auctus, melius id faciet, scrupulos abiget, animumq; serenabit. Et quia Deus vt Deus, nullam figuram, & ita neque vultum seuerum, neque gratiosum nisi metaphoricos habet. Quippe qui longè, imo infinite simplicior est quam anima & Angelus, plurimum scrupuloso conduceret imaginari vultum illum speciosissimum, & benignissimum, Reuerendissimæ & benedictissimæ humanitatis D. N. I E S U C H R I S T I, qualem Sancti contemplantur eum cum olim doceret, concionaretur, & conuersaretur, exhibere solitum, nempe sereneum, subhylaem, in sui amorem rapientem, cõsolantem, & lætificantem imo & promittentem se a nobis fragilibus & humilibus nostræ paruitati parum fidentibus, eiusque magnificentia plurimum confidentibus & bona fide sibi seruientibus, non exacturum adeo seueram rationem, qua nos condemnet, sed adeo beneuolam qua saluet. Amen.

Quoniam vero in c. 21. nu. 5. promissimus inserere hic tenorem cuiusdam Bullæ foel. rec. Pij V. & moderationis eorum, de quibus in subiecta Greg. XIII. Bulla, si exiret interea. Quæ quia non exiit, solam hanc illius summam subiicimus.

GREGO-


GREGORIVS EPISCOPVS
SERVVS &c.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



N tanta negotiorum mole, qua Roman. Pontif. assidue premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exilient, quibus postea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaque alias fœ. re. Pius PP. V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ Fratibus ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum, & parochialium ecclesiarum Rectoribus multis modis inferri dicebantur, super sacris concionibus & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, penitentibus iniungendis, Fratibus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministracione sepulchris, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemosynis, collectionibus, alijsq; huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, & regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, locorum acquisitione, certisque alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multaq; præterea priuilegia eisdem 17. Kal. Iunij. Pontificatus sui anno secundo. Et deinde, illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea, de Vicarijs perpetuis ecclesiarum quæ illis sunt unitæ &c. decreuerit: Demum animaduerso quod illa multas lites &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerit: Deinde plenius prouidens priores literas modera-

moderatus fuit, & alias instar earam concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa Confessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit: Nos hac varietate cognita, & infra. Statuimus, de predictis, & alijs omnibus literis, & constitutionibus, qua ab eodem predecessore eiusdem de rebus pro quorumcunq; regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunq; in eis contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quae siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concil. decretis, siue alijs legitimè ante dictarum literarum, & constitutionum editionem erat, et si ipsae non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem suamq; pristinum statum, illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quaecunq; alia nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, Ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus &c. motas, necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum, & futura dubia quandocunq; orientur, ad nos referenda esse; Necnon irritum &c. Dat. Ro. Pont. nostri Anno Primo.



INDEX
COPIOSISSIMVS
EORVM QVÆ IN HOCCE
MANVALI CONTINENTVR.

A



- A**BSOLVENDVS quando, qui ex manu ductione fœminæ nobilis peccauit, absque proposito ab ea abstinendi. nu. 5. M. cap. 3
 Absoluendi qui clysteribus fundendis, vel curandis membris secretioribus marium aut fœminarum peccarunt, sine proposito ab ea re abstinendi. nu. 5. M. ibid.
 Absoluenda quæ familiares peccantes cum cognatis & heris, numero 1. cap. 3
 Absoluendos non esse aulicos, non proponentes non assistere Reginarum mensis lasciuie cum Domicellis colloquendo. nu. 5. K. ibidem
 Absoluendos non esse eos, qui non proponunt abstinere se a conuenticulis diurnis, vel nocturnis lasciuie habendis. nu. 5. K. ibi.
 Absoluere quis potest a suspensione lata a iure vel ab homine. n. 16. c. 27
 Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet. n. 5. F. c. 3
 Absoluere ab omnibus etiam reseruat in articulo mortis, quilibet presbyter potest, nu. 26 sine pœnitentia exteriori consulendo hoc. n. 33. ad petenda alia sacramenta inducendo. nu. 34. c. 26
 Absolui non debet Sacramentaliter non confessus etiam non valens. c. 27. n. 269
 Absoluere non potest laicus excommunicatum etiam in morte. ibi. nu. 271
 Absolui vel communicari, an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus nu. 28. & 29. ibi. & c. 27. n. 269
 Absolutio censuræ bullæ Papæ reseruata, non continetur etiam in sua generali. nu. me. 72. ca. 27
 Absolutio peccatorum detur in hac forma, quamuis ad substantiam eius minus sufficit. nu. 11. c. 25
 Absolutio excommunicati ad cautelam quotuplex, à confessario ut dari potest. ibid. num. 274
 Absolutio conditionalis non detur. n. 12. & data a peccatis, censuris & irregularitatibus, ab eo qui pœnitentem poterat absoluere, ab omnibus quas incurrisset, etiam oblita includit, &c. nu. 13. & cum datur ab eo qui non poterat, quid fiet, & an absenti dari possit. nu. 15. ca. 26
 Absolutio sacerdotis regulariter valet, etiam si sit iniusta, si in ea non sit defectus aliquis substantialis. n. 1. c. 9

Man. Nau.

a

Absolu-

- Absolutio a peccatis quæ confertur excommunicato communiter valet.* &c. num. 3 cap. 9
- Absolutio iniusta excommunicationis valida est, & an peccet, qui vult recipere ab solutionem a peccatis, priusquam ab excommunicatione.* nu. 4. ibi.
- Absolutio impensa a confessario non habente iurisdictionem nihil valet, nume. 5. Quæ autem confertur ab illo, qui habet potestatem absoluendi a quibusdam peccatis, non autem ab alijs, valida est quantum ad aliqua, non autem quantum ad alia, & quid tunc sit agendum.* n. 6. ibi. & melius in c. 26. n. 6
- Absolutionem sacramentalem, qui dixerit non esse actum iudicalem vel eam quæ fit ioco esse validam, vel eam, quæ confertur ab existenti in peccato mortali non valere, vel non esse necessariam confessionem ad recipiendam absolutioem, est hæreticus.* n. 7. c. 4
- Absolutio male absoluentis a censura bullæ, cur non reseruata, n. 74. c. 27*
- Absolutio per bullam, quam formam requirat, & an extra confessionem detur.* nu. 31. c. 26
- Absolutio a censuris quid profit mortuo, n. 32. ibi.*
- Absolutio excommunicationis præcedat peccatorum absolutioem, ante illam faciat hoc, & hoc, nu. 7. 8. & 9. ca. 25*
- Absolutio excommunicationis a quo delegatur. n. 44. & 45. vide alia, verbo, excommunicatio. c. 27*
- Absolutio ad cautelam triplex, & quis & quomodo potest eam dare in utroque vel altero foro. c. 27. nu. 272*
- Absoluendi potestas a censuris & pœnis non extenditur ad irregularitatem.* cap. 27. nu. 250
- Absolvere non potest laicus excommunicatus etiam in morte.* cap. 27. numero 272
- Absolui quis potest ob impedimentum à reseruatibus Papa. c. 27. nu. 89*
- Absoluitur penitens ab omni excommunicatione, maiore, & minore sic, num. 10 cap. 25*
- Absolui qui possunt ab Episcopo a canone, si quis suadente. 17. q. 4. ob enormem percussionem, & qui ob mediocrem, & quod omnes possunt, ob leuem, a nu. 87. usque ad nu. 94. ca. 27*
- Absolutus ob impedimentum, vel a Papa cum onere presentandi se, faciat hoc nu. 46. ibi.*
- Accidia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias quinque parit. nu. 124. c. 23*
- Accusare, qui aut denunciare recusat, quando debet, &c. n. 24. c. 14*
- Actiois mater obligatio, nu. 26. præl. 7*
- Actor aut accusator, ut peccat mortaliter, mouens, aut prosequens litem iniustam, aut ob malum finem, sententia iniusta utens, discedens a lite, nume. 31. aut falso iurans, mentiens etiam pro iusta lite, non accusans, iurans non accusare. nume. 32. ca. 25*
- Actus nullus pro eodem tempore adæquato potest esse bonus simul & malus, etiã diuersa ratione. nu. 22. præl. 7*

Actus

- Actus bonus, & malus tripliciter, & quis bonus siue ordinatus simpliciter: & quare nullus in indiuiduo indifferens, & quis ordinatus, nu. 1. c. 23*
- Actus humanus malus, & peccatum morale idem, differens à peccato naturali, & artificiali. n. 4. præl. 7*
- Actus humanus & moralis idem, & quid. nu. 2. præl. 6*
- A doratio imaginum, quæ illicita. n. 32. c. 11*
- Adulter potest non credere esse filium suum, quem adultera ei tribuit, & an teneatur restituere damnum, quod per suum filium facit, nu. 4. ca. 16*
- Adulter qui, num. 13. ibid.*
- Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum, licite tamen petit, nume. 23. cap. 22*
- Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti, n. 23. ibi.*
- Adulterantis coniunx quando religionem ingredi potest, n. 24. ibi.*
- Aduocatus, ut mortaliter peccat, necessaria ignorans, aut scienter litem iniustam defendens, nume. 28.*
- Aut est in causa, quo aduersarius suam iustam causam perdat; aut ob nimias dilationes, & illicitas subornationes testium, notabiliter illi officiens, &c. aut aduersario secreta sue partis pandens, aut pauperi non subueniens. nume. 29.*
- Aut stipendium immoderatum, aut ex eo, quod non debet, accipiens, Aut aduersæ parti fauens, aut de suo stipendio sic aut sic conueniens. numero 30. cap. 25*
- Affinitas quid, & quantum restricta per concilium Trid. nu. 42. c. 22*
- Alciatus Cardinalis laudatus, nu. 74. ibi.*
- Alfonsus Castrensis laudatus, nu. 12. ca. 17*
- Alfonsus Aluarez laudatus. nu. 189. c. 27*
- Amandi proximi præceptum an possit impleri extra statum gratiæ, & quali amore, &c. nu. 8. 9. & 10. ca. 14*
- Amans insequens amatam, ut peccat. nu. 15. ca. 16*
- Amari se velle amore mortali mortale, nu. 1. ca. 20*
- Amat qui firmiter se ipsum, vel uxorem suam, maritum, Regem, vel quamcunque aliam creaturam, quam Deum, mortaliter delinquit, non autem qui feruentius. num. 15. cap. 2*
- Amat, quisnam Deum potius propter dona eius, quam propter ipsum, & quisnam omittat ipsum amare cum tenetur, & quando ad id teneatur, numero 16. ibidem.*
- Amat qui aliquam creaturam plusquam animam suam, vel corpus suum plusquam animam proximi, vel plus honorem suum, vel rem, quam suum corpus: &c. nume. 23. cap. 14*
- Amat, qui seipsum vel proximum cum offensa mortali Dei. nume. 24. ibi.*
- Ambitio quid, nu. 11. & quæ mortalis. nu. 15. ca. 23*
- Ancilla qua dominus abutitur separetur ab eo nu. 21. ca. 16*
- Andreas Alciatus ob miram eruditionem laudatus. nu. 85. c. 17*
- Amor proximi diuiditur in naturalem, qui subdividitur in alios duos. nume. 6.*

a 2 & in

I N D E X.

& in amorem ex charitate, & quisnam sit, nume. 7. cap. 14
Amor honestus inter virum & uxorem, per quid conferretur. n. 10. ibi.
Amor sui, huius mundi, horror futuri, qui mortifer. nu. 114. c. 23
Amor Dei, debet esse maximus quo ad firmitatem, sed non necessariò quo ad intensiorem, & feruorem. nu. 9. qui super omnia & obedientialis est virtualis contritio. num. 10. c. 1
Anima humana quatenus est rationalis, habet potentiam cognoscendi & volendi: & an illa sint ipsamet? nu. 1. præl. 3
Anima & memoria non differunt re, sicut neque intellectus, & ratio. nume. 2. ibidem
Anima multo plura potest cognoscere, velle, renuereque per vim intellectiuam, quam per sensitiuam, nam & Deum cognoscere potest, nu. 13. ibi.
Anima rationalis quomodo cognoscit se, suos actus, & Angelos & eorum actus, nu. 14. ibid.
Anima, & Angelus non cognoscunt per se ipsos ut Deus. nu. 15. ibi.
Anima qua ratione appellatur intellectus, & qua memoria, intellectus agens, intellectus possibilis, & quæ ratio tum superior, tum inferior, nu. 4. ibi.
Anima ratione potentia appetendi varie appellatur, sicut ratione potentia intelligendi. n. 5. ibi.
Anima non vane, sed in finem insignem creata. nu. 2. præl. 4
Anima rationalis, omnes potentias & vires tam animæ vegetatiuæ, quam sensitivæ habet. nu. 1. præl. 2
Anima rationalis habet liberum arbitrium, non autem irrationalis, numero 9. prælud. 3
Anima rationalis distinguitur a potentijs sensitivis, nu. 4. præl. 2
Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ sensitivæ. nu. 2. ibi.
Animæ sedem esse cor, ut intelligendum, nu. 8. præl. 1
Animam in sanguine habitare, & crescere, ut intelligendum, n. 9. ibi.
Animam, Deum, & Angelos qui putant corporeos, an peccent, & sint hæretici, nume. 10. ibi.
Animæ plusquam corpori indulgendum, sed contra fieri. ad eam tamen pluris faciendam, moueat illud Bernardi, & quid illa sit utiliter diffinitum, nu. 1. ibi.
Animam qui dixere corpoream aut mortalem, hæretici, n. 2. ibi.
Animam unam tantum scilicet rationalem esse in homine, contra gloss. nume. 2. ibidem
Animam a solo Deo ex nihilo creari, creandoque infundi, infundendoque creari, nu. 3. ibidem
Animam rationalem veram formam substantialem corporis esse, num. 4. ibi.
Anima rationalis, quem in finem creata, per quæ media beanda. nu. 4. & 5. ibi.
Animam humanam imaginari paruulis membris distinctam, error. nu. 6. præl. 1
Anima tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, sicut Deus in toto orbe, & Corpus Christi in tota hostia & qualibet eius parte. nu. 6. ibi.
Animam rationalem non esse formam essentialẽ hominis dicere, hæreticum. n. 7. ibi.
 Animæ

I N D E X.

Anima proximi salus præferenda corporis proprii salutis. nu. 9. c. 24
Animalia aliena qui ferit, occidit, vel includit. nu. 120. & 128. c. 17
Apes & examina earum capiens. nu. 128. c. 17
Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cænæ. nu. 58. c. 17
Appellatio ab interloquutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata. num. 15. cap. 26
Appetendi potentia rationalis, diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem, sicut sensualis. nu. 8. præl. 3
Appetendi siue volendi potentia, seu vis intellectiua, quomodo differt a potentia, & vi appetendi sensitiva. nu. 6. præl. 3
Aqua ut benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti. num. 174
Arbitrium liberum sufficit ad cadendum, & male agendum, non autem ad bene, saltem meritorie, operandum. nu. 11. præl. 3
Argumentum a contrario sensu quod validum. nu. 71. c. 17
Arma bellica quæ, & sunt offensiuæ & defensiuæ. nu. 63. c. 27
Ars notoria illicita, & quæ sit illa. nu. 38. c. 11
Articulus mortis quis dicitur. c. 2. n. 8. & cap. 26. nu. 31
Articuli qui sint explicite credendi. nu. 18. c. 11
Assassinus quis sit proprie, & quis improprie. nu. 136. c. 27
Assesuratio licita & utilis. nu. 283. A. c. 17
Assesuratur quomodo fors & lucrum in Societate. nu. 254 & 255. c. 17
Assesuratur quomodo capitale cum lucro. nu. 254 & 255. ibi.
Astutia quid, & quod duobus ministris vitur. nu. 77. c. 22
Attentio ad horas sufficiens triplex, & sufficit virtualis. nu. 105 & 2. seq. c. 25
Attritio duplex, & quæ sufficit ad absoluendum pœnitentem & ad peccati remissionem, addita noua quadam consideratione contra insignem quandam Cardinalem, nu. 57. c. 1
Attritio quæ agnoscitur non esse contritio non sufficit ad Baptisma. nu. 39. c. 1
Attritionem, ut sufficiat ad sumendam Eucharistiam ante confessionem non data copia confessarij, oportet fieri contritionem, vel ut probabiliter putetur esse talis. num. 43. C. cap. 1
Attritionem, ut sufficiat ad suscipiendum Sacramentum penitentia, non oportet fieri antea contritionem, nec putari esse talem: sed sufficit, ut probabiliter putetur esse sufficiens, ad illud recte suscipiendum, & per illud consequendam veniam. num. 43. D. ibidem
Attritio non omnis sufficiens ad absolutionem sacramentalem, illa tamen sic, quæ ante illam fit contritio, vel probabiliter creditur esse contritio, vel attritio sufficiens ad illam absolutionem suscipiendam, quæ sunt tria diuersa. nu. 43. B. c. 1
Auaritia quid, & quæ contraria est iustitiæ, & charitati, de se mortalis. n. 69. & 72. c. 23
Auaritia dicitur capitale vitium, quia has septem habet filias, nu. 75. c. 23
Augmentum & Auctum exæquantur. nu. 61. c. 27
Auaritia in retinendo superflua sine alterius iniuria, quando mortalis. n. 73. c. 23
Augurijs non credendum. nu. 37. c. 11

I N D E X.

Author ob nullas occupationes, vel morbos, omisit horas, nisi bis, 70. annis quibus recitat, nu. 101. c. 25
Authorum sacrorum & profanorum dicta, de passionibus animæ, ut interpretanda num. 5. prælud. 5

B



Baptismus quid: quatuorplex, & quæ illi substantialia, n. 5. c. 22
Baptismi errores Tridenti damnati, & eos credens & c. n. 6. ibi.
Baptismus ministrans, vel suscipiens in mortali, n. 6. ibi.
Baptismus a quocunque collatus valet, sed peccat qui & c. n. 7. c. 22
Baptismus sine materia, forma, & intentione & concursu earum nõ valet. n. 7. ibi.
Baptizans chrismate veteri, vel alienum parochianum, ut peccat. nu. 7. ibi.
Baptizatus, aut baptizans, ut irregularis. c. 27. nu. 246
Beatitudo actus est non habitus, non potentia. nu. 6. præl. 4
Beatitudo sine cognitione & amore Dei esse non potest. n. 7. ibi.
Beatitudo duplex, perfecta & imperfecta, & quod perfectam non facit cognitio Dei confusa, neque demonstrata fidei, sed intuitiva, nu. 8. ibi.
Beatitudo ab omnibus intenta paucis est nota, n. 11. præl. 4
Beatitudo creatura obiectiva increata, sed essentialis creata, nu. 11. ibi.
Beatitudinem perfectam viribus naturalibus quæri asserere hæreticum. n. 13. ibid.
Beatitudo humana duplex, nu. 12. ibi.
Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat, n. 13. ibi.
Beatitudo perfecta penitus satiat animam omnibus desideratis, & quæ sint illa. num. 14. ibid.
Beatitudo essentialis, est actus intellectus Thomæ, & actus voluntatis Scoti, nu. 5. præl. 4
Beatitudo & beatitas olim nomina subdura, & quid & quatuorplex. nu. 5. ibi.
Beatitudo perfecta securitatem perpetuitatis requirit. n. 9. & 12. præl. 4
Beatitudo imperfecta quid, nu. 10. ibi.
Beatitudo summa & miseria ei contraria, sunt explicitè credenda, n. 19. præl. 4
Beatitudinis & miserie perpetuæ contemplatio magnum ad penitentiam calcas, nu. 1. & 19. prælud. 4
Benedicat quis vestes sacras, stola pro cingulo seruit, n. 84. c. 25
Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittenda copula. nu. 83. c. 22
Beneficiarius clericus, ut mortaliter peccat per simoniam in beneficio propriam, num. 112. vel alienam, nu. 113. beneficia sine iusto titulo habens, vexationem, vel pensionem male redimens, num. 114. per simoniam acceptum non restituens non relinquens incompatible. num. 115. capiens beneficium curatum, aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentum, aut sine proposito sumendi presbyterium, & quid de dubitante, & accipiente non curatum, num. 116. & 118. uxore ducta beneficium retinens, sponsalia contrahens. nu. 120. dånificans bona beneficii, n. 124. locans illa ultra triennium. n. 130. c. 25

Benefi-

I N D E X.

Beneficiarius ut peccat, nesciens necessaria, & quæ sunt illa, non iuuans peste infectum, capiens beneficium in excommunicatione, & irregularitate, & mortali. num. 132. non missans quoties, ubi, & quomodo tenetur, n. 134. c. 25
Beneficiarius superflua retinens, vel profanis impendens, peccat mortaliter. numer. 74. c. 23
Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, nisi quum est excommunicatus, vel non recitat, & tunc cui restituet, & an sibi pauperi retinere possit. nu. 123. ca. 25
Beneficarij regularis impensa, ut faciendæ. nu. 94. c. 17
Beneficarij impensa quæ probandæ. nu. 94. c. 17
Beneficiorum malus elector vel collator, cui restituet. nu. 73. c. 17
Beneficium appetendo quomodo quis peccat. c. 23. n. 15
Beneficium ecclesiasticum spirituale, & ideo inuendibile etiam a Papa, qui tamen potest illud extinguere, diuidere, vnire, & de fructibus varie disponere, alijs & sibi non vendito illo. nu. 10. c. 23
Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent. n. 121. c. 25
Beneficium, aut officium conferens indigno nu. 96. ca. 17
Beneficium unicum sufficiens habendum, & quæ ex causa plur. i. numer. 125. & 4. seq. ca. 25
Beneficium ad retinendum, tam prodest consuetudo quam dispensatio. n. 128. ibi.
Beneficium ad nullum detur accessus, regressus, mandatum, coadiutoria, & parochialis ecclesia, etiam reseruata per concursum, conferatur. nu. 139. c. 25
Beneficij habendi atas, curatus prædicet, & profiteatur fidem, quod requirit gradus & ordinem sacrum. nu. 135 & 136. c. 25
Beneficia incompatibilia, vel plura quorum unum sufficit, non licent. nu. 15. c. 23
Bigamia nulli mulier sit. nu. 27. c. 16
Bigamia quid, est triplex, & qualibet iuris humani, debilis a Papa, & similitudinari. etiam ab Episcopis; quæ non contrahitur a laico contrahente nulliter cum vidua. n. 195 & 2. seq. c. 27
Blasphemia quid? & quod est mentalis & vocalis n. 81. & est contraria confessioni fidei, & non est heresis n. 82. nec debet absolui sine magna pœnitentia. n. 83. c. 12
Blasphemia est iurare sic per creaturas. nu. 4. c. 12
Blasphemus an sit, qui cantilenas seculares & profanas diuino cultui admiscet, qui in matutinis Natalis Domini obscænos rythmos alteri occinit, & an simplicitas siue rusticitas excuset. nu. 87. c. 12
Blasphemus qui per iocosum, inconsideratam aut turpem nominationem. n. 85. c. 12
Blasphemi absolutio ut faciendæ. nu. 257. c. 27
Bona facta in peccato mortali, ad hæc multa profunt, a n. 269. c. 27
Bona vite, salutis, libertatis, & famæ, æstimari non posse. nu. 87. & seq. c. 17
Bona incerta quæ? n. 92. & an possint pauperi ea habenti applicari. n. 93. c. 17
Bona in peccato mortali facta esse merita de congruo, seu secundum quid, & quantum profunt. n. 3. præl. 7
Bona honoraria quot & quæ, & eorū appetitus de se nec bonus nec malus. n. 9. c. 23

a 4 Bona

I N D E X.

Bona trium ordinum, vite, fame, & pecunia. nu. 87. ibi.
 Bona paraphernalia quæ sunt. nu. 153 c. 17
 Bona quæ sunt nullius, & quæ derelicta. nu. 170 & seq. c. 17
 Bonis in agendis ne sint mala, magna cura adhibenda. num. 22. præl. 2
 Bonum absolute consideratum obiectum potentie concupiscibilis, & consideratum
 ut arduum, potentie irascibilis. nu. 2. præl. 5
 Bonum constat ex integra causa. nu. 27. præl. 7
 Bulla Pij V. de Cambijs. nu. 283 N. c. 17
 Bullæ indulgentiarum, per incuriam quibusdam in morte non prosunt. nu. 30. c. 28
 Bulla quæ primo usu expirat. nu. 31. c. 26
 Bulla Pij V. de confidentia cum 10 adnotationibus. nu. 110 c. 23
 Bulla Cæne domini, quæ nu. 52. & iterata non multiplicat censuras. n. 5. c. 27
 Bulla Gregor. xiiij reductionis literarum Pij V. pro mendicantibus & c. ad terminos
 iuris communis & c. 27. nu. vet.

C



Acitas, precipitatio, inconsideratio, & inconstantia, quæ mortifera,
 num. 114. c. 23
 Casar Costa Doctor laudatus, & in Archipræsulem euectus. nu. 195.
 D cap. 17

Cambia vstitata pecuniæ minoris pro maiore ut liceant. nu. 283 L & M c. 17
 Cambium tertium per literas licet, quatuor seruat, & quod merces cambientis
 incerta nu. 28 E & H c. 17
 Cambium tertium de vno loco ad alium valet, sed non de tempore ad tempus. nu.
 me. 283 E ibidem
 Cambium quartum translationis realis licet. nu. 283 F ibidem
 Cambium quid, & quid sit siccum, & est septuplex. n. 283 B c. 17
 Cambium quintum ratione interesse veri sed non falsi lucri. nu. 283 F c. 17
 Cambium sextum per custodiam pecuniarum licet. nu. 283 H c. 17
 Cambium septimum præsentis pecunia pro absente licet hoc seruato. n. 283 I. c. 17
 Cambium primum per officium mutuandi licet, sed non est in usu. n. 283 D c. 17
 Cambium secundum per minutum licet et priuatis, etiam in Hispania. n. 283 D ibi.
 Cambium et pecuniæ pro pecunia, utriusq; valorem equalẽ requirit. n. 283 C c. 17
 Campsor capit & reddit pecuniam dupliciter re, & chyrographo. n. 283 H c. 17
 Carcere inclusum, qui soluit, aut adiuvat. nu. 101 102 & 103 c. 17
 Caritate ammonæ gaudens an peccet. c. 20. nu. 3
 Caritatis legem violans non restituit. c. 24. nu. 19
 Carne humana vesci non licet, & q Antropophagus, non baptizadus. n. 122 c. 23
 Canonicus regularis arma gestans an excommunicatus. nu. 239. c. 27
 Captiuus fugiens. nu. 103 c. 17
 Castitas virginalis facilior seruat, quam vidualis, & hæc quam coniugalis in ab
 sentia. nu. 113 c. 23
 Castitatem quatuor hæc conseruant. c. 17. nu. 17. nu. 195
 Casus reseruatus quid, nullus talis iure diuino, sed contra illud est dicere nullum
 posse

I N D E X.

posse reseruari; nullus est reseruatus Papæ sine censura, qua sublata cessat re
 seruatio. nu. 254 secus in episcopali. nu. 255 quales dicuntur iure communi sex
 nu. 256. quorum vix duo sunt in usu. nu. 257 cõsuetudine generali dicuntur esse
 4. statutis synodalibus varij pro varijs regionibus. nu. 258 c. 27
 Casus fortuitus quid, & idem vni casus, alteri non. nu. 178. De quo nemo, nisi in
 tribus casibus tenetur. nu. 179 c. 17
 Causa propinqua deformationis quid, & quotuplex, & multa illata. nu. 211. &
 seq. cap. 27
 Causa iusta excusat circa legem humanam, & quid dicatur illa, & quatenus id
 causa iusta facit. nu. 14. præl. 9
 Causa propinqua deformationis noue definita. nu. 219 & seq. c. 27
 Causæ sunt quatuor, efficiens, formalis, materialis, & finalis. nu. 119 c. 27
 Causa non omnis sine qua non fieret actus, est principalis. nu. 100 c. 23
 Censura quid, & est triplex. nu. 1. c. 27
 Censuræ non incurruntur per solum consensum, nu. 13. c. 11
 Censuræ ut restituendæ, cõ Extraua. Pij V. edita super censib. n. 234. & seq. c. 17
 Cessatio a diuinis quid, & est duplex, & in his differt ab interdicto. nu. 188. c. 27
 Cessatio qualis, & cur ponatur post interdictum, ut nu. 189. & 190 ibi.
 CHRISTI anima benedictissima, ut iustificata, & beata; præl. 1. nu. 5. prælud. 1.
 Mariæ virg. anima, Iohannis & Hieremiæ ut iustificata. prælud. 1. n. 5
 Chirurgus monachus. c. 27. n. 22. & nu. 228
 Circumstantia omnis, quæ facit de veniali mortale videtur mutare speciẽ, n. 18. pl. 9
 Circumstantia alioqui necessariõ confitenda, quo casu tacenda, nu. 3. Et quo pacto
 scandalizari potest confessarius ratione circumstantiæ, nu. 4. c. 7
 Circumstantia quid, nu. 1. & septem eius speciẽs, nu. 2. c. 6
 Circumstantia mutans speciẽm necessario confitenda, nu. 3. & 19. ibi.
 Circumstantia homicidij & fornicationis ratione loci sacri, confitenda est, & illa
 etiam quæ prohibita est propter diuersam legem, & c. nu. 5. ibi.
 Circumstantia mendaciõ iocosi, & illa, quæ extenuat peccatum, quando confitenda,
 nu. 6. 7, & 8. ibi.
 Circumstantia diei festi, ieiunij, orationis, aut loci sacri, regulariter non necessariõ
 confitenda. nu. 9. & 10. ibi.
 Circumstantia personæ & religionis quando confitenda. nu. 11. ibi.
 Circumstantia conscientie contrariæ quando confitenda. nu. 12. ibi.
 Circumstantia numeri, non est proprie circumstantia. nu. 13. 14. & 15. ibi.
 Circumstantiæ quæ peccata distingunt specie. nu. 20. præl. 9
 Circumstantiam per obliuionem in vna confessione omissam potest quis in alia sine
 confessione noua peccati confiteri, nu. 20. c. 6
 Circumstantiam solam, quæ speciẽm mutat esse necessariõ confitendam, nu. 6. pl. 9
 Citatio iuris nature, facienda etiam per Regem, nisi maxima causa aliud suadeat,
 num. 9. cap. 25
 Clerici etiam alieni admittantur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati.
 num. 174. cap. 27

Clerici

I N D E X.

- Clerici percussio quæ excommunicat. nu. 77. & quæ non, a nu. 80. & quis clericus quo ad hoc. nu. 79. c. 27
 Clericos qui grauantes gabellis excommunicantur. nu. 20. l. c. 17
 Clericus ut peccat ducens uxorem, cohabitans fœminæ. nu. 108. eam inuisens, numero 109
 Monasteria frequentans, habitum & tonsuram non deferens, arma gestans, ludens, medicans, lanuus, tabernarius, mercator, aut mensam non benedicens, aut faciens, quæ antiquo, & nouo iure hic relato vetantur, in quibus sunt omnia officia secularia, cum arte medica. nu. 110. & 111. c. 25
 Clericus ut peccat alios clericos ad diuina officia admittens. nu. 94. interdicta non seruans, excommunicatos sepeliens, absoluens indebite confessum, & non monens eum. nu. 95. male vota commutans. nu. 96. omittens aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, male eas recitans, non attendens ad eas &c. a nu. 69. usque ad 103. Hostias multas consecrans, nu. 91. c. 25
 Clericus, ut peccat sacramenta in mortali ministras, sacra tangens, aut post notorium peccatum, etiam acta pœnitentiæ missans. nu. 63. & 74. c. 15
 Cognatio spiritualis nõ nascitur ex solennitate supleta baptismi. nu. 39. & 40. c. 2
 Cognatio spiritualis quid. nu. 36. & ad quos Tridenti restricta. nu. 37. c. 22
 Cognatio legalis quid, quoruplex & quousq; impedit & dirimit. n. 44. & 45. c. 22
 Cognatio ex catechismo non dirimit, & an restricta Tridenti. nu. 72. c. 22
 Collatio beneficij facta irregulari nulla. c. 27. nu. 249
 Collatio beneficij facta excommunicato quæ valida. c. 27. nu. 272.
 Collatio purè facta non pendet a futuris, sed fallit hic. nu. 104. c. 23
 Columbarium quod licitum. nu. 126. & 127. c. 17
 Comedens ea quæ incitant ad peccandum mortaliter, quando potest absolui sine proposito ab eis abstinendi. nu. 5. l. c. 3
 Comedit qui in finem &c. nu. 15. c. 16
 Commissum capitur iuste in conscientia, & etiam tacetur. nu. 64. c. 23
 Commodans ut peccat ante tempus repetens. nu. 82. c. 17
 Commodatarius ut peccat non reddens, aut utens &c. nu. 183. & 184. c. 17
 Commodatarius remittens per nuntium non reddentem. nu. 185. & 186. ibid.
 Commodatum a mutuo in eius redditione differt, nu. 185. & sequent. ibidem.
 Communicare potest absq; confessione qui non habet copiam confessarij. nu. 6. c. 7.
 Communicandum in Pascha aut ante, vel post octo dies, nisi &c. nu. 45. c. 21
 Communiceat, quam citius poterit non communicans in Paschate. nu. 45. ibid.
 Communicans vel celebrans pluries quam semel in die peccat. nu. 54. ibidem.
 Communicare bene quis censura ligatus potest. nu. 48. ibid.
 Communicare non licet paruulis, nec alijs sub utraque specie nisi celebrando. numero 57. ibidem.
 Communicare qui tenetur pluries in anno, & quoties expediat & deceat. numero 57. ibidem.
 Communicat qui scienter in mortali & ob id peccat. nu. 46. ibid.
 Communio confessionem actualem mortalium, prærequirit, nisi &c. nu. 49. ibid.
 Communio

I N D E X.

- Communio omisso ob odium &c. quæ mortaliter. nu. 50. ibi.
 Communio, quæ copula, vel pollutio licita vel illicita impedit. nu. 51. ibid.
 Communio quo esu vel potu eodem die præsumpto impeditur. nu. 55. ibid.
 Communio quando ob peccatum occultum male & ob publicum recte denegetur. nu. 55. & 56. ibidem.
 Communio non procurans eis quorum curam gerit, quando peccet. nu. 57. ibid.
 Communio Christianorum triplex, quam tollit principaliter excommunicatio. nu. 18. cap. 27.
 Communio, quod non requirat confessionem, disputare malum. nu. 10. c. 22
 Commutatio omnis æqualem valorem commutatorum requirit. nu. 283. c. c. 17,
 Compositio de incertis, quæ iustæ. nu. 93. c. 17
 Concubinarij clericici pœnam inuouat Concil. Trident. addens nouam. nu. 81. c. 25
 Concubinarij coniugati, ut plurimum excommunicati. nu. 23. c. 16
 Concubinarium verus, aut pro tali habitus, quando non debet absolui. n. 20. & 21.
 Et quid si concubina est ancilla, nu. 22. c. 16
 Concubinarij, qui non possunt absolui, & qui sic. nu. 5. G. c. 3
 Concubinarium clericus, & fornicarius vagus, pares, non humanantur in sacro. n. 77. & 80. cap. 25
 Concupiscentia inordinata rei notabilis mortalis est. nu. 1. c. 19
 Conditio non omnis impleta quo ad ecclesiam impletur. nu. 66. c. 22
 Conditio quid, & quoruplex in matrimonio, quæ suspendit, quæ annihilat, quæ reijcitur, & quo differt a causa, modo & demonstratione. numero 61. & 62. capitu. 22
 Conditio si N. voluerit, an eo semel renuente vel tacente impleatur. numero 63. ibidem.
 Conductor non soluens, vel damnificans arbores &c. nu. 194. cap. 17
 Confessarij dictum qui reuelans, peccat mortaliter. nu. 44. c. 21
 Confessarij reorum caueant, ne eos animas, vel vitas perdere faciant. nu. 36. c. 25
 Confessarius confitentem pœnitiones, quid monere, & dicere debeat. nu. 6. prælud. 5
 Confessarius doceat confessum hoc & hoc, alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nihil dicat. nu. 1. hoc præstari faciat quinque casibus. n. 2. facile non iudicet esse mortale, quod est contrarium, qui tunc faciet. Non absoluat nolentem facere necessaria. nu. 3. Quid faciet quando pœnitens contrarium suæ opinionem habet. n. 4. quid quando uterque: Quid dicet ei, qui restituere debet: Quid ei qui alia vice restitutum se promisit, & non præstitit. nu. 5. Quid faciet in absolutione peccatorum reseruatorum cum breui resolutione. nu. 6. c. 25
 Confessarius, qui ex obedientia audit confessionem, & qui sponte sua, quid scire teneatur. nu. 3. c. 4
 Confessarius potest esse aliquis idoneus, vni loco qui alij non erit. nu. 4. ibidem
 Confessarius non est sufficiens nisi adsit iusta scientia & absoluendi potestas. nu. 4. ibi.
 Confessarius imperitus quando excusatur a culpa. nu. 5. ibidem
 Confessarius audiens multos pueros, simul & coniunctim, si iam pollent iudicio rationis absque villa necessitate peccat, & talis consuetudo est sacrilega. n. 14. c. 8
 Confessarius,

I N D E X.

- Confessarius, qui tanquam testis deponit, quod sibi confessum est, rumpit sigillum & quando id faciet de licentia pœnitentis, & c. n. 15. ibi.
- Confessarius, qui dicit in tali loco (nominando ipsum) committuntur graua peccata, perperam agit. n. 16. ibi.
- Confessarius quando imprudenter agit imponendo ieiunia & alias graues pœnitentias, statim exequendas. n. 17. ibi.
- Confessarius qui pergit ad confessiones audiendas, quidnam faciet. nu. 1. Et quomodo debet recipere pœnitentem & c. nu. 2 & inquirere ab illo, an habeat aliquod impedimentum ad absolutionem percipiendam. nu. 2. Et quid debet prœuidere in principio, medio & fine. nu. 3. c. 10
- Confessarius quidnam sit acturus, si pœnitens debitam contritionem non adfert, & c. nu. 4. & sic confessionis initium facere docebit. nu. 5. ibi.
- Confessarius qui grauem aliquam culpam in confessione audit, nequaquam se stupefactum ostendet, neque patiatur pœnitentem aliquam personam nominare. nu. 6 & caute, & prudenter debet pœnitentem deducere ad manifestandum peccata, quæ ipsum palliare uelle conspicit, & c. nu. 7. ibi.
- Confessarius debet pœnitentem interrogare id, quod expedit, & non amplius. n. 1. & ad quas interrogationes teneatur, sub reatu leuhalis culpæ. nu. 2. c. 5
- Confessarius in suis interrogationibus tria debet obseruare. nu. 3 & quæ sint illa, & quo pacto se gerere debeat in peccatis carnalibus. n. 4. ibi.
- Confessarius, qui proprium mortale peccatum confiteri non potest sine reuelatione confessionis, taceat illud. nu. 6. c. 8
- Confessarius quam scientiam habere teneatur, ut sit perfectus, & quam ut sit sufficiens. nu. 2. c. 4
- Confessarius audiens confessionem in peccato mortali, mortaliter peccat, licet eius absolutio ualeat. nu. 6. c. 4
- Confessarius pœnitenti absoluto hæc consulat. nu. 25. c. 26
- Confessarius sic admoneat pœnitentem, qui uotum uolauit, & c. nu. 33. c. 12
- Confessarius non absoluat, nisi præuia restitutione, eum, qui semel iusus restitueret, non restituit. nu. 59. c. 17
- Confessarius quantum debeat interrogare; circa peccatum luxuriæ. n. 4. c. 16
- Confessarius sapere confessionem detegit, existimans se non detegere. n. 6. adiectis multis exemplis circa hoc. n. 9 & 10. c. 8
- Confessarius ne scandalizetur quid agendum. n. 7. c. 7
- Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc, & quanta esset iniungenda. nume. 19. c. 2
- Confessarius quis dicitur, homo, qui prodesse possit, & non obesse, & c. n. 8. c. 7
- Confessarius ut recte suum munus exerceat debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem. n. 1. c. 4
- Confessarius, qui peccat audiendo confessionem certæ personæ, quando absoluendus, sine proposito non audiendi eam ulterius. n. 5. M. c. 3
- Confessarius dubius an confessa sint mortalia, quid faciet. n. 21. c. 23
- Confessarius quos reos se & consortes reuelare iubebit. n. 58. c. 18

Confessio

I N D E X.

- Confessio, quæ multis uidetur & non est sacramentalis. nu. 55. c. 18
- Confessio facta uni non sufficit, ut alter absoluat. c. 27. nu. 269
- Confessio sacramentalis debet esse integra, diuina lege positua. nu. 1. c. 7
- Confessio sed non scriptio omnium mortalium intra annum per se ipsum necessaria, & interdū ante quadragesimam, uenialium uero utilis tantum, nisi & c. nu. 35. & trib. seq. c. 21
- Confitendo qui mentiens, uel nolens integre fateri, peccat mortaliter, nume. 37. 38. & 39. ibidem
- Confessio talis qualis eius finis & quis principalis. nu. 40. ibid.
- Confitens, qui laico, uel qui confessionem iteras peccat mortaliter. n. 41. & 42. ibi.
- Confessio facta excommunicato, suspensio, uel interdicto, quando ualeat. nu. 7. c. 9
- Confessio facta Priori aut Abbati, non habenti bonum titulum neque malum, non ualeat. nu. 8. ibidem
- Confessio facta confessario, qui nesciuit aut noluit absolueret cum forma substantia li, ad hoc necessaria, non ualeat. nu. 9. ibidem
- Confessio facta a Pœnitente, qui non habet propositum euitandi peccata & c. nihil ualeat. nu. 10. neque etiam illa, quæ non est integra. nu. 11. ibidem
- Confessio pœnitentis, qui omittit aliquid confiteri ob iustam aliquam causam recte ualeat. nu. 12. ibidem
- Confessio, quæ fit a Pœnitente, non adhibita diligentia reminiscendi quando non ualeat. nu. 13. ibidem
- Confessio non est iteranda ob id, quod pœnitentia non adimpletur. nu. 14. neque etiã ualere desinet ob id quia non credit se aliquando peccaturum. nu. 15. ibid.
- Confessio sacramentalis, quid. nu. 1. c. 2
- Confessio non fuit inducta iure naturæ. numero 2. sed diuino iure Christi D.N. numero 3. ibidem
- Confessio facta laico, non est sacramentalis. nu. 4. ibid.
- Confessio sacramentalis quas exigit conditiones, & quod multi confessarij & pœnitentes errant, peccata generaliter & non satis specificè exprimentes. numero 5. ibidem
- Confessio quo tempore faciendâ sit lege diuina, & quo lege humana. nu. 6. & quo extra tempus præscriptum, maximè ante communionem, uel post eam. nu. 7. 8. 9. & 10. ibidem
- Confessionem sacramentalem non fuisse institutam & præceptam a Domino nostro, uel non esse nos obligatos ad confitendum omnia mortalia, uel circumstantias, quæ mutant unam speciem peccati in aliam asserere, hæresis. numero 10. ibidem
- Confessionem circa sacramentalem 13. modis peccatur. nu. 10. ibidem
- Conficiens instrumentum de re illicita, scribens statuta usuraria, non retinens protocollum siue regestum, faciens testamentum infano, stipendium nimium capiēs, literas ordinum carius tradens. nu. 54. c. 25
- Confidentia quid, quotuplex, & beneficalis etiam illicita duplex, & de qua extrauag. Pij V. nu. 109. c. 23

Confirmatio

I N D E X.

Confirmatio quid, & quod est verè & propriè sacramentum. nu. 8. c. 22
 Confirmationis minister ordinarius Episcopus, & quando presbyter. nu. 8. ibidem
 Confirmando sic, vel sic, peccat Episcopus. nu. 9. ibidem
 Confirmationem suscipiens in mortali, vel omittens ob contemptum, ut peccat. numero 9. ibidem
 Confirmatio Patrinum requirit, & ut debeat ordinem præcedere. nu. 9. ibidem
 Confiteri peccatum interius sine exteriori, non sufficit, quamvis contra sic. numero 24. prælud. 7
 Confiteri quod antea negavit, quis postea ad mortem damnatus teneatur. numero 38. cap. 25
 Coniugatus vivere potest aliquid, quod non vergit in præiudicium alterius coniugis, & quid si post habitam facultatem, contradixerit. nu. 61. c. 12
 Coniuges qui se impudicè tangentes extraordinariè se polluunt, aut cum periculo sese polluendi exponunt, si habent copulam minimè naturalem. nu. 42. c. 16
 Coniux negans sine iusta causa coniugi debitum petitur, et quando dicitur petitur, & què iusta causa non reddendi. nu. 25. 26. & 27. c. 16
 Coniux non discedens a coniuge adulterante ut peccat. nu. 28. ibidem
 Coniux prolis conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens. numero 33. cap. 16
 Coniux qui fit patrinus filij per ignorantiam vel malitiam. nu. 34. ibidem
 Coniux habens rem cum cognato, vel cognata coniugis, & postea debitum petit, vel coniugi adulterandi facultatem facit. nu. 35. ibidem
 Consanguinitas quid, & impedit & dirimit intra quartum gradum. nu. 41. c. 22
 Conscientia quid, quotuplex, scrupulosa quam mala, nascitur ex sex causis. nu. 255 & curatur decem medicinis a nu. 279. c. 27
 Conscientia legem transgrediens quando peccat, & quod plurimum differt in hoc conscientia generalis a particulari, & dubium a scrupulo. nu. 9. prælud. 9
 Consensus in peccatum etiam alienum, peccatum. cap. 11. nu. 12
 Consilium quis dicitur dare, & quod nocet danti. nu. 51. c. 27
 Consilium dolosum, vel damnosum, quod mortale. nu. 11. c. 24
 Consilia spernens, vel non implens, quando peccat mortaliter. nu. 2. c. 20
 Consilia Christi præparatione animi servanda. nu. 2. ibidem
 Consultum a Christo statum, non esse tam bonum ac contrarium asserere, hæresis. nume. 3. ibidem
 Consilia contra Christi an peccet monachus caritate annonæ gaudens, nu. 3. ibidem
 Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest. nu. 83. c. 22
 Consuetudo diabolica est illa, qua quis vitur dicendo: demon te arripiat, illa verò est angelica & sancta, qua quis dicit, Deus te sanctum efficiat. nu. 10. c. 14
 Contemptus legis verus quid, & quando præsumitur. nu. 42. c. 23
 Contentio quid. nu. 11. & quæ mortalis. nu. 34. c. 23
 Contractus per quosdam transit dominium, & per quosdam non. nu. 180. c. 17
 Contractus magis obligat eum, cuius fit gratia. nu. 179. ibidem
 Contractus nominati, & innominati in hoc pares. nu. 283. l. ibidem

Contritio

I N D E X.

Contritio quam specialis, aut singularis requiratur de singulis peccatis. n. 25. & nõ est necessaria ad remissionem venialium, nisi quando dubium est, an sint mortalia. nu. 26. c. 1
 Contritio delet quæcunque mortalia, etiam antequam quis confiteatur. n. 29. & semper etiam ante legem gratia fuit necessaria num. 28. non tamen est necessariò sub pœna nomi peccati habenda statim post peccatum. nu. 31. ibidem
 Contritio in quibus casibus, & quando necessariò habenda. nu. 31. ibidem
 Contritio quomodo haberi potest sine memoria generali, aut particulari, alicuius peccati mortalis nondum remissi. nu. 24. ibid.
 Contritio quid. nu. 1. & quod non est essentialiter dolor. num. 2. & 16. Sed pœnitentia unde ille nascitur. nu. 3. & debet esse voluntaria, non coacta. nu. 4. & maxima quo ad firmitatem non quo ad intensiõnem. nu. 7. nisi, & c. nu. 8. neque necessariò requirit lacrymas exteriores & c. nu. 23. ibi.
 Contritio requirit pœnitentiam, & dolorem actualem, vel virtualem, & qui mallet fuisse mortuus, quam offendisse Deum, est contritus. nu. 10. dolorem, inquam, peccatorum priorum, præteritorum, & presentium magis eo quod sint offensa Dei, quã quia sunt damnosa pœnitenti. nu. 11. ibid.
 Contritio licet deleat peccatum, non tamè delet obligationem confitendi illud. n. 14. nec quum est virtualis tollit obligationem habendi formalem & actualem loco & tempore debitis. nu. 14. neque id cum ratione pugnat. nu. 16. ibi.
 Contritio est quicunque dolor, aut pœtoris percussio, quare multi qui se illam habere putant, minimè habent. nu. 17. ibid.
 Contritionem habere, vel eam ob aliqua signa præsumi longè diversa. nu. 18. ibi.
 Contritio eorum qui eam habere differunt usque ad mortem, dubia quo ad salutem, sed non quo ad absolutionem & sepulturam. nu. 18. & 19. ibi.
 Contritus non est qui actualiter, vel virtualiter nollet potius non peccasse, quam quodcunque aliud malum non passum esse. n. 21. sed nullus tenetur ad huiusmodi comparationes. nu. 22. ibid.
 Contritus est qui desiderat habere contritionem, & piget ipsum in id conantem, non posse perfecte attingere illam. nu. 22. ibid.
 Contritus quamvis fiat ex attrito, attamen attritio, non fit Contritio, nisi quando defectus est extrinsecus. nu. 40. ibid.
 Contritionem perficit Deus per suam gratiam, ad quam sex nos possent mouere. nu. 42. ibidem.
 Contritionis effectus. nu. 42. ibidem
 Contritionem dicere non esse unam ex tribus partibus materialibus sacramenti Pœnitentiæ, vel attritiones esse malas, hæresis. nu. 43. ibid.
 Contritionis circa materiam decem modis peccatur. nu. 43. ibi.
 Contumelia, conuitium, & improprium quid. nu. 10. c. 18
 Copula carnalis perfecta quid, & quæ generat affinitatem. nu. 42. c. 22
 Correctio iusta qua contumelia carere debeat. nu. 12. c. 18
 Correctio fraterna quid, ad eam tenentur omnes, concurrentibus quatuor, n. 12. c. 24
 Correctio fraterna quando non necessaria. nu. 56. c. 18

Correctionis

- Correctionis fraternæ ordo, & quando non seruandus. nu. 14. c. 24
 Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, ut peccat. nu. 14. ibid.
 Corruptio fraterna de solis mortalibus facienda, nec de illis a confessario. numero
 13. ibidem
 Credens unumquemque posse saluari in sua lege vel secta, peccat. nu. 18. & quid de
 credente patrem antiquiorem esse filio, aut filium & spiritum sanctum minus an-
 tiquos, iuniores, aut minus potentes & c. quam patrem. nu. 18. c. 11
 Culpa quid, & quotuplex. nu. 177. c. 17
 Curiositas quid, & quod semper est peccatum, & quando mortale. nu. 24. c. 23
 cum multis exemplis quotidianis. nu. 25. & 5. seq. ibidem
 Custos qui non bene custodit. nu. 135. c. 17
 Custos, apparitor, & Merinus, ut mortaliter peccant, non accusando inuentum,
 aut damnum non intimando, aut non restituendo hoc & hoc. nu. 34. c. 25
 Custos piscium, Venatus, & piscatus & c. nu. 122. 123. & 124. c. 17

D

- D** Annuum a multis adunatis aliquo duce, vel sine duce datum a quo resti-
 tuendum. nu. 130. & 131. & a quo datum a multis non adunatis. nu.
 mero eod. c. 17
 Damnum proximi etiam mediocrè quando impediendum. c. 24. nu. 22
 Damnum proximi etiam paruum, quando de præcepto impediendum. c. 24. nu. 22
 Damnum quod tutor aut procurator infert ut suæ parti profut. nu. 137. & 138. ibi.
 Damnum quod debitoris, eum a restituendo excuset. nu. 59. ibid.
 Dæmones bifariam inuocantur, expressè, & tacitè. nu. 22. c. 11
 Dæmoni herbam, & musicam nil resistere. nu. 38. ibid.
 Datum ob maleficium, quo titulo retineri potest. nu. 32. c. 17
 Debitor an antequam soluat exeat purgatorio. c. 17. nu. 68
 Debitor quando securus per condonationem. n. 73. aut eius a petitione cessationem.
 nu. 79. ibidem.
 Debiti remissio solutio quædam est. nu. 45. & 46. ibidem
 Debitum facilius remittitur, dum res soluenda præsens non est. nu. 46. ibid.
 Debitum coniugale expressè ac tacitè petitur. nu. 25. iusta de causa negatur. nu. 26
 non petitur contra votum. nu. 31. & 32. nec tempore menstrui tenentur coniuges
 petere, & pacisci possunt de non petendo illo, & si est mortale, petere ante bene-
 dictionem. nu. 38. cap. 16
 Debitum ex contractu, vel quasi contractu, restituatur in loco solutioni destinato,
 aut ubi iure petitur. nu. 42. c. 17
 Debitum ex delicto, aut quasi delicto, solvatur ubi damnum passo fiat satis. nume-
 ro 43. c. 17
 Debitum tantum legale recuperationem occultam iustificat. nu. 114. c. 17
 Debitum in foro animæ, non debetur adulteranti. nu. 23. c. 22
 Debitum soluens minoris ob anticipatâ solutionem. c. 17. nu. 230. & sequenti
 Debitum condonat is cui principaliter debetur. nu. 46. c. 18
 Debitum coniugale petens tempore menstrui. nu. 32. aut in loco sacro. nu. 33. c. 16
 Decalogus

- Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur. nu. 1. c. 11
 Decalogus in lege etiam noua perseverat. n. 2. & est veluti quoddam speculum, quod
 baptizato confertur, & c. n. 3. ibi.
 Decimas ob retentas quis religiosus incurrat excommunicationem, n. 138. c. 27
 Decima quæ ad quotam, iuris humani, quæ ad sustentationem diuini, n. 28. & ita quæ
 ad illam tollitur consuetudine, & non quæ ad hanc, nu. 30. c. 21
 Decima triplex, prædialis, personalis & mixta, n. 29. ibi.
 Decimam insolitam non imperat Papa, n. 30. ibi
 Decima personalis in quo a prædiali differt, & non soluitur, nu. 31. ibi.
 Decima soluenda non deducta impensa, nec semine, & c. n. 31. ibi.
 Decimas debens, vel impediens, ante restitutionem non absoluitur, n. 32. ibi.
 Defendere omittens peccat, si consentit, & etiam dissentiens si tenetur, etiam cū
 incommodo, nu. 17. c. 24
 Defendere vitam & bona proximi, & impedire damna, ut tenemur, n. 17. ibi,
 Defendere qui lege iustitæ tenentur, nu. 18. ibi.
 Defendere omittens, non omnis consentit, & quis præsumitur consentire. n. 18. ibi.
 Defendere omittens opitulando, peior simpliciter omittente, quia ille peccat con-
 tra iustitiam, omittens autem simpliciter contra charitatem, & ita hic non tene-
 tur restituere, ille sic, n. 19. ibi.
 Defendere omittens quis præsumitur consentire, & opulari. n. 19. ibi.
 Defendere proximum a damno magis præceptum, quam subuenire ei lucro, nu. 22.
 cap. 24
 Defensio debet esse moderata, nu. 3. c. 15
 Defensionis ex charitate debita ommissio cur impunis in foro exteriori, n. 21. c. 24
 Defensionis quæ ommissio irregularitatem, & censuras inducit, n. 22. ibi.
 Defensionis ommissio etiam sine consensu cur peccatum, n. 20. ibi.
 Defendere omittentem consentire, ut verum, triplici opinione confutata, n. 20. ibi.
 Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio.
 nu. 206. & seq. c. 27
 Delectatio præsens de copula præterita, vel ventura, quando peccatum, n. 10. c. 16
 Delectatio de bono quod nascitur ex alterius morte, n. 10. c. 15
 Delectatio morosa, quæ sit, & quare sic vocetur, n. 11. c. 11
 Delectationi peccati mortalis resistere est virtus, & quando sit mortale, aut veniale
 illi consentire, n. 11. Delectatio autem deliberate habita de aliquo mortali, mor-
 talis, & qui dubitat an consenserit nec ne, debet illud confiteri. n. 13. ibi.
 Delectatione, quam cogitando percipit, si latatur, n. 10. c. 16
 Deliberatio quæ ad obligationem sufficit, nu. 7. c. 17
 Denunciator, ut mortaliter peccat denunciando, quod, aut quo fine, vel modo non
 debet, aut non denunciando quod debet, cum exemplis, n. 33. c. 25
 Denunciator secum & cum alio teste probat, n. 32. ibi.
 Deponens pecunias in scriptura mutui vel depositi, ut peccat. n. 259. & 260. c. 17
 Deponens qui apud campforem gratis custodientem usurarius. n. 253. H. ibi.
 Deponens mutuabile cū facultate utendi, & c. n. 180. ibi. Deposito quid. c. 27. n. 15
 Man. Nau. b Depositi-

I N D E X.

- Depositarium ut peccat non reddendo, vel utendo, nu. 181. c. 17
 Depositarium se offerens, non ad plus tenetur, nisi & c. nu. 181. ibi.
 Derisio quid? & quæ blasphemia, & quæ mortalis, n. 5. & 16. c. 18
 Detectio mali proprii, & neglectio famæ quæ mortalis, n. 61. ibi.
 Detraçtio quid? & quotuplex & quæ mortalis, n. 17. 18. 21. & 22. ibi.
 Detraçtor, qui suum crimen detegit etiam tortus. nu. 29. ibi.
 Detraçtor non est accusans, aut alias iuste crimen detegens, n. 30. & 31. qualis est testis, & detegens non nocituris ut parenti, n. 32. & 33. ibi.
 Detraçtor schedam peccatorum vel libellum famosum legens, nu. 34. & 35. ibi.
 Detraçtor quis audiens vel referens mala, vel bona tacens, n. 36. & 37. & 38. ibi.
 Detraçtor quis iudex inquirens, nu. 38. interrogans, vel iubens denunciari, nu. 39. vel visitans aut procurans occulta scire. nu. 40. & 41. ibi.
 Detraçtor qui falsum imponens peccat mortaliter, nu. 23. 24. & 25. ibi.
 Detraçtor qui verum secretum detegit peccat mortaliter, n. 26. & 27. ibi.
 Deus ut Deus, nullius figura, quatenus homo, gratiosissima & benignissima. num. 291. cap. 27
 Deus est, quicquid in eo est, n. 6. præl. 4
 Didacus à Leyua Comaruias laudatus. nu. 28. c. 17
 Diffinitio hæc peccati cur eligitur, n. 8. & quomodo aliæ omnes in eam resoluuntur nu. 9. præl. 7
 Discordia quid, nu. 11. & quando mortalis. nu. 33. c. 23
 Dispensat Papa aliter quam inferior, etiam in quo uterque potest. nu. 74. c. 25
 Dispensat ut episcopus in irregularitate peccati notorii. nu. 77. ibi.
 Dispensatio datur gratis cum aliqua trimum causurum, aliis non nec cum ea in 2. nisi & c. nu. 87. c. 22
 Dispensant soli Prælati Ecclesiastici circa vota, n. 75. c. 12
 Dispensare potest, sed nõ solet Papa in irregularitate homicidij voluntarij, n. 239. c. 27
 Dispensatio qualis excusat a mortali, & quando dispensatus excusatur, & quando dispensator peccat. nu. 11. præl. 9
 Dispensatio alia nulla, alia iniusta, alia iusta, nu. 11. ibi.
 Dispensatio sine causa, quando non est mortalis dispensanti, & dispensato. n. 12. ib.
 Dispensatio inferioris circa legem superioris sine causa iusta etiam si ad id potestatem habeat, an excuset in utroque foro. nu. 13. ibi.
 Dispensat frequenter Monarcha non exprimendo quod dispensat, n. 13. non autem inferior nisi circa suam legem. n. 14. ibi.
 Dispensat ut Episcopus in irregularitate notorii criminis, & in nulla Confessarius nu. 250. ca. 27
 Dispensare, commutare, & irritare votum differunt, n. 63. c. 12
 Dispensare potest super voto, cur non potest super iuramento, c. 27. n. 273
 Dispensant soli prælati tantum ecclesiastic. & commutant, aliqui vero alij etiam irritant, nu. 64. Non tamen equaliter parentes, tutores, Domini, coniugati, & prælati religiosorum, nu. 65. ibi.
 Dispensare nequit Episcopus cum irregulari ex homicidio iusto, nu. 217. & cum male or-

I N D E X.

- le ordinato sic. nume. 245. cap. 27
 Dispensans super voto absque iusta causa, & ipse dispensatus sunt male securi. Qualis vero sit ista causa, aut quænam, & quando sit notorie talis, n. 76. c. 12
 Dispensandi causa iusta in voto, ex quibus una est facilitas & leuitas vouendi, n. 77. ib.
 Dispensatus super voto per falsam aut iniustam causam, nu. 57. c. 12
 Dispensat quis ad ordines, & cum male ordinato, n. 69. c. 25
 Dispensatio difficilius datur in contracto scienter, quam ad cõtrahendũ, n. 80. c. 22
 Disputare de fide laico illicitum, nu. 26. c. 11
 Distributor communium rerum, male distribuens, nu. 65. & 96. c. 17
 Diuertere ut potest coniux a coniuge incitante ad peccatum, & an ob lepram, vel morbum contagiosum, & an teneatur ob adulterium, n. 22. c. 22
 Dives qui non tenetur querere pauperes, nu. 13. præl. 7
 Doctor vel Magister ut peccat mortaliter, lauream immeritam vel principaliter eã ob honorem petens, vel suscipiens, docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos scholasticos. c. 25. n. 5. & 56. aut admittens religiosos, vel presbyteros, approbans ad lauream indignum, falsa docens, vel inutilia, aut malo fine mortali præsertim ultimo, subornans auditores, procurans, ut indignus ad munera studij deligatur, c. 25. n. 57. Prælegens die festo, seruans nouum festum, stipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, castigans discipulos, aut contemnens simplices. c. 25. n. 58. & sequ.
 Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpã facit. n. 3. E. c. 17
 Dolor qui penitentia non debet esse obnoxius per excessum, nu. 24. c. 4
 Dolus quid, & quotuplex, nu. 177. c. 17
 Dolus & fraus quid, & sunt genus & species, nu. 77. c. 23.
 Dominicus Sotus laudatus, nu. 10. c. 1
 Dominus quomodo violat quartum præceptum, & peccat mortaliter negligendo ea, quæ conueniunt salutis seruorum, vel famulorum suorum, vel qui non prohibet eis iurare, vel non iubet confiteri, cõmunicare, audire missas & c. temporibus debitis, vel qui negligit scire peccata seruorum & famulorum suorum manifesta, aut obstat seruo, ne uxorem ducat. n. 21. c. 14.
 Dominus quis quo ad hoc, nu. 29. c. 17
 Domini Terrarum cultarum a Saracenis eis decimantibus hoc agant. nu. 27. c. 28
 Donare qui non possunt, nu. 105. & 106. c. 17
 Donare pater filio nisi in his casibus non potest. nu. 145. ibi.
 Donna Maria Mendosa valde laudata. c. 26. n. 39. & ultimo.
 Donatio facta a patre filio quando valet, n. 164. & seq. ibidem
 Donatio coniugis facta coniugi, quæ valet, nu. 149. ibi.
 Dotem ab usurario datam retinendi remedium, nu. 272. ibi.
 Dotis ob solutionem dilatam, quid lucri capere liceat, n. 213. ibi.
 Dubia in meliõre sensum interpretanda: In claris aut nõ esse locũ cõiecturis. n. 5. p. 5
 Dubitat, qui deliberate de eo, quod de fide esse scit, aut scire tenetur, aut pertinaciter tenet esse de fide, quod non est de illa, peccat mortaliter, licet non qui subreptitia vel solis vexatus scrupulis, n. 18. c. 11

I N D E X.

Dubius, credens, & sciens, in hoc pares, nu. 55. c. 22
 Dubijs in rebus pars tutior an necessario eligenda, n. 278. & 283. c. 27
 Dubius deponat dubium antequam iudicet, consulat aut operetur, n. 288. ibi.
 Duellum quod licitum, nu. 9. c. 15
 Duellum quod inter particulares milites exercituum licet, c. 15. n. 24. & ult.
 Duella illicita exceptis duobus, & quæ prohibita per Concilium Trid. n. 39. c. 11.
 Duritia cordis quæ mortalis, & ut confitenda, n. 76. c. 23

E



Brietatem scienter sibi vel alij procurare, mortale, n. 121. c. 23
 Ecclesia ut dicatur polluta in 6. casibus, nu. 251. & seq. c. 27
 Ecclesiæ Rom. iura & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi, nu. 72. ibid.

Ecclesiæ immunitate que loca gaudeant, & an Rex, Cardinalis, presbyter Euchari-
 ristiam gestans, nu. 17. & 18. c. 25
 Ecclesiæ immunitate gaudet regulariter omnis Christianus, & nullus infidelis, &
 qui excipiuntur ab his regulis, n. 19. & 20. ibi.
 Ecclesiæ facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam etiam cum causa non contra-
 hitur, n. 70. c. 12 (n. 102. c. 23)
 Ecclesia non punit ob actus interiores, nec exteriores sola intentione interiori malos
 Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia profana, n. 10. c. 21
 Eleemosyna act⁹ misericordiæ, cur dicatur charitatis, & dupliciter sumit, n. 3. c. 24
 Eleemosyna spiritalis præstat corporali, quando utraq; præcepta, n. 5. & 8. ibi.
 Eleemosyna laude digna, in vita, potius quam post eam agenda, nu. 8. ibi.
 Eleemosyna spiritalis, quando cum vitæ periculo præcepta, n. 9. 10. & 11. ibi.
 Eleemosyna danda egenti extreme nullum votum vel præceptum excusat, n. 11. ibi.
 Eleemosyna quando vxor largiri potest, n. 153. & seq. c. 17
 Eleemosyna cur necessario fiat etiam inuito non egenti illa extreme, n. 23. c. 24
 Emanuel a S^a Doctor Societatis Iesu laudatus, n. 283. L. c. 17
 Emendatum c. non in inferenda 23. q. 3. n. 15. c. 24
 Emens vel vendens aliud pro alio, vel vilius pro pretiosiore, ut peccat, n. 86. c. 23
 Emens triticum, vel vinum tempore messis vel vindemiæ, ut excusetur, n. 91. ibi.
 Emens vel uendens monopolio, uel solus priuilegio, ut peccat, n. 92. ibi.
 Emens debitum vel actionem minoris ob anticipatâ solutionem an peccet, c. 17. n. 30
 Emphyteosis quæ perditur biennio non soluendo, n. 193. c. 17
 Emphyteusis amissio pendet a voluntate Domini cui amittitur, n. 104. ca. 23
 Emptio liberi hominis alicui perituri, licita, nu. 96. ibi.
 Emptio Aetiophum liberorum pro seruis usitata, peccatum est, n. 96. ibi.
 Episcopalem iurisdictionem habens, an in hoc equetur Episcopo, n. 75. c. 12
 Episcopi absolutionem eius, qui bona incerta habet ut reseruare possunt, n. 92. c. 17
 Episcopi inquirant an clerici gabellis grauentur, n. 201. ibi.
 Episcopus ordinans alienum aut suum sine titulo, & c. ut peccat, n. 18. B. c. 22
 Episcopus intra quot menses sub duplici pœna cõsecrãdus, n. 118. c. 25 (32. 33. c. 22
 Epistolæ clausæ quæ apertio mortalis, n. 53. c. 18 Error psonæ, cõditionis, & fortunæ, n.
 Euchari-

I N D E X.

Eucharistiæ sacramentum polyonymum, & quid, nu. 10. c. 22
 Eucharistiæ circa sacramentum errores, nu. 10. ibidem
 Exactor iurium illicitè impositorum ut peccat, nu. 201. c. 17
 Excommunicatio conditione non trahitur retro. c. 27. nu. 272. & appellatur ab ea
 durante conditione etiam post decendium. c. 27. nu. 272
 Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem & c. & minorem, quæ sint ille, & quod
 in dubio significatur maior. Diuiditur etiam in generalem, & specialem & gene-
 ralis in latam a iure, & latam ab homine, nu. 1. quo differant. Diuiditur etiam in
 iustam, & in iniustam, & quid, & iusta quid efficit, nu. 2. c. 27
 Excommunicatio iniusta, quæ diuiditur in iniustam validam, & in iniustam nullam,
 iniusta valida in duas, quæ differunt sic, iniusta nulla quid operatur, nu. 3. ibid.
 Excommunicatio iniusta est nulla in his quinque casibus. nu. 4. ibidem
 Excommunicatio maior non feratur, nisi propter contumaciam mortalem, aut pec-
 catum futurum & c. nu. 9. ibid.
 Excõicatio quæ sine monitione, snia, & clausula iustificatiua est nulla, nu. 10. & 11. ibi.
 Excõicatio de rebus p̄ditis a solo ep̄o dãda, & alia non nisi in subsidiũ, nu. 10. ibi.
 Excommunicatio annalis suspectum hæreseos facit, nu. 10. ibi.
 Excommunicatio quibus verbis fit, nu. 12. & conditionalis vel sine intentione ligã-
 di, an liget, nu. 11. ibidem
 Excommunicatio, ut tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam, nu.
 17. & priuet a sacramentis, & suffragijs, nu. 18. diuinis officijs, nu. 19. & om-
 ni contento hoc versiculo, os, orare, & c. nu. 20. facit & alia undecim, nu. 20. &
 3. seq. ibidem
 Excommunicationes iuris antiqui pauca, noui multe, nouissimi quàm plurimæ, nu.
 49. & 50. ibidem
 Excommunicatio, & absolutio cõueniunt in his, nu. 37. & differunt in his, n. 38. ibid.
 Excommunicatio sine causa parum nocet, absolutio multum prodest, an falsa utran-
 que annihilat, nu. 38. ibidem
 Excommunicatione a minore, & maiore lata iure, vel ab homine hic absoluit, nu. 39
 & 40. etiam sola iõsura initiatus, licet non soleat fieri cum magno interdum in-
 comodo, nu. 41. & 2. seq. ibidem
 Excommunicatio minor solam participationem passiuam sacramentorum tollit, non
 missæ auditionem, & c. nu. 24. & 25. sic incurritur, non equatur mortali, tollitur
 à quouis presbytero, nu. 26. non incurritur in his casibus, nu. 26. & 27. ibidem
 Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, neque eum qui scit & c.
 Nec etiam specialis termino prorogato, nec tunc & c. nu. 14. & 15. ibidem
 Excommunicatio non ligat ignorantem eam, etiam super re illicita, nu. 16. ibid. &
 melius, c. 27. nu. 272
 Excõicationes Episcopo reseruatae sunt tres, & alie duæ aliquando, nu. 3. & 2. seq. ibi.
 Excommunicationis absolutionem huiusmodi satisfactio præcedat, n. 47. & 48. ibi.
 Excommunicatio ut interpretanda, & lata in facientem, non includit regulariter
 consentientem, nu. 51. ibidem
 Excommunicatio non obligat eum qui clam sua recuperat, nu. 114. c. 17

Excommunicatio lata a iudice in participantes excommunicato a se, sine ista monitione nulla. n. 36. c. 27
Excommunicatio prima reseruata Papæ extra bullam Cæne, in canonum transgressores. nu. 75. 2. in percussorem clericum. n. 76. ibi.
Excommunicationem qui procurat, in finem, ut proximus condemnetur. n. 14. c. 13
Excommunicatio primo, bullæ Cæne in hereticos. n. 56. Secundo, in schismaticos. n. 57. Tertio in appellantes ad futurum Cœcil. n. 58. Quarto in Pyratas, n. 59. Quinto, in accipientes naufragorum bona. nu. 60. Sexto in Imponentes noua pedagiana. 61. Septimo in falsarios n. 62. Octauo, in deferentes arma turcis, n. 63. Nono, Impediētes necessaria Romæ adducētes. n. 64. X. in male tractātes veniētes, & recedētes a curia. n. 65. XI. in male tractātes Romipetas. n. 66. Duodecimo, in Iniurios Cardinalibus. n. 67. XIII. in impediētes cursum causarū Curia. n. 68. Decimoquarto, in usurpantes fructus. & c. nu. 69. Decimoquinto, in laicos cognoscentes de criminibus clericorum, n. 70. Decimosexto, in occupantes bona Sed. Apost. n. 71. Decimosextimo, in male absoluētes a cœsuris bullæ, q̄ tñ nō est reseruata. n. 74. ibi.
Excommunicatio Primo, nemini reseruata in seculares non reddentes ius ecclesiasticis. Secundo, in consentientem electioni de se in Papam male factæ. Tertio, in eū qui sic suscipit munus administrandi partem talis episcopatus. Quarto, in scholasticos Bononiæ, qui sic conducunt, num. 114. Quinto, in imponentes tributa, & c. ecclesiasticis. nu. 115. Sexto, in certos clericos qui audiunt leges aut medicinam. num. 116. Septimo in clericos suscipientes præfecturas seculares. Octauo in schismaticos. Nono, in capientes bona naufragorum. n. 117. Decimo, in seruantes statuta contra libertatem ecclesiæ. nu. 118. ibi.
Excommunicatio 21. nulli reseruata, & prima sexti in eos qui secreto mittunt & c. Cardinalibus quando sunt in Conclauis ad eligendum. xi. 1. in dominos & c. qui in electione Papæ non faciunt obseruari & c. n. 121. Decimotertio, in eos qui molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab eis. n. 122. Decimoquarto, in noue usurpantes ius custodiendi aliquam ecclesiam sede vacante & c. num. 123. Decimoquinto, in directorem electionis monialium, qui hoc vel illud facit. n. 124. Decimosexto in eum, qui procurat suum conseruatore & c. Decimosextimo in facientes se metu absolui a censuris. Decimoctauo, in fingentem aliquid quo iudex vadat ad mulierem. n. 125. Decimonono in compellentes submittere bona ecclesiastica. nu. 126. Vigesimo, in inuētores nouarum religionū. n. 127. Vigesimo primo in exigentes ab ecclesiasticis portoria. nume. 128. Vigesimo secundo, in sic impediētes iurisdictionem ecclesiasticam. nu. 129. Vigesimo tertio in dominos qui prohibent subditis ne vendant neue emant a clericis, & c. nu. 130. Vigesimo quarto in religiosos temere habitum deserentes. nume. 121. Vigesimo quinto in religiosos ad studia sine licentia euntes & c. nume. 133. Vigesimo sexto in Doctores docentes leges religiosos. nu. 133. Vigesimo septimo in sepelientes hereticos. n. 134. Vigesimo octauo in iudices non auxiliētes contra hereticos & c. n. 135. Vigesimo nono, in interficientes per assassinos. nume. 136. Trigesimo in permittentes sceneratores, num. 130. Trigesimo primo in dantes represalias contra ecclesiasticos. n. 136. Trigesimo secundo in negligētes psequi iniurios. Card. n. 136. ibi.
 Excom-

Excommunicatio non ligat extra Episcopatum etiam ipso volente. c. 27. nu. 272
Excommunicatio Trigesimotertio, non reseruata, & prima clementinarum in frangentes sequestrum, vel impediētes & c. num. 137. Trigesimo quarto, in sepelientes in loco interdicto. n. 137. Trigesimo quinto, in religiosos qui sibi appropriant decimas, n. 138. Trigesimo sexto, in religiosos adeuntes Aulas ad nocendū. n. 138. Trigesimo septimo, in monachos habentes arma in monasterio. n. 139. Trigesimo octauo in impediētes uisitationem monialium n. 140. Trigesimonono in imitantē statum beguinarum. n. 140. Quadragesimo in contrabentes matrimonium in sex casibus. nu. 141. Quadragesimo primo, in Inquisitores pecuniam accipientes & c. nu. 142. Quadragesimo secundo in facientes statuta ad soluendum usuras. nu. 143. Quadragesimo tertio, in mendicantes, accipientes domos. nu. 144. Quadragesimo quarto, in religiosos dissuadentes decimas. n. 145. Quadragesimo quinto in negligentes suadere decimas & c. nu. 145. Quadragesimo sexto in religiosos non seruantes interdictum. nu. 146. Quadragesimo septimo in impugnantes literas Papæ electi, nu. 147. Quadragesimo octauo in interpretantem clementinam Exiui n. 14. Quadragesimonono in Bizochos aut beguinos. nu. 148. Quinquagesimo, in imprimētes libros sine examine, n. 148. Quinquagesimo primo in impediētes nunciorum receptionem. n. 146. Quinquagesimo secundo, in alienantes vel locantes bona ecclesiastica. nu. 149. Quinquagesimo tertio, in mulierum raptores & c. Quinquagesimo quarto, in cogētes ad matrimonia minus libera. Quinquagesimo quinto, in cogentes uirginē & c. ingredi monasterium & c. Quinquagesimo sexto, in impediētes Virginitatem Sanctam, uel accipiendi uoluntatem & c. Quinquagesimo septimo, in concedentes locum ad duellum & c. Quinquagesimo octauo, in committētes duellum & c. Quinquagesimonono, in dantes consilium in causa duelli, & illius spectatores. Sexagesimo, in non habentes pro authenticis libros sacrorum bibliorum & c. Sexagesimo primo, in mulieres ingredientes claustra monasteriorū. Sexagesimo secundo, in male tractantes ministros Inquisitionis. Sexagesimo tertio, in scientes & non reuelantes iniurios Cardinalibus. Sexagesimo quarto, in capientes fructus beneficiorum primi anni & c. Sexagesimo quinto, in moniales exeuntes monasteria, & c. Sexagesimo sexto, in capientes Christianos in seruos. Sexagesimo septimo, in non parentes Inquisitioni generali, n. 150. c. 27
Excommunicans sine facultate, causa, ordine, scriptura, vel monitione peccat. n. 8. ibi.
Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem ecclesiasticam, ordinariam, vel delegatam in foro exteriori. nu. 5. ibi.
Excommunicare nequit episcopus extra suum episcopatum, nec laici, nec mulieres, neque quis se ipsum. nu. 6. ibi.
Excommunicare an possit consuetudo, aut excommunicatus, suspensus, aut interdictus, nu. 7. ibi.
Excommunicato specialiter non denunciato præsentē que missa continuanda, nu. 33. & 2. seq. ibid.
Excommunicato ob iustum timorem participari potest sic, & non sic, n. 36. ibi.
Excommunicato non declarato quali confiscatur beneficium. c. 23. n. 105
Excommunicato pro denunciato orari potest oratione priuata, non publica, & c. n. 36. ibi.
 b 4 Excommu-

I N D E X.

Excōmunicari solū potest homo baptizatus, & mortalis habens superiorē, proinde nec Diabolus, nec Papa, nec infidelis, nec locusta, licet possit adiurari. n. 13. ibi.
 Excommunicatus est iumentum Diaboli, præter illum, & illum, nu. 18. & 19. ibi.
 Excōmunicatus ut infamis, n. 21. & ut perdat debita seruitia, nu. 22. & 23. ibi.
 Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda. c. 27. n. 270
 Excommunicatus est, qui dicto vel scripto affirmat contrarium fidei. nu. 17. c. 11
 Excōicat^o cōicat cū uxore, filijs, & famulis, nō est vitā^o donec denūciat. n. 27. c. 27
 Excōmunicatū ēt nō confesū absoluit sacerdos ēt excōicatus in morte. c. 27. n. 271
 Excommunicatus notorius quis euitandus, nu. 80. c. 27
 Excommunicatus qui clericus seipsum percutiens, nu. 11. c. 15
 Excommunicatus quando qui non manifestat. nu. 134. & seq. c. 17
 Excōicatio participare, veniale, nu. 28. & 29. nisi sex casibus. 30. 31. & 32. c. 27
 Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis. nu. 24. c. 11
 Excōicatus contrahere & testari pōt, ut ceteri. c. 27. n. 36. Exēpla nō restringūt le-
 Exēptus hodie multo plus subiacet ordinario quā olim. n. 13. c. 25. (gē. n. 33. c. 17
 Exequitor testamenti, ut mortaliter peccat, non soluens legata & debita, vel nimis
 tarde, & qui ob hoc excōmunicatus, n. 65. non seruans rem pupilli. nu. 66. eius
 pecuniam lucro iniusto deputans, transiens ad secunda vota, nu. 67. ibi.
 Extravagantis, ad Euitanda, verus tenor. c. 27. nu. 35
 Extrema vnctio quid, & vnctio cum verbis concurrat, n. 12. c. 22
 Extrema vnctio quas partes tanget, & quibus fit verbis, nu. 13. & quare infirmis,
 & non violenter morituris datur, nu. 14. ibi.
 Extrema vnctionis de sacramento multæ veritates Tridentinæ. nu. 15. ibi.
 Extrema vnctionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis, nu. 16. ibi.

F



Falsaria species doli, nu. 177. c. 17
 Falsarius ut peccat, & cui restituet, qui nummos in substantia falsauit,
 nu. 167. Qui circuncidit, aut attenuat nummos, Qui scripturā, pondera,
 mensuras, Qui sigillū, n. 168. Falsarij bullarum qui excōicati, n. 169. ibi.
 Fama quid? ut hic accipitur & quadruplex, nu. 19. c. 18
 Fama proximi seruanda quando aliter ipse potest seruari, n. 56. ibi.
 Fama cum vita, & libertate in quo conueniunt, & quod estimari non potest, nu. 89
 & quod non rependitur, nisi & c. nu. 90. c. 17
 Famam non lasam tentans eam ledere, non restituat etiamsi & c. nu. 44. ca. 18
 Fama lasa mendacio, aliter quam lasa vero restituenda, nu. 45. ibi.
 Famæ restitutio condonari etiam iuste potest, nisi & c. nu. 46. ibi.
 Famæ damnum notabile quid. nu. 21. ibi.
 Famæ ablatio an compensetur ablatione reciproca, nu. 46. ibi.
 Famæ debitum non tam facile tollitur, ac actio iniuriarum, nu. 46. ibi.
 Famæ restitutio excusatur vitæ vel salutis periculo, n. 47. & obliuione, n. 48. & de-
 fectu causæ iustæ credendi, cum quotidianis exemplis, nu. 48. & duobus seq. ibi.
 Familiaritatem, qui habet cum persona suspecta, intelligens quod aliqui ob id scan-
 dalum accipiunt, nu. 30. c. 14

Festa

I N D E X.

Festa potius relaxantur ob necessitatem, quam ob pietatē, & quomodo. nu. 4. c. 13
 Festis tam licitum est opus, ob pecuniam, quam sine pecunia, & quando sit licitum,
 propter pecuniam diebus festis operari. nu. 5. ibid.
 Festa ius ipsum definit, eadēq; vel cōsuetudo addit, vel tollit, vel moderat. n. 5. ibi.
 Festa sua vnaquaq; regio cum morantibus in ea debet obseruare. nu. 5. ibidem
 Festos dies, quos viator seruare teneatur. nu. 5. ibid.
 Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana introducti. nu. 1. ibid.
 Festorum obseruatio nunc non est adeo stricta, sicut obseruantia sabbathi in lege ve-
 teri. nume. 2. ibidem
 Festis diebus præcipitur, ut audiatur sacrū, & ne seruilia opera fiant. nu. 2. ibidem
 Festum an violat, qui in die festo, vel in eius vigilia mittit iumenta, in opera sequen-
 te die facienda, qui præbet consilium propter lucrum. nu. 12. c. 13
 Festum an violat, qui audit in iudicio ob pietatem vel necessitatem, vel sine illa, qui
 transcribit aliquem librum, aut scribit, pulsat lyram, canit. & c. n. 13. & 14. ibi.
 Festum an violat, qui propter necessitatē laborat, non obstāte Episcopi excommuni-
 catione, quæ & c. qui ludit, saltat, venatur, otiosē se tota die vagat. nu. 15. ibid.
 Festum an violat, qui omittit orare per se vel per alium eo tempore, quo extrema ne-
 cessitas suam orationem expostulat, qui omittit recitare, quod iure, vel pœnitenti-
 a, vel voto, tenebatur dicere. nu. 18. ibidem
 Festis Sact. Cruc. Michaelis, Innocētii, & Syluestri, licitè quis laborat. n. 15. c. 13
 Festo de violato, quædam accusandi consuetudo mala. nu. 16. ibidem
 Festis contritio bona, sed non necessaria. nu. 17. ibidem
 Festum qui violat, vi, metu, præcepto, vel coactione, ut peccat. nu. 7. c. 13
 Festum qui violat iter agendo, deferendo onera & c. nu. 6. & 7. ibidem
 Festum violat, qui vendit, emit, commutat & c. nu. 8. ibidem
 Festum an violat, tonsor, piscator, molitor. nu. 9. ibidem (n. 11. ibid.
 Festum an violat, q laborat p paupib^o. n. 10. vel cōficiēdis pōtib^o, et vjs resciciēdis.
 Fidei articulos expressè & in particulari non credens, quando peccat. nu. 18. c. 11
 Fidem solam ad salutem sufficere credens, hæreticus. nu. 17. ibi.
 Filia renūciās legitimæ cum iuramēto, & enormi læsione, ut teneatur. nu. 152. c. 17
 Filius, qui malum notabile patri suo, & c. desiderat. nu. 11. c. 14
 Filius qui nūquā patri obedit, vel nūquā aliqua signa amoris ei ostendit. nu. 11. ibi.
 Filius qui nunquam patri obedit, in his, & c. nu. 12. ibid.
 Filius, q parētes pcutit, aut ad indignationē puocat. n. 12. vel eos accusat, vel exe-
 cratur, aut contemnit, aut mortē exoptat; vel non liberat e carcere. nu. 13. ibid.
 Filius qui parentibus in magna necessitate constitutis non succurrit. nu. 13. ibidem
 Filius, qui ob parentum subuentionem, non egreditur religionem. nu. 14. ibi.
 Filius, qui non ducit uxorem, quam pater vult. nu. 15. ibid. (n. 16. ibid.
 Filius, q bona a parētib^o male parta nō restituit, qque eorū legata nō adimplet, & c.
 Filius mortaliter peccat cū obligatione restituēdi, aliqd ex bonis patris accipiēs.
 nu. 156. Quamuis sint aduentitia aut profectitia & c. nu. 157. 158. & seq. c. 17
 Filius qui ex patris iam mortui pecunijs lucratur. nume. 161. & quid de dato sibi
 contemplatione sui patris: Et quid de sumptibus fratris sui scholastici. nu. 162.
 Et

I N D E X.

Et quid de sumptibus bonorum aduentitiorum. numero 163. & seq. Et quid de pœna soluta pro eius delicto, & de impensis in nuptijs eius factis, & quid de iocalibus. nu. 165. & seq. c. 17
 Filius qui plus alijs patri seruit quid obtinere debeat. nu. 148. c. 17
 Filius studiorum impensam a patre factam an & c. nu. 159. & 164. c. 17
 Filio donatum patris intuitu. nu. 162. ibi.
 Filij lucra de patris pecunia facta. nu. 161. & seq. ibid.
 Finis precepti non est in precepto. c. 13. nu. 2
 Finis utilis animæ, & bonis Domini. nu. 5. c. 17
 Finis malus, & bonum ex malo natum, differunt. nu. 30. c. 12
 Finis mortalis actus & constitutio finis ultimi in creatura mortale facit, non tamen talem finem constitutio omnis mortaliter peccans, etiam scienter. nu. 16. pralu. 9
 Finis principalis operis boni, licet non possit esse bonum eo minus, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpa, seu peccatum. nu. 31. B. c. 14
 Finis quid, & quod diuiditur in ultimum & medium, & quid uterque illorum. numero 3. pralu. 4
 Finium, alter verus, & alter falsus. nu. 3. ibi.
 Finium, alter finis cuius, & alter finis quo, & uterque diffinitus. nu. 4. ibid.
 Finis ultimus, & beatitudo idem. nu. 4. ibid.
 Finis aptus spiritualium nil temporale est, sed non facit actum mortalem. nume. 13. & 15. cap. 23
 Fornicandi desiderium & delectatio morosa quando peccatum. nu. 9. c. 16
 Fortunius Cantabrig decus. nu. 50. c. 22
 D. Franciscus a Nauarra olim prior Roncœuallis, post Archiepiscopus Valentinus laudatus. nu. 135. c. 27
 D. Franciscus Toletus societatis IESV insigniter laudatus. nu. 239. ibid.
 Franciscus Azpilcueta Xavier Societatis IESV, laudatus, ubi mortuus colitur. nu. 10. cap. 24
 Franciscus a Victoria Dominicanus laudatus. nu. 37. c. 1
 Franciscus Ramirius authoris cognatus laudatus. nu. 85. c. 15
 Fraus species doli. nu. 177. c. 17
 Fructus pignoris quando bene capiantur. nu. 217. & seq. ibidem
 Fugere quis an teneatur. nu. 3. c. 15
 Furatur qui aliquid ab eo qui illud petitum dedisset, aut multa parua. numero 139. 140. cap. 17
 Furtum quid, & diuiditur in mentale & reale. nu. 1. ibid.
 Furtum genere suo mortale sed excusat ab eo paruitas. nu. 3. ibidem
 Furtum ad causandum mortale, quanta quantitas requiratur. nu. 3. A. ibid.
 Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt. nu. 3. B. & F. ibidem
 Furtum pauperi & diuiti factum, qualiter metiendum. nu. 3. C. ibid.
 Furtum propter omne mortale, non fertur excommunicatio ubique. nu. 3. D. ibid.
 Furtum mortale hæc quantitas facit. nu. 3. F. ibidem
 Furtum a mortali culpa septem excusant. nu. 4. & seq. ibidem

Gabella

I N D E X.

G

Gabella rerum quas homines ad suam necessitatem ferunt. nu. 203. c. 17
 Gabellas ob merces debens, sic verum pandat. nu. 203. ibi.
 Generatio, & processio in diuinis spiritualissima. nu. 19. pralu. 3
 Gloria quid. nu. 20. c. 18
 Gloria vana. quid. nu. 10. quot, & qua filia eius. nu. 11. & qua mortalis. nume. 12. cap. 23
 Glossare Clementinam, Exiui de verb. sign. an prohibitum. nu. 147. c. 27.
 Gratia gratum faciens quid, & quanti valoris. nu. 2. pral. 7
 Gratia in diuina se esse nemo scit, & quis pie credit esse in ea. nu. 47. c. 21
 Gratia & operibus & non sola fide saluari homines. nu. 5. pral. 1
 Gratiam vel gloriam æternam, arbitrio libero querere presumptio. nu. 14. c. 23
 Gratiam que taciturnitas annihilat, & que expressio. nu. 86. c. 22
 Gratiam iustificantem nemo potest solo libero arbitrio, saltem de condigno mereri. nu. 11. pralu. 3
 Gratiam Dei iam quasitam, ad sui vsque in finem conseruationem opem specialem requirere. nu. 12. ibidem
 Gratiam primam nemo de condigno meretur, neque illa datur vlli, nisi per merita Christi, sic vel sic applicata, neque adultis, sine aliquo sui liberi arbitrij actu, numero 5. pralu. 1
 Gregorius. XIII. feliciter cepit, feliciter profecturus, felicissime perfecturus. numero 54. c. 27
 Gula quid, species eius quinque, filia quinque, mortalis quatuor casibus. num. 119. cap. 23
 Gula non est edere carnes in terra aliena, ubi id licet. nu. 120. ibidem

H

Habitus quid, & quotuplex. nu. 7. pral. 5.
 Hæres cuius excommunicati absolutionem querere non debet. capit. 27. numero 271
 Hæresis quid sit, & quis hæreticus, & pure mentalis, non est excommunicatus. nu. 17. neque etiam pure vocalis infra. nu. 24. c. 11
 Hæreticis credentes, fautores, & receptatores, qui. nu. 56. c. 27
 Hæreticum est dicere non licere iurare. nu. 4. c. 12
 Hebetudo, lætitia nimia, multiloquium & scurrilitas, que mortalis. numero 123. cap. 23. nume. 271
 Henricus Infans Portugallia, summa laude dignus. nu. 206. c. 17
 Homicida iniustus quidnam teneatur restituere, si occisus erat liber, aut quid si erat seruus, vel brutum animal. nu. 19. & 20. c. 15
 Homicida si tenetur se carceri offerre. nu. 21. quidnam teneatur soluere matri, aut filijs, aut hæredibus & c. nu. 22. ibid.
 Homicida quas impensas tenetur soluere. nu. 23. ibid.
 Homicida, qui moderamen defensionis excedit. nu. 24. ibidem
 Homicidium voluntarium exacte definitum. nu. 239. & cum quo dispensat Episcopus,

I N D E X.

pus. nu. 240. c. 27
Homini liberi emptio regulariter illicita. nu. 95. c. 23
Homo cur sibi gratulari, timentique merito debeat. nu. 1. præl. 6
Homo imaginem Dei gerit, non solum, quo ad animam naturam, sed etiam quo ad potentias eius, imò & quo ad actus eius. nu. 18. præl. 3
Homo qua via melius ducitur in cognitionem Dei, & mysterij S. Trinitatis. numero 9. ibidem
Homo non solum accepit a Deo esse, & viuere, sed etiam intelligere, & est imago eius quo ad mentem, & non quo ad corpus. nu. 16. ibidem
Honor quid, & que inhonoratio mortalis. nu. 11. c. 18
Horarie preces ob quas causas iuste omittuntur. nu. 101. usque ad 105. c. 25
Horas ad quas tenentur clerici sacri. nu. 96. & ad quas minores. nu. 108. ibidem
Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet, & per extrauag. Pij. V. numero 122. ibidem
Hospita volens hospitem cum quo rem solet habere, hospitio suscipere, quomodo potest absolui. nu. 5. H. c. 3
Hospitalarius ut mortaliter peccat. nu. 67. c. 25
Humilitas ad sui essentiam, non requirit expressam ad Deum subiectionem. numero 6. cap. 23

I

Iacobus Sabellus Cardinalis multis nominibus suspiciendus. numero 82. cap. 25
Iactantia filia prima Vanæ gloriæ, quid. nu. 11. & quando mortalis, nu. 16. cap. 23
Ieiunij die quis ministrans cibos peccat. nu. 26. c. 21
Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur. nu. 27. ibi.
Ieiunium frangit praueniens horam, sed non vespas, aut nonam. nu. 27. ibidem
Ieiunet famulus sed nemo die Dominica. nu. 27. ibidem
Ieiunia determinantia ius nature, omnia iuris humani. nu. 11. & 12. c. 21
Ieiunium non frangit potus, nec medicina, nec prægustatio. nu. 13. ibidem
Ieiunium bina comestio, & collatio matutina frangit. nu. 14. & 15. ibidem
Ieiunijs qui cibi vetiti. nu. 15. ibidem
Ieiunio a seruando triplex causa, quos excuset. nu. 16. ibidem
Ieiunio liberat bonum etiam mercede sic exercitum. nu. 17. ibidem
Ieiunium, quæ & peregrinatio, & cum uxore discordia tollit. nu. 18. & 19. ibidem
Ieiunio non omnis solutus potest edere carnes. nu. 23. c. 25
Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccat. nu. 24. & 25. ibidem
Ieiunium, quæ causa tantum putatiua & dubia tollit. nu. 20. c. 21
Ieiunia circa, etiam Episcopus, & alij prælati sic dispensant. nu. 21. & 22. ibidem
Ignorantia quæ facit actum non esse humanum. nu. 9. præl. 6
Ignorantia, quæ excusat. nu. 10. præl. 9
Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam. c. 27. nu. 273
Ignorantia qualis a restitutione excusat. nu. 8. & 83. c. 17

Ignorantia

I N D E X.

Ignorantia quæ affectata, quæ crassa, quæ iusta, & quæ comes tantum. numero 45. & 46. c. 23
Ignorantia interdum excusat a pœna legis, & non ab eius obseruantia. nu. 47. ibid.
Illegittimus capiens beneficium sine dispensatione, vel pensionem, & cate. numero 117. cap. 25
Imaginem Dei quæ habet mulier, ac vir. nu. 17. præl. 3
Impedimentum ob quod absoluit quid a censura reseruata. c. 27. nu. 89
Impedimentum impotentis quid, & dirimit, quid faciet sic impeditus. numero 50. & 60. c. 22
Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis quid, & quæ restrictum sit Tridenti. n. 57. ibi.
Impediens malo animo cur non teneatur restituere, impediens autem per metum, & c. sic. nu. 73. cap. 17
Impediens a consequendo beneficio, officio, vel alio bono, ille solus, & omnis tenetur ad restitutionem, qui & c. nu. 69. 70. & 73. c. 17
Impediens cursum causarum Curie, ut excommunicatus. nu. 68. c. 27
Impedire furtum quis & quomodo tenetur. nu. 136. ibidem
Impensa omnis inordinata peccatum, sed aliter clerici, aliter laici. nu. 94. ibidem
Impense quæ quomodo commodatario soluendæ. nu. 186. c. 17
Impressio & editio librorum ut prohibita. nu. 148. c. 27
Incantatio prohibita, & fide indigna. nu. 31. & 39. c. 11
Incendiarius occultus excommunicatus an tenetur se reuelare. nu. 100. c. 17
Incestus etiam cum cognata impedit matrimonium, sed episcopus dispensat. numero 74. & 75. c. 22
Indignatio quæ Christiano mala. nu. 118. & quæ mortalis cum timore & clamore. nu. 116. cap. 23
Infernum esse in hac vita & non in alia dicere, hæresis. nu. 16. præl. 4
Infidelis duplex positivæ & negativæ, hic non peccat, ille sic. nu. 17. c. 11
Iniuriam remittere an quis debeat. c. 14. nu. 25
Iniuriam inferre imbecillitas, propellere virtus. nu. 16. c. 24
Iniustitia omnis genere suo mortalis. nu. 72. c. 23
Inobedientia quæ mortalis. nu. 35. & 36. c. 23
Inquisitores ob acceptam pecuniam quomodo excommunicati. nu. 143
Intellectus cap. De hoc, de Symonia. nu. 32. c. 17
Intellectus dicti Pauli de interiore & exteriori homine. nu. 7. præl. 1
Intellectus nouus. c. quantæ, de sent. excom. nu. 21. c. 24
Intellectus. l. 1. §. Denique. 1. ff. de aqua pluui. arcen. nu. 71. c. 17
Intellectus verus. c. fi. de Simo. & cuiusdam dicti S. Thomæ. nu. 102. c. 23
Intellectus an potior voluntate, vel voluntas intellectu. nu. 7. præl. 3
Intellectus nouus. c. Per vestras de donat. probans lucrû sine periculo. n. 256. c. 17
Intellectus illius dicti. Bonæ mentis est timere culpam, ubi non est. nu. 284. c. 27
Intellectus. l. 4. §. Sed & quod meretrici. ff. de Codi. ob turpē causam. n. 34. c. 17
Intentio virtualis specialior necessaria ad irregularitatem iustam, quam iniustam. nu. 213. c. cap. 27

Intentio

I N D E X.

Intentio secundaria nec usuram, nec Symoniam facit. nu. 209. c. 17
Interdictus ingressu ecclesie. nu. 75. rebaptizans, Chrismate veteri ungens, post cibum celebrans. nu. 75. non confessus, concubiniarius notorius. nu. 76. c. 25
Interdictio in loco, & etiam in ecclesia clerici recitent horas. n. 175. & 176. & ut campana pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium usus liceant, confessio item, & alia plurima. nu. 177. & 178. c. 27
Interdictorum multorum privilegia an prosint. 189
Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an privilegio alijs. numero 182. & 2. seq. ibidem
Interdictum non denunciatum non obligat, neq; nullum, & quando tale & validum violando qui laici & moniales peccant. nu. 187. ibidem
Interdictum hic non generaliter, sed specialiter sumitur: quo conveniat, & differat, ab excommunicatione, & suspensione. nu. 164. & 165. c. 27
Interdictum triplex, & quid unumquodq; includat. nu. 166. & 167. ibidem
Interdictum civitatis includit suburbia, & ecclesias, sacella, & cæmeteria continua. nu. 167. ibidem
Interdicit communiter qui excommunicat, & suspendit, & contra num. 168. ibidem
Interdictum fertur ob culpam alienam, sed non ob culpam debitam. nu. 168. & 169
Et ponitur ipso facto a iure his casibus. nu. 169. Et que opera prohibeat. nume. 170. ibidem
Interdictio vetantur omnia diuina, sacramenta, & sepultura præter expressa. numero 171. ibidem
Interesse quid, quotuplex & quod peti potest; nu. 211. c. 17
Interesse lucri cessantis petitur sine his conditionibus. nu. 212. ibidem
Inuentio nouitatum secunda filia Vanæ gloriæ, quid. nu. 11. & quando mortalis. numero 18. c. 23
Inueniens trabem & c. nu. 176. aut animal in laqueo. nu. 76. c. 17
Inueniens ut peccat si non restituit, aut non querit, & c. nu. 179. & seq. ibidem
Inuidia quid, & genere suo mortalis. nu. 118. c. 23
Inuocatio Demonum tacita, fit quinque modis. nu. 22. c. 11
D. Ioanna Princeps Portugallia mirabilis, & immitabilis in hoc. nu. 5. c. 21
Ira sapius passio, & Ira vitium capitale, habet has septem filias. nu. 115. c. 23
Irregularitatem an contrahat excommunicatus ignorans vel non, declaratur. cap. 23. nu. 105
Irregularitas quid, humanum inuentum est, tollitur, manente peccato. nu. 191. & 192. & est quintuplex, nulla mentalis tantum. num. 192. c. 27
Irregularitas ex quali defectu membri, vel visus nascatur. nume. 198. & que quo ad unum officium & non quo ad aliud. In qua solus Papa dispensat. nume. 199. & 200. c. 27
Irregularitas illegitimitatis quos notat, & a quo tollitur. nu. 201. ibidem
Irregularis an omnis incapax beneficij. c. 27. nu. 249
Irregularitatem quis confessarius per Bullam electus tollit. cap. 27. nu. 250
Irregularis per deformationem illicitam est omnis & solus ille & c. nu. 318. c. 27

Irregularis

I N D E X.

Irregularis ut fit ordinatus, aut ordine utens in censuris, aut ab Episcopo censurato, aut extra tempora, aut utens ordine non habito, n. 241. & 2. seq. c. 27
*Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla mere casualis, mixta vero facit contentum in hac regula 28. Corollariis ornata a n. 220. de monacho chirurgo, abortiente, vulnerante, & non deformante, ministrante arma, iuuante & hortante, accusante sine protestatione, derinente furem, alente feram, medico, dormiente & ebrio, non contradicente, consulente & c. de non denunciante, magistro castigante, ludente illicite, clerico uenante, cordigero equitante, & de adulterante a n. 221. usque ad n. 239. c. 27
Irregularis est ex defectu perfectæ lenitatis omnis & solus qui & c. n. 207. & 208. & ita iudex, accusator, testis & c. qui fuerunt causa deformationis sequente. nu. 209. & seq. ca. 27
Irregularis non est sic dans arma, hortans, iuuans, pugnans & c. contra Aluarum Pelag. nu. 214. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum, nu. 215. c. 27
Irregularis deformans ob defensionem parentum & patriæ & c. non autem denuncians & c. n. 219. c. 27
Irregularis quis minor, n. 202. æger, obsessus, lunaticus, furiosus, hermaphroditus. nu. 203. seruus, infamis & abstemius, nu. 204. c. 27
Irregularis est bis baptizans, aut bis baptizatus, n. 246. & 247. c. 27
Irregularis non est simpliciter consentiens homicidio facto, vel faciendo, n. 19. c. 24
Irregularitas per abortum procuratum, nu. 14. c. 15
Irregularitas non tollitur absque commissione speciali. c. 27. n. 255. & melius. n. 194
Irregularitas pena maior quam excommunicatio minor. c. 27. n. 249
Irregularis quis Idiota, Neophytus, & Infidelis, & quis dispensat, n. 205. c. 27
Irregularis ut fit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo, nume. 244. ca. 27
Irregularis est adulter occidens maritum alicuius femine ob sui defensionem, nume. 7. cap. 15
Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis, n. 194. c. 27
Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori, sed sic in interiori, nume. 193. cap. 27
Irregularem sola enormitas peccati non facit, nume. 284. quid aliud requiratur, num. 249. c. 27
S. Isidorus rerum utilium doctor, nu. 3. prel. 3
Iudex qui reum de se & consortibus interrogando, & torquendo peccat. n. 59. c. 18
Iudex secularis eiciens Episcopum a suo Episcopatu, & c. excommunicatus, nume. 67. ca. 27
Iudex non auxilians contra hæreticos ut excommunicatus, nu. 35. c. 27
Iudex ut peccat mortaliter suscipiendo munus, cui est impar, iudicans iniuste, accipiens pretium pro sententia, n. 12. Usurpans iurisdictionem, non seruans talem ordinem iudicarium, n. 13. Deferens appellationi, uel eam non admittens, augens uel diminuens pœnam legis, exequens sententiam nullam superioris, n. 14. Male aliquem*

I N D E X.

aliquem capiens, non condemnans in expensis, non satis studens, nec consulens, condemnans affectu malo, personis miseris non deferens. nu. 15. Non obediens ecclesie, non seruans interdicta, prebendens iudicem ecclesiasticum, qui eum excommunicauit, cogens eum se absolueri, libertatem ecclesie minuens, res intra ecclesiam capiens. nu. 16. Extrahens quem ab ea, probans falsitatem officarij, negans damnato confessionem. n. 23. aut partibus aequales aduocatos, non visitans carcerem, excommunicatum admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicas die festo, iura nimia exigens, fingens quo feminam adeat, procedens sine accusatore. num. 25. non inquirens generaliter, interrogans & inquirens specialiter. numero 27. c. 25

Iudicium temerarium quid? & crebro parit mendacium. nu. 9. c. 18
 Iulius Anton. Sanctorius Cardinalis S. Seuerinae laudatus. nu. 83. c. 22
 Iuramentum sine tribus comitibus peccatum, & est duplex. nu. 3. c. 12
 Iuramentum rei parua, an obliget ad mortale. nu. 10. ibidem
 Iuramentum conditionale quando ligat. nu. 11. & 12. quando factum sine animo adimplendi. nu. 13. & quando factum contra consilia. n. 15. & 16. & quando dolo sum. nu. 13. 14. & quando factum de re vana. nu. 17. ibidem
 Iuramentum de redeundo in carcerem, quando ligat. nu. 18. & quando factum secundum intentionem remotam eius cui iuratur. nu. 19. ibidem
 Iuramentum de secreto seruando, quando ligat. nu. 22. & quando pactum de reuelando delicto. nu. 21. & de inducente ad iurandum, quem credit peccaturum. numero 20. ibidem
 Iurans soluere ludo perditam, quid faciet. nu. 17. c. 19
 Iurare, quid sit. nu. 1. & est actus Patrie, & religionis. nu. 2. c. 12
 Iurisdictionem alienam usurpare mortale. nu. 14. c. 23
 Iustificatur nullus nisi per merita Christi, neque per ipsa illo vel illo modo, non communicata nisi lege priuata. nu. 5. pral. 1
 Iustitia distribuendi beneficia & officia publica multum differt a iustitia distribuendi communes pecunias Communitatis singularibus eius. nu. 72. c. 17
 Iustitiam originalem sibi & posteris acceptam, sibi & posteris perdidit Adam. numero 5. prelu. 8

L



Latro diurnus, & nocturnus in quo differant. nu. 5. c. 15
 Laude falsa vel alia inordinata gaudere non semper malum, & quando mortale. nu. 13. cap. 23
 Laudemium soluere non tenetur donans, sed sic vendens etiam in conscientia. nu. 65. ibidem
 Laus, honor, fama, gloria & reuerentia, quid & quando bene appetuntur. numero 9. cap. 23
 Laudis, & quatuor aliorum honorariorum quis appetitus inordinatus. numc. 9. & quis non. nu. 10. ibidem
 Legare nummos, ut de reditu missa dicantur, an liceat. nu. 257. c. 17
 Legatum a patre relictum filia cui dos debetur, an compensetur. nu. 150. c. 17

Legatum

I N D E X

Legatum pium male solutum. nu. 117. c. 17
 Legati qui impedit receptionem est excommunicatus. n. 149. c. 27
 Legitima filiorum varia in varijs Regnis. nu. 158. c. 17
 Don Leo de Noroña Societatis Iesu laudatus. n. 26. c. 14
 Lege Nauarrorum & Aragonu pater filium sine causa cur exheredare queat, nu. 38. c. 26
 Legis intentionis optima interpres consuetudo. nu. 67. c. 23
 Legum duarum contrariarum, vtra potior. nu. 1. c. 7
 Legem aeternam quomodo violant facta contra rationem naturalem, legem humanam, consuetudinem & conscientiam. nu. 15. pral. 7
 Leges multae naturales ad solum veniale obligant. n. 51. c. 23
 Legis nullum unicum verbum originario significato significat mortale. n. 50. ibidem
 Legis rigor temperatur per aequitatem quinque modis, num. 282. c. 27
 Legis obligantis ad mortale etiam recepta transgressionem excusant quae ignorantia, causa, dispensatio, abrogatio, tempus. nu. 43. & 44. c. 23
 Lex aeterna quid. n. 6. contra eam est, quicquid est contra rationem naturalem. nu. 6. pral. 7
 Lex super remeiente trahitur ad mensum, si est eadem ratio. num. 72. c. 22
 Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale. n. 6. c. 19
 Lex concepta verbo constitutio & non praecipitio, facit ut transgressio quae alioqui esset actus indifferens, fiat vitiosus, & ita venialis, sed non mortalis nisi, & c. n. 48. & 49. cap. 23
 Lex partim recepta ad id tantum ligat. c. 23. nu. 62
 Lex ecclesiastica verbis praecipitio maxime istis utens ad mortale obligat, secus de seculari; quae tamen non tollit poenam per aliam Statuta. n. 52. & 5. seq. ibidem
 Lex pure poenalis, & mixta, ut differunt. nu. 56. ibidem
 Lex quod nemo vendat praedium nisi tributario valida. n. 130. c. 27
 Lex quae amissum in mari tribuit & c. N. iniusta. n. 117. ibidem
 Liberalitas quid, & est media inter auaritiam & prodigalitate. n. 69. & 70. c. 23
 Liber homo an se vendere possit. n. 88. c. 17
 Libertas ecclesiastica quae, quis eam uiolat. nu. 119. & 120. c. 27
 Literae Apostolicae an dicatur signatura. & aliud falsare, aliud falsis uti. n. 62. ibi.
 Locans domum in malos usus. n. 195. uel dolium vitiosum. nu. 196. c. 17
 Locat qui bona ecclesiastica ultra tres annos an excommunicatus. nu. 147. c. 27
 Locare domum Meretrici, aut alij peccaturo in ea, ut liceat. nu. 195. C. c. 17
 Locator non reddens pensionem pro re locata perditam. n. 187. & seq. ibidem
 Locator quando potest auferre locatum. nu. 163. ibidem
 Ludens ludo uetito sibi, lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, uel coacto, uel dolo, mortaliter peccat. num. 5. & 12. c. 19
 Ludens dissimulans peritiam, fallens, & non monens, ut peccat. n. 17. ibidem
 Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc & c. nu. 17. ibidem
 Ludentium susceptores & c. ut peccant. nu. 15. c. 19
 Ludere quis dicatur coactus. nu. 13. ibidem

Man. Nau.

c

Ludi

Ludi spectator clericus magis peccat quam laicus. nu. 14. ibidem
 Ludo quaesita non restituenda, nisi & c. & qua cum perditis compensanda. n. 18. c. 19
 Ludus quid, & duplex, & quis venialis. nu. 2. & quis mortalis. nu. 4. ibidem
 Ludus causa principali lucrandi, negotiatio: & communiter mala, nu. 2. sed non mortalis, etiam si nitatur fortuna ex sola circumstantia nimietatis, loci, temporis, vel personae, sine scandalo, vel alia legis transgressione, nu. 3. ibidem
 Ludus omnis alea, & principaliter ob lucrum, prohibitus, nu. 7. c. 19.
 Ludus omnis etiam industrie principaliter ob lucrum, saltem venialis. n. 7. et 8. ibi.
 Ludus alea rei notabilis clerico sacro, & monacho mortalis. nu. 9. & 10. ibidem
 Lupanaria, an omnia vitanda. c. 14. n. 31. litera L.
 Lusum de se nullus laico mortalis, & quis ei gloriosus. nu. 11. c. 19.
 Luxuriam, si ignorantia, metus, aut vis excusent. nu. 1. c. 16.
 Luxuria omnis reducitur ad sex species, & quanam sint illae; & an sint plures, & qua admittitur cum moniali est adulterium, incestus, aut sacrilegium, propter causas diuersas. nu. 3. ibidem
 Luxuria quid in genere & in specie, augetur usu, & fuga vincitur, nu. 112. c. 23.
 Luxuria vitium capitale gignit has octo filias. nu. 113. ibidem
 Luxuria in loco sacro est sacrilega, & cum monialibus est sacrilega, & infernalis, num. 3. c. 16.

M



Maledictio sui, vel Diaboli, vel irrationalis creaturae, quae mortalis, nume. 117. c. 23.
 Maleficium an maleficio tolli possit, nu. 29. c. 11.
 Mandans vel consulens hoc differunt, nec refert an cito, an tarde executio fiat. nu. 333. & seq. c. 17.
 Manifestare alterius peccata, est peccatum lege diuina naturali prohibitum, n. 1. c. 7
 Dona Maria a Mendoza Laudata. nu. 39. c. 26
 Maritus, qui adulteram uxorem, vel uxorem, quae maritum adulterum patitur, numero 18. cap. 16.
 Maritus ut peccat si accipit ex bonis uxoris suae paraphernalibus. nu. 153. c. 17
 Maritus uxorem quando accusare potest. num. 29. c. 16
 Maritus quoniam pacto violet quartum praecipitum, & peccet mortaliter, prohibendo uxori audire sacrum in diebus festis, vel prohibendo. ieiunia praecipita, numero 19. cap. 14.
 Maritus praecipiens uxori fractionem alicuius praecipiti. nu. 19. ibidem
 Maritus percutiens immoderate, aut infamans, vel verbis infamatorijs incessens uxorem, nu. 19. ibidem
 Martyrium pati quando crimen mortale, num. 40. c. 11
 Mater, quae filium paruulum secum admittit in lectum. nu. 13. c. 15
 Mater quae filios non lactat propriis uberibus, nu. 17. c. 14
 Matheus Lont arellus S. D. N. Datarius laudatus. c. 27. nu. 249
 Matrimonium conditionale solui per purum ante conditionem impletam. n. 64. c. 22
 Matrimonium clandestinum quando licet, nu. 37. c. 16

Matrimonio

Matrimonio inualido cohabitati, quando possunt licite sibi cohabitare, n. 5. E. & L. c. 3
 Matrimonium, quae occiso, & quod adulterium impedit, & dirimit. n. 46. & 47. c. 22
 Matrimonium contra simplex castitatis votum contrahens, consummans, aut petens debitum. nu. 30. c. 16
 Matrimonium fide contra factum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur deceptio. nu. 76. c. 22
 Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat. n. 77. ibidem
 Matrimonium, vel sponsalia, qui contrahens peccat & excommunicatur. n. 43. ibi.
 Matrimonium vel sponsalia a parentibus contracta quando valeat. num. 58. ibidem
 Matrimonium metu iusto contractum, imo & consummatum, nullum. nu. 50. ibidem
 Matrimonium contrahens post votum solenne castitatis excommunicatus. nu. 35. ibidem
 Matrimonium impediunt, sed non dirimunt septem delicta, & quae sint illa. n. 74. ibi.
 Matrimonium clandestinum contrahens sine iusta causa, & quae sit illa. n. 36. & 37. c. 16
 Matrimonio qui occulte ante benedictionem vitur, nu. 38. ibidem
 Matrimonium qui cum duobus contrahit, quid faciet, n. 39. ibidem
 Matrimonium contrahens ob coniugis mortem antequam de morte certus fieret, & alia quotidiana, n. 40. & 41. ibidem
 Matrimonij omne fere impedimentum humanum, & cur Papa semper non tollit, nume. 84. c. 22
 Matrimonij omnia impedimenta non dirimentia tollit Episcopus, & consuetudo, num. 85. ibidem
 Matrimonium clandestinum de licentia Episcopi hodie contrahitur, n. 85. ibidem
 Matrimonium impedimento sublato denuo contrahendum, num. 86. ibidem
 Matrimonium quatenus sacramentum quid, & quale est apud infideles, n. 19. c. 22
 Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide, num. 20. ibidem
 Matrimonij materia & forma quae cum exemplis, nu. 20. ibidem
 Matrimonium indissolubile regulariter sic in totum, sic in partem soluitur, numero 21. ibidem
 Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris contrahens, ut peccat, nume. 68. c. 22
 Matrimonia clandestina, quae hodie nulla, cum aliis Tridenti statutis, numero 69. ibidem
 Matrimonium & sponsalia contrahendi quae aetas legitima, nu. 29. c. 22
 Matrimonium regulariter omnis iusta aetatis iudicij contrahere potest, numero 29. ibidem
 Matrimonij impedimenta quot, & quae dirimunt, & quae non, nu. 29. ibidem
 Matrimonij circa sacramentum errores Tridenti damnati, nu. 20. ibidem
 Matrimonium contrahens peccat ob aetatis defectum, nu. 31. & ob errorem, qui si est personae, vel conditionis seruulis annihilat illud, nu. 32. ibidem
 Matrimonium quae infidelitas impedit, quousque dirimit, nu. 48. & 49. c. 22
 Matrimonium quod inter infideles nullum, & quod annullandum, n. 49. ibidem
 Matrimonium contrahens cum secunda viuente prima clam ducta ut peccat, & quid aget fama mortis prioris audita, num. 53. & seq. c. 22

I N D E X.

Matrimonium presumptum cessat, & coram quo parochus contrahendum, sine cuius presentia contractum nullum. nu. 144. c. 25
Matrimonium contrahens religiosus vel cognatus ut excommunicatus. nu. 144. c. 27
Matrimonium contractum a credente illud non valere, an valeat. n. 56. c. 22
Matrimonium contrahens seruus, an dominum uxori preferet. nu. 34. ibidem
Matrimonij contractus, qui ob finem malum mortalis vel venialis. n. 79. ibidem
Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus. nu. 80. ibidem
Matrimonij contractus in excommunicatione vel mortali est peccatum sed valet. n. 81. ib.
Matrimonij usum impedit scientia nullitatis eius superueniens. nu. 81. ibidem
Matrimonij impedimenta non denunciatis, ut peccat, & ut id facere debeat. nume. 83. ibidem
Matrimonialis copula generationem qui impedit. nu. 9. c. 16
D. Mathæus Contarellus S. D. N. Datarius laudatus. nu. 249. c. 27
Mediator simoniae, & capiens sibi ut roget, simoniacus, nisi & c. num. 106. c. 23
Medicus, aut Chirurgus, ut mortaliter peccat ignorans necessaria, non curans secundum præcepta, negligens visitare, vel studere, præbens medicinam dubiam, deferens ægrotum. n. 60. abscindens membrum, minuens sanguine, non admonens confessionem, medicinas non eligens, aut curationem differens. n. 60. & 61. consulens, vel concedens animæ noxia pro salute corporis. nu. 62. non admonens mortem vicinā, tali casu, nimium stipendium petens. nu. 63. nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti nolenti soluere. num. 64. & detrahens alijs medicis. num. 64. c. 25
Mendacium quia? quotuplex, & quod mortale, etiam in iudicio. nu. 3. c. 18
Mercator quis, qualis non est monasterium asportans terram & c. n. 128. c. 27
Mercenario & famulo male soluens. n. 103. vsque ad num. 112. c. 17
Meretrix, neque aliæ mulieres solute, coniugatae vel sacrae tenentur de præcepto ad restitutionem. nu. 31. & 34. quod limitatur. num. 41. c. 17
Meretricis opera licet aliquid valeat in genere entis, nil tamen valet in genere moris, quia peccatum est, & c. nu. 35. c. 17
Meretricum permissio ut licita, nume. 105. A & domus eis ut locanda, B. & an id expediat. C. c. 17
Meretrices & alij facientes opera permissa in foro tantum exteriori, quo ad hoc æquantur. num. 37. ibidem
Meretrices peccant accipiendo, sed non tenentur restituere. num. 38. ibidem
Meretricum & impudicarum mulierum confessarij quid eis consulere debent circa eis promissa. n. 41. ibidem
Meritum quid, & quod est duplex de condigno, & de congruo, seu secundum quid. num. 1. præl. 7
Merx penes unum cur pluri valet quam penes alium. nu. 79. c. 23
Metus minor iusto attenditur in foro conscientie. c. 17. nu. 4. & 29. & latius. c. 22. num. 51. & seq.
Metus amissionis famæ, an excusat a restitutione uxorem supponentem partum, aut ex adulterio parientem. nu. 90. ibidem

Metu

I N D E X.

Metu facta regulariter valere, sed rescindi posse, nisi & c. n. 6. præl. 6.
Metus quis iustus noue definitus & declaratus. nu. 51. c. 22.
Metus qualis excusat quo ad forum conscientie. n. 29. c. 17.
Metu etiam iusto facta regulariter valere, & regulariter rescindi, non autem idem de factis per blanditias. nu. 12. præl. 7.
Metum iustum excusare aliquando ab omni culpa transgressionis legis humane, non tamen semper etiam a mortali. nu. 12. præl. 7.
Metu factum rescinditur non autem blanditijs extortum. nu. 8. præl. 6.
Michael Thomasius Doctor laudatus. n. 53. c. 27.
Miles, volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non est absolendus. num. 5. F. c. 3.
Miles, & negociator non tenetur abstinere ab arte sua, licet sit ei occasio peccandi. num. 5. ibidem.
Miracula falsa & vitam sanctorum fictam prædicans. n. 5. c. 18.
Misericordie opera spiritualia septem, corporalia totidem. nu. 4. c. 24.
Misericordia quid, & est virtus moralis maxima in proximum. nu. 2. ibidem
Misericordia, que est virtus coniuncta charitati non est pietas. n. 1. c. 14.
Misericordia omnibus etiam pauperibus communis. n. 270. c. 27.
Miseria quid, & quotuplex, & eius partium definitio. n. 15. præl. 4.
Miseriam inferni interminabilem esse, de fide est. nu. 16. ibidem
Miserie summe quatuor gradus. nu. 17. ibidem
Missam facere & missare phrasia apta. c. 25. n. 111.
Missam extra locum sacrum celebrandi facultas non datur, & ut peccat si celebrat intra illum. nu. 82. & ut si in Ecclesia interdicta, si super aram fractam, si ante preces matutinas, nu. 83. si sine alijs necessarijs, etiam timore mortis, nu. 84. si sine lumine, aut aqua, si in pane, & vino corruptis, si in omphacio, si noctu, si post meridiem. nu. 85. & 86. si pluries quam semel eodem die, nisi his septem casibus. n. 87. si non bis aut ter in anno, si effundit sanguinem, si reliquias corporis post absolutionem sumit. num. 89. c. 25.
Missam quid, non est dictio noue ficta, unde deducta. c. 25. nu. 111.
Missam una singulis hebdomadis licita in interdicto speciali. nu. 173. c. 27.
Missam pro noua nil detur, nec merces pro alijs, ignotus non misset, nec quis extra sacrum. nu. 68. c. 25.
Missam cui & quomodo applicanda, nu. 92. Non dicenda a ligato censuris, nu. 93. nec coram interdictis. num. 94. ibidem
Missam pro dicenda non potest statui quid certum, & ne minus eo detur. n. 106. c. 23.
Missæ triplicis faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus. num. 87. c. 25.
Missam quotidie audiat Episcopus, nemo eam nisi semel in die faciat, nisi his septem casibus, nec in his unquã ter, n. 87. nec semel die Parasceues & sabbatho sancto. nu. 88. ibidem
Missam audire sine attentione debita non sufficit. nu. 6. & 8. c. 21.
Missam ab audienda excusatus an teneatur supplere & c. n. 7. ibidem
Missam ab audienda, que familia, vel menstruosa excusatur. num. 9. ibidem.

Man. Nau.

c 3

Missam

Missam tangentes plurimi errores, nu. 10. ibi.
 Missæ & diuinorum cantui nulla lasciua & profana miscenda, n. 10. ibi.
 Missam vnã totam non audiens sine vespers, vt peccat, nu. 1. ibi.
 Missæ quæ pars notabilis, & tantum festo audienda necessariò, n. 2. ibi,
 Missæ omittendæ, quæ causæ iustæ, & an interdictum, n. 3. ibi.
 Missa ab audienda, quæ vidua excusatur, vel laudatur, n. 4. & 5. ibi.
 Missa an audienda in parochia, nu. 5. & 10. ibi.
 Missam concubinarij audire vt mortale, & cur melior boni quam mali, nume. 78.
 & 79. c. 25
 Missæ triplex valor, quis cui applicandus, quid de vna dicta pro multis, n. 92. ibi.
 Missas constitutas episcopus, Generalis, & Abbas, minuere possunt, n. 128. ibi.
 Missans pro duabus pitantijs non alendus ob missam, n. 92. ibi.
 Missans cui sanguis effunditur quid aget, c. 25. n. 89.
 Missam quis irregularis iuste dicat, ca. 27. n. 239
 Missans post cibum vt peccat, c. 25. n. 75
 Missans sic sumat reliquias calicis, patens, & oris, nu. 90. et suppleat defectum
 vini, nu. 91. ibi.
 Mohatra qua res credito emitur, vt ex reuenditione pecunia cogantur, n. 91. c. 23
 Moniales an incurrant simoniam ob pacta ingredientium, ca. 27. n. 106
 Monitio extraiudicialis non debet esse necessariò trina, n. 116. c. 27
 Montes pietatis liciti, nu. 213. c. 17
 Moriens qui non sepeliendus, nu. 32. quid admonebitur, ad quid inducetur, nu. 33.
 34. 35. ca. 26
 Moriens sine loquela, cur non absoluendus sacramentaliter, n. 270. c. 27
 Mortui excommunicati hæres, vt debet vel possit petere absolutionem, n. 271. ibi.
 Mortis articulus, & mortis periculum eadem, cum multis ad conditionalem censu-
 ram ferendam vel soluendam pertinentibus, n. 271. & seq. ibi.
 Mors triplex animæ per tres moriuos suscitatos a Christo signatur, n. 2. prel. 9
 Mors aliena pro medio defensionis propriæ, an sit licita, n. 2. c. 15
 Mortuus absolui & excommunicari an possit, c. 27. n. 270
 Mulier, quæ fingit se pregnantem, aut fit prægnans ab alio, qui non est suus coniunx
 absolui potest non reuelando id, nu. 43. Quando timet mortem corporalem pro-
 priam, aut spiritualem sui mariti, aut suæ famæ iacturam, n. 44. Quid faciet ad
 resarciendum detrimentum, quod suo marito aut hæredibus eius, ex eo prouenit
 nu. 46. & 47. ca. 16
 Mulier proba, pluris famam quam libertatem æstimat, nu. 90. c. 17
 Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere potest alibi, n. 282. K. ibi.
 Mutuare regibus & c. sub usuris vt licitum, nu. ult. O. ibi.
 Mutuum qui non soluit eque bonum, & stato die, vt peccat, n. 214. ibi.
 Mutuum duplex verum, & palliatum, & differt a commodato, n. 206. ibi.
 Mutuum quoduis cum pacto, vt mutuans assurect, usura, n. 283. A. ibid.
 Mutuum pecuniæ ab uno numeratæ assicurando eum absque pacto, numero 283.
 A. ibidem.

Naufragorum

N

Naufragorum bona accipientes excommunicati, n. 60. etiam ante moni-
 tionem restituendi, n. 117. c. 27
 Naufragio res perditas capiens, nu. 98. c. 7
 Necessitas extrema, quæ, nu. 5. ca. 24
 Necessitas extrema excusat a peccato, sed non restitutione, n. 118. & 119. c. 17
 Notarius vt peccat, n. 52. faciens instrumentum falsum, rescindens vel delens verum,
 male componens, non tradens illud, non informans satis renunciantem, transcri-
 bens die festo, non seruiens pauperi vt debet, n. 52. & 53. c. 25
 Notorium quid dicitur, ca. 25. nu. 73
 Notarius conficiens instrumentum de re illicita, scribens statuta usuraria, non reti-
 nens protocolla siue regestum, faciens testamentum insano, stipendium nimium ca-
 piens, literas ordinum carius tradens, c. 25. nu. 54
 Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum, n. 71. c. 22

O

Obedientia virtus, & inobedientia vitium specialia & generalia quid, nu-
 me. 35. c. 23
 Obediendum in quo non est superiori, n. 37. & 4. seq. ibi.
 Oblatio in missa quando necessaria, n. 19. c. 13
 Oblatio vota cui nam videatur, facta dispensatione, n. 78. c. 12
 Obligatio quæ lapsu termini implendi præceptum finiatur, n. 45. c. 21
 Observantia virtus coniuncta iustitiæ, n. 2. c. 14
 Obstetrix ignorans formam baptizandi peccat, nu. 6. c. 22
 Occasio peccandi per festa & publicos conuentus, per taurorum agitationem, & lu-
 panaria, an omnino vitanda, n. 31. L. c. 14
 Occasio, quæ necessariò vitanda pœnitenti vt absolui possit, profunde definitum, &
 late declaratum, n. 31. A. c. 14
 Occasio, quæ est propinqua peccandi vni, non semper est alteri, cum exemplis quoti-
 dianis, nu. 5. B. c. 3
 Occasio peccandi duplex, propinqua, & remota, hæc non necessariò cauenda, illa
 sic, num. 5. ibi.
 Occasio peccandi propinqua difficilis definitu, n. 5. B. ibi.
 Occasio propinqua studiose definita, n. 5. D. c. 3
 Occasione de qua credendum, quod raro inducet confitentem ad mortale, nume. 5.
 E. ibidem
 Occasionem dare ad veniale, veniale tantum est, n. 31. c. 14
 Occasio quæ peccandi per refectionem Synagoge, vel idoli, vel per nuditatem mem-
 brorum, vel per ornatum, vel per scurrilitatem, vitanda, nu. 31. D. vel per armo-
 rum traditionem, vel per consilium, & c. nu. eod. E. Vel per petitionem rei quam
 dando peccabit rogatus, nu. eo. F. Vel per depositionem pecuniæ apud usurarium,
 nu. 31. G. ibid.
 Occasio quæ peccandi per tactum manuum, mammillarum, & c. omnino euitanda, n.
 31. I. ibi. Occultum quid, & pene occultum quid, & quotuplex, c. 27. nu. 250

C 4

Occidit

Occidit quis licitè iudicis autoritate, & in bello iusto, & ad defensionem personæ propriæ vel alienæ, imo & rerum & c. nu. 3. c. 15.
 Odium Dei ex genere suo, est maximum peccatorum, & quare. n. 14. c. 2.
 Odium aut rancorem quis habet, & c. nu. 25. c. 14.
 Officium vendens ut peccat, & cuique pretium honestum statuere esse utile. numero 7. cap. 25.
 Officium vel artem sine peritia & scientia iusta exercens peccat. nu. 37. c. 23.
 Officia diuina quæ. nume. 172. & permissa quomodo in interdico generali. numero 174. c. 27.
 Omissio pura non est peccatum, nisi concurrant potentia & obligatio faciendi, cum quotidianis exemplis. num. 13. præl. 7.
 Omissio pura quid. nu. 4. præl. 6.
 Omissio pura cur dicitur factum negatiuum. n. 7. præl. 7.
 Opera meretricis & aliorum delinquentium; quo ad forum conscientie exæquari. n. 36. 39. c. 17.
 Opinio quæ deligenda late & resolute. nu. 286. c. 27.
 Oratio Dominica continet summam petendorum a Deo. nu. 1. c. 11.
 Ordinando prima tonsura hæc sunt necessaria, & hæc ordinando minoribus sacris, num. 68. cap. 25.
 Ordinando cui capitulum, vel alius sede vacante non potest dare licentiã. n. 68. ibi.
 Ordinandi facultas Papæ, quæ legitima, & qualiter intelligenda. nu. 68. ibidem
 Ordinandi etas mutata, & multa noua ab ordinatis, & ordinandis faciendã. nume. 68. ibidem.
 Ordinatus sub Episcopo titulari, vel contra Prælati voluntatem ut peccat. numero 18. B. c. 22.
 Ordinatus non renunciet nec alienet titulum nisi sic & c. n. 18. B. ibidem.
 Ordo in genere quid, & quis ecclesiasticus, & quid ordo sacramentum. numero 17. ibidem
 Ordo Theologis septemplex, Canonistis nouemplex, nobis octuplex nu. 18. ibid.
 Ordinis circa sacramentum errores Tridenti damnati, nu. 18. A. ibidem
 Ordo sacer cur impedit & dirimit matrimonium & c. nu. 52. ibidem
 Ordinem sumens ut peccat, si est indignus, si per simoniam. nu. 68. si ab episcopo excommunicato, si existens illegitimus etiam occultus. nu. 69. Si extra tempora legitima, si ante iustam atatem, si sine iusta licentia, si furtim, aut per saltum, nu. 70. si non supplet supplenda, si eodem die multos ordines sumit. nu. 71. si deformis; si inergumenus, Epilenticus, aut insanus, excommunicatus, aut mortali infectus, nu. 72. ibidem
 Ordinem, & eius usum, quod peccatum notorium impedit, nu. 73. ibidem
 Ornans se, & insidens fenestris, cantans, aut videns qui peccat, nu. 13. & 14. c. 16.
 Ornans se, ut in coniugem appetatur, vel veste incongrua sexui quando peccat. num. 22. cap. 23.
 Oscula quæ peccata. nu. 11. & 12. c. 16.
 Otiosum omne malum. num. 28. præl. 7.

Factum



Actum ne depositarius de dolo teneatur, non valet, nu. 181. c. 17.
 Pactum de retrouendendo quid. Quod iustum, & quod usurarium, & minuit de pretio, sed fructus non adimit emeti. num. 247. & seq. ibid.
 Papa solus dispensat super voto solenni, & alijs quinque, nu. 75. c. 12.
 Papa simul ac electus est, est confirmatus à Deo, nu. 147. c. 27.
 Parochus non ministrans sacramenta subdito ad ea non obligato remissive, numero 132. c. 25.
 Participantes in male captis ut peccent, & ad restitutionem teneantur. nu. 129. ad 140. cap. 17.
 Paruitas rei etiam excusat, nu. 10. & quæ sit illa remissive, nu. 10. præl. 9.
 Passio animi quid, & quod nulla est proprie in appetitu intellectiuo. nu. 1. præl. 5.
 Passiones principales quatuor, & aliæ quot & quæ, nu. 2. ibidem
 Passiones sex in appetitu concupiscibili sensitiuo, & quinque in irascibili, & earum subordinatio. nu. 2. ibidem
 Passionum confessio coram sacerdote qualis esse debeat, nu. 6. ibidem
 Passionum alia bona, alia mala suapte natura, & quæ bona, & quæ mala relata ad rationem, nu. 3. & 4. ibidem
 Patres in tribus honorandi sunt; sed minus quam Deus, nu. 4. c. 14.
 Passiones omnes esse animæ morbos, secundum Stoicos reprobatos. nu. 4. ibidem
 Pater minuere non potest legitimam vere donando, sed remunerando & faciendo pie sic. nu. 39. c. 26.
 Patres, qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel Xenodochiorum. nu. 17. c. 14.
 Patres, qui irritant vota filiorum, in quæ iam consenserant. nu. 17. ibidem
 Patres, qui dolo, aut timore, filios extrahunt a religione, aut in eã inducunt. n. 17. ibi.
 Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota. nu. 17. ibidem
 Patres, qui permittunt filias suas adamare, vel adamari ob malum finem, vel quod dum essent desponsatæ, haberent tactus impudicos, & illicitos. n. 18. ibidem
 Pater cur non tenetur preeligere filium digniorem, ut Gubernator publicus. n. 37. c. 26.
 Pater circa bona filiorum peccat his modis mortaliter. n. 141. & 151. c. 17.
 Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto, nu. 3. c. 14.
 Patrimi sunt solum hodie designati, & quot designandi, num. 38. c. 22.
 Paulus, & Moses, non fuerunt beati per visionem Dei intuitiuam transitoriam, n. 9. præl. 4.
 Pauperem se simulans, nu. 107. c. 17.
 Peccantium ministri quando peccant. c. 19. n. 16.
 Peccatum non esse reatum, licet aliquando sic vocetur, nu. 25. præl. 7.
 Peccatum veniale esse vere peccatum & contra legem, saltem eternam, licet aliqui contra, qui conciliari possunt. nu. 16. præl. 7.
 Peccata Theologi & Canonistæ altiore respectu quam Philosophi dantur, n. 17. ibi.
 Peccata omnia esse mala, quia prohibita, & quomodo glossa qua contradicit defendatur, nu. 18. ibidem
 Peccatum non est vitium, nu. 19. ibidem
 Peccatum constat ex duobus, & ratione alterius est à Deo, & ratione alterius a nobis,

- bis.nu.20. *ibidem*
 Peccatum aliud esse in genere natura, & aliud in genere moris, & quod idem actus manens idem in genere natura, nunc bonus, mox potest esse malus, idque contingere tam in actu interiori quam exteriori. nu. 21. *ibid.*
 Peccatum diuiditur tertio in septē capitalia, & quatenus Confessario prodest hoc scire. nu. 3. *ibidem*
 Peccati mortalis vana laudis & gloria confessio, quando non exigit mentionem specificam peccati de quo illa queritur. nu. 4. *ibidem*
 Peccatum quarto, & quinto, diuiditur. nu. 5. diuiditur & sexto in mortale, & veniale. nu. 5. & dicere, quod semper specie differant in genere moris, videtur commodius. nu. 6. *ibidem*
 Peccatum originale esse reatum, & cum eo nasci omnes, & contradicentes esse hereticos. nu. 6. *præl. 8.*
 Peccatum originale non est actus personalis, non potentia, non proprie habitus, non concupiscentia, non fomes, licet aliquando sic appelletur. nu. 7. Et est proprie peccatum, & culpa, vnum tantum in vno homine, & aequale in omnibus, excludit omnes a vita aeterna. nu. 8. *ibidem*
 Peccati mortalis definitio continens quatuordecim notas distinguendi mortale a veniali. nu. 7. *præl. 9.*
 Peccatum ad mortale possunt obligare etiam leges humanae, quarum tamen multae non obligant. nu. 8. *ibidem*
 Peccatum in Spiritum Sanctum quid, & est septuplex, & cur dicatur irremissibile. nume. 126. cap. 23
 Peccans contra consilia diuina, vel contra salutem animae proximi per contemptum, mortaliter peccat. nu. 15. *præl. 9.*
 Peccatum duplex, originale, & actuale & quid originale. nu. 1. *præl. 8.*
 Peccatum aptius genus ad originale, quam carentia iustitiae originalis, & alia similia. nu. 2. *ibidem*
 Peccatum originale tollitur per baptismum, sed non carentia, nec concupiscentia, & c. nu. 3. *ibidem*
 Peccatum primum solum, & solius primi parentis, & quatenus fuit natura, transferri in solos descendentes, per virtutem seminalem. nu. 4. *ibidem*
 Peccatum actuale quid, & quousque eius species cognoscenda confessario. numero 1. *prælud. 9.*
 Peccatum diuiditur septem modis, primo in peccatum cordis, oris, & operis, secundo in peccatum cordis, facti & consuetudinis, & quid in his confessarius monendus. nu. 2. *ibidem*
 Peccatum non est ad minus peccandum inducere. cap. 14. nu. 31. *lit. C.* & cap. 17 numero 263
 Peccatum recte confessum semel, non est necessarium iterum confiteri, secundum legem diuinam & canonicam. nu. 1. c. 9
 Peccati numerus quando dicatur augeri per iterationem, vel continuationem, vel propositi mutationem. nu. 16. 17. & 18. c. 6

- Peccata cordis, oris, & operis, eiusdem speciei. nu. 9. c. 16
 Peccatum est omnis actus deliberatus, qui non est bonus. nu. 27. *præl. 7.*
 Peccatum originale quomodo voluntarium. nu. 14. *ibidem*
 Peccatum, & delictum, in proposito idem. nu. 10. *ibidem*
 Peccatum usura duplex, sed neutrum usura mentalis. nu. 208. c. 17
 Peccatum mortale alterius, qui non impedit, cum possit absque suo nocumento. numero 26. c. 14
 Peccati alterius, qui est causa nisi, & c. nu. 27. *ibidem*
 Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris vnum tantum esse. nu. 23. *præl. 7.*
 Peccata mortalia sunt accidia, desperatio, pusillanimitas, torpor, rancor, & euagatio mentis, quoties per illa violantur aliqua praecipua mortifera, aliàs secus. numero 125. cap. 23
 Peccato originali caruit Christus, & Virgo mater eius, sed alia ratione. nu. 9. *ibid.*
 Peccatum verborum septuplex, & praecipua ex intentione iudicandum. numero 3. & 4. cap. 18
 Peccatum quod non est omne in Deum potest referri. nu. 3. c. 20
 Peccatum quando non est inuitare ad actum, qui peccatum est. nu. 25. c. 21
 Peccatum mortale repugnat habitui charitatis & gratiae, non tamen fidei, & spei. nu. 9. *præl. 5.*
 Peccatum mortale quid latè. nu. 5. *præl. 7.*
 Peccata quae speciei diuersae & quae eiusdem. nu. 17. *præl. 9.*
 Peccatum circa originale qui sic, & sic errant heretici. nu. 11. *præl. 8.*
 Peccatum reseruatium cui & quomodo constitendum, & soluendum. nu. 6. c. 25
 Peccat quot modis quis circa beatitudinem & miseriam. nu. 20. *præl. 4.*
 Peccat mortaliter, qui proximi mortale non impedit. nu. 23. c. 24
 Peccat, qui vult semper hanc vitam viuere. nu. 16. c. 2
 Peccatorem non oportet credere, quod nunquam peccabit mortaliter in suo officio, nu. 5. c. cap. 3.
 Peccandi mortaliter periculo se exponens, vel agens contra conscientiae dictamen. numero 25. c. 14
 Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem. nu. 28. *præl. 7.*
 Peccantium ministri quando peccant. cap. 19. nu. 16
 Peccatur quibus modis circa credenda de anima. nu. 11. *præl. 1.*
 Peculium filiorum quadryplex Castrense. num. 141. Quasi Castrense, & an sit tale omne peculium clericorum. nu. 142. Aduentitium. nu. 143. Profectitium. n. 44. An sit mixtum. nu. 144. c. 17
 Pecunia praesens tanto plus valet absente, quanto distantior. nu. 283. K. *ibidem*
 Pecunia dicitur numerata, & quicquid ea est estimabile. nu. 71. c. 15
 Pecunia eadem numerata, plus alij quam alij valet. nu. 283. B. c. 17
 Pecunia ut merx est vendibilis, sed non ut est pretium. nu. 283. F. *ibid.*
 Pecunia cur maiori pretio praefixo exponi potest. nu. 283. D. *ibidem*
 Pecunia vna octo de causis plus valet quam alia. nu. 283. I. *ibidem*
 Pecuniae pretium auctoritate priuata ut mutari potest. nu. 283. K. *ibidem*

Pecunia finis peculiaris quis, & qui alij septem in quos locari potest pretio, licet non mutuari vel commodari. n. 283. (ibidem).
Pecunia publica Custos, vel Arcarius, ea emendo et vido ut peccat. n. 94. c. 23.
Pedagia noua quis potest imponere, vel augere. nu. 61. c. 27.
Pensio, cui quis per se consentit, statim tenetur. c. 27. n. 273.
Pensio constituta personaliter, in quo grauior constituta per alium. nu. 272. c. 27.
Pensio quanta poni possit super episcopatu, & parochiali. nu. 137. c. 25.
Pensio à Papa ob paupertatem concessa laico, licita, & quare. n. 119. ibidem.
Pensio emphiteosis duplex, & que minuitur. nu. 190. c. 17.
Pensionarius celebrans lapsò termino, autequam impetatur, an irregularis. nume. 104. cap. 25.
Pensio beneficialis non potest emi, nec redimi, sed remitti sic: quia est spirituale dependenter. nu. 111. c. 23.
Percussio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur. n. 91. & 92. c. 27.
Permissio peccati nulla cum participatione lucris licita. nu. 195. A. c. 17.
Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia. n. 283. C. ibidem
Permutatur id quod est pro eo quod nondum est. nu. 283. C. ibidem
Pertinacia quid. n. 11. & quando mortalis, n. 31. c. 23.
Pertinax quisnam sit. nu. 17. c. 11.
Peste infectum non iuuans qui peccat. c. 25. n. 132.
Philtra, quæ illicita. nu. 32. ibidem.
Pietas quæ est virtus annexa iustitiæ, non est misericordia. n. 1. c. 14.
Pignoris qualis vsus peccatum. n. 203. c. 17.
Pignoris fructus capere quando vsura. nu. 203. ibidem
Pignus cum pacto commissorio capere an liceat. nu. 204. ibidem
Pignus vendere an liceat, & quo ordine. nu. 204. ibidem
Pignore vendito minoris vel maioris debito & c. n. 205. ibidem
Pignus ab usurario emptum, restituendum. nu. 265. c. 17.
Piscatorum ac diuitum eius modi societas vsuraria. nu. 282. & 283. c. 17.
Pœna vnius correlatiui extenditur ad alterum si eadem est ratio. nu. 74. c. 22.
Pœna summe miserorum supremi gradus septuplex. nu. 18. præl. 4.
Pœna ipso iure incurta quando soluenda in foro conscientie. nu. 118. c. 25.
Pœna exclusionis a collegio ipso iure incurta non tenetur quis in conscientia. numero 63. cap. 23.
Pœnam etiam ipso iure impositam non soluens, regulariter non peccat, quamuis sit conuenientialis, nisi contineat interesse, vel sit censura, aut ei similis. nume. 66. & 2. seq. ibid.
Pœna magna ut potest esse iusta sine culpa. num. 8. c. 23.
Pœna cuius statuta ignorantia excuset scientem statutum. nu. 272. c. 27.
Pœnam qualem ignorans non incurrit. c. 27. à nu. 272.
Pœnitens, qui iterat confessionem, eidem cui male confessus est, non tenetur iterum confiteri, quod antea fuerat confessus, sed potius & c. nu. 16. c. 9.
Pœnitens, quod officium relinquet. nu. 24. c. 26.

Pœnitens

Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri, & quando mutato habitu confitebitur. nu. 5. c. 7.
Pœnitens non debet nominare personam cum qua peccauit, neque confessarius id perpeti debet. n. 2. ibidem
Pœnitens qui proposuit se vlcisci, si hæc aut illa iniuria sibi inferretur, vel facere illud, aut illud malum si quis id præciperet, vel si se talis, aut talis occasio offerret, non absolendus. nu. 22. c. 1
Pœnitens potest vel unico solo verbo mille peccata confiteri. nu. 19. c. 6
Pœnitens nõ tenetur ad credendum se nunquã amplius mortaliter peccaturũ. n. 13
Pœnitentia quid generaliter, & aliqua sine dolore, & aliqua cum eo. nu. 1. præl. 10
Pœnitentia verbum esse latinum, & quid propriè significet, & ad quæ transfertur. nu. 1. ibidem.
Pœnitentia alia mala, alia bona, bona prout actus, vel virtus, & exordio mundi necessaria. nu. 2. ibidem
Pœnitentiam prout sacramentum a Christo institutam tres actus, contritionem, confessionem, & satisfactionem continere, esse de fide. nu. 3. ibidem
Pœnitentia satisfactoria alia a necessaria culpæ delendæ, & quæ earum acceptanda. num. 20. c. 26
Pœnitentia, ex causa diminui & mutari potest. num. 21. & 22. & per opera aliàs debita fieri. nu. 23. ibidem
Pœnitentia iusta est imponenda, alia cur falsa dicta, omnibus eadem leuis necessaria, & alia grauis indiscretè ponitur. nu. 15. ibidem
Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit. nu. 16. & septennis unicuiq; peccato mortali non debetur in foro interiori contra communem cum S. Tho. n. 17. arbitrio confessarij relinquatur, non ad hunc effectum sed ad istum, & in imponenda consideret hæc; sit conueniens, quales non sunt hæ. nu. 18. ibidem
Pœnitentia quid, & quot, & quæ partes eius. n. 11. c. 22
Pœnitentia circa sacramentum multa definita Tridenti. num. 11. ibidem
Pœnitentiam in mortali suscipiens, vel ab eo qui est in illo, quãdo peccat. n. 11. ibi.
Pœnitenti pro se, & contra se in foro conscientie creditur. n. 250. c. 17
Pœnitentiam iniunctam, qui non implens peccat mortaliter. nu. 43. c. 21
Pœnitentiam & confessionem peccati originalis non esse necessariam. numero 10. præl. 8.
Pœnitudo tanta non est necessaria ad sacramentum Baptismi, quanta ad sacramentum Pœnitentiæ. nu. 38. c. 1
Pœnitudo peccati est nolle admisisse. nu. 2. quod inuenitur sine dolore, ut in beatis, & quid requirit ut sit contritio. nu. 20. c. 1
Pœnitudo maior de maiori peccato bona, sed non necessaria. nu. 35. & illa quæ caret debitis circumstantiis non est contritio. nu. 36. c. 17
Pœnitudo non est necessaria de futuris, sed propositum nec illa, nec alia admittendi, num. 12. cap. 1.
Polluta Ecclesia, pollutum est cœmeterium contiguum, sed non contra. n. 253. c. 27
Pollutio vel copula carnalis, quæ communionem impedit. nu. 51. c. 21

Pollutio

Pollutio voluntaria, & inuoluntaria variorum casuum, nu. 6. & 7. c. 16.
 Pollutionis incurrere periculo consentiens. nu. 6. ibidem
 Pollutio dormienti adueniens & c. si potest placere ob finem bonum. num. 6. 7. & 8. ibidem
 Pollutio præterita & futura in quo differant, nu. 6. ibidem
 Potentia anima quid. n. 1. præl. 2
 Potentie sentiendi, seu sensus exteriores sunt quinque, interiores autem quatuor, & quæ officia eorum. n. 1. ibidem
 Præcepta Dei omnia impleri posse a nobis etiam in peccato mortali, quo ad substantiam actus, & contrarium esse heresim. num. 13. c. 11
 Præcepta tria prima sunt de operibus pertinentibus ad virtutem religionis. At vero reliqua septem sunt de operibus obseruantia & c. nu. 2. c. 14
 Præcepti obligantis sibi pena peccati mortalis, non solum transgressio mortalis est, sed etiam voluntas deliberata transgrediendi, imo & quicumque verus consensus in illam, vel in eius delectationem. nume. 9. Quin etiam consensus interpretatiuus, vel tacitus, vel delectatio morosa, si quatuor concurrant, & quæ sunt illa. numero 10. ibidem
 Præcepti transgressio mortalis, nisi unum ex tribus ipsum excuset, & quæ sunt illa. nume. 4. ibidem
 Præceptorum multorum transgressio quæ unicum peccatum. nu. 4. ibidem
 Præceptum sextum de non fornicando, prohibet omnem copulam carnalem & c. & omnem voluntatem, & desiderium illius, & delectationis osculandi, tangendi, imo quancunque delectationem, quæ nascitur ex sola cogitatione, absque ullo opere, & proposito ipsius, num. 1. etiam si nunquam prohiberetur per decimum præceptum. nume. 2. & 3. c. 16
 Præceptum de colendo Deo frangitur 38. modis præter participantes, a num. 23. usque in finem, Nempe qui adorant aliquam creaturam tanquam Deum, Qui habet spiritum malum familiarem, qui etiam facit opus infidelitatis, numero 24. Qui portat insigne Iudæi vel Sarraceni. num. 25. Qui Laicus disputat de fide, nume. 26. Qui falsas sanctorum reliquias adorandas exponit, qui inuocat, aut adiurat Cacodæmones, numero 27. Qui magicam artem discit, aut eiusdem libros habet, aut vult inuenire thesauros, opera Demonis, numero 28. Qui unum maleficium altero tollit. numero 29. Qui interrogat Dæmonem furta & alia arcana. Qui sortilegijs & iactibus alearum vititur & cætera. Qui facit incantationes pro animabilibus seruandis vel inueniendis. numero 30. Qui veneficiorum, aut Dæmonum, aut incantatorum verbis fidem adhibet & cæc. numero 31. Qui interrogat Aegyptios de fortuna sua. Qui porrigit poculum amatorium, aut facit incantationes supra res sacras ad sanandum & c. nu. 32. Qui adhibet fidem somnijs. nu. 33. Qui portat nomina collo appensa, absque quatuor conditionibus, & quæ sint illæ. nu. 34. vel carmina certis diebus scripta, & c. vel reliquias aliquas cum vana superstitione gestat. nu. 34. & 35. Qui die beati Ioannis herbas sic colligit, bestijs venam pertundit, benedicit vel salutatur & c. nu. 36. Qui credit Augurijs, cantibus auium, ululatibus, & mugitibus animalium, & c. aut respici constellationes

constellationes vel dies tanquam sinistros ad incipiendum aliquid, num. 37. Qui credit herbas, aut musicam, virtutem habere contra Dæmones. Qui vititur arte notoria, & quænam sit illa? Qui credit Stryges, seu Stragas, ad hunc vel illum locum peregre. nu. 38. Qui credit sortibus illicitis, & quænam sint illa, & quales. Qui credit prouocationibus et duellis, quæ sunt species quædam sortis illicitæ, exceptis duobus casibus, & qui sunt isti. num. 39. Qui capit feruentem aquam, vel ferrum candens, & c. vel tentat Deum offerendo se martyrio non necessario. num. 40. Qui in his participat vno ex illis nouem modis supradictis. nu. 42.
 Præceptum de diligendo Deo quis frangit, & Deum quisnam dicatur odio habere, cum deliberatione. n. 14. c. 11
 Præceptum de diligendo proximo semper & ad semper obligat nos sub pæna noui peccati mortalis, quantum attinet ad excipiendum aliquem ab amore generali charitatis, obligat etiam in speciali ad diligendum inimicum veniam a nobis poscentem, & eum, qui nostro amore speciali indiget, eo quod extrema opprimatur necessitate. nu. 8. c. 14
 Præceptum de colendo Deo, quàm differat à præcepto de diligendo eo, & credendo in eum. nu. 19. c. 11
 Præceptum de non occidendo, quis violat, & peccat mortaliter, occidit, aut vulnerat & c. si vult, procurat aut ea re delectatur nu. 4. Qui occidit defendendo alterum, aut suam castitatem, aut qui occidit latronem, n. 5. Qui occidit casu, nu. 6. Qui occidit, aut ferit ministros iustitiæ, ut se ipsum defendat n. 7. Qui se exponit periculo nocenti notabilis corporis per funes ambulando, vel alio modo. n. 8. Qui ingreditur duellum, aut torneamenta periculosa, vel eis adest, & c. nu. 9. Qui alienam mortem desiderat, Qui delectatur cogitatione occidendi & c. nu. 10. Qui præ ira sibi mortem exoptat, & c. n. 11. Qui se exponit martyrio indebito, vel vitam suam abbreviat. n. 12. Qui desiderat se nunquam fuisse natum. Qui in carcerem aliquos coniecit iniuste; Qui aliquid notabiliter noxium manducauit, aut alteri manducandum tradidit, vel infantem tenerum in suum cubiculum coniecit. nu. 13. Qui facit abortire, vel abortiendi periculum subire, nu. 14. Qui pergit ad bellum iniustum, & c. nu. 15. Qui condemnauit aliquem iniuste ad damnum corporale, aut non defendit ab iniusta morte, & c. n. 16. Qui non prohibuit suis, ne vindictam caperent, vel fuit particeps in aliqua re ex prædictis vel consentit in vnum modum ex illis nouem. nu. 18. c. 15
 Præceptum de honorandis parentibus, quomodo violet filius & peccet mortaliter, num. 11. c. 14
 Præceptum de credendo tam differt a præcepto de diligendo, quam fides a charitate, num. 17. c. 11.
 Præceptum de rectè credendo infringit, qui credit aliquid, quod scit aut scire tenetur esse contra fidem catholicam. nu. 17. c. 11
 Præceptum de diligendo proximum sicut seipsum non est de præceptis Decalogi, cap. 11. num. 5
 Præceptum diligendi proximum, non est ex decem, imo ex illo septem ultima nascuntur, & quonam modo. num. 6. ibidem

Præceptum

I N D E X.

Præceptum diligendi Deum super omnia, non est ex decem præceptis decalogi, & quare. nu. 5. est tamen maius omnibus illis. nu. 5. & quando impletur. num. 6. & quando debeat adimpleri sub reatu noui peccati mortalis. nu. 6. 7. & 8. ibidem
 Præceptum Ecclesia totum, aut pro parte qua potest, seruandum. nu. 22. c. 21
 Præceptum non furandi, quæ & quod prohibet, nu. 2. c. 17
 Præceptum octauum quid principaliter, & quid secundo probibeat, nume. 1. & 2. cap. 18
 Præceptum qui omittit implere, puta quia non parcat, nec rancorem remittit, ne ob id ei detrahatur. nu. 31. c. 14
 Præceptum quartum quomodo violatur non amando proximum. nu. 23. ibidem
 Præceptum quartum, quomodo pater aut mater violat, nisi succurrat necessitati uitæ spiritualis aut corporalis suorum filiorum. nu. 17. c. 14
 Præceptum quintum, Non occides, prohibet occidere, & quodcunque damnum corporale, & voluntatem id inferendi, non autem animam. nu. 1. c. 15
 Præceptum sextum de non fornicando, quomodo infringit, & peccat mortaliter, qui habet copulam carnalem extra matrimonium. nu. 5. c. 16.
 Præceptum secundum quatenus includit non esse blasphemandum, & quomodo violat mortaliter qui dicit, Pigeat Deum; Non credo in Deum &c. & qui tribuit creaturæ, quod est proprium solius Dei, & quando iocus, aut ira excuset, num. 84. c. 12
 Præceptum secundum de non iurando, quando violat mortaliter, qui credit nunquam esse licitum iurare, n. 4. Qui iurat per Demonem vel alias creaturas &c. nume. 4. Qui iurat falsum, prudenter, scienter, vel ignoranter, num. 5. 6. & 7. qui iurat secundum suam intentionem, & non illius cui iurat. n. 8. & 9. Qui iurat facere, & non facit. nu. 10. etiam non ludere. num. 11. Qui iurat sub conditione nu. 12. Qui iurat facere, sine animo faciendi, nu. 13. Qui dolose iurat, & non implet. nu. 13. & 14. Qui iurat contra aliqua præcepta, vel consilia. num. 15. & 16. Qui iurat vana siue otiosa, num. 17. Qui iurat redire in carcerem, & non redit. n. 18. Qui iurat secundum intentionem remotam eius cui iuratur. n. 19. Qui iurat seruare bonum commune. num. 19. Qui inducit ad iurandum, quem credit peieraturum. nu. 20. Qui accipit iuramentum a famulis super reuelandis delictis. num. 21. Qui iurat facere quod non potest. nu. 22. Qui reuelat secretum iuratum. nu. 12. ibidem
 Præceptum secundum ut violatur male vouendo, vel bene vota male implendo. cap. 12. num. 33
 Præceptum secundum Decalogi, quid per nomen Dei comprehendat, num. 1. c. 12
 Præceptum contra septimum peccat mortaliter, qui accipit alienum: Et qui suum, credens alienum, Qui suum, ad quod alius ius habet. nu. 94. Qui vi. nu. 95. Qui rem sacram, Qui ut faceret, quod debebat, aut quod non debebat. nu. 95. Qui emit pro altero, & dicit pluris constare, Qui res communes male distribuit, Qui beneficium, aut officium indigno confert. nu. 96. Qui impedit aliquem ab aliquo bono, Qui est causa pœne iniustæ. nu. 97. Qui capit res naufragio amissas. nu. 98. Et an ignorantia excuset. nu. 99. Qui incendit. nu. 100. Qui laxat comestum

I N D E X.

Etum in carcerem ob debita. n. 101. Qui opem fert fugienti. Qui captiuus fugit. nu. 103. & etiã Christianus. n. 104. Qui recipit ab eo qui dare non potest, nu. 105. Qui recipit ex contractu re alienam. n. 106. Qui se deuotum, aut pauperem simulat, Qui mercenario non statim soluit, aut in quo debet, n. 107. Aut famulo, Et quid si dominus est officialis mechanicus, aut scholasticus, n. 108. & 109. vel Magnas, n. 110. & 111. Qui occulte sua debita recuperat. n. 112. sine his conditionibus an. 113. usque; ad 117. Qui non soluit legata pia, n. 117. Qui pro necessitate accipit. n. 218. Quid si extrema erat, n. 119. Qui custos ferarum, pascuorum &c. fideliter non custodit, n. 123. & 124. Qui prohibet male tractari feras, n. 125. Qui habet columbarium, nu. 126. & 127. Qui includit animalia aliena in usum suum. n. 128. & 129. c. 17.
 Præceptum secundum, quantum ad votorum dispensationem, & irrationem quis & quomodo, ita frangat, & peccet mortaliter. nu. 72. c. 12
 Præceptum sextum de non fornicando infringit coniux ex animo habens rem cum coniuge, quod haberet eam, etiam si non esset sua vel suus coniux. nu. 23. c. 16
 Præceptum tertium, de colendis festis, qui violat, regulariter peccat mortaliter, nisi aliquid ex multis ibi expressis excuset. nu. 6. c. 12
 Prædicans ut peccat, si id facit sine facultate quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, mentiens nu. 141. miscens ridicula, detrahens prelati, decimare dissuadens, nu. 142. si religiosus sine consensu episcopi. nu. 143
 Prædicandum quid, quoties, quibus & a quibus. cap. 25. nu. 143
 Prædicans prophetias non sacras an excommunicatus. c. 25. nu. 143
 Prælati suo, quando subditus non debeat parere sibi præcipienti, ut confessiones audiat, num. 6. cap. 4
 Præscriptio quomodo a restitutione excusat, nu. 85. c. 17
 Præsentatio fratrum ad audiendas confessiones &c. a nu. 260. usque; ad n. 269. c. 27
 Præuaricator est aduocatus, qui parti aduersæ fauet, nu. 29. c. 25
 Præsumptio quid, nu. 11. & que mortalis, nu. 14. c. 25
 Pretium rerum iustum quid, & est triplex, pius, rigorosus, & medium, nume. 78. & 79. cap. 23
 Pretium non augetur periculo recipiendi rem creditam, nu. 81. ibidem
 Pretium etiam lanarum & mercium nauticarum, non auget, nec minuit dilata solutio, nu. 82. ibidem
 Pretium auget utilitas veditoris, sed non utilitas, vel necessitas emptoris, n. 43. ibi.
 Pretium minuit copia venditorum, & pietas emptoris eos iuuare volentis, n. 84. ibi.
 Pretij maioris vel minoris dimidio gratia peccatur, sed vix agi potest, nu. 85. ibid.
 Pretium diminuit pactum de retrouendendo, etiam quo ad hoc, nu. 86. ibid.
 Pretio minore iusto emere velle, quando non est peccatum, nu. 87. ibid.
 Pretium quando taxandum, & taxatum ut seruandum, nu. 88. ibid.
 Pretium iustum triplex, imum, medium, summum, num. 228. c. 17
 Primitiæ, ut decime soluendæ, nu. 32. c. 21
 D. Prior Canonic. Regularium, Io. Trullus laudatus, nu. 270. c. 27
 Prior monasterij Beate Mariæ del Pilar Cesar. augustæ laudatus, nu. 3. c. 16
 Priuatio præsupponit habitum, nu. 69. c. 17
 Man. Nau. d Priuile-

Privilegium remuneratorii, & per contractum iusta de causa tollitur, nu. 73. c. 27
 Prodigalitas quid, & quæ contraria est iustitia, de se mortalis, nu. 70. c. 23
 Prodigalitas etiam fama regulariter non est mortalis, nu. 28. c. 18
 Professio nulla ut tacite ratificetur, c. 2. nu. 31
 Promissio quæ obligat ad mortale late, nu. 6. c. 18
 Promissio reciproca siue scommessa vel Apuesta quæ licita, nu. 18. c. 19
 Protestatio contraria facto inualida, & quæ nocet matrimonio, nu. 78. c. 22
 Proxenetæ usurarum qui peccat, nu. 266. c. 17
 Proxenetæ vendens plures quam sit mandatū, qñ illud restituet, n. 97. & 98. c. 23
 Proximus, q. desiderat, quod aliq. mortaliter delinquat, vel cōdēnetur, n. 24. c. 14
 Proximi quoniam pacto comprehendantur in quarto precepto, nu. 3. ibidem
 Proximus, qui non diligit se, aut proximum, amore humano, vel charitate, aut amore charitativo, eo tempore quo tenetur, nu. 23. ibidem
 Proximus, qui alium excipit a suis orationibus generalibus, nu. 23. ibidem
 Proximus, qui non vult alium diligere, vel non adiuvat in temporibus debitis, & qua sunt illa, nu. 23. ibidem
 Proximus, qui absq. necessitate, & utilitate sua, facit aliquid, propter quod credit alium mortaliter peccaturum, nu. 30. ibidem
 Prudentia carnis, seu mundi quid, & quo differant, nu. 77. c. 23.
 Publicum & occultum quid, & quoduplex, nu. 240. & 241. c. 27
 Pyrata qui, excommunicati in bulla Cænæ, nu. 56. c. 27.

Qualitas iuncta verbo iuxta eius tempus intelligitur, c. 27. nu. 250.



Rancor & odium duplex, nu. 25. c. 14
 Ratum qui habet damnum iniuria datum, nu. 133. c. 17
 Reatus qd propriissime, n. 25. & ad quæ transfertur, nu. 26. præl. 7
 Reatū pro obligatione ad pœnā esse filiā peccati, & triplicē, n. 26. ibid.
 Referrī potest in Deum, quicquid non est peccatum, nu. 6. c. 16
 Reincidentiæ cum onere quis potest absolui, nu. 272. c. 27
 Religio est virtus, annexa iustitiæ, nu. 1. c. 14.
 Religio aliquando uocatur pietas, imo & obseruantia, nu. 2. ibidem
 Religionis de ingressu qui consultat, nu. 49. c. 12.
 Religionem relaxatam ingrediens, nu. 50. vel in eam filios intrudens, nu. 51. ibidem
 Religiosus etiā Canonicus testari nequit, sed tale memoriale facere sic, n. 270. c. 27
 Religiosus sine sui prælati licentia potest audire confessionem in articulo mortis, & extra eum sola venialia confitentem, & etiam habentem privilegium ad eligendum confessarium, modo non sit prohibitus id facere, nu. 2. c. 3
 Religiosus ut frangit votum paupertatis remissiuè, n. 140. c. 25. præsertim moriens c. 27. nu. 270.
 Religiosus qui testans non absoluendus, c. 27. nu. 270
 Religiosus, qui ex mendicantibus transit ad religionem non mendicantium per hanc quotidianam subreptionem, nu. 72. c. 12.

Religiosus

Religiosus quis exire potest ob parentes inopes, cap. 14. nu. 14
 Religiosi Doctor qui excommunicatus, nu. 134. c. 27
 Religiosus quis loca ad habitandum accipiens excommunicatus, n. 144. ibidem
 Religiosus quis dissuadens vel non suadens decimas est excōicatus, n. 145. ibidem
 Religiosi non seruantes interdictum ecclesiæ matricis excommunicantur, n. 146. ibi.
 Religiosus adiens Regiam ad nocendum prælato vel monasterio, nu. 138. ibidem
 Reliquias, nomina, & breuia, ut gestanda, nu. 34. & 35. c. 11
 Remig. a Gogni laudatus, nu. 17. c. 25
 Remissio debiti, qualis sufficiens, n. 75. & qd nō requirit solutionē paratā, n. 76. c. 17
 Renunciare beneficio intentione ut detur, N. licet, eo non expresso, num. 107. c. 23
 Respalias quis concedat contra clericos & c. n. 136. c. 27
 Reservatio censuræ hereseos, in quo maior alijs nu. 273. c. 27
 Reservari non posse casum contra ius diuinum est, c. 27. nu. 254
 Residentia episcopo & curato iuris diuini, & quæ excusant ab ea, nu. 121. c. 25
 Restitutio quid cum diffinitionis declaratione, nu. 6. c. 17
 Restitutio est actus iustitiæ veræ, nu. 6. & 7. ibidem
 Restituenda res aliena etiam non restituto pretio, nu. 7. 8. & 9. ibidem
 Restituenda ipsamet res aliena surrepta, nu. 10. ibidem
 Restitutio duplex, formalis & virtualis, qualis est remissio, nu. 11. ibidem
 Restituendi necessitas ex qua lege nascitur, nu. 11. ibidem
 Restitutio fiat statim, n. 54. nisi excuset ignorantia, dilatio, aut impotētia, saltē sine iactura vitæ, salutis, aut famæ, aut sine magno aliquo damno, n. 55. 56. & 57. ibi.
 Restitutio qualis faciendā patri ab eo qui eius filiam deflorauit, n. 19. c. 16
 Restitutio bonorum incertorum ut reseruata episcopo, nu. 92. c. 17
 Restitutio bonorum incertorum cui & a quo faciendā, nu. 92. & 93. ibidem
 Restitutio pauperibus debita, an ecclesiis fieri possit, nu. 29. c. 26
 Restitutionem differt extrema necessitas secundū oēs, sed eam non tollit, etiam eius quod in ipsa accipitur, n. 60. nisi quādo & c. nu. 61. Differt eam necessitas minor quam extrema, & timor damni eius cui debetur, nu. 62. aut Reipub. aut adulteriorum, & fornicationum, num. 63. Sed non, quod non sit condemnatus, num. 64. Neque dilatio confessarij nisi quando & c. nu. 65. Nec voluntas soluendi paulatim nu. 66. Nec sufficit male acceptum mittere, si non datur, nec legare testamento nisi quando & c. nu. 67. & 68. c. 17
 Restitutio faciendā est eo modo, quem causa cur debetur postulat; & remissio & donatio partis sufficit sine obligatione & presentia reali vel verbalis rei soluendæ, num. 44. & sequen. ibidem
 Restitutiones qui fauore vel consilio impedit, nu. 131. & 132. ibidem
 Restitutione a debita excusant nouem. Primum necessitas. Secundum, remissio, aut satisfactio partis, duobus concurrentibus, nu. 75. Tertium, procuratio beneficij, n. 81. Quartum, ignorantia probabilis, & quæ sit illa, n. 82. 83. & 84. Quintum, prescriptio, n. 85. Sextum, cessio bonorum, n. 86. Septimum, metus amissionis vitæ, aut salutis, nu. 87. Octauum, metus amittendi libertatem, n. 88. Nonum, metus amittendi famam, nu. 89. ibidem

d 2

Restitutio

I N D E X.

Restitutio pauperibus facienda quando de præcepto, nu. 30. ibidem
 Restitutio rei alienæ fiat ubi sita est, si bona fide possidetur, nu. 42. ibidem
 Restitutio rei lucrifacta in bello iniusto, nu. 15. c. 15.
 Restitutio præsupponit debitum legale, nu. 69. c. 17.
 Restituere non obligant opera sola intentione interiore mala, nu. 102. c. 23.
 Restituere famam vel alias compensare lafor & hæres tenentur, nu. 42. & 43. & 46. cap. 18.
 Restituere tenetur testis, aut iudex quod accepit pro testimonio, aut sententia, num. 34. cap. 17.
 Restituendi obligacionem, quod ius pariat in foro exteriori, & quod in interiori, nu. 15. & 16. ibidem
 Restituere plus tenetur delinquens, quam contrahens, & quam eis consentientes, num. 17. 18. & 19. ibidem
 Restituit ne non obtans maiori parti capituli aut vniuersitatis, nu. 25. ibidem
 Restituet quis confessarius negligens, nu. 22. & 23. ibidem
 Restituere qui domini iubent inutiliter, nu. 121. ibidem
 Restituatur alienum, idem ipsum si fieri potest, nu. 24. & fructus si est fructuosum, & quod plus æstimatum fuit; & interesse nu. 25. & 26. ibidem
 Restitui cur non debeat damnnum elemosynam denegatam consecutum, n. 7. c. 24.
 Restituendum omne quod accipitur pro eo quod debet fieri, nu. 33. c. 17.
 Restituendum quod male accipitur, sed non male datur, nu. 33. & 34. ibidem
 Restitui non debet res familiaris cum famæ propria iactura, nu. 44. c. 16.
 Restituatur quanti æstimatur damnnum certum aut arbitrarium, nu. 27. c. 17.
 Restituere debet damnnum, qui credit filium suum, ad partem supponendum, numero 48. ca. 16.
 Restituere cur magis tenetur qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quã quod accipit pro eo quod tenetur non facere, nu. 31. c. 17.
 Restituent qui suffragantes siue votantes, nu. 74. ibidem
 Restituere quis teneatur amplissime, nu. 12. 13. & 14. ibidem
 Restituatur omne debitum, si potest, sin minus prius certi quam incerti, num. 47. Et prius res sua domino, nu. 49. Et postea illud & illud, nu. 50. & 51. Et prius taliũ & talium contractuum, quam usurarum, n. 52. ibidem
 Restituere contra ordinem prædictum non sufficit, nu. 52. ibidem
 Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu, nu. 13. c. 11.
 Restituendum nulli regulariter, de præcepto quod male datum & male acceptum, est, nu. 30. c. 17.
 Restituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis anima, n. 32. c. 15.
 Restituenda est res Domino eius, nu. 28. nisi & e. nu. 29. c. 17.
 Restituat fur, & malefactor, impensas factas ob ablata: & interesse, nu. 140. ibid.
 Reus quis crimen debet confiteri, & confitendo peccat, nu. 57. c. 18.
 Reus qui consortes detegere debet, nu. 58. ibidem
 Reus accusatus, & in carcerẽ coniectus, ut mortaliter peccat causam iniustã defendens num. 35. & qui interrogatus negat veritatem, n. 35. & 36. & non detegens tales,

I N D E X.

tales, & tales socios, aut non parens literis excommunicationis solitis, nu. 37. & 38. aut se mendacis defendens, aut a iusta sententia appellans, n. 39. c. 25.
 Reus minus punitus, quia negauit veritatem an & c. nu. 49. c. 18.
 Rex ut peccat aliena capiens, capta non restituens, male, vel ob malum finem gubernans, seditiones excitans, & non extingvens, & suos artibus belli, & pacis non exercens, n. 1. non habens armenta propria suo sumptu, nu. 2. Cumulans vel non cumulans diuitias, vel non muniens arces, nu. 2. & 3. vel vias publicas, vel non componens litem, vel ferens legem pœnalem, nu. 4. Vel dispensans circa legem naturalem, vel propriam, n. 5. non permittens subditis suas immunitates, capiens bona eorum, bellans sine causa, vel cum ea male, vel malo fine, impediens visitationes spirituales, & noua iura superindicens, nu. 6. cogens gratis sibi operari, & officia nimium care vendens, num. 7. vel cogens ad matrimonia, vel præficiens inidoneos officijs; vel beneficijs, nõ coercens subditorum delicta, vel admitteus prauas consuetudines, num. 8. vel damnans inauditum, vel iudicans male, num. 9. 10. & 11. c. 25.
 Roma, & Sedes Apostolica, vel eius Curia diuersa, nu. 65. c. 27.

S



Sacerdos in articulo mortis ab omnibus absoluit, & a nullis laicus, num. 27. 1. cap. 27.
 Sacerdos non omnis sacerdotio dignus, potest digne audire confessiones, nu. 1. c. 4. & nu. 1. c. 4.
 Sacerdos omnis habet iurisdictionem habitualement, sed non actualement ad confessiones audiendas, n. 1. ibidem
 Sacerdotis mali ad missandum inductio, quæ peccatum, n. 31. H. c. 14.
 Sacerdotij collatio excommunicato etiam ignoranti facta nulla, nisi & c. n. 27. 1. c. 27.
 Sacramentum quid, & ut gratiam ex opere operato conferat, n. 1. c. 12.
 Sacramenta septem, tria non iterabilia, quatuor autem sic, nu. 2. ibidem
 Sacramenta collata excommunicato valent, etiam si peccetur in ipsis conferendis, num. 2. cap. 9.
 Sacramenta circa septem undecim errores Tridenti damnati, nu. 2. c. 22.
 Sacramenta alia sunt substantialia, alia de præcepto, nu. 2. ibidem
 Sacramenta non credens ut debet, ea dans, aut sumens in mortali peccat, n. 3. ibidẽ
 Sacramenta sumens ab excommunicato & c. & dans uel sumens in mortali, & inuitas malum ad dandum, & inhonorans ea verbo, aut facto, ut peccat, num. 4. ibidem
 Sacramenta baptismi & pœnitentiæ per se instituta ad delenda peccata, & dandam, uel restituendam uitam, & per accidens ad eandem conseruandam & augendam, sicut econtrario sacramentum Eucharistiæ per se institutum est, ad conseruandam & augendam eandem: sed per accidens delet peccata, etiam mortalia, & dat uitam, n. 43. C. c. 1.
 Sacramenta, quæ metu facta, ualent, nu. 6. præl. 6.
 Sacrilegus quis, & an sit excommunicatus, num. 95. c. 17.
 Satisfactio quid sit, num. 1. ibidem
 Satisfactioem esse necessariam etiam post restitutionem, & ut plurimum, etiam Man. Nau. d 3 post

I N D E X.

post culpæ mortalis condonationem. num. 2. ibidem
 Satisfactionum tria genera, nempe, cordis, oris & operis, fieri ob tria similia genera peccatorum, non est satis acutè dictum. nu. 3. ibidem
 Satisfactio fieri potest, etiam operibus aliàs debitis, est autem melior, quæ a confessario precipitur, quam quæ voluntariè assumitur. nu. 4. ibidem
 Satisfactio sacramentalis in mortali peccato facta quid prodest. nu. 5. ibidem
 Satisfactio duas partes habet; Alteram, qua compensatur offensa facta, Alteram qua vitatur facienda. nu. 5. ibidem
 Satisfacere qui dixit pro tota pœna per qualemcūque culpæ remissionem, vel quod satisfactio non fiat ratione pœnæ operibus pœnitentium, in virtute meritorum redemptoris nostri, est hereticus. nu. 5. c. 3
 Scandalum qui prebet manducando carnes diebus prohibitis, vel non ieiunando, cum aliorum scandalo. n. 31. c. 14
 Schisma quid, quo differt ab heresi, & excommunicatur in bulla Cœnæ. n. 57. c. 27
 Scientia sola apparatus delicti, cur interdum morte plectitur. n. 21. c. 24
 Scientia, fides, opinio, dubium, & scrupulus quid, ut differunt, & conueniunt. nu. 273. & seq.
 Scholasticus ut mortaliter peccat, ob finem mortalem studens, non seruans præcepta studij, discens vetita, auocans auditores concurrenti, negligenter studēs, male insumens viaticum, non soluens salariū, arrogans falsè gradu. n. 49. c. 25
 Scrupulos mitigat sibi parum & multum Christo fidere, & eum talem imaginari. nu. 230. c. 27
 Secretum confessionis non reuelandum, etiam metu mortis, nisi uno casu. n. 51. c. 18
 Secretum quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis, n. 52. ibidem
 Secretum nulli noxium, etiā iudici iubenti non reuelandum. nu. 60. ibidem
 Secreti detectio etiā interrogati a iudice, quæ mortalis. nu. 61. ibidem
 Secreti promissi detectio peior quam non promissi. nu. 62. ibidem
 Secreta perniciofa reuelanda, non autem alia. n. 54. ibidem
 Sensualitas vocatur vis appetitiua sensitua, quæ in concupiscibilem & irascibilem diuiditur; & quid vnaqueque illarum, & quomodo dicantur obedire rationi, nume. 3. præl. 2
 Sepeliens excommunicatum, vel notoriè malum, vel ad sepulturam adigens & c. num. 132. c. 25
 Sequestra infringens cur hodie excommunicatus. n. 127. 27
 Seruilia opera quæ sint. nu. 2. c. 13
 Seruilia septem opera permittuntur, quinque non seruilia prohibentur. n. 3. ibidem
 Sigillum confessionis etiam post mortem durat. n. 7. c. 8
 Sigillum quando non violatur, cum appositione exemplorum. n. 11. 12. & 14. ibid.
 Sigillum confessionis, quid sit, & quare ita vocetur. n. 1. ibidem
 Sigillum secreti duobus modis sumitur, & qui sint. nu. 2. ibidem
 Sigillum confessionis, quæ includat n. 3. & quis teneatur ad ipsum obseruandum, ultra confessarium. nu. 4. & 7. ibidem
 Sigillum omne confessionis est sigillum secreti naturalis, non contra, sigillum autè confes-

I N D E X.

confessionis est fortius altero. num. 5. ibidem.
 Simon Magnus Ramolteus Belga laudatus. n. 85. c. 25
 Simonia quid nu. 100. est triplex, quid mentalis. nu. 102. Conventionalis. n. 103. Realis. nu. 105. c. 23
 Simonia non est vendere consilium & c. nu. 100. ibidem
 Simonia excommunicationem an incurrant. moniales paciscentes cum ingressuris. c. 27. nu. 106
 Simonia semper est dare pro pretio vel causa principali spiritualis, & nunquam aliàs vere. nu. 100. ibidem
 Simoniam non facit causa minus principalis, etiam si absque illa non fieret actus, nu. 100. ibidem
 Simonia conuentionalis est promissio sine animo soluendi, & quando realis. n. 106. ib.
 Simoniam an faciat obligationis antidotalis remissio. n. 106. ibidem
 Simonia realis annullat actum, etiam renunciationis, & excommunicat. n. 105. ib.
 Simonia conuentionalis tantum peior mentali, & est duplex, nec magis punitur completa tantum a dante spirituale, quam a dante tantum temporale. nu. 103. ibid.
 Simoniacus non est conferens ob consanguinitatem, vel amicitiam, vel preces etiā indigno, nisi & c. 207. ibidem
 Simoniacus ante completam vtrinque; Simoniam celebrans, an irregularis. n. 104. ib.
 Simoniacus quis ipso iure suspensus vel excommunicatus, vel restituere obligatus num. 111. c. 23
 Simonia ut non est datio pecuniæ pro sustentatione, pœna, vexationis redemptione, missa, precibus. n. 101. ibidem
 Simonia mentalis tantum duplex, vtraque; mortalis, neutra obligat restituere, etiā si sit diuinitus prohibita, & c. nu. 102. ibidem
 Simonia omnis mortalis; quæ suspendit, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat. num. 111. ibidem
 Simonia quadam vsitata in Curia inter monentes vacantia, & ea impetrantes. nume. 107. ibidem
 Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius nunquam, nec ipse nec consors eius. nu. 108. ibidem
 Simoniacus an sit qui constituit certum salarium donec conferat ei aliquod beneficium. c. 25. nu. 112
 Simonijs, quibus non credendum. nu. 33. c. 11
 Simulatio & Hypocrisis mendacia factorum, & quæ mortales. n. 8. c. 18
 Socius industriam adhibens, quid de suo impendere debeat. n. 283. c. 17
 Societas in animalibus, & locatio eorum quæ licita, n. 260. & 261. c. 17
 Societas quid, & quæ licita. n. 251. & ut ineunda. n. 252. & seq. ibidem
 Sorte salua qui lucratur in Gallia, & Italia, nu. 257.
 Sortes quæ prohibita, & quæ licita, nu. 30. c. 11
 Sodomita non est irregularis, sed hodie grauissimè punitur. n. 249. c. 27
 Spirituale quid, & quotuplex, & adnexum illi duplex, & quod purum, quod mixtum. nu. 99. c. 23

I N D E X.

Spirituale non omne sacrum, & nihil sola natura quæsiabile. nu. 99. ibidem
 Spirituale pro præstito dare consuetum potest capi & interdum peti antequam
 præstetur. nu. 106. ibidem
 Sponsa Dei, est anima viri, sicut & femina. num. 3. c. 16
 Sponsalia quid, soluuntur partium consensu. n. 25. Religionis ingressu. n. 26. Su-
 peruenientia affinitatis, penitentia impuberis, lapsu temporis præstituti, mor-
 bo fornicationis, inimicitia capitalis, defectu promissi fama impedimenti, ordi-
 ne sacro, cognatione legali, asperitate morum & c. n. 27. c. 22
 Sponsalia omnia ipso iure soluuntur per causam notoriam. n. 28. ibidem
 Sponsalia duobus modis transeunt in matrimonium. num. 28. ibidem, quod erat ve-
 rum ante Concil. Tridentin. sed non post illud. c. 25. nu. 144
 Sponsalia clandestina post Concil. Trident. complens, & utens matrimonio præ-
 sumpto & c. ut peccat. nu. 144. c. 25
 Sponsalia inualida etiam publica, non pariunt impedimentum publicæ honestatis,
 nu. 58. cap. 22
 Sponsos sese tangere turpiter periculosum. n. 13. c. 16
 Stanislaus Hofius Cardinalis, summus Pœnitentiarius, laudatus. c. 27. n. 272
 Status decenter conseruandus, vel mutandus. n. 7. c. 24
 Sterilitas quæ, & quando minuit pensionem. nu. 188. & seq. c. 17
 Stipendium aduocati, quale iustum, quando in pactum deduci potest. nu. 30. c. 25
 Striges & sagæ reprobatæ. nu. 38. c. 11
 Subditus an excommunicetur extra episcopatum, & alia de excommunicatione cõ-
 ditionali. num. 6. & 272. c. 27
 Subreptio, quæ excusat. nu. 10. prel. 9
 Superbia quid, quoruplex & eius etymol. nu. 5. c. 23
 Superbia sola de se mortalis cõtemptum subiectionis Dei actû requirit. n. 6. ibid.
 Superbia quatuor species, quæ potius sunt eius effectus, & interdum hereses.
 nu. 7. & 8. c. 23
 Superfluum duplex, natura tantum, & natura & status, ad quæ hæc pertinent. nu-
 me. 6. cap. 24
 Suspendio ab uno non est ab alio, & sic a iurisdictione, non est ab ordine, nec contra,
 & a beneficio, non est ab ordinibus, vel iurisdictione, nec quæ ab officio est a be-
 neficio. nu. 160. & 161. c. 27
 Suspensio quid, an peccatû, ex cõcicato, irregularis vel depositio. nu. 151. & 152. c. 27
 Suspensionis trãsgressor quis irregularis. n. 162. & ut peccet participas. n. 63. ib.
 Suspendio vera non tollitur sola pœnitentia. n. 153. & est triplex. n. 154. ibid.
 Suspendit appellatio ex cõcicatione conditionali, & nõ retrahitur. nu. 272. c. 27
 Suspendere & suspendi quis potest, requiritur monitio scripta, & peccatum, non
 certa verba, Generalis non incurritur ab Episcopo, qua forma tollitur. nu. 159.
 & 160. c. 27
 Suspenditur ipso iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in Episcopû, or-
 dinatus sine licentia, vel extra tempora, vel sine legitima etate. n. 155. & 156.
 An in duello pugnans, ex cõmunicatus sine monitione vel sine scripto, capiens
 fructus

I N D E X.

fructus vacantis ecclesiæ. nu. 156. Conseruator excedens, Iudex ecclesiasticus
 malè iudicans cõcurrentibus quatuor, admittens ad sacramenta tempore inter-
 dicti, mendicantium Prælatum admittens ad professionem ante annû. Clericus ve-
 stem versicolore deferens. Religiosus sic alienans. nu. 157. ordinatus cum pa-
 cto non petendi alimenta. nu. 158. c. 27
 Sufurratio quid? quæ mortalis, & differt a detractioe & contumelia. num. 13. &
 14. cap. 18
 Superstitio est maximum omnium vitiorum moralium. n. 19. & est quadruplex. nu
 me. 20. & quælibet lethalis præter primam. n. 21. c. 11
 Symbolum Apostolicû continet summam eorum, quæ Christianus tenetur credere,
 num. 1. cap. 11

T



Actus qui peccata. num. 13. cap. 16
 Taurorum agitatio quæ mortalis, cum bulla Pij V. super hoc edita.
 nu. 18. cap. 15
 Tempus decem annorum est longum tempus. nu. 126. c. 27
 Tentare Deum illicitum etiam per martirium. nu. 40. & 41. c. 11
 Testamentum cur a sano, vel initio morbi & statu gratiæ faciendum. nu. 36. c. 26
 Testamentum vel legatum qui facit mutari, tenetur restituere. n. 70. c. 17
 Testans ignotum, pro veritatem eius affirmante, An & c. nu. 1. c. 18
 Testari impediens ut peccat, & quibus cognatis pauperibus testabitur, numero
 36. cap. 26
 Testis ut mortaliter peccat asserens falsum, tacens verum, aut dubitans, nõ reuo-
 cans iurum dictum. nu. 40. verum quod putat falsum testans, iurans se testem
 non fore, excusans se illicitè, absentans se. nu. 41. detegens quod non debet. nu.
 42. mercedem accipiens. nu. 45. non parens edito iubenti testari sine aliqua octo
 excusationum, quibus non se excusat inhabilis. nu. 45. & 46. c. 25
 Testis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet. nu. 43. ibid.
 Testis quis tenetur se offerre, & quis tenetur non se offerre, & quis potest, & non
 tenetur. nu. 48. 49. & 50. c. 25
 Testes quando dicuntur deesse; ut admittantur inhabiles & cogantur priuilegiati,
 nu. 49. ibidem
 Testis falsè testans non restituit fisco bona quærenda ei si verum testatus fuisset.
 numero 51. ibidem
 Testem ad condemnandum, nemo tenetur se offerre. nu. 17. c. 15
 Thesaurus quid, & inuentus cuius fit. nu. 172. & seq. c. 17
 Thesaurum qui arte magica quærit. nu. 176. c. 17
 S. Thom. canonum ac legum obseruantissimus. nu. 71. c. 17
 Torneamenta, quænam sunt licita. nu. 9. c. 15
 Tributa & iura Regia, qui non soluit, ut peccat. nu. 200. c. 17
 Tributa sine autoritate imponens, ut peccat. nu. 201. ibid.
 Tributum Meretricum tanquam fœdum ab Anastasio sublatum. n. 195. C. c. 17
 Tyrannum rogare pro iustitia vel gratia an peccatum. num. 31. H. c. 14.

Venator



- Venator quis violat festum numero 11. cap. 13
 Venatus & piscatus prohibitio, & an restitutio excuset. nume. 120.
 & 125. cap. 17
 Vendens vetita Infidelibus vt peccat, & est excommunicatus. n. 93. c. 23
 Vendens arma iniuste bellaturo, vel alia nocua, vt peccat. n. 90. ibidem
 Vendi non potest licite aliquando ratione admixti, quod per se vendibile est. nume.
 40. cap. 17
 Verecundia non est iusta causa adeundi alium confessarium relicto suo parocho. nu-
 me. 9. cap. 7
 Vestitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis. nu. 18. & 19. c. 23
 Vestiens se habitu religioso, quando mortaliter peccat. nu. 22. & 23. ibidem
 Vicaria spiritualis etiam temporaria venditio simoniaca, sed non excommunicat,
 num. 111. ibidem
 Vidua fornicata peccat fruendo re a marito relicta vt caste viuat. nu. 62. ibidem
 Viduus, aut vidua vsufructuaria, cui vsufructus relinquitur quoad caste vixerit,
 num. 65. cap. 25
 E. Vincentius Iustinianus ordinis Dominicani laudatus. nu. 43. A. c. 1
 Violentum quid, & quo a metu differt. nu. 2. & 5. prel. 6
 Violentum nullum peccatum. n. 11. prel. 7
 Violentus nullus est actus elicitus, siue interior. nu. 7. prel. 6
 Virginem qui deflorat, quid restituet si dolo, aut importunitate & c. nume. 16. &
 17. cap. 16
 Virgini qui promittit, se eam ducturum in uxorem. num. 18. ibidem
 Virgini corrupta, qua putatur virgo, & aequae bene nubit, ac si non esset corrupta,
 quid restituetur. nu. 19. ibidem
 Virtus quid, & quomodo non repugnat peccato. nu. 8. prel. 5
 Virtus vitium, & habitus quid, & quotuplex. nu. 1. c. 23
 Virtutes in medio vitiorum, ideoque illis duplo pauciores. nu. 2. c. 23
 Visitationem monialium impediens est excommunicatus. num. 140. c. 27
 Vita proximi plus aestimanda, quam res propria, in casu necessitatis, & non alias,
 num. 2. cap. 15
 Vita non est amittenda propter famam Illustris familie. nu. 91. c. 17
 Vitia capitalia, e quibus non est superbia, septem. num. 3. & 4. c. 23
 Vitium quid, & quomodo non repugnat merito. n. 8. prel. 5
 Vniuersitatum gradus & praemia Mineralia licita, & magis scientiae ipsae, & artes
 mechanicae. nu. 31. K. cap. 14
 Voluntarium duplex, directe & indirecte. n. 12. prel. 7
 Voluntaria simpliciter dici, metu etiam iusto facta. n. 12. ibidem
 Voluntarium simpliciter, & secundum quid. n. 3. prel. 6
 Voluntas etiam a Deo non cogitur violenter, num. 7. ibidem
 Voluntas non fertur in incognitum. c. 27. n. 269. lit. C.
 Voti fracti peccati absolutio, & absolutio voti differunt. nu. 9. c. 12

Votum

- Votum qui commutare potest, an possit dispensare. n. 79. Et qui fratres Confessarii
 dispensent. nu. 80. ibidem
 Voti commutatio vi Cruciatæ, faciendæ est in eius utilitatem. n. 80. ibidem
 Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipsam violat. n. 54. ibidem
 Votum qui non curat adimplere per alium, quod per se ipsum implere non valet.
 num. 55. ibidem
 Vota defuncti, qui non adimplet, adiunctis exemplis. n. 56. & 57. ibidem
 Votum in quo superior, qui irritauit consentit. nu. 73. ibidem
 Votum paternum, quod non approbat & c. nu. 73. ibidem
 Votum, quod seruus, clericus vel religiosus vouet, & non implet. nu. 74. ibidem
 Votum de non nubendo minus est voto continentiae. c. 12. n. 76
 Votum irritatum non iterum resurgit, per mortem irritantis. n. 66. c. 12
 Vota religiosorum, quæ sunt valida, & quæ sint illa, quæ pendet à superioris volun-
 tate. nu. 67. ibidem
 Vouere potest, qui pollet iudicio ad peccandum, vel merendum, præterquam & c.
 num. 68. ibidem
 Vota religiosorum, & minorum, quomodo differant, & conueniant. n. 69. ibidem
 Vota realia & personalia eorum, qui etatem habent ad contrahendum matrimonium.
 nu. 70. & vsq; ad quod tempus possint irritari, aut rata fieri. n. 71. ibidem
 Voto a quolibet dispensandi potestas, non extenditur ad iuramentum. nu. 273. c. 27
 Voto castitatis coniugis si coniux consentit, aut si ambo eam vouerunt. n. 31. c. 16
 Votum simplex castitatis non dirimit matrimonium, & quatenus seruandum. nu-
 me. 73. cap. 22
 Votum Religionis impediens, vel ab illa abstrahens, an teneatur ad restitutionem,
 vel ad ingrediendum loco alterius. nu. 44. & 45. c. 12
 Votum Religionis suadens, vel ingressum ordinis dissoluit & c. n. 45. ibidem
 Votum circa quod qui absque potestate dispensat, irritat vel commutat. n. 72. c. 12
 Votum mariti & uxoris sine licentia, quando valet. nu. 60. c. 12
 Votum, proprie non est malorum renunciatio, quæ fit in batisimo. n. 31. c. 12
 Votum est duplex, nempe solenne & simplex. nu. 32. ibidem
 Votum plus obligat quam iuramentum, cum concordia contradicentium. numeor
 32. ibidem
 Voti opus melius est, quam uoluntarium, & uoluntarium melius quam præceptum.
 nu. 32. ibidem
 Vouens præ timore mortis spiritalis, aut corporalis, vel alterius magni & c. nu-
 me. 52. cap. 12
 Vouens rem dignam voto quæ tamen maius bonum excludit. n. 52. ibidem
 Vouens non bibere vinum, & crebro id violat. nu. 53. uel facere aliquid in tempore
 certo, quo transacto illud non adimplet. nu. 54. ibidem
 Votum quid sit, & quæ ira illud impediatur. nu. 24. & 25. c. 12
 Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalis culpæ. nu. 26. ibidem
 Votum non facit propositum solum. nu. 26. ibidem
 Votum mentale quid sit, & qualem deliberationem requirat. nu. 26. ibidem

Votum

I N D E X.

Votum absq; animo adimplendi quomodo obligat ad sui complementum. n. 27. ibi.
 Votum de re necessario futura, & de re illicita, & de indifferenti vt indifferentes est,
 & de eo, quod est contra consilium Christi, non valet. n. 28. & 29. ibidem
 Votum in finem malum non valet; sed sic in bonum ex illo exortum. numero. 30. &
 31. ibidem
 Vouens ingredi Religionem, vel aliquod monasterium, & quia non recipitur vt ip-
 se vult & c. num. 46. c. 12
 Vouens intrare Religionem, an teneatur extra prouinciam. c. 27. nu. 274
 Vouens ingredi Religionem intentione obligandi se ad statim obseruandam continē-
 tiam, & c. vel non dicit officium diuinum, aut ducit uxorem & c. n. 4. ibidem
 Vouens ingredi & profiteri, & postea exit. nu. 47. ibidem
 Vouens Religionem strictiorem, & laxiorem ingreditur, & c. n. 48. ibidem
 Vouens id quod est peccatum mortale, vel veniale. nu. 33. c. 12
 Vouens id ad quod tenetur sub reatu lethalis culpæ, vt non fornicari. n. 34. vel il-
 lud quod est consilium euangelicum. n. 35. vel quod sit contra illud. n. 36. ibid.
 Vouens stulta vota, vt non peccandi se, non edendi caput, & c. adiectis quotidianis
 exemplis. nu. 37. ibidem
 Vouens illud, quod sciebat, se non posse prestare. n. 38. ibidem
 Vouens, qui multoties frangit, quod rectè vouit, num. 38. vel qui omittit adimplere,
 ob causam superuenientē. n. 39. vel partem exiguam rei quam vouit, vel minimā,
 num. 40. cap. 12. & de vouentis & excommunicati absolutione ad cautelā mul-
 ta. num. 273. c. 27
 Vouens qui tenetur statim implere, vel ad certum tempus & c. nu. 41. ibidem
 Vouens sub conditione, & satagens ne adimpleatur illa. nu. 42. ibidem
 Vouens si perpetraverit illud aut illud crimen. n. 42. ibidem
 Vouens ob malum finem, vel ob bonum, quod nascitur ex malo, nu. 43. ibidem
 Vouens virginitatem, & eam postquam violauit non obseruat. nu. 43. ibidem
 Vouens se uxorem dukturum, & postea non ducit. num. 43. ibid.
 Vouere qui pertinaciter tenet esse malum. nu. 58. ibidem
 Vouens matrimonio vinculus continentiam, cum cōsensu uxoris, vel mariti, vel am-
 bo simul, & postea soluit, aut exigit debitum, quamuis non esset idem, si absque
 voto inter se pepigerunt, eandem obseruare. n. 59. quid. autem si absque consensu.
 num. 60. ibidem
 Vouet qui ligatus est matrimonio, absque coniugis præiudicio. nu. 61. ibidem
 Vouens cum licentia coniugis, vel sine illa terre sanctæ auxilium præbere. n. 62. ibi.
 Vsura quid, & duplex, vera, & palliata. nu. 206. c. 17
 Vsura utraque pagina speciatim vetita, eam probans hereticus. nu. 208. ibidem
 Vsura emere a non habente, & eidem locare. n. 229. ibidem
 Vsura quando emere vel locare rē minoris quam valet & c. n. 230. & 231. ibidem
 Vsura est lucrum ob dilationem solutionis. nu. 210. ibidem
 Vsura mutuare pro re pauperi danda, non pro iniuria remittenda & c. n. 237. ibidē
 Vsura dare ad lucrum salua sorte, vel non negotiaturo. n. 258. ibidem
 Vsura non est marito usus pignoris pro dote dati & c. nu. 273. & 271. ibidem

Usuras,

I N D E X.

Usuras qui index iubet solui aut non restitui, & aduocatus, procurator, & testis,
 qui ad id auxilium præbent, restituere tenentur, nu. 275
 Usurarium instrumentum faciens, peccat & c. nu. 276. ibidem
 Usurarius vsuras & fructus pignoris restituat, nu. 216. & 278. ibidem
 Usurarius quis manifestus, nu. 280. & a quo absoluendus, nu. 282. ibidem
 Usurarij testamentum nullum nisi hæc præcedant, & c. nu. 279. ibidem
 Usura an sit mutuare rem, vt reddatur cum pluris valebit, nu. 219. ibidem
 Usura vt sit mutuare, vt molatur in suo molindino & c. nu. 220. & 221. aut vt sit
 perstes reddat duplum, nu. 221. aut ob officium, opem, vel talionem, nu. 222. &
 223. aut vetus granum pro recenti. n. 224. & 225. aut argentea pro aurcis, & c.
 nu. 229. aut emere granum ante messem & c. nu. 227. ibidem
 Usura minoris emere ob solutionem anticipatam, vel pluris ob dilatam, nu. 228. ibi.
 Usura quid, eam non credens peccatum mortale hæreticus. nu. 214. ibidem
 Usurarius constiteatur quoties voluit fœnerari, nu. 214. ibidem
 Usura quando mutuare, proposita pœna & c. nu. 215. ibidem
 Usura non est mutuare ob interesse damni, aut lucri, nu. 239. ibidem
 Usura quando non est vendere carius propter impensas, nu. 239. & 240. ibidem
 Usura quando non est vendere vno tempore, quo soluatur alio, nu. 241. & 242. aut
 pretio maiore quam presentī ob dilationem. nu. 242. ibidem
 Usura deponere pecuniam cum pacto, vel intentione lucrandi, nu. 243. & seq. ibi.
 Usura soluere famulis alicuius, vt post auctarium capiat. nu. 245. ibid.
 Usura soluere ante diem statum ob lucrum. nu. 246. ibidem
 Usuram iuratam non soluere quando peccatum. nu. 246. ibidem
 Usura lege civili vetita, sed valde exercita clam, centesima qua nu. 208. ibidem
 Usuram qua intentio sine factō faciat. nu. 208. ibidem
 Usuras nauticas esse nunc vetitas quo sensu. nu. 283. A. ibidem
 Usura non est aliquid pro fideiussione accipere, nu. 283. B. ibidem
 Usuram qui suadet, aut sub ea petit, vt peccat, nu. 262. & 263. ibidem
 Usurario a non volente restituere, qui accipit solutionem crediti in malos fines, vel
 impedit, ne gratis mutuetur, nu. 264. ibidem
 Usurarij bona non sunt obligata, & sunt ementis, nu. 265. ibidem
 Usuras pro alio exercens etiam famulus obligatur, nu. 266. & 267. ibidem
 Usurarij uxor que peccat viuendo de bonis sui mariti, nu. 268. & 271. ibidem
 Usurariorum filij & famuli qui peccant de bonis eorum viuendo, nu. 270. ibidem
 Usurarij gener recipiens ab eo dotem, vt peccat, nu. 271. ibidem
 Uxor tollens obedientiam marito, nolens ire, quo ille vult nu. 20. c. 14
 Uxor prouocans maritum ad magnam iram, vel ad blasphemandum, n. 20. ibidem
 Uxor qua de mariti primi morte dubitat, quando & quomodo potest, aut debet de-
 ponere dubietatem, quo debitum reddere possit, nu. 40. & 41. c. 16.
 Uxor vt peccat, si accipit ex bonis mariti etiam ad largiendū eleemosynas, nisi octo
 casibus, nu. 153. & seq. & quando potest occultare bona mariti, num. 156. c. 17.
 Uxor an domina, an vsuaria iocalium, nu. 166. ibidem

FINIS INDICIS.

SIMONIS MAGNI RAMLOTÆI

BELGAE I. V. D.

Ad Lectorem Christianum

HENDECASYLLABON.



*A*UTHORIS tibi Christiane Lector
Doctrina & pietas stupenda nota est:
Toto notus in Orbe nam NAVARRVS

DOCTOR, gloria magna Christianæ
Gentis: Quinetiam Monarcha Iuris,
Qualem secula prisca non tulere,
Nec presentia, nec ferent futura.
Sed, ne singula persequi laborem,
Scripto quæ memoro politiore,
Olim quod dabo, voce sed soluta:
Librum perlege, pondera quæ, quo nil
Est exactius, eruditius quæ:
Deprehendes (siquidem nequit supremum
Numen fallier) arborem probatam,
Suauem non nisi ferre posse frugem.

Idem ad eundem.

Corrige quæ Lector passim studiose videbis
Menda, libro hoc siquidem sordida inesse puto.
Dum non esse potest (sit quisquis) ineptior illis,
Qui simul errantes disposuere typos
Ut sileam natos fruges consumere Bardos,
Queis typici Præli credita cura fuit.

Series Chartarum.

✦ A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll.

a b c d.

*Omnes sunt quaterniones, præter Lll,
quod est duernio.*

VENETIIS, M D LXXIX.

Apud Petrum Dehuchinum.

Cum licentia Superiorum.

